This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

13841. f. 54

Jh. de Lacroix.



Pars Hyemalis

BREVIARIUM ELECTENSE,

Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi in Chriſto Patris D. D. CAROLI DE LA CROPTE DE CHANTERAC, Epiſcopi & Comitis Electenſis, auctoritate, ac Venerabilis ejuſdem Eccleſiæ Capituli conſenſu, editum.

PARS HYEMALIS.



TOLOSÆ,

Sumptibus ſuis ediderunt Bibliopolæ Uſuum Electenſium.

M. DCC. LXXIV.

CUM PRIVILEGIO REGIS.

NOMINA BIBLIOPOLARUM.

J. FRANCISCUS FOREST,
ANTONIUS BIROSSE,
JOSEPHUS DALLES.

CAROLUS
DE LA CROPTE
DE CHANTERAC,

MISERATIONE DIVINA,
& Sanctæ Sedis Apoſtolicæ auctoritate,
Epiſcopus & Comes Electenſis,

UNIVERSO CLERO ELECTENSI

Salutem & benedictionem in Domino.

E*A eſt*, *F*ATRES CARISSIMI, *piæ Precationis virtus, ut quaſi mens quædam infuſa, totam informet Chriſtianæ molem Religionis, cujus ſumma in eo maximè poſita eſt, ut (a)* in ſpiritu & veritate *ab omnibus* adoretur *(b)* magnus Dominus & Rex magnus ſuper omnes deos;

(*a*) Joan. 4. 23. (*b*) Pſal. 94. 3.

nec-non per ſingulos dies, *(c)* cum omni gratiarum actione, (*d*) benedicatur Pater miſericordiarum, *qui (e)* oſtendit abundantes divitias gratiæ ſuæ in bonitate ſuper nos in Chriſto Jeſu.

Quanta porrò ſit Orationis non utilitas modò, ſed & neceſſitas, verbis docuit & exemplis (f) Mediator Dei & hominum homo Chriſtus Jeſus; *verbis quidem, cùm Diſcipulos ſuos admonuit ut (g)* orarent ſemper, & nunquam deficerent; *exemplis verò, cùm, nihil licèt indigus, (h)* pernoctabat in Oratione Dei.

Verùm illa, quæ neminem præterit, orandi neceſſitas, in eos potiſſimùm incumbit, qui in ſortem Domini vocati, ſacro Religionis miniſterio defunguntur. Ut quid enim illi ſegregantur à populo, & peculiari quâdam deſtinatione, (i) pro hominibus conſtituuntur in iis quæ ſunt ad Deum, *niſi ut, dum anxiis ſeculi curis alii aliàs avocantur, ipſi (k)* Orationi inſtantes, *perpetuum & inceſſabile laudis ſacrificium pro univerſa plebe, vicario quaſi munere, ſupremo Numini offerant?*

Cùm illa ſit miſera hominis conditio, ut terrenis adhuc deſideriis, & curis ſecularibus vel invitus implicetur: ideo, *inquit ſanctus Auguſtinus (l)*, certis quibuſdam horis ab aliis negotiis, ad negotium orandi mentem revocamus; ne quod tepeſcere cœperat, omninò frigeſcat,

(c) Act. 24. 3. (d) 2. Cor. 1. 3. (e) Epheſ. 2. 7. (f) 1. Tim. 2. 5. (g) Luc. 18. 1. (h) Luc. 6. 12. (i) Hebr. 5. 1. (k) Rom. 12. 12. (l) Epiſt. 30. c. 39. edit. Benedictinor.

& penitùs extinguatur, niſi crebriùs inflammetur.

Hinc eſt quòd Eccleſia, ut in Sacrorum Adminiſtris hoc indeſinenter orandi ſtudium foveat, Preces publicas & ſolemnes, quæ Canonicæ *vocantur, inſtituit; quas illi ex impoſita conditionis ſuæ lege, ſingulis diebus & ſtatis horis, quaſi debitum vectigal Deo perſolvunt. Honorificum ſanè & pergrande Sacerdotum munus, quo, ut ait ſanctus Chryſoſtomus (m),* pro univerſo terrarum orbe legati intercedunt deprecatoreſque apud Deum; ut omnium hominum, non viventium modò, ſed & mortuorum peccatis propitius fiat.

Quò autem præſtantius eſt illud Religionis opus, eò major eſſe debuit in ejuſdem ordine rituque præfiniendo diligentia primorum Eccleſiæ Paſtorum, ad quos jure divino pertinet orandi non ſecùs ac credendi normam populis tradere. Hinc, ſacro-ſanctæ Synodi Tridentinæ decretis edocti, in id illi à pluribus ſeculis ſedulò incubuerunt, ut quidquid in Officio Eccleſiaſtico minùs accuratum, aut non ſatis Divini cultûs majeſtati congruum, laudabili, ſed non ſatis caſtigatâ pietate irrepſerat, illud conſultè reſecarent.

Nos igitur, ſtatim ac Divini providentiâ conſilii ad hujus noſtræ Diœceſis regimen acceſſimus, ſolemnes precandi ritus ad examen revocare, primas noſtri Paſtoralis officii partes eſſe judicavimus. Porrò, inter plurima emendatione digna, in Breviario quo fuiſtis uſi hactenùs, nimiam annotavimus Officiorum prolixitatem, quæ,

(*m*) Lib. 6. de Sacerd. c. 6.

cùm, teſte ſancto Baſilio, multùm pietati obeſſe poſſit, graviſſimo certè debet eſſe oneri Paſtoribus præſertim, qui continuis muneris ſui curis diſtinentur. Ea ſiquidem prolixitas præcipuè occurrit diebus Dominicis, aut Feriis ſolemniores Feſtivitates præcedentibus, in quibus, cùm plebs Chriſtiana frequentior ad templa concurrat, illi Sacramentorum & (n) verbi divini miniſterio inſtantes *eſſe, ac totos ſe tradere jubentur.*

Rem itaque Deo gratiſſimam & vobis perutilem facturos eſſe nos exiſtimavimus, ſi ſacrarum Precum codicem alium vobis adornaremus. Noſtram verò diligentiam excitavit non mediocriter exemplum clariſſimorum Galliæ noſtræ Præſulum, qui, multa cum laude, nova nuper edidere Breviaria. Quorum probato ac felici labore, necnon conſilio & induſtriâ virorum, quos pietate non minùs quàm ſacrarum rerum ſcientiâ inſignes novimus, plurimùm in concinnando novo hocce Breviario uſos nos fuiſſe non diffitemur. In hujus autem ordinatione, quæ ſit à nobis ſervata regula, operæ pretium eſt in ipſo operis limine paucis delineare.

Ac primò quidem Calendarium eâ ordinatum eſt methodo, quæ à difficultatibus ex Feſtorum occurrentiâ, concurrentiâ, aut translationibus naſci ſolitis eſſet expedita. Feſta Domini, Beatæ Mariæ Virginis, aliorumque Sanctorum, cum eo appoſita ſunt ritu ſolemnitatis, quæ ſingulis pro ſuâ dignitate convenire viſum fuit. Neque in noſtro Calendario omittenda duximus nomina, tùm Sanctorum qui noſtram hanc Narbo-

(n) Act. 6. 4.

nenſem Provinciam vel ſanguine rigarunt, vel in fide erudierunt, vel virtutibus illuſtrarunt; tùm eorum ſub quorum patrocinio variæ hujuſce Diœceſis Eccleſiæ Parrochiales Deo dicatæ ſunt. Acriùs enim ad virtutem ſtimulant exempla quaſi domeſtica; & libentiùs eos invocamus, quos veluti populares ac cives veneramur, vel in quorum clientelam ſcimus nos eſſe ſpecialiter commendatos.

Quò (o) Sanctorum omnium Domino ſua conſervetur ſolemnitas, *diei Dominicæ, quæ Chriſti Reſurrectione & Spiritûs ſancti effuſione ſacra eſt, ſuum reſtitutum eſt jus præcipuum, ut nempè, ad duplicium gradum evecta, Feſta quælibet excluderet, niſi quæ feſtivantur à Populo; aut quæ ſuperioris celebritatis ordinem obtinent.*

Edocti antiquitate regulari, *ut cum Patribus Toletanis (p) loquamur, recentique plurium Galliæ Diœceſeon praxi inſiſtentes, in Quadrageſimâ, utpotè luctuoſis pœnitentiæ laboribus ſacrâ, lætas Sanctorum Feſtivitates cenſuimus non celebrandas, eaſque, niſi feſtivatas ab Eccleſia, ad aliud tempus magis opportunum transferendas.*

Cùm in Officii recitatione Scriptura ſacra legi integra nequeat per unius anni curſum; id ſaltem curavimus, ut nullus ejuſdem prætermitteretur Liber. Vetus autem Teſtamentum in Officio nocturno, novum verò initio Completorii legendum propoſuimus: ſicque effectum eſt, ut in hocce Breviario multò plus quàm in pleriſque aliis, è ſacris Litteris legeretur.

(*o*) Concil. Mogunt. an. 1549. cap. 6. (*p*) Concil. X. Tolet. an. 656.

Prætereà, *(q)* quod à primæva Breviarii inſtitutione antiqui Patres voluiſſe videntur, *integrum ſingulis hebdomadis recitari Pſalterium providimus; diviſis, juxtà antiquiſſimum Eccleſiæ Narbonenſis Canonem (r), in plures doxologias longioribus Pſalmis, quo nimiæ Officiorum inæqualitati, & prolixioris Pſalmodiæ incommodo præcaveretur.*

Ut autem recitantium attentioni conciliandæ, quin & fovendæ pietati magis conſuleretur, ſingulis cujuslibet diei Horis Pſalmi ita proprii aſſignantur, ut omnes in eodem Officio ejuſdem ſint argumenti. Imò, Officio cujuſque diei in hebdomada ſuus quidam aſſignatur ſcopus, certuſque finis, qui ſtatim ab ipſo Officii exordio per Invitatorium innoteſcit.

Præter Lectiones è ſacris Codicibus deſumptas, Invitatoria, Antiphonæ, Verſiculi, Capitula, & Reſponſoria omnia ex iiſdem ducta ſunt, quæ ſenſum omninò perfectum exhibent. Quo futurum ſperamus, ut major in orantibus excitetur reverentia, cùm in maxima Officii parte, ipſiſſimis Dei verbis ſe Deum alloqui meminerint.

Lectiones è Patrum ſermonibus & homiliis exceptæ, cautum eſt ut ex genuinis eorum operibus, & ad optimarum editionum fidem diligenter recognitis, Myſteriis & Feſtis cujuſque diei congruæ, nec-non ad Scripturæ contextum cujus lectio præiverit, explanandum aptiores deligerentur. Acta verò Sanctorum, ſeu Legendas, *non*

(q) Concil. Remenſe, an. 1560. (r) Concil. Narbon. an. 589. Can. 2.

niſi ex purioribus Hiſtoriæ fontibus hauriri, & ad ſeveriores criticæ leges caſtigari curavimus. Falſitatem etenim ſemper abhorruit Religio, nec rerum incertarum indiget adjumentis, quibus venerationem ſuis conciliet Heroibus.

Collectas omnes, ſeu Orationes, quoad licuit, è veteribus Sacramentariis retinuimus, ita diverſis Horis accommodatas, ut quæ in reliquo Officio recitata ſunt, ea in Orationibus colligi & quaſi concludi videantur.

Veteribus Hymnis pluribus, ineleganti ſtilo & ſine metro compoſitis, plures alios ſuffecimus ſtilo elegantiores, metro exactiores, ſententiarum vi & pietate graviores.

Singulis anni diebus, ad finem Primæ, ſeu ad Officium quod vocatur Capituli, unum Canonem legendi morem, antiquâ Eccleſiæ lege & recèns plurium Galliæ Diœceſeon uſu firmatum, libentiſſimè amplexi ſumus; rati videlicèt nihil utilius Clericis omnibus provideri poſſe, quàm ut in ipſis veluti fontibus, ſenſim ſine labore, quantulam Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſcientiam delibent, ſicque ad illius venerandas leges, ſuos mores componere aſſueſcant.

Denique, ut in hocce novo Breviario nihil deſideretur, quod ad veſtram omnium ſantificationem, imò ad communem Fidelium utilitatem conducere poſſit: opus ita elaboratum eſt, ut in Officio Divino non ſolùm ob oculos vobis jugiter proponerentur auguſtiſſima Religionis Myſteria, incorrupta fidei & diſciplinæ traditio, clariſſima Sanctorum exempla, quibus pietas veſtra foveretur, fides erudiretur, fervor accenderetur; ve-

a v

rùm etiam firma aſſerendis dogmatibus catholicis argumenta, & parata imbuendo ſcientiâ ſalutis commiſſo vobis populo ſubſidia, in quodam veluti promptuario, ad manum haberetis.

Quocirca, de Venerabilium Fratrum noſtrorum Eccleſiæ noſtræ Canonicorum conſilio, (cùm aliundè dilectiſſimi Fratres noſtri, Canonici Eccleſiæ Sancti Pauli, votum ſuum & voluntatem novo hocce Breviario utendi nobis ſignificaverint,) omnibus Diœceſis noſtræ Eccleſiis, necnon omnibus & ſingulis Clericis qui ad Divini Officii recitationem quocumque modo tenentur, mandamus & præcipimus, ut hocce Breviario noſtro, ut ſequitur ordinato, utantur impoſterùm, nec aliud, ſive publicè, ſive privatìm, recitare præſumant.

Quod reliquum eſt, verbis ſancti Bernardi (*s*) monemus vos, Dilectiſſimi, purè ſemper ac ſtrenuè Divinis intereſſe laudibus : ſtrenuè quidem, ut ſicut reverenter, ita alacriter Domino aſſiſtatis, non pigri, non ſomnolenti, non oſcitantes, non parcentes vocibus, non præcidentes verba dimidiâ, non integra tranſilientes, non fractis & remiſſis vocibus muliebre quiddam balbâ de nare ſonantes, ſed virili, ut dignum eſt, & ſonitu & affectu voces ſancti Spiritûs depromentes : purè verò, ut nihil aliud, dum pſallitis, quàm quod pſallitis cogitetis.

Interim, (*t*) memoriam veſtrî facientes in orationibus noſtris ſine intermiſſione, (*v*) adjuvantibus & vobis in oratione pro nobis, *uti-*

(*s*) S. Bern. Serm. 47. in Cant. (*t*) 1. Theſſ. 1. 2. (*v*) 2. Cor. 1. 11.

nam à Chriſto Paſtorum Principe conſequamur; ut & in terris gaudium noſtrum, & in cœlis corona noſtra eſſe mereamini !

Datum Electi, in Palatio noſtro Epiſcopali, die decimâ Decembris, anni milleſimi Septingenteſimi ſeptuageſimi primi.

† CAROLUS, Epiſcopus Electenſis.

De Mandato Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi
D. D. Epiſcopi Electenſis.
Niveduae.

TABULA TEMPORARIA.

Anni Domini.	*Aureus numerus.*	*Epactæ.*	*Indictio.*	*Litt. Dominical.*	*Domin. poſt Epiphan.*	*Septuageſima.*	*Dies Cinerum.*
1775	9	xxviij.	8	a	5	12 Febr.	1 Mart.
1776	10	ix.	9	g f	4	4 Febr.	21 Febr.
1777	11	xx.	10	e	2 †	26 Jan.	12 Febr.
1778	12	j.	11	d	5 †	15 Febr.	4 Mart.
1779	13	xij.	12	c	3 †	31 Jan.	17 Febr.
1780	14	xxiij.	13	b a	2	23 Jan.	9 Febr.
1781	15	iv.	14	g	5	11 Febr.	28 Febr.
1782	16	xv.	15	f	2 †	27 Jan.	13 Febr.
1783	17	xxvj.	1	e	5 †	16 Febr.	5 Mart.
1784	18	vij.	2	d c	4 †	8 Febr.	25 Febr.
1785	19	xviij.	3	b	2 †	23 Jan.	9 Febr.
1786	1	*	4	a	5	12 Febr.	1 Mart.
1787	2	xj.	5	g	4	4 Febr.	21 Febr.
1788	3	xxij.	6	f e	1 †	20 Jan.	6 Febr.
1789	4	iij.	7	d	4 †	8 Febr.	25 Febr.
1790	5	xiv.	8	c	3 †	31 Jan.	17 Febr.
1791	6	xxv.	9	b	6	20 Febr.	9 Mart.
1792	7	vj.	10	a g	4	5 Febr.	22 Febr.
1793	8	xvij.	11	f	2 †	27 Jan.	13 Febr.
1794	9	xxviij.	12	e	5 †	16 Febr.	5 Mart.
1795	10	ix.	13	d	3 †	1 Febr.	18 Febr.
1796	11	xx.	14	c b	2 †	24 Jan.	10 Febr.
1797	12	j.	15	a	5	12 Febr.	1 Mart.
1798	13	xij.	1	g	4	4 Febr.	21 Febr.
1799	14	xxiij.	2	f	1 †	20 Jan.	6 Febr.
1800	15	iv.	3	e	4 †	9 Febr.	26 Febr.
1801	16	xv.	4	d	3 †	1 Febr.	18 Febr.
1802	17	xxvj.	5	c	5 †	14 Febr.	3 Mart.
1803	18	vij.	6	b	4 †	6 Febr.	23 Febr.
1804	19	xviij.	7	A g	3	29 Jan.	15 Febr.
1805	1	*	8	f	4 †	10 Febr.	27 Febr.
1806	2	xj.	9	e	3 †	2 Febr.	19 Febr.

FESTORUM MOBILIUM.

Anni Domini.	Pascha.	*Aſcenſio Domini.*	*Pentecoſte.*	*Feſt. Corp. Chriſti.*	*Domin. poſt Pentec.*	*Dominica I. Adv.*
1775	16 April.	25 Maii.	4 Junii.	15 Junii.	25	3 Dec.
1776	7 April.	16 Maii.	26 Maii.	6 Junii.	26	1 Dec.
1777	30 Mart.	8 Maii.	18 Maii.	29 Maii.	27	30 Nov.
1778	19 April.	28 Maii.	7 Junii.	18 Junii.	24	29 Nov.
1779	4 April.	13 Maii.	23 Maii.	3 Junii.	26	28 Nov.
1780	26 Mart.	4 Maii.	14 Maii.	25 Maii.	28	3 Dec.
1781	15 April.	24 Maii.	3 Junii.	14 Junii.	25	2 Dec.
1782	31 Mart.	9 Maii.	19 Maii.	30 Maii.	27	1 Dec.
1783	20 April.	29 Maii.	8 Junii.	19 Junii.	24	30 Nov.
1784	11 April.	20 Maii.	30 Maii.	10 Junii.	25	28 Nov.
1785	27 Mart.	5 Maii.	15 Maii.	26 Maii.	27	27 Nov.
1786	16 April.	25 Maii.	4 Junii.	15 Junii.	25	3 Dec.
1787	8 April.	17 Maii.	27 Maii.	7 Junii.	26	2 Dec.
1788	23 Mart.	1 Maii.	11 Maii.	22 Maii.	28	30 Nov.
1789	12 April.	21 Maii.	31 Maii.	11 Junii.	25	29 Nov.
1790	4 April.	13 Maii.	23 Maii.	3 Junii.	26	28 Nov.
1791	24 April.	2 Junii.	12 Junii.	23 Junii.	23	27 Nov.
1792	8 April.	17 Maii.	27 Maii.	7 Junii.	26	2 Dec.
1793	31 Mart.	9 Maii.	19 Maii.	30 Maii.	27	1 Dec.
1794	20 April.	29 Maii.	8 Junii.	19 Junii.	24	30 Nov.
1795	5 April.	14 Maii.	24 Maii.	4 Junii.	26	29 Nov.
1796	27 Mart.	5 Maii.	15 Maii.	26 Maii.	27	27 Nov.
1797	16 April.	25 Maii.	4 Junii.	15 Junii.	25	3 Dec.
1798	8 April.	17 Maii.	27 Maii.	7 Junii.	26	2 Dec.
1799	24 Mart.	2 Maii.	12 Maii.	23 Maii.	28	1 Dec.
1800	13 April.	22 Maii.	1 Junii.	12 Junii.	25	30 Dec.
1801	5 April.	14 Maii.	24 Maii.	4 Junii.	26	29 Nov.
1802	18 April.	27 Maii.	6 Junii.	17 Junii.	24	28 Nov.
1803	10 April.	19 Maii.	29 Maii.	9 Junii.	25	27 Nov.
1804	1 April.	10 Maii.	20 Maii.	31 Maii.	27	2 Dec.
1805	14 April.	23 Maii.	2 Junii.	13 Junii.	23	1 Dec.
1806	6 April.	15 Maii.	25 Maii.	5 Junii.	26	30 Nov.

In ſequenti Calendario, appoſitum eſt tempus quo quiſque Sanctus obiit : ann. *ſignificat anno :* c. ann. *circa annum :* ſ. *ſeculo :* init. ſ. *initio ſeculi :* c. med. ſ. *circa medium ſeculi :* c. fin. ſ. *circa finem ſeculi.*

*Feſta quæ feriantur apud populum, majuſculis caracteribus notantur. Sancti autem qui unius vel plurium hujuſce Diœceſis Eccleſiarum Parrochialium Patroni ſunt aut Titulares, aſteriſco * deſignantur.*

Cycl. Epact.	L.D.	Dies Menſis.		JANUARIUS.
*	A	Cal.	1	CIRCUMCISIO DOMINI, Impoſitio Nominis JESU, & Octava Natalis ejuſdem, *Solemne-minus.*
xxix	b	iv	2	Baſilii Magni, Cæſarienſis in Cappad. Epiſcopi & Eccleſiæ Doctoris, *Duplex-min.* obiit 1. Jan. an. 379.
xxviij	c	iij	3	Genovefæ, Pariſienſis Virginis, *Simplex* : an. 512.
xxvij	d	Prid.	4	Ferreoli, Ucetienſis Epiſcopi, *Semiduplex* : c. an. 581.
xxvj	e	Non.	5	Vigilia Epiphaniæ Domini, (ſine jejunio :) cum *Commemoratione* S. Simeonis Stylitæ, Anachoretæ propè Anthiochiam : c. ann. 460.
25. xxv	f	viij	6	EPIPHANIA DOMINI, *Solemne-majus* : Feſt. è primis in Eccl. inſtit.
xxiv	g	vij	7	}
xxiij	A	vj	8	} De Octava Epiph. *Semid.*
xxij	b	v	9	}
xxj	c	iv	10	De Octava Epiph. *Semid.* cum *Commem.* S. Pauli, primi Eremitæ Thebaïdis : c. ann. 341.
xx	d	iij	11	} De Octava Epiph. *Semid.*
xix	e	Prid.	12	}
xviij	f	Idib.	13	Octava Epiph. & Baptiſmus Domini, *Duplex-majus.*
xvij	g	xix	14	Hilarii, Pictavienſis Epiſcopi & Eccleſ. Doct. *Duplex-minus :* (è 13.) c. ann. 368. cum

Cycl. Epact.	L.D.	Dies Menſis.		JANUARIUS.
				Commem. S. Felicis, Preſbyt. Nolani : c. ann. 265.
xvj	A	xviij	15	Mauri, Glannfolienſis in agro Andegavenſi Abbatis, *Semiduplex* : c. fin. VI. ſ.
xv	b	xvij	16	Fulgentii, Ruſpenſis in Africa Epiſc. & Eccl. Doct. *Semid.* (è 1.) ann. 533.
xiv	c	xvj	17	Antonii, Ægyptii Abbatis, *Semiduplex :* an. 356. cum *Commemoratione* S. Sulpitii, Bituricenſis Epiſc. c. an. 644.
xiij	d	xv	18	Pontificatus ſeu Cathedr. S. Petri Apoſt. quâ Antiochiæ primùm ſedit c. an. 36. tùm Romæ c. an. 43. vel 48. *Duplex-minus.* *Prima ſedes Septuageſimæ.*
xij	e	xiv	19	* Juliani, & Baſiliſſæ uxoris ejus, in Ægypto Mart. *Semiduplex :* (è 7.) init. IV. ſ.
xj	f	xiij	20	*Sebaſtiani, Narbone nati, Romæ Martyris, *Duplex-minus :* c. ann. 288.
x	g	xij	21	Agnetis, Romanæ Virginis & Martyris, *Semiduplex :* ann. 303. vel 304.
ix	A	xj	22	Vincentii, Diaconi Cæſarauguſtani, Valentiæ in Hiſp. Mart. *Semid.* ann. 303. vel 304.
viij	b	x	23	Fabiani, Papæ & Mart. *Semid.* an. 250.
vij	c	ix	24	Timothei, Epheſini Epiſcopi & Martyr. *Semid.* ann. 97. cum *Commem.* S. Titi, Cretenſis Epiſc. I. ſ.
vj	d	viij	25	Converſio ſancti Pauli, Apoſt. *Solemne-min.* [in Eccleſ. Collegiata, *Annuale :*] ann. 34. vel 35.
v	e	vij	26	Paulæ, Viduæ Romanæ, *Simplex :* an. 404. [*Hodie & ſubſequentibus hujus Menſis diebus, in Ec-*

Cycl. Epact.	L.D.	Dies Menſis.		JANUARIUS.
				cleſia Collegiata fit Officium de Octava Converſionis S. Pauli, Semidupl. *cum Commem. Sanctorum occurrentium.*]
iv	f	vj	27	Martyrum qui pro Libris ſacris interierunt, *Semid.* an. 303.
iij	g	v	28	Cyrilli, Alexandrini Epiſcopi & Eccleſiæ Doctoris, *Semiduplex :* (è 28. Jun.) ann. 445.
ij	A	iv	29	Franciſci Saleſii, Genevenſis Epiſc. *Semidupl.* (è 28. Dec.) ann. 1622.
j	b	iij	30	Bathildis, Reginæ Francorum, Viduæ, *Semid.* an. 680.
*	c	Prid.	31	Petri Nolaſci, San-Papulenſis, Inſtit. Ordin. B. Mariæ de Mercede, *Semid.* ann. 1256.
				FEBRUARIUS.
xxix	d	Cal.	1	Ignatii, Antiocheni Epiſcopi & Martyris, *Duplex-min.* (è 20 Dec.) ann. 107. [*In Eccleſ. Colleg.* Octava Converſionis S. Pauli, Apoſt. *Duplex-majus.*]
xxviij	e	iv	2	PRÆSENTATIO DOMINI, ET PURIFICATIO B. MARIÆ VIRGINIS, *Solemne-majus :* inſtit. in Oriente, ſub *Hypapantis* nomine, an. 542.
xxvij	f	iij	3	Blaſii, Sebaſteni in Armen. Epiſc. & Mart. *Semid.* c. an. 316.
25. xxvj	g	Prid.	4	[*In Eccleſ. Colleg.* Ignatii, Antioch. Epiſc. & Mart. *Duplex-min.*] *Prima ſedes diei Cinerum.*
xxv. xxiv	A	Non.	5	Agathæ, Catanenſis Virginis &

Cycl. Epact.	L.D.	Dies Menſis.		FEBRUARIUS.
				Martyris, *Semiduplex :* ann. 251. [In Quadrag. *Commem.* & ſic de aliis Semiduplicibus.]
xxiij	b	viij	6	Amandi, Trajectenſis Epiſcopi, *Semiduplex :* c. an. 679.
xxij	c	vij	7	
xxj	d	vj	8	Joannis de Matha, Preſb. Pariſ. Inſtit. Ord. SS. Trinitatis, *Semid.* (è 21. Dec.) an. 1213.
xx	e	v	9	Apolloniæ, Alexandrinæ Virginis & Mart. *Semiduplex :* an. 249.
xix	f	iv	10	Scholaſticæ, Caſſinenſis Virginis, *Semidup.* [In Cathedr. *Duplex-min.*] ann. 543.
xviij	g	iij	11	Benedicti, Anianenſis Abbatis, *Semid.* an. 821.
xvij	A	Prid.	12	
xvj	b	Idib.	13	Fulcranni, Lodovenſis Epiſc. *Semid.* an. 1006.
xv	c	xvj	14	
xiv	d	xv	15	
xiij	e	xiv	16	
xij	f	xiij	17	
xj	g	xij	18	Simeonis, Hieroſolymitani Epiſcopi & Mart. *Semid.* an. 107.
x	A	xj	19	
ix	b	x	20	
viij	c	ix	21	
vij	d	viij	22	
vj	e	vij	23	
v	f	vj	24	Matthiæ, Apoſt. *Dup. maj.* 1. ſ.
iv	g	v	25	*In anno Biſſextili.* [Si incidat in Quadrag. anticipabitur in Feriam iij. poſt Dominicam Quinquag.]
iij	A	iv	26	
ij	b	iij	27	
j	c	Prid.	28	Martyrum qui obierunt in caritatis officio erga peſtilentiâ afflictatos Alexandriæ, *Semid.* III. ſ.
*	*	*	29	*In anno Biſſextili.*

In annis Biſſextilibus (ii ſunt quibus in Tabula temporaria Feſtorum mobilium, aſſignatur duplex Littera Dominicalis) additur dies intercalaris, & bis dicitur Sexto Calendas Martii, *nempe diebus 24. & 25. unde illi anni* Biſſextiles *dicuntur : & Feſtum ſancti Matthiæ, quod in aliis annis celebratur die 24., in anno Biſſextili die 25. celebratur, niſi occurrat in Quadrageſima, & ideò ſit anticipandum. Littera autem Dominicalis quæ fuit aſſumpta menſe Januario, mutatur in præcedentem.*

Feriâ vj. poſt Cineres, fit Officium de Quinque Plagis Chriſti, *Duplex-majus.*

Feriâ vj. poſt Dominicam tertiam Quadrageſimæ, fit Officium de ſancta Corona Spinea Domini, *Duplex-maj.*

Cycl. Epact.	L.D.	Dies Menſis.		MARTIUS.
*	d	Cal.	1	Albini, Andegavenſis Epiſcopi, *Semiduplex* : ann. 550.
xxix	e	vj	2	
xxviij	f	v	3	
xxvij	g	iv	4	
xxvj	A	iij	5	
25. xxv	b	Prid.	6	
xxiv	c	Non.	7	Perpetuæ & Felicitatis, Carthaginenſium Mart. *Semid.* c. an. 204.
xxiij	d	viij	8	*Prima ſedes Novilunii Paſch.*
xxij	e	vij	9	Quadraginta Militum, Sebaſtæ in Armenia Mart. *Semid.* c. ann. 320.
xxj	f	vj	10	*Ultima ſedes diei Cinerum.*
xx	g	v	11	
xix	A	iv	12	
xviij	b	iij	13	
xvij	c	Prid.	14	
xvj	d	Idib.	15	
xv	e	xvij	16	
xiv	f	xvj	17	Patricii, Epiſcopi, Hybernorum Apoſtoli, *Commem.* ann. 460.
xiij	g	xv	18	Alexandri, Hieroſolym. Epiſc. & Mart. *Commem.* ann. 250.

Cycl. Epact.	L.D.	Dies Menſis.		MARTIUS.
xij	A	xiv	19	
xj	b	xiij	20	
x	c	xij	21	
ix	d	xj	22	*Prima ſedes Paſchæ.*
viij	e	x	23	
vij	f	ix	24	
vj	g	viij	25	ANNUNTIATIO INCARNATIONIS DOMINI AD B. MARIAM VIRGINEM, *Solemne - majus :* inſtit. Romæ ante ann. 496.
v	A	vij	26	
iv	b	vj	27	
iij	c	v	28	
ij	d	iv	29	
j	e	iij	30	
*	f	Prid.	31	

Feriâ ſextâ poſt Dominicam Paſſionis, fit Officium de Compaſſione B. Mariæ Virg. Duplex-majus : *inſtit. in Concil. Colonienſi, an.* 1423.

APRILIS.

Cycl. Epact.	L.D.	Dies Menſis.		APRILIS.
xxix	g	Cal.	1	
xxviij	A	iv	2	Franciſci de Paula, Ordinis Minimor. Inſtit. *Semidupl.* an. 1507.
xxvij	b	iij	3	
25. xxvj	c	Prid.	4	Ambroſii, Mediolanenſis Epiſc. & Eccl. Doct. *Duplex-minus :* ann. 397.
xxv. xxiv	d	Non.	5	*Ultima ſedes Novilunii Paſchæ*
xxiij	e	viij	6	
xxij	f	vij	7	
xxj	g	vj	8	
xx	A	v	9	
xix	b	iv	10	
xviij	c	iij	11	
xvij	d	Prid.	12	

Cycl. Epact.	L.D.	Dies Menſis.		APRILIS.
xvj	e	Idib.	13	Juſtini, Chriſtianæ Religionis Apologiſtæ, & Romæ Mart. *Semid.* ann. 167.
xv	f	xviij	14	
xiv	g	xvij	15	
xiij	A	xvj	16	
xij	b	xv	17	
xj	c	xiv	18	
x	d	xiij	19	
ix	e	xij	20	Joſeph, Sponſi B. Mariæ Virginis, *Duplex-majus* : (è 19. Mart.) I. f.
viij	f	xj	21	
vij	g	x	22	
vj	A	ix	23	Georgii, Mart. in Oriente, *Semiduplex* : c. ann. 303.
v	b	viij	24	Martyrum pro Solemnitate Paſchali in Africa occiſorum, *Semid.* (è 5.) ann. 459.
iv	c	vij	25	Marci, Evang. *Dupl. maj.* ann. 68. *Ultima ſedes Paſchæ.*
iij	d	vj	26	Cleti (ſeu Anacleti,) Papæ & Martyris, *Semid.* c. ann. 91.
ij	e	v	27	Polycarpi, Smyrnenſis Epiſc. & Mart. *Duplex-minus* : (è 26. Mart.) an. 169.
j	f	iv	28	Aphrodiſii, Biterrenſis Epiſc. & Mart. *Semid.* I. vel III. f.
*	g	iij	29	Mariæ Ægyptiæ, in Palæſtina Pœnitentis, *Semiduplex* : (è 2.) c. ann. 421.
xxix	A	Prid.	30	Eutropii, Santonenſis Epiſc. & Mart. *Semid.* III. f.

MAIUS.

DOMINICA primâ Maii, (vel quando illa Dominica eſt Dominica in Albis, Dominicâ ejuſdem Menſis ſecundâ,) celebratur ANNIVERSARIUM

Cycl. Epact.	L.D.	Dies Menſis.		MAIUS.
				DEDICATIONIS OMNIUM ECCLESIARUM DIŒCESIS ELECTENSIS, Solemne-majus, *at ſine Octava in Eccleſiis non dedicatis.*
xxviij	b	Cal.	1	Philippi & Jacobi (Alphæi,) Apoſtolorum, *Dupl. maj.* 1. ſ.
xxvij	c	vj	2	Athanaſii, Alexandrini Epiſcopi & Eccleſiæ Doctoris, *Duplex-minus :* ann. 373.
xxvj	d	v	3	Inventio ſanctæ Crucis, *Solemne-min.* ann. 326.
25. xxv	e	iv	4	Theodardi, Narbonenſis Epiſc. *Duplex-min.* (è 1.) ann. 893.
xxiv	f	iij	5	Monicæ, Tagaſtenſis in Africa Viduæ, *Simplex* : ann. 387.
xxiij	g	Prid.	6	Martyrium S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ, Romæ ante Portam Latinam, *Duplex-min.* c. ann. 95.
xxij	A	Non.	7	
xxj	b	viij	8	
xx	c	vij	9	Gregorii Nazianzeni, Conſtantinop. Epiſc. & Eccleſiæ Doctoris, *Duplex-minus :* c. an. 391.
xix	d	vj	10	*Prima ſedes Pentecoſtes.*
xviij	e	v	11	Pontii, Cemelienſis Martyris, Eccleſiæ Pontiopolitanæ Patroni, *Semidupl.* c. an. 258. cum *Commem.* S. Mamerti, Viennenſis Epiſc. poſt an. 475.
xvij	f	iv	12	
xvj	g	iij	13	
xv	A	Prid.	14	Pachomii, Tabennæ in Thebaïde Abb. *Semid.* c. an. 350.
xiv	b	Idib.	15	Guimerræ, Carcaſſonenſis Epiſc. *Semiduplex :* c. an. 931. cum *Commem.* S. Lupini, ibidem Preſbyt. & Canonici : c. med. IX. ſ.
xiij	c	xvij	16	

Cycl. Epact.	L.D.	Dies Menſis.		MAIUS.
xij	d	xvj	17	
xj	e	xv	18	
x	f	xiv	19	Petri Cœleſtini V. Papæ, Congreg. Cœleſtinor. Inſtit. *Semid.* an. 1296. cum *Commemor.* S. Yvonis, Trecorenſis Preſb. ann. 1303.
ix	g	xiij	20	Baudelii, Nemauſenſis Mart. *Semid.* III. vel IV. ſ.
viij	A	xij	21	
vij	b	xj	22	
vj	c	x	23	
v	d	ix	24	Franciſci Regis, è Diœc. Narbonenſi, Preſb. *Simpl.* an. 1642.
iv	e	viij	25	
iij	f	vij	26	
ij	g	vj	27	
j	A	v	28	Guillelmi, Aquitaniæ Ducis, Comitis Toloſani, ac demùm Monachi Gellonenſis in Diœc. Lodovenſi, *Semid.* an. 812.
*	b	iv	29	Germani, Pariſienſis Epiſcopi, *Semid.* (è 28.) an. 576.
xxix	c	iij	30	
xxviij	d	Prid.	31	

Dominica I. poſt Pentecoſten fit, pro Octava hujus Feſti, FESTUM SS. TRINITATIS, *Solemne-majus.*

Feriâ v. ſequenti celebratur FESTUM SANCTISSIMI EUCHARISTIÆ SACRAMENTI, *Annuale :* inſtit. ab Urbano IV. an. 1264.

Feriâ v. in Octava SS. Euchariſtiæ, fit Feſtum Sacerdotii D. N. J. C. *Duplex-majus.*

JUNIUS.

xxvij	e	Cal.	1	Flori, primi Lodovenſis Epiſc.

Cycl. Epact.	L.D.	Dies Menſis.		JUNIUS.
				Semiduplex : c. an. 389. cum *Commem.* SS. Amandi, Alexandri, Lucii, & Audaldi, Mart. Caunenſium in Diœc. Narbon. init. IV. ſ.
25. xxvj	f	iv	2	Pothini, primi Lugdunenſis Epiſc. Blandinæ Virg. & quadraginta ſeptem aliorum Martyrum Lugdunenſium, *Semid.* an. 177. cum *Commem.* SS. Marcellini Preſbyt. & Petri Exorciſtæ, Romæ Mart. an. 304.
xxv. xxiv	g	iij	3	Clotildis, Reginæ Francorum, Viduæ, *Semid.* ante med. VI. ſ.
xxiij	A	Prid.	4	
xxij	b	Non.	5	
xxj	c	viij	6	Norberti, Magdeburgenſis Epiſc. Inſtitut. Ordin. Præmonſtratenſis, *Semid.* ann. 1134.
xx	d	vij	7	Hilarii, Carcaſſonenſis Epiſc. *Semid.* (è 3.) c. fin. V. ſ.
xix	e	vj	8	
xviij	f	v	9	
xvij	g	iv	10	
xvj	A	iij	11	Barnabæ, Gentium Apoſtoli, *Duplex-maj.* I. ſ.
xv	b	Prid.	12	
xiv	c	Idid.	13	*Ultima ſedes Pentecoſtes.*
xiij	d	xviij	14	Exuperii, Toloſani Epiſcopi, *Semid.* (è 28. Sept.) c. init. V. ſ. *Tranſlatio hâc die*, VI. ſ.
xij	e	xvij	15	
xj	f	xvj	16	Cyrici & Julittæ matris ejus, Tarſi in Cilicia Martyrum, *Semiduplex :* init. IV. ſ.
x	g	xv	17	
ix	A	xiv	18	
viij	b	xiij	19	Gervaſii & Protaſii, Mediolanenſium Mart. *Semid.* I. vel II. ſ.
vij	c	xij	20	Romualdi, Abbatis, Inſtitut. Ordinis Camaldulenſis, *Semiduplex :* c. ann. 1027.

Cycl. Epaſt.	L.D.	Dies Menſis.		JUNIU
vj	d	xj	21	
v	e	x	22	Paulini, Nolani Epiſ ann. 431.
iv	f	ix	23	Vigilia, *cum je,*
iij	g	viij	24	* NATIVITAS. S. J BAPTISTÆ, *Sol* ante v. ſ. inſtit.
ij	A	vij	25	Maxentii, Agathenſis poſteà in Diœc. I Abbatis, *Semidup.* 515.
j	b	vj	26	Joannis & Pauli, Ro *Semid.* c. an. 362.
*	c	v	27	Creſcentis, primi Epiſc. *Semid.* 1. ſ.
xxix	d	iv	28	Irenæi, Lugdunen. Epi Doctoris, ac Soc. e *Duplex-minus:* c cum *Commem.* Vigi *jejunio.*
xxviij	e	iij	29	* PETRI & PAULI, *Solemne-maj.* c. an
xxvij	f	Prid.	30	Commemoratio S. Pa toli, *Duplex-maj.* [Colleg. *Solemne-m* *Commem.* S. Petri.

				JULIU
xxvj	g	Cal.	1	Martialis, primi Le Epiſc. *Semid.* (è III. ſ. cum *Commer* SS. Apoſtolorum.
25. xxv	A	vj	2	Viſitatio B. M. Virg. inſtit. ab Urbano VI cum *Commem.* Oct.
xxiv	b	v	3	Proſperi Aquitani, Ec *Semid.* (è 25. Ju cum *Commem.* O Apoſt.
xxiij	c	iv	4	} De Octava SS. Apo
xxij	d	iij	5	} *Semid.*

Cycl. Epact.	L.D.	Dies Menſis.		JULIUS.
xxj	e	Prid.	6	Octava SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, *Duplex-minus*.
xx	f	Non.	7	Thomæ, Cantuarienſis Epiſc. & Mart. *Semid.* (è 29. Dec.) an. 1170. *Tranſlatio hâc die*, an. 1222.
xix	g	viij	8	
xviij	A	vij	9	
xvij	b	vj	10	Septem Fratrum, & Felicitatis eorum matris, Romæ Mart. *Semid.* c. ann. 150.
xvj	c	v	11	Benedicti, Caſſinenſis Abbatis, Eccleſiæ Cathedralis Electenſis, Patroni, [in Cathedr. *Solemne-majus*,] in Diœc. *Solemne-min.* (è 22. Mart.) an. 543. *Tranſlatio hâc die*, c. an. 653.
xv	d	iv	12	[*In Cathedr.* De Octava S. Benedicti, *Semiduplex.*]
xiv	e	iij	13	
xiij	f	Prid.	14	Bonaventuræ, Albanenſis Epiſc. & Eccl. Doct. *Semidup.* ann. 1274. [cum *Commem.* Octavæ *in Cathedr.*]
xij	g	Idib.	15	[*In Cathedr.* De Octava, *Semiduplex.*]
xj	A	xvij	16	
x	b	xvj	17	Sperati & Sociorum ejus, Mart. Scillitanorum; *Semid.* an. 200. [cum *Commem.* Octavæ *in Cathedr.*]
ix	c	xv	18	Thomæ Aquinatis, Eccleſiæ Doctoris, *Duplex-minus* : (è 7. Mart.) ann. 1274. *Canonizatio hâc die*, ann. 1323. [*In Cathedr.* Octava S. Benedicti, Caſſin. Abbatis, *Duplex-minus.*]
viij	d	xiv	19	Vincentii à Paulo, Preſbyteri, Congreg. Miſſion. Inſtit. *Semiduplex* : an. 1660.
vij	e	xiij	20	Margaritæ, Virg. & Mart. *Semid.* circ. ann. 275.

Cycl. Epact.	L.D.	Dies Menſis.		JULIUS.
vj	f	xij	21	Victoris, Maſſilienſis Martyris, *Semiduplex* : c. ann. 275.
v	g	xj	22	* Mariæ Magdalenes, *Duplex-maj.* I. ſ.
iv	A	x	23	[*In Cathedr.* Thomæ Aquinatis, Eccl. Doct. *Dupl. min.*]
iij	b	ix	24	
ij	c	viij	25	Jacobi (Zebedæi,) Apoſt. *Duplex-maj.* ann. 44. cum *Commem.* S. Chriſtophori, Mart. in Licia : III. ſ.
j	d	vij	26	Joachim & Annæ, Parentum B. Mariæ Virginis, *Dup. maj.*
*	e	vj	27	* Cucuphatis, Barcinonenſis Mart. *Semid.* (è 25.) c. an. 304.
xxix	f	v	28	* Nazarii & Celſi, Mediolanenſium Martyrum, Eccleſiar. Carcaſſon. & Biterr. Patronorum, *Semidup.* I. vel II. ſ.
xxviij	g	iv	29	Lupi, Treçenſis Epiſcopi, *Semid.* c. ann. 479.
xxvij	A	iij	30	Germani, Autiſſiod. Epiſcopi, *Semid.* (è 31.) ann. 448.
25. xxvj	b	Prid.	31	Ignatii Loyolæ, Preſbyt. *Semid.* ann. 1556.
				AUGUSTUS.
xxv. xxiv	c	Cal.	1	* Petri ad Vincula, *Duplex-maj.* (è 22. April.) ann. 44. & 65. *Dedic. Baſilicæ ejuſd. hâc die*, an. 439. vel 451. cum *Commem.* SS. Septem Fratrum Machabæorum & eorum Matris, Antiochiæ Mart. c. ann. 167. ante Chriſtum natum.
xxiij	d	iv	2	Stephani, Papæ & Martyris, *Semid.* ann. 257.
xxij	e	iij	3	* Inventio Corporis S. Stephani, Protom. *Semid.* ann. 415.
xxj	f	Prid.	4	Dominici, Preſbyt. Inſtit. Or-

Cycl. Epact.	L.D.	Dies Menſis.		AUGUSTUS.
				dinis Fratrum Prædicat. *Semi-duplex* : (è 6.) an. 1221.
xx	g	Non.	5	* Felicis, Gerundenſis Mart. *Semid.* (è 1.) c. an. 304.
xix	a	viij	6	Transfiguratio Domini, *Duplex-majus* : an. 28. vel 32. Hoc Feſtum inſtit. eſt à Calixto III. an. 1457.
xviij	b	vij	7	Xiſti, Papæ & Mart., *Semid.* (è 6.) an. 258.
xvij	c	vj	8	* Juſti & Paſtoris, fratrum, Complutenſium Martyrum, Eccleſ. Narbonenſis Patronor. *Duplex-min.* (è 6.) c. an. 287.
xvj	d	v	9	
xv	e	iv	10	*Laurentii, Romani Diaconi & Mart. *Duplex-maj.* ann. 258.
xiv	f	iij	11	
xiij	g	Prid.	12	Claræ, Aſſiſii in Umbria Virg. Clariſſarum Abbatiſſæ, *Semi-duplex* : an. 1253.
xij	A	Idib.	13	Radegundis, Reginæ Francorum, Viduæ, *Semidup.* ann. 587.
xj	b	xix	14	Vigilia, *cum jejunio.*
x	c	xviij	15	* ASSUMPTIO B. MARIÆ VIRGINIS, Eccleſiæ Cathedralis & totius Diœceſis Electenſis Patronæ, *Annuale* : 1. ſ. Hoc Feſt. in Concil. Mogunt. inſtitutum eſt an. 813.
ix	d	xvij	16	Rochi, Laïci apud Montem-Peſſulanum, *Duplex-minus* : ann. 1327. cum *Commem.* Octavæ Aſſumpt. B. M. V.
viij	e	xvj	17	} De Octava, *Semid.*
vij	f	xv	18	}
vj	g	xiv	19	}
v	A	xiij	20	Bernardi, primi Claravallenſis Abbatis, & Eccleſiæ Doctoris, *Dupl. min.* ann. 1153. cum *Commem.* Octavæ.
iv	b	xij	21	De Octava, *Semiduplex.*
iij	c	xj	22	Octava Aſſumptionis B. Mariæ

Cycl. Epaƈt.	L.D.	Dies Menſis.		AUGUSTUS.
				Virg. *Dup. maj.* cum *Commem.* S. Symphoriani, Auguſtodunenſis Mart. c. an. 179.
ij	d	x	23	Helenæ, Imperatricis, Viduæ, *Simplex :* (è 18.) IV. ſ.
j	e	ix	24	*Bartholomæi, Apoſtoli, *Dupl. maj.* I. ſ.
*	f	viij	25	* Ludovici IX. Regis Franciæ, *Duplex-maj.* ann. 1270.
xxix	g	vij	26	Geneſii, Arelatenſis Martyris, Eccleſiæ Lodovenſis Patroni, *Semid.* (è 25.) c. an. 308.
xxviij	A	vj	27	Cæſarii, Arelatenſis Epiſc. & Eccl. Doƈt. *Dupl. min.* ann. 542.
xxvij	b	v	28	Auguſtini, Hipponenſis Epiſc. & Eccleſ. Doƈt. *Dupl. min.* ann. 430. cum *Commem.* S. Juliani, Brivatenſis Mart. c. an. 304.
xxvj	c	iv	29	*Decollatio S. Joannis-Baptiſtæ, *Dupl. maj.* an. 28. vel. 32.
xxv	d	iij	30	Severi, Agathenſis Abbatis, *Semid.* (è 25.) c. an 500. cum *Commem.* S. Veredemii, Anachoretæ agri Ucetienſis : VI. ſ.
xxiv	e	Prid.	31	
				SEPTEMBER.
xxiij	f	Cal.	1	* Lupi, Senonenſis Epiſcopi, *Semidupl.* an. 628.
xxij	g	iv	2	Lazari, à Chriſto ſuſcitati, & SS. Mariæ & Marthæ, Sororum ejus, Chriſti Hoſpitum, *Dupl. min.* I. ſ. cum *Commem.* S. Antonini, Mart. III. ſ.
xxj	A	iij	3	Gregorii Magni, Papæ & Eccleſiæ Doƈtoris, *Duplex-min.* (è 12. Martii) ann. 604. *Ordinatio hâc die*, ann. 590.
xx	b	Prid.	4	Ægidii, Abbatis in Diœc. Nemauſenſi, *Semid.* (è 1.) c. ann. 547.

Cycl. Epact.	L.D.	Dies Menſis.		SEPTEMBER.
xix	c	Non.	5	
xviij	d	viij	6	
xvij	e	vij	7	Clodoaldi, Preſbyt. Pariſienſis, *Simplex :* an. 568.
xvj	f	vj	8	* NATIVITAS B. MARIÆ VIRGINIS, *Solemne-majus.* Hoc Feſt. ante VIII. ſ. non videtur inſtit.
xv	g	v	9	De Octava, *Semiduplex.*
xiv	A	iv	10	Salvii, Albigenſis Epiſc. *Semid.* an. 584. cum *Commem.* Oct.
xiij	b	iij	11	De Octava, *Semiduplex;* cum *Commem.* * S. Eugeniæ, Virg. & Romæ Mart. c. an. 304.
xij	c	Prid.	12	} De Octava, *Semidup.*
xj	d	Idib.	13	
x	e	xviij	14	Exaltatio ſanctæ Crucis, *Solemne-minus :* imperante Conſtantino, ann. 326. vel 327. imperante Heraclio, ann. 629. cum *Commem.* Octavæ.
ix	f	xvij	15	Octava Nativitatis B. Mariæ Virginis, *Duplex-minus*, cum *Commem.* S. Arnulfi, Metenſis Epiſc. c. an. 640.
viij	g	xvj	16	Joannis Chryſoſtomi, Conſtant. Epiſcopi & Eccleſiæ Doct. *Duplex-min.* (è 14.) ann. 407.
vij	A	xv	17	Cornelii, Papæ & Mart. *Semid.* (è 14.) ann. 252.
vj	b	xiv	18	* Ferreoli, Viennenſis Martyris, *Semid.* c. an. 304.
v	c	xiij	19	Cypriani, Carthaginenſis Epiſcopi, Eccleſiæ Doctoris & Mart. *Dup. min.*(è 14.) an. 258.
iv	d	xij	20	Caſtoris, Aptenſis Epiſcopi, *Semidupl.* c. an. 420. cum *Commem.* S. Ardonis, Monachi Anianenſis : an. 843.
iij	e	xj	21	Matthæi, Apoſtoli & Evangeliſtæ, *Dupl. maj.* I. ſ.
ij	f	x	22	Mauricii & Sociorum ejus, Mart. Agaunenſium, *Semid.* an. 286.

Cycl. Epact.	L.D.	Dies Menſis.		SEPTEMBER.
j	g	ix	23	Theclæ, Iconienſis Virg. & Mart. *Semid.* c. fin. I. ſ.
*	A	viij	24	
xxix	b	vij	25	Firmini, Ambianenſis Epiſc. & Mart. *Semid.* c. ann. 287.
xxviij	c	vj	26	
xxvij	d	v	27	* Coſmæ & Damiani, fratrum, Mart. *Semid.* c. init. IV. ſ.
25. xxvj	e	iv	28	
xxv. xxiv	f	iij	29	* Michaelis Archangeli, & Omnium Angelorum, *Solemne-minus.* Hoc feſtum in Apulia ſumpſit init. ann. 493. vel 536.
xxiij	g	Prid.	30	Hieronymi, Preſbyt. Stridonienſis, & Eccl. Doct. *Duplex-min.* an. 420.

OCTOBER.

Cycl. Epact.	L.D.	Dies Menſis.		OCTOBER.
xxij	A	Cal.	1	Remigii, Remenſis Epiſc. *Semid.* (è 13. Jan.) ann. 533. *Tranſlatio prima hâc die*, ante an. 585.
xxj	b	vj	2	Angelorum Cuſtodum, *Duplex-maj.* inſtit. à Paulo V. an. 1608.
xx	c	v	3	Trophimi, primi Arelatenſis Epiſc. *Semid.* (è 29. Dec.) quibuſd. I. ſ. aliis III. ſ.
xix	d	iv	4	Franciſci, Aſſiſinatis Cœnobitæ, Inſtit. Ordinis Fratrum Minorum, *Semid.* ann. 1226.
xviij	e	iij	5	
xvij	f	Prid.	6	Brunonis, Monachi, Inſtit. Ordin. Carthuſianor. *Semid.* anno 1101. cum *Commem.* S. Fidis, Aginnenſis Virginis & Mart. c. ann. 287.
xvj	g	Non.	7	
xv	A	viij	8	
xiv	b	vij	9	Dionyſii, primi Pariſiorum Epiſc. & Soc. Mart. *Semiduplex:* III. ſ.
xiij	c	vj	10	

Cycl. Epact.	L.D.	Dies Menſis.		OCTOBER.
xij	d	v	11	Firmini, Ucetienſis Epiſcopi, *Semid.* an. 553.
xj	e	iv	12	
x	f	iij	13	Geraldi, Comitis Aureliacenſis, Laïci, *Simpl.* ann. 909.
ix	g	Prid.	14	
viij	A	Idib.	15	Thereſiæ, Abulenſis Virginis, Inſtauratricis Ordin. Carmel. *Semid.* ann. 1582.
vij	b	xvij	16	Bertrandi, Convenarum Epiſc. *Semid.* c. ann. 1120.
vj	c	xvj	17	Gauderici, Agricolæ in territ. Mirapiſcenſi, *Simplex* : IX. ſ.
v	d	xv	18	Lucæ, Evangeliſtæ, *Dup. maj.* I. ſ.
iv	e	xiv	19	
iij	f	xiij	20	
ij	g	xij	21	Urſulæ & Soc. ejus Virg. propè Coloniam Agripp. Mart. *Semid.* an. 450. cum *Commem.* S. Hilarionis, Abb. in Palæſt. an. 371.
j	A	xj	22	
*	b	x	23	Theodoriti, Antiochenſis Preſb. & Martyris, Eccleſiæ Ucetienſis Patroni, *Sem.* c. an. 362.
xxix	c	ix	24	
xxviij	d	viij	25	
xxvij	e	vij	26	Ruſtici, Narbonenſis Epiſc. *Duplex-minus* : c. ann. 460.
xxvj	f	vj	27	
25. xxv	g	v	28	Simonis & Judæ Ap. *Dup. maj.* I. ſ.
xxiv	A	iv	29	
xxiij	b	iij	30	Quintini, Mart. apud Auguſtam Veromanduor. *Semid.* (è 31.) c. ann. 287.
xxij	c	Prid.	31	Vigilia, *cum jejunio.*

NOVEMBER.

xxj	d	Cal.	1	OMNIUM SANCTORUM, *Annuale* : inſtit. à Greg. IV. an. 835.
xx	e	iv	2	COMMEMORATIO OMNIUM FIDELIUM DEFUNCTORUM, *Du-*

Cycl. Epact.	L.D.	Dies Menſis.		NOVEMBER.
				plex-majus : inſtit. ann. 998. *(Feſtivatur uſquè ad merid.)*
xix	f	iij	3	De Oct. Omnium Sanctor. *Semid.* cum *Commem.* S. Papuli, in territ. Toloſano Mart. III. ſ.
xviij	g	Prid.	4	Caroli Borromæi, Mediolan. Epiſc. & Cardin. *Duplex-min.* ann. 1584. cum *Commem.* Oct.
xvij	A	Non.	5	De Octava, *Semiduplex.*
xvj	b	viij	6	
xv	c	vij	7	
xiv	d	vj	8	Octava Omnium Sanctorum, & Veneratio SS. Reliquiarum, *Duplex-maj.* inſtit. an. 1194.
xiij	e	v	9	Stremonii, primi Arvernorum Epiſcopi, *Semid.* III. ſ.
xij	f	iv	10	Leonis Magni, Papæ & Eccl. Doct. *Dupl. min.* c. an. 461.
xj	g	iij	11	*Martini, Turonenſis Epiſcopi, *Duplex-majus :* ann. 397.
x	A	Prid.	12	Martini, Papæ & Mart. *Semid.* (è 16. Sept.) ann. 655.
ix	b	Idib.	13	* Bricii, Turonenſis Epiſcopi, *Semid.* an. 444.
viij	c	xviij	14	Geraldi, Biterrenſis Epiſc. *Semid.* (è 5.) an. 1123. cum *Commem.* * S. Valentini, Preſb. & Romæ Mart. (è 14. Febr.) an. 306.
vij	d	xvij	15	Tiberii, Modeſti, & Florentiæ, in territ. Agathenſi Mart. *Semidupl.* (è 10.) init. IV. ſ.
vj	e	xvj	16	
v	f	xv	17	* Aſciſcli & Victoriæ, fratrum, Mart. Cordubenſium, *Semid.* III. vel IV. ſ.
iv	g	xiv	18	* Romani, Cæſarienſis in Palæſt. Diaconi, Antiochiæ Mart. *Semid.* an. 303.
iij	A	xiij	19	Elizabeth, Thuringiorum Lantgraviſſæ, Viduæ, *Simpl.* an. 1231.
ij	b	xij	20	
j	c	xj	21	Præſentatio B. Mariæ Virginis, *Duplex-majus :* inſtit. in Gal-

Cycl. Epact.	L.D.	Dies Menſis.		NOVEMBER.
				lia an. 1374, & confirm. à Sixto V. an. 1585.
*	d	x	22	* Cæciliæ, Virginis & Martyris, *Semid.* II. vel III. ſ.
xix	e	ix	23	Clementis, Papæ & Martyris, *Duplex-minus* : an. 100. cum *Commem.* S. Leontii, Forojulienſis Epiſc. an. 432.
xxviij	f	viij	24	Chryſogoni, in territ. Aquileienſi Mart. *Semid.* an. 304.
xxvij	g	vij	25	Catharinæ, Alexandrinæ Virginis & Martyris, *Semid.* IV. ſ.
25. xxvj	A	vj	26	Lini, Papæ & Mart. *Semid.* an. 78.
xxv. xxiv	b	v	27	Vitalis & Agricolæ, Bononienſium in Ital. Martyrum, *Semiduplex* : c. an. 304. *Prima ſedes Adventûs.*
xxiij	c	iv	28	
xxij	d	iij	29	* Saturnini, primi Toloſ. Epiſcopi & Mart. *Semid.* III. ſ.
xxj	e	Prid.	30	* Andreæ, Apoſt. *Dupl. maj.* I. ſ.

DECEMBER.

xx	f	Cal.	1	Eligii, Noviomenſis Epiſcopi, *Semid.* (è 30. Nov.) an. 659.
xix	g	iv	2	Franciſci Xaverii, Preſbyteri, *Commem.* an. 1552.
xviij	A	iij	3	*Ultima ſedes Adventûs.*
xvij	b	Prid.	4	Omnium SS. Epiſcoporum & Sacerdotum Provinciæ Eccleſiaſticæ Narbonenſis, *Dup. min.*
xvj	c	Non.	5	
xv	d	viij	6	* Nicolai, Myrenſis Epiſc. *Semid.* IV. ſ.
xiv	e	vij	7	
xiij	f	vj	8	CONCEPTIO B. MARIÆ VIRGINIS, *Solemne-min.* inſtit. in Concilio Baſileenſi an 1439. & à Sixto IV. confirm. an. 1476.
xij	g	v	9	Leocadiæ, Toletanæ Virginis & Mart. *Commem.* c. an. 304.

Cycl. Epact.	L.D.	Dies Menſis.		DECEMBER.
xj	A	iv	10	* Eulaliæ, Emeritenſis Virg. & Mart. *Commem.* c. an. 304.
x	b	iij	11	Pauli, primi Narbon. Epiſc. *Dup. maj.* quibuſd. I. ſ. aliis. III. ſ.
ix	c	Prid.	12	Damaſi, Papæ, *Semid.* (è die 11.) an. 384.
viij	d	Idib.	13	Luciæ, Syracuſanæ Virg. & Mart. *Semid.* c. an. 304.
vij	e	xix	14	
vj	f	xviij	15	
v	g	xvij	16	
iv	A	xvj	17	
iij	b	xv	18	Gatiani, primi Turonenſis Epiſcopi, *Commem.* III. ſ.
ij	c	xiv	19	
j	d	xiij	20	
*	e	xij	21	*Thomæ, Apoſt. *Dupl. maj.* I. ſ.
xxix	f	xj	22	
xxviij	g	x	23	Anaſtaſiæ, Viduæ Romanæ, in Illyrico Mart. *Commem.* (è 25.) an. 304.
xxvij	A	ix	24	Vigilia, *cum jejunio.*
xxvj	b	viij	25	NATALE DOMINI, *Annuale:* Feſt. è primis in Eccl. inſtit.
25. xxv	c	vij	26	* STEPHANI, DIACONI & PROTO-MART. *Sol. min.* ann. 33. cum *Commem.* Oct. Nat. Dom.
xxiv	d	vj	27	* JOANNIS, APOST. & EVANG. *Duplex-maj.* c. an. 100. cum *Commem.* Oct. Natal. Dom.
xxiij	e	v	28	Innocentium Martyrum, *Dupl. min.* an. 1. cum *Commemorat.* Octav. Natal. Domini.
xxij	f	iv	29	De Octav. Natal. Domini, *Semiduplex.*
xxj	g	iij	30	(same as above)
* 19. xx	A	Prid.	31	De Octava Natal. Dom. *Semiduplex;* cum *Commemoratione* S. Silveſtri, Papæ: ann. 335. ac * S. Columbæ, Senonenſis Virg. & Mart. an. 258. vel 273.

* Hæc Epacta 19. numquàm eſt in uſu, niſi quandò eodem anno concurrit cum aureo numero xix.

PSALTERIUM

PSALTERIUM
DISPOSITUM PER HEBDOMADAM.
PARS HYEMALIS.

DOMINICA,
AD OFFICIUM NOCTURNUM.

Ante Officium Nocturnum dicitur ſecretò:

PAter noſter, qui es in cœlis; ſanctificétur nomen tuum: advéniat regnum tuum: fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra: panem noſtrum quotidiánum da nobis hódie: & dimitte nobis débita noſtra, ſicut & nos dimíttimus debitóribus noſtris: & ne nos indúcas in tentatiónem; ſed líbera nos à malo. Amen.

AVe, María grátiâ plena; Dóminus tecum: benedicta tu in muliéribus, & benedictus fructus ventris tui Jeſus.

Sancta María, mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nuc, & in hora mortis noſtræ. Amen.

CRedo in Deum, Patrem omnipotentem, creatórem cœli & terræ: Et in Jeſum Chriſtum Fílium ejus únicum, Dóminum noſtrum: qui conceptus eſt de Spíritu ſancto, natus ex María Vírgine: paſſus ſub Pontio Piláto, crucifixus, mórtuus, & ſepultus: deſcendit ad ínferos: tértiâ die reſurrexit à mórtuis: aſcendit ad cœlos, ſedet ad déxteram Dei Patris omnipotentis: inde ventúrus eſt judicáre vivos & mórtuos. Credo in Spíritum ſanctum, ſanctam Eccléſiam cathólicam, Sanctórum communiónem, remiſſiónem peccatórum, carnis reſurrectiónem, vitam ætérnam. Amen.

Deinde altâ voce dicitur, pollice ſignando ſibi os ſigno crucis.

DOmine, † lábia mea apéries; ℟. Et os meum annuntiábit laudem tuam. *Pſ.* 50.

Deinde ſignando ſe à fronte ad pectus, & à ſiniſtro humero ad dextrum:

℣. Deus, † in adjutórium meum intende: ℟.

Dómine, ad adjuvandum me feſtína. *Pſ.* 69.

Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto: Sicut erat in princípio, & nunc, & ſemper, & in ſécula ſeculórum. Amen. Allelúia.

Sic dicitur Allelúia. *etiam ad alias Horas.*

(*A Septuageſima ad Paſcha, loco* Allelúia. *dicitur:* Laus tibi, Dómine, Rex ætérnæ glóriæ.).

Per Adventum, & à Natali Domini ad Præſentationem ejus, Officium ſit in Dominicis & Feriis, ut habetur in Proprio.

A Præſentatione verò ad Septuageſimam, ut ſequitur.

Invitatorium. Deum, qui nos creávit & in Chriſto conreſuſcitávit, * Veníte, adorémus. *Gen.* 1. *Eph.* 2.

PSALMUS 94.

Chiſtus Rex: ipſi parendum.

VEníte, exultémus Dómino, jubilémus Deo ſalutári noſtro: præoccupémus fáciem ejus in confeſſióne, & in pſalmis jubilémus ei.

Deum qui nos creávit & in Chriſto conreſuſcitávit, * Veníte, adorémus.

Quóniam Deus magnus Dóminus, & rex magnus ſuper omnes deos: quóniam non repellet Dóminus plebem ſuam; quia in manu ejus ſunt omnes fines terræ, & altitúdines móntium ipſe cónſpicit.

* Veníte, adorémus.

Quóniam ipsíus eſt mare, & ipſe fecit illud, & áridam fundavérunt manus ejus: veníte, adorémus, & procidámus ante Deum: plorémus coram Dómino qui fecit nos, quia ipſe eſt Dóminus Deus noſter; nos autem pópulus ejus, & oves páſcuæ ejus.

Deum qui nos creávit & in Chriſto conreſuſcitávit, * Veníte, adorémus.

Hódie ſi vocem ejus audiéritis, nolíte obduráre corda veſtra, ſicut in exacerbatióne, ſecundùm diem tentatiónis in deſerto, ubi tentavérunt me patres veſtri, probavérunt & vidérunt ópera mea.

* Veníte, adorémus.

Quadraginta annis próximus fui generatióni huic, & dixi: Semper hi errant corde; ipſi verò non cognovérunt vias meas: quibus jurávi in ira mea, ſi introíbunt in réquiem meam.

Deum qui nos creávit & in Chriſto conreſuſcitávit, * Veníte, adorémus.

Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto: Sicut erat in princípio, & nunc, & ſemper, & in ſécula ſeculórum. Amen.

Veníte, adorémus.

Repetitur, Deum, qui nos creávit & in Chriſto conreſuſcitávit, * Veníte, adorémus.

YMNUS.
diérum príncipe
.ux è tenébris éruta:
s ſepulchi cárcere,
:a mundi, pródiit.
ors, & horrendum
ıos
jubentis áudiunt:
:dióres, ô pudor!
;ébit óbſequi?
s ſepulta dum ſtupet
, lucis fílii
.us, & noctem piis
imus cánticis.
ı, Prophétas, & ſacro
s calentes lúmine,
ı dum ſilent loca,
templa pérſonent.
ſtis hæc vincat tuba
ſopórem lánguidi,
e mores éxprimant
reſúrgentis novam.
ınſequémur, te duce;
aritátis, ô Deus,
;is addis lítteræ
ıtórem Spíritum.
us Patri, laus Fílio;
tibi laus, Spíritus,
: quo mentes ſacris
& ardent ígnibus.
nen.

NOCTURNO.

3. a. Beátus vir.
*us hic * notat me-*
em & pauſam.

SALMUS I.

& omnium in Chriſ-
rum encomium.

.átus vir qui non
biit in consílio im-
iórum, & in via
rum non ſtetit, *
áthedra peſtiléntiæ
lit;

Sed in lege Dómini volun-
tas ejus, * & in lege ejus
meditábitur die ac nocte.

Et erit tanquam lignum
quod plantátum eſt ſecus
decurſus aquárum, * quod
fructum ſuum dabit in tém-
pore ſuo.

Et fólium ejus non dé-
fluet; * & ómnia quæ-
cumque fáciet, proſpera-
buntur.

Non ſic ímpii, non ſic;
* ſed tanquam pulvis quem
prójicit ventus à fácie
terræ.

Ideò non reſurgent ím-
pii in judício, * neque
peccatóres in concílio juſ-
tórum;

Quóniam novit Dómi-
nus viam juſtórum, * &
iter impiórum períbit.

Glória Patri, & Fílio,
* & Spirítui ſancto:

Sicut erat in princípio,
& nunc, & ſemper, * & in
ſécula ſeculórum. Amen.

Hi verſus Glória Patri. *&* Sicut erat. *dicuntur in fine Pſalmorum, Diviſionum & Canticorum, niſi aliter notetur.*

Ant. Beátus vir qui non ábiit in consílio impiórum, ſed in lege Dómini meditábitur die ac nocte.

Ant. 4. E. Servíte Dómino.

PSALMUS 2.

Chriſtus Filius Dei, Rex in Sion & in omnes gentes.

QUare fremuérunt gen-
tes, * & pópuli me-

ditáti ſunt inánia ?

Aſtitérunt reges terræ, & príncipes convenérunt in unum * adversùs Dóminum, & adversùs Chriſtum ejus.

Dirumpámus víncula eórum, * & projiciámus à nobis jugum ipſórum.

Qui hábitat in cœlis, irridébit eos, * & Dóminus ſubſannábit eos.

Tunc loquétur ad eos in ira ſua, * & in furóre ſuo conturbábit eos.

Ego autem conſtitútus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum ejus, * prædicans præceptum ejus.

Dóminus dixit ad me: * Fílius meus es tu; ego hódie génui te.

Póſtula à me; & dabo tibi gentes hæreditátem tuam, * & poſſeſſiónem tuam términos terræ.

Reges eos in virga férrea, * & tanquam vas fíguli confringes eos.

Et nunc, reges, intellígite: * erudímini, qui judicátis terram.

Servíte Dómino in timóre, * & exultáte ei cum tremóre:

Apprehéndite diſciplínam, nequando iraſcátur Dóminus, * & pereátis de via juſta.

Cùm exárſerit in brevi ira ejus, * beáti omnes qui confídunt in eo.

Ant. Servíte Dómino, & exultáte ei: apprehéndite diſciplínam.

Ant. 8. *G.* Dicunt.

PSALMUS 3.

Chriſti reſurrectio, ſpes membrorum ejus.

DOmine, quid multiplicáti ſunt qui tríbulant me? * multi inſurgunt adversùm me.

Multi dicunt ánimæ meæ: * Non eſt ſalus ipſi in Deo ejus.

Tu autem, Dómine, ſuſceptor meus es, * glória mea, & exaltans caput meum.

Voce meâ ad Dóminum clamávi, * & exaudívit me de monte ſancto ſuo.

Ego dormívi, & ſoporátus ſum; * & exurrexi, quia Dóminus ſuſcépit me.

Non timébo míllia pópuli circumdantis me: * exurge, Dómine; ſalvum me fac, Deus meus.

Quóniam tu percuſſiſti omnes adverſantes mihi ſine cauſa, * dentes peccatórum contriviſti.

Dómini eſt ſalus; * & ſuper pópulum tuum benedíctio tua.

Ant. Dicunt ánimæ meæ: Non eſt ſalus ipſi in Deo ejus; tu autem, Dómine, ſuſceptor meus es.

℣. Memor fui nocte nóminis tui, Dómine; ℟. Et cuſtodívi legem tuam. *Pſ.* 118.

Poſt Verſiculum cujuſlibet Nocturni dicitur ſecretò: Pater Noſter. *Altâ voce:* ℣. Et ne nos indu-

cas in tentatiónem; ℟. Sed *libera* nos à malo.

Abſolutiones & Benedictiones habentur poſt Pſalterium.

Lectiones cum Reſponſoriis ut in Proprio.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 6. Diligam te.

PSALMUS 17.

Chriſti reſurgentis, & Eccleſiæ à perſecutoribus liberatæ, gratiarum actio.

DIligam te, Dómine, fortitúdo mea: * Dóminus firmamentum meum, & refúgium meum, & liberátor meus.

Deus meus adjútor meus, & ſperábo in eum: * protector meus & cornu ſalútis meæ, & ſuſceptor meus.

Laudans invocábo Dóminum; * & ab inimícis meis ſalvus ero.

Circumdedérunt me dolóres mortis, * & torrentes iniquitátis conturbavérunt me.

Dolóres inferni circumdedérunt me: * præoccupavérunt me láquei mortis.

In tribulatióne mea invocávi Dóminum, * & ad Deum meum clamávi;

Et exaudívit de templo ſancto ſuo vocem meam; * & clamor meus in conſpectu ejus, introívit in aures ejus.

Commóta eſt & contrémuit terra: fundamenta móntium conturbáta ſunt, & commóta ſunt; * quóniam irátus eſt eis.

Aſcendit fumus in ira ejus: & ignis à fácie ejus exarſit: * carbónes ſuccenſi ſunt ab eo.

Inclinávit cœlos, & deſcendit: * & calígo ſub pédibus ejus.

Et aſcendit ſuper Chérubim, & volávit: * volávit ſuper pennas ventórum.

Et póſuit ténebras latíbulum ſuum: in circúitu ejus tabernáculum ejus; * tenebróſa aqua in núbibus áeris.

Præ fulgóre in conſpectu ejus nubes tranſiérunt: * grando & carbónes ignis.

Et intónuit de cœlo Dóminus, & Altíſſimus dedit vocem ſuam: * grando & carbónes ignis.

Et miſit ſagittas ſuas, & diſſipávit eos: * fúlgura multiplicávit, & conturbávit eos.

Et apparuérunt fontes aquárum, & reveláta ſunt fundamenta orbis terrárum: * ab increpatióne tua, Dómine, ab inſpiratióne ſpíritûs iræ tuæ.

Ant. Diligam te, Dómine, fortitúdo mea: firmamentum meum, & refúgium meum.

Ant. 4. *D.* Ero immaculátus.

Diviſio Pſalmi 17.

MIſit de ſummo [Dóminus,] & accépit

me, * & aſſumpſit me de aquis multis.

Erípuit me de inimícis meis fortíſſimis; * & ab his qui odérunt me: quóniam confortáti ſunt ſuper me.

Prævenérunt me in die afflictiónis meæ; * & factus eſt Dóminus protector meus.

Et edúxit me in latitúdinem: * ſalvum me fecit, quóniam vóluit me.

Et retríbuet mihi Dóminus ſecundùm juſtítiam meam, * & ſecundùm puritátem mánuum meárum retríbuet mihi;

Quia cuſtodívi vias Dómini, * nec ímpiè geſſi à Deo meo;

Quóniam ómnia judícia ejus in conſpectu meo; * & juſtítias ejus non répuli à me.

Et ero immaculátus cum eo, * & obſervábo me ab iniquitáte mea.

Et retríbuet mihi Dóminus ſecundùm juſtítiam meam, * & ſecundùm puritátem mánuum meárum in conſpectu oculórum ejus.

Cum ſancto ſanctus eris, * & cum viro innocente ínnocens eris:

Et cum electo electus eris, * & cum perverſo pervertéris.

Quóniam, tu pópulum húmilem ſalvum fácies, * & óculos ſuperbórum humiliábis.

Quóniam tu illúminas lucernam meam, Dómine: *Deus meus, illúmina ténebras meas.

Quóniam in te erípiar à tentatióne, * & in Deo meo tranſgrédiar murum.

Ant. Ero immaculátus cum Deo meo, & obſervábo me ab iniquitáte mea.

Ant. 7. a. Elóquia Dómini.

Altera diviſio Pſalmi 17.

DEus meus, impollúta via ejus; elóquia Dómini igne examináta: * protector eſt ómnium ſperántium in ſe.

Quóniam quis Deus præter Dóminum? * aut quis Deus præter Deum noſtrum?

Deus qui præcinxit me virtúte, * & póſuit immaculátam viam meam;

Qui perfécit pedes meos tanquam cervórum, * & ſuper excelſa ſtátuens me;

Qui docet manus meas ad prælium: * & poſuiſti ut arcum æreum bráchia mea;

Et dediſti mihi protectiónem ſalútis tuæ; * & déxtera tua ſuſcépit me.

Et diſcíplina tua corréxit me in finem, * & diſciplína tua ipſa me docébit.

Dilataſti greſſus meos ſubtus me, * & non ſunt infirmáta veſtígia mea.

Pérſequar inimícos meos, & comprehendam illos; * & non convertar, donec defíciant.

Confringam illos, nec póterunt ſtare : * cadens ſubtus pedes meos.

Et præcinxiſti me virtúte ad bellum ; * & ſupplantaſti inſurgentes in me ſubtus me.

Et inimícos meos dediſti mihi dorſum, * & odientes me diſperdidiſti.

Clamavérunt, nec erat qui ſalvos fáceret : * ad Dóminum, nec exaudívit eos.

Et comminuam eos ut púlverem ante fáciem venti : * ut lutum plateárum delébo eos.

Erípies me de contradictiónibus pópuli : * conſtítues me in caput géntium.

Pópulus quem non cognóvi, ſervívit mihi : * in audítu auris obedívit mihi.

Fílii aliéni mentíti ſunt mihi : * fílii aliéni inveteráti ſunt, & claudicavérunt à ſémitis ſuis.

Vivit Dóminus, & benedíctus Deus meus ; * & exaltétur Deus ſalútis meæ.

Deus, qui das vindíctas mihi, & ſubdis pópulos ſub me, * liberátor meus de inimícis meis iracúndis.

Et ab inſurgéntibus in me exaltábis me : * à viro iníquo erípies me.

Proptéreà confitébor tibi in natiónibus, Dómine ; * & nómini tuo pſalmum dicam.

Magníficans ſalútes regis ejus, * & fáciens miſericórdiam chriſto ſuo David, & ſémini ejus uſque in ſéculum.

Ant. Elóquia Dómini igne examináta ; protector eſt ómnium ſperántium in ſe.

℣. Legem tuam, Dómine, non ſum oblítus :
℟. Médiâ nocte ſurgébam ad confiténdum tibi. *Pſ.* 118.

Pater noſter.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 2. D. In Deo.

PSALMUS 27.

Inter adverſa, ſpes reſurgendi.

AD te, Dómine, clamábo ; Deus meus, ne síleas à me : * nequando táceas à me, & aſſimilábor deſcendéntibus in lacum.

Exaudi, Dómine, vocem deprecatiónis meæ, dum oro ad te, * dum extollo manus meas ad templum ſanctum tuum.

Ne ſimul trahas me cum peccatóribus ; * & cum operántibus iniquitátem ne perdas me :

Qui loquuntur pacem cum próximo ſuo ; * mala autem in córdibus eórum.

Da illis ſecundùm ópera eórum, * & ſecundùm nequítiam adinventiónum ipſórum.

Secundùm ópera mánuum eórum tríbue illis : * redde retributiónem eórum ipſis.

Quóniam non intellexérunt ópera Dómini, & in ópera mánuum ejus; * deſtrues illos, & non ædificábis eos.

Benedictus Dóminus, * quóniam exaudívit vocem deprecatiónis meæ.

Dóminus adjútor meus, & protector meus: * in ipſo ſperávit cor meum, & adjútus ſum.

Et reflóruit caro mea; * & ex voluntáte mea confitébor ei.

Dóminus fortitúdo plebis ſuæ, * & protector ſalvatiónum chriſti ſui eſt.

Salvum fac pópulum tuum, Dómine, & bénedic hæreditáti tuæ; * & rege eos, & extolle illos uſque in æternum.

Ant. In Deo ſperávit cor meum, & adjútus ſum; & ex voluntáte mea confitébor ei.

Ant. 1. D. Pſállite.

PSALMUS 29.

Reſurrectionis Pſalmus.

EXaltábo te, Dómine, quóniam ſuſcepiſti me, * nec delectaſti inimícos meos ſuper me.

Dómine Deus meus, clamávi ad te, * & ſanaſti me.

Dómine, eduxiſti ab inferno ánimam meam: * ſalvaſti me à deſcendéntibus in lacum.

Pſállite Dómino, ſancti ejus, * & confitémini memóriæ ſanctitátis ejus;

Quóniam ira in indignatióne ejus, * & vita in voluntáte ejus.

Ad véſperum demorábitur fletus, * & ad matutínum lætítia.

Ego autem dixi in abundántia mea: * Non movébor in æternum.

Dómine, in voluntáte tua * præſtitiſti decóri meo virtútem:

Avertiſti fáciem tuam à me; * & factus ſum conturbátus.

Ad te, Dómine, clamábo; * & ad Deum meum deprecábor.

Quæ utílitas in ſánguine meo, * dum deſcendo in corruptiónem?

Numquid confitébitur tibi pulvis, * aut annuntiábit veritátem tuam?

Audívit Dóminus, & miſertus eſt meî: * Dóminus factus eſt adjútor meus.

Convertiſti planctum meum in gáudium mihi: * conſcidiſti ſaccum meum, & circumdediſti me lætítiâ;

Ut cantet tibi glória mea, & non compungar: * Dómine Deus meus, in æternum confitébor tibi.

Ant. Pſállite Dómino, ſancti ejus, & confitémini memóriæ ſanctitátis ejus.

Ant. 5. a. Veníte.

PSALMUS 65.

Canticum Reſurrectionis.

JUbilate Deo, omnis terra; pſalmum dícite nómini ejus: * date glóriam laudi ejus.

Dícite Deo: Quàm terríbilia ſunt ópera tua, Dómine! * in multitúdine virtútis tuæ mentientur tibi inimíci tui.

Omnis terra adóret te, & pſallat tibi: * pſalmum dicat nómini tuo.

Veníte, & vidéte ópera Dei: * terríbilis in conſíliis ſuper fílios hóminum.

Qui convertit mare in áridam; in flúmine pertranſíbunt pede: * ibi lætábimur in ipſo.

Qui dominátur in virtúte ſua in æternum; óculi ejus ſuper gentes reſpíciunt: * qui exáſperant, non exaltentur in ſemetipſis.

Benedícite, gentes, Deum noſtrum; * & audítam fácite vocem laudis ejus:

Qui póſuit ánimam meam ad vitam, * & non dedit in commotiónem pedes meos.

Quóniam probaſti nos, Deus: * igne nos examinaſti, ſicut examinátur argentum.

Induxiſti nos in láqueum, poſuiſti tribulatiónes in dorſo noſtro: * impoſuiſti hómines ſuper cápita noſtra.

Tranſívimus per ignem & aquam; * & eduxiſti nos in refrigérium.

Introíbo in domum tuam in holocauſtis: * reddam tibi vota mea,

Quæ diſtinxérunt lábia mea, & locútum eſt os meum * in tribulatióne mea.

Holocauſta medulláta offeram tibi cum incenſo aríetum: * óſſeram tibi boves cum hircis.

Veníte, audíte, & narrábo, omnes qui timétis Deum, * quanta fecit ánimæ meæ.

Ad ipſum ore meo clamávi, * & exaltávi ſub lingua mea.

Iniquitátem ſi aſpexi in corde meo, * non exáudiet Dóminus.

Proptéreà exaudívit Deus, * & attendit voci deprecatiónis meæ.

Benedíctus Deus, * qui non amóvit oratiónem meam, & miſericórdiam ſuam à me.

Ant. Veníte, audíte, & narrábo quanta fecit ánimæ meæ.

℣. Deum exquiſívi mánibus meis nocte, ℟. Et non ſum deceptus. *Pſ.* 76.

Pater noſter.

Poſt ultimum Reſponſorium dicitur:

TE Deum laudámus, * te Dóminum confitémur.

Te æternum Patrem * omnis terra venerátur.

Tibi omnes Angeli; * tibi cœli, & univerſæ poteſtátes;

Tibi Chérubim & Séraphim * inceſſábili voce proclámant:

Sanctus,
Sanctus,
Sanctus,
Dóminus Deus ſábaoth.
Pleni ſunt cœli & terra * majeſtátis glóriæ tuæ.
Te glorióſus * Apoſtolórum chorus,
Te Prophetárum * laudábilis númerus,
Te Mártyrum candidátus * laudat exércitus.
Te per orbem terrárum * ſancta confitétur Eccléſia.
Patrem * immenſæ majeſtátis:
Venerandum tuum verum, * & únicum Fílium,
Sanctum quoque * paraclétum Spíritum.
Tu Rex * glóriæ, Chriſte,
Tu Patris * ſempiternus es Fílius:
Tu, ad liberandum ſuſceptúrus hóminem, * non horruiſti Vírginis úterum:
Tu, devicto mortis acúleo, * aperuiſti credéntibus regna cœlórum:
Tu, ad déxteram Dei ſedes * in glória Patris.
Judex créderis * eſſe ventúrus.
Te ergo quæſumus, fámulis tuis ſubveni, * quos pretióſo ſáguine redemiſti.
Æternâ fac * cum Sanctis tuis glóriâ munerári.
Salvum fac pópulum tuum, Dómine, * & bénedic hæreditáti tuæ;
Et rege eos, * & extolle illos uſque in ætenum.
Per ſíngulos dies * benedícimus te;
Et laudámus nomen tuum in ſéculum, & in ſéculum ſéculi.
Dignáre, Dómine, die iſto * ſine peccáto nos cuſtodíre.
Miſerére noſtrî, Dómine; * miſerére noſtrî.
Fiat miſericórdia tua, Dómine, ſuper nos; * quemádmodùm ſperávimus in te.
In te, Dómine, ſperávi; * non confundar in æternum.

℣. *Sacerd.* Anima mea exultábit in Dómino, ℟. Et delectábitur ſuper ſalutári ſuo. *Pſ.* 34.

Si non continuò ſequantur Laudes, hîc dicitur: Dóminus vobiſcum, ℟. Et cum ſpíritu tuo. Orémus. *Deindè Oratio propria, cum integra concluſione. Et tunc ante Laudes dicitur ſecretò,* Pater & Ave.

AD LAUDES.

Deus, † in adjutórium meum intende: ℟. Dómine, ad adjuvandum me feſtína. *Pſ.* 69.

Glória Patri, &c.

Ant. 8. *G.* Deus.

PSALMUS 62.

Æternorum bonorum deſiderium.

DEus, Deus meus, * ad te de luce vígilo.

Sitívit in te ánima mea, quàm multiplíciter tibi caro mea * in terra deſerta, & invia, & inaquóſa.

Sic in ſancto appárui tibi: * ut vidérem virtútem tuam & glóriam tuam.

Quóniam mélior eſt miſericórdia tua ſuper vitas, * lábia mea laudábunt te.

Sic benedícam te in vita mea, * & in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe & pinguédine repleátur ánima mea, * & lábiis exultatiónis laudábit os meum.

Si memor fui tuî ſuper ſtratum meum, * in matutínis meditábor in te.

Quia fuiſti adjútor meus, * & in velaménto alárum tuárum exultábo.

Adhæſit ánima mea poſt te; * me ſuſcépit déxtera tua.

Ipſi verò in vanum quæſiérunt ánimam meam, * introíbunt in inferióra terræ:

Tradentur in manus gládii, * partes vúlpium erunt.

Rex verò lætábitur in Deo, laudabuntur omnes qui jurant in eo; * quia obſtructum eſt os loquéntium iníqua.

Ant. Deus, Deus meus, ad te de luce vígilo: ſitívit in te ánima mea.

Ant. 1. a. Teſtimónia tua.

PSALMUS 92.

Chriſti regnum & eloquia extolluntur.

DOminus regnávit; decórem indútus eſt: * indútus eſt Dóminus fortitúdinem, & præcinxit ſe.

Etenim firmávit orbem terræ, * qui non commovébitur.

Paráta ſedes tua ex tunc: * à ſéculo tu es.

Elevavérunt flúmina, Dómine: * elevavérunt flúmina vocem ſuam.

Elevavérunt flúmina fluctus ſuos, * à vócibus aquárum multárum.

Mirábiles elatiónes maris: * Mirábilis in altis Dóminus.

Teſtimónia tua credibília facta ſunt nimis: * domum tuam decet ſanctitúdo, Dómine, in longitúdinem diérum.

Ant. Teſtimónia tua, Dómine, credibília facta ſunt nimis.

Ant. 5. C. Servíte Dómino.

PSALMUS 99.

Ad Dei cultum & laudes exhortatio.

JUbiláte Deo, omnis terra; ſervíte Dómino in lætítia: * introíte in conſpectu ejus in exultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ipſe eſt Deus: * ipſe fecit nos, & non ipſi nos.

Pópulus ejus, & oves páſcuæ ejus, introíte portas ejus in confeſſióne, átria ejus in hymnis: * confitémini illi.

Laudáte nomen ejus, * quóniam ſuávis eſt Dóminus.

In æternum miſericórdia ejus, * & uſque in generatiónem & generatiónem véritas ejus.

Ant. Servíte Dómino in lætítia: ſcitóte quóniam Dóminus ipſe eſt Deus.

Ant. 4. E. Benedíctus es.

CANT. TRIUM. PUEROR. Dan. 3.

Cunctæ creaturæ ad benedicendum Domino invitantur.

BEnedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino: * laudáte & ſuperexaltáte eum in ſécula.

Benedícite, Angeli Dómini, Dómino: * benedícite, cœli, Dómino.

Benedícite, aquæ omnes quæ ſuper cœlos ſunt, Dómino: * benedícite, omnes virtútes Dómini, Dómino.

Benedícite, ſol & luna, Dómino: * benedícite, ſtellæ cœli, Dómino.

Benedícite, omnis imber & ros, Dómino: * benedícite, omnes ſpíritus Dei, Dómino.

Benedícite, ignis & æſtus, Dómino: * benedícite, frigus & æſtus, Dómino.

Benedícite, rores & pruína, Dómino: * benedícite, gelu & frigus, Dómino.

Benedícite, glácies & nives, Dómino: * benedícite, noctes & dies, Dómino.

Benedícite, lux & ténebræ, Dómino: * benedícite, fúlgura & nubes, Dómino.

Benedícat terra Dóminum, * laudet & ſuperexaltet eum in ſécula.

Benedícite, montes & colles, Dómino: * benedícite, univerſa germinántia in terra, Dómino.

Benedícite fontes, Dómino: * benedícite, mária & flúmina, Dómino

Benedícite, cete & ómnia quæ moventur in aquis, Dómino: * benedícite, omnes vólucres cœli, Dómino.

Benedícite, omnes béſtiæ & pécora, Dómino: * benedícite, fílii hóminum, Dómino.

Benedícat Iſraël Dóminum: * laudet & ſuperexaltet eum in ſécula.

Benedícite, ſacerdótes Dómini, Dómino: * benedícite, ſervi Dómini, Dómino.

Benedícite, ſpíritus & ánimæ juſtórum, Dómino: * benedícite, ſancti & húmiles corde, Dómino.

Benedícite, Ananía, Aza-

ria, Míſael, Dómino: * laudáte & ſuperexaltáte eum in ſécula.

Hîc, loco Glória Patri. *dicitur:*

Benedicámus Patrem, & Fílium, cum ſancto Spíritu; * laudémus & ſuperexaltémus eum in ſécula.

Benedíctus es, Dómine, in firmamento cœli; * & laudábilis, & glorióſus, & ſuperexaltátus in ſécula.

Ant. Benedíctus es, Dómine, in throno regni tui; & ſuperlaudábilis, & ſuperexaltátus in ſécula. *Dan.* 3.

Ant. 7. *d.* Hymnus.

PSALMUS 148.

Omnium creaturarum ad Deum laudàndum invitatio.

LAudáte Dóminum, de cœlis: * laudáte eum in excelſis.

Laudáte eum, omnes Angeli ejus: * laudáte eum, omnes virtútes ejus.

Laudáte eum, ſol & luna: * laudáte eum, omnes ſtellæ & lumen.

Laudáte eum, cœli cœlórum: * & aquæ omnes quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen Dómini;

Quia ipſe dixit, & facta ſunt: * ipſe mandávit, & creáta ſunt.

Státuit ea in æternum, & in ſéculum ſéculi: * præceptum póſuit, & non præteríbit.

Laudáte Dóminum, de terra; * dracónes, & omnes abyſſi;

Ignis, grando, nix, glácies, ſpíritus procellárum, * quæ fáciunt verbum ejus;

Montes, & omnes colles; * ligna fructífera, & omnes cedri;

Béſtiæ, & univerſa pécora; * ſerpentes, & vólucres pennátæ.

Reges terræ, & omnes pópuli; * príncipes, & omnes júdices terræ;

Júvenes & vírgines, ſenes cum junióribus, laudent nomen Dómini, * quia exaltátum eſt nomen ejus ſolíus.

Conféſſio ejus ſuper cœlum & terram; * & exaltávit cornu pópuli ſui.

Hymnus ómnibus ſanctis ejus, fíliis Iſraël, pópulo appropinquanti ſibi.

Ant. Hymnus ómnibus ſanctis ejus, fíliis Iſraël, pópulo appropinquanti ſibi.

CAPITULUM. *Deut.* 6.

AUdi, Iſraël: Dóminus Deus noſter, Dóminus unus eſt. Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota ánima tua, & ex tota fortitúdine tua; eruntque verba hæc in corde tuo: & meditáberis in eis ſedens in domo tua, & ámbulans in itínere, dórmiens atque conſurgens.

℟. Deo grátias.
Sic reſpondetur in fine omnium Capitulorum.

HYMNES.

AD templa nos rursùs vocat
Surgentis auróræ nitor,
Novaſque pro læto monet
Referre grates múnere.

At victor auróram ſuo
Fulgóre Chriſtus óbruit:
Huic, magna cujus pars ſumus,
Juvat triumpho pláudere.

Quòd evolútus fáſciis
Repentè mundus éxtitit,
Puro renídens lúmine,
Virtútis hoc quantæ fuit!

Quòd tráditum neci Pater,
Ut fóntibus vitam daret,
Vitæ redónat Fílium,
Amóris hoc quanti fuit!

Æternus ut rerum Sator
Aſpéxit orbem, prótinus,
Colóre depictum ſuo,
Probávit excellens opus.

At lætius quanto óbtulit
Seſe Patri ſpectáculum
Cœleſtis Agni cándido
Ablútus orbis ſánguine!

Cum luce nobis rédditur
Mundi renaſcentis decor,
Occulta per quem Núminis
Mens ſurgit ad magnália.

At ſplendor æterni Patris,
Lumenque Chriſtus córdium,
Deum dat in ſe; quantus eſt,
Sub nube carnis cérnere.

Præſta, beáta Trínitas,
Ut legis ad facem tuæ
Vitémus omne quod vetas,
Sectémur omne quod jubes.
Amen.

℣. Manè aſtábo tibi, Dómine, & vidébo; ℟. Quóniam non Deus volens iniquitátem tu es. *Pſ. 5.*

Antiphona, ut in Proprio.

CANTICUM ZACHARIÆ.

Luc. 1.

De Redemptoris adventu gratiarum actio.

BEnedictus Dóminus Deus Iſraël, * quia viſitávit, & fecit redemptiónem plebis ſuæ;

Et eréxit cornu ſalútis nobis * in domo David púeri ſui,

Sicut locútus eſt per os ſanctórum, * qui à ſéculo ſunt, Prophætárum ejus,

Salútem ex inimícis noſtris, * & de manu ómnium qui odérunt nos;

Ad faciendam miſericórdiam cum pátribus noſtris, * & memorári teſtamenti ſui ſancti:

Jusjurandum quod jurávit ad Abraham patrem noſtrum, * datúrum ſe nobis;

Ut ſine timóre, de manu inimicórum noſtrórum liberáti, * ſerviámus illi.

In ſanctitáte & juſtítia coram ipſo, * ómnibus diébus noſtris.

Et tu, puer, Prophéta Altíſſimi vocáberis; * præíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias ejus,

Ad dandam ſciéntiam

ſalútis plebi ejus, * in remiſſiónem peccatórum eórum,

Per víſcera miſericórdiæ Dei noſtri, * in quibus viſitávit nos Oriens ex alto,

Illumináre his qui in ténebris & in umbra mortis ſedent, * ad dirigendos pedes noſtros in viam pacis.

Glória Patri.

Antiphona & Oratio, ut in Proprio; poſteà dicitur:

Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

Poſt quamlibet Horam, ſi aliud officium non ſequatur, dicitur ſecretò: Fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requieſcant in pace. Amen.

Deinde, Pater noſter.

AD PRIMAM.

℣. Deus, † in adjutórium, &c.

HYMNUS.

JAm lucis orto ſídere,
Deum precémur ſúpplices,
Noſtras ut ipſe dírigat,
Lux increáta, ſémitas.

Nil lingua, nil peccet manus;
Nil mens ináne cógitet:
In ore ſimplex véritas,
In corde regnet cáritas.

Incœpta dum fluet dies,
O Chriſte, cuſtos pérvigil,
Quas ſævus hoſtis óbſidet,
Portas tuére ſénſuum.

Præſta diurnus ut tuæ
Subſérviat laudi labor:
Auctóre quæ te cœpimus,
Da te favente próſequi.

Superba ne nimis caro
Menti licenter ímperet,
Carnis domet ſupérbiam
Potûs cibíque párcitas.

Qui nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui caritáte nos foves,
Par ſit tibi laus, Spíritus.
Amen.

Ant. 7. *d.* In toto corde.

PSALMUS 117.

Gratiarum actio ob ſalvatoris manifeſtationem.

COnfitémini Dómino, quóniam bonus, * quóniam in ſéculum miſericórdia ejus.

Dicat nunc Iſraël quóniam bonus, * quóniam in ſéculum miſericórdia ejus.

Dicat nunc domus Aaron, * quóniam in ſéculum miſericórdia ejus.

Dicant nunc qui timent Dóminum, * quóniam in ſéculum miſericórdia ejus.

De tribulatióne invocávi Dóminum, * & exaudívit me in latitúdine Dóminus.

Dóminus mihi adjútor, * non timébo quid fáciat mihi homo.

Dóminus mihi adjútor, * & ego deſpíciam inimícos meos.

Bonum eſt confídere in Dómino, * quàm confídere in hómine.

Bonum eſt ſperáre in Dómino, * quàm ſperáre in princípibus.

Omnes gentes circuiérunt me; * & in nómine Dómini, quia ultus ſum in eos.

Circumdantes circumdedérunt me; * & in nómine Dómini, quia ultus ſum in eos.

Circumdedérunt me ſicut apes, & exarſérunt ſicut ignis in ſpinis; * & in nómine Dómini, quia ultus ſum in eos.

Impulſus, everſus ſum ut cáderem; * & Dóminus ſuſcépit me.

Fortitúdo mea, & laus mea Dóminus, * & factus eſt mihi in ſalútem.

Vox exultatiónis & ſalútis * in tabernáculis juſtórum.

Déxtera Dómini fecit virtútem, déxtera Dómini exaltávit me: * déxtera Dómini fecit virtútem.

Non móriar, ſed vivam, * & narrábo ópera Dómini.

Caſtígans caſtigávit me Dóminus, * & morti non trádidit me.

Aperíte mihi portas juſtítiæ: * ingreſſus in eas, confitébor Dómino.

Hæc porta Dómini; * juſti intrábunt in eam.

Confitébor tibi, quóniam exaudiſti me. * & factus eſt mihi in ſalútem.

Lápidem quem reprobavérunt ædificantes: * hic factus eſt in caput ánguli.

A Dómino factum eſt iſtud, * & eſt mirábile in óculis noſtris.

Hæc eſt dies quam fecit Dóminus: * exultémus & lætémur in ea.

O Dómine, ſalvum me fac: ô Dómine, benè proſperáre: * benedictus qui venit in nómine Dómini.

Benedíximus vobis de domo Dómini: * Deus Dóminus, & illuxit nobis.

Conſtitúite diem ſolemnem in condenſis, * uſque ad cornu altáris.

Deus meus es tu, & confitébor tibi: * Deus meus es tu, & exaltábo te.

Confitébor tibi, quóniam exaudiſti me, * & factus eſt mihi in ſalútem.

Confitémini Dómino, quóniam bonus, * quóniam in ſéculum miſericórdia ejus.

PSALMUS 118.

Divinæ legis laus & amor.

BEáti immaculáti in via, * qui ámbulant in lege Dómini.

Beáti qui ſcrutantur teſtimónia ejus * in toto corde exquírunt eum.

Non enim qui operantur iniquitátem, * in viis ejus ambulavérunt.

Tu mandaſti * mandáta tua cuſtodíri nimis.

Utinam dirigantur viæ

ad cuſtodiendas juſ-
ónes tuas!
: non confundar, *
rſpéxero in ómni-
ndátis tuis.
itébor tibi in di-
: cordis ; * in eo
dici judícia juſtítiæ

icatiónes tuas cuſtó-
* non me derelin-
quequáquè.
o córrigit adoleſ-
viam ſuam? * in
ndo ſermónes tuos.
to corde meo ex-
te : * ne repellas
andátis tuis.
rde meo abſcondi
tua, * ut non pec-
i.
dictus es, Dómi-
loce me juſtificatió-
s.
ábiis meis * pro-
vi ómnia judícia oris

ia teſtimoniórum
i delectátus ſum, *
ómnibus divítiis.
andátis tuis exercé-
& conſiderábo vias

ſtificatiónibus tuis
or : * non obliviſ-
nónes tuos.
ſio Pſalmi 118.
íbue ſervo tuo, vi-
ca me ; * & cuſtó-
rmónes tuos.
la óculos meos, *
ſiderábo mirabília
tua.
a ego ſum in terra ;
* non abſcondas à me
mandáta tua.

Concupívit ánima mea
deſideráre juſtificatiónes
tuas * in omni témpore.

Increpaſti ſuperbos : *
maledicti qui declínant à
mandátis tuis.

Aufer à me oppróbrium
& contemptum ; * quia
teſtimónia tua exquiſívi.

Etenim ſedérunt prínci-
pes, & adversùm me lo-
quebantur ; * ſervus au-
tem tuus exercebátur in
juſtificatiónibus tuis.

Nam & teſtimónia tua
meditátio mea eſt, * &
conſílium meum juſtifica-
tiónes tuæ.

Adhæſit pavimento áni-
ma mea : * vivífica me
ſecundùm verbum tuum.

Vias meas enuntiávi, &
exaudiſti me : & doce me
juſtificatiónes tuas.

Viam juſtificatiónum tuá-
rum ínſtrue me ; * & exer-
cébor in mirabílibus tuis.

Dormitávit ánima mea
præ tædio : * confirma me
in verbis tuis.

Viam iniquitátis ámove
à me, * & de lege tua miſe-
rére meî.

Viam veritátis elégi : *
judícia tua non ſum oblí-
tus.

Adhæſit teſtimóniis tuis,
Dómine : * noli me con-
fúndere.

Viam mandatórum tuó-
rum cucurri, * cùm dila-
taſti cor meum.

Quando ſit Officium de Dominica, niſi aliter notetur, dicitur Symbolum ſequens.

SYMBOLUM.

QUicumque vult ſalvus eſſe, * ante ómnia opus eſt ut téneat cathólicam fidem:

Quam niſi quiſque íntegram inviolatamque ſerváverit, * abſque dúbio in æternum períbit.

Fides autem cathólica hæc eſt, * ut unum Deum in Trinitáte, & Trinitátem in Unitáte venerémur;

Neque confundentes perſónas, * neque ſubſtántiam ſeparantes.

Alia eſt enim perſona Patris, ália Fílii, * ália Spíritûs ſancti.

Sed Patris, & Fílii, & Spíritûs ſancti una eſt divínitas, * æquális glória, coætérna majeſtas.

Qualis Pater, talis Fílius, * talis Spíritus ſanctus.

Increátus Pater, increátus Fílius, * increátus Spíritus ſanctus.

Immenſus Pater, immenſus Fílius, * immenſus Spíritus ſanctus.

Æternus Pater, æternus Fílius, * æternus Spíritus Sanctus.

Et tamen non tres æterni, * ſed unus æternus.

Sicut non tres increáti, nec tres immenſi, * ſed unus increátus, & unus immenſus.

Simíliter omnípotens Pater, omnípotens Fílius, * omnípotens Spíritus ſanctus;

Et tamen non tres omnipotentes, * ſed unus omnípotens.

Ita Deus Pater, Deus Fílius, * Deus Spíritus ſanctus;

Et tamen non tres dii, * ſed unus eſt Deus.

Ita Dóminus Pater, Dóminus Fílius, * Dóminus Spíritus ſanctus;

Et tamen non tres dómini, * ſed unus eſt Dóminus.

Quia ſicut ſingillátim unamquamque perſónam, Deum ac Dóminum confitéri chriſtiánâ veritáte compéllimur; * ita tres deos aut dóminos dicere cathólicâ religióne prohibémur.

Pater à nullo eſt factus, * nec creátus, nec génitus.

Fílius à Patre ſolo eſt, * non factus, nec creátus, ſed génitus.

Spíritus ſanctus à Patre & Fílio, * non factus, nec creátus, nec génitus, ſed procedens.

Unus ergo Pater, non tres patres: unus Fílius, non tres fílii: * unus Spíritus ſanctus, non tres ſpíritus ſancti.

Et in hac Trinitáte nihil prius aut poſtérius, nihil majus aut minus; *

ſed totæ tres perſŏnæ coætérnæ ſibi ſunt & coæquáles.

Ita ut per ómnia, ſicut jam ſuprà dictum eſt, * & Unitas in Trinitáte, & Trínitas in Unitáte veneranda ſit.

Qui vult ergo ſalvus eſſe, * ita de Trinitáte ſéntiat.

Sed neceſſárium eſt ad ætérnam ſalútem, * ut incarnatiónem quoque Dómini noſtri Jeſu Chriſti fidéliter credat.

Eſt ergo fides recta, ut credámus & confiteámur * quia Dóminus noſter Jeſus Chriſtus Dei Fílius, Deus & homo eſt.

Deus eſt ex ſubſtántia Patris ante ſécula génitus, * & homo eſt ex ſubſtántia matris in ſéculo natus.

Perfectus Deus, perfectus homo; * ex ánima rationáli, & humána carne ſubſiſtens.

Æquális Patri ſecundùm divinitátem, * minor Patre ſecundùm humanitátem.

Qui licèt Deus ſit & homo, * non duo tamen, ſed unus eſt Chriſtus.

Unus autem non converſióne divinitátis in carnem, * ſed aſſumptióne humanitátis in Deum.

Unus omnínò, non confuſióne ſubſtántiæ, ſed unitáte perſónæ.

Nam ſicut ánima rationális & caro unus eſt homo: * ita Deus & homo unus eſt Chriſtus.

Qui paſſus eſt pro ſalúte noſtra, deſcendit ad ínferos, * tértiâ die reſurréxit à mórtuis:

Aſcendit ad cœlos, ſedet ad déxteram Dei Patris omnipoténtis, * inde ventúrus eſt judicáre vivos & mórtuos:

Ad cujus advéntum omnes hómines reſurgere habent cum corpóribus ſuis, * & redditúri ſunt de factis própriis ratiónem.

Et qui bona egérunt, ibunt in vitam ætérnam: * qui verò mala, in ignem ætérnum.

Hæc eſt fides cathólica; * quam niſi quiſque fidéliter firmiterque credíderit, ſalvus eſſe non póterit.

Ant. In toto corde meo exquisívi te, Dómine: doce me juſtificatiónes tuas. *Pſ.* 118.

CAPITULUM. *Epheſ.* 5.

Erátis aliquando ténebræ; nunc autem lux in Dómino. Ut fílii lucis ambuláte; fructus enim lucis eſt in omni bonitáte, & juſtítia, & veritáte: probántes quid ſit beneplácitum Deo.

℟. *breve.* Chriſte, Fili Dei vivi, * Miſerére nobis. *Repet.* Chriſte, Fili Dei vivi, * Miſerére nobis. ℣. Qui ſurrexiſti * à mórtuis, (*Hic verſus*

quandoquè mutandus eſt, ut notatur in Proprio.) * Miſerére nobis. Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto. *Repet.* Chriſte, Fili Dei vivi, * Miſerére nobis. *Matt.* 16. *Tob.* 8. *Rom.* 6.

℣. Exurge, Dómine, ádjuva nos; ℟. Et rédime nos propter nomen tuum. *Pſ.* 43.

℣. Dóminus vobiſcum, ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

DOmine Deus omnípotens, qui ad princípium hujus diéi nos perveníre feciſti, tuâ nos hódie ſalva virtúte; ut ad nullum declinémus peccátum, ſed ſemper ad tuam juſtítiam faciendam noſtra procédant elóquia, dirigantur cogitatiónes & ópera; Per Dóminum.

℣. Dóminus vobiſcum, ℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

AD OFFICIUM CAPITULI.

Primò fit lectio Martyrologii, in cujus fine nihil reſpondetur; ſed ſtatim Hebdomadarius dicit quæ ſequuntur. Si verò non legatur Martyrologium, Officium capituli incipitur abſolutè ſic.

℣. Pretióſa in conſpectu Dómini, ℟. Mors Sanctórum ejus. *Pſ.* 115.

SAncta María, & omnes Sancti ádjuvent nos in oratiónibus ſuis pro nobis ad Deum; ut ſecundùm eum qui vocávit nos, Sanctum, & ipſi in omni converſatióne ſancti ſimus. ℟. Amen. *Rom.* 15. 1. *Petr.* 1.

[*Deindè, ubi legitur Necrologium, poſt ejus lectionem dicitur Suffragium pro Defunctis, ut infrà.*

Non legitur Necrologium in Solemnibus & ſuprà, neque fit Suffragium pro Defunctis in iis diebus, niſi poſt Completorium.

Ubi verò nunquam legitur Necrologium, non fit Suffragium pro Defunctis in Dominicis & aliis diebus à populo feriatis, nec-non in Solemnibus & ſuprà, niſi poſt Completorium.

SUFFRAGIUM pro Defunctis.

PSALMUS 129.

DE profundis clamávi ad te, Dómine: * Dómine, exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes obſerváveris, Dómine; * Dómine quis ſuſtinébit?

Quia apud te propitiátio eſt; * & propter legem tuam ſuſtínui te, Dómine.

Suſtínuit ánima mea in verbo ejus: * ſperávit ánima mea in Dómino.

A cuſtódia matutína uſque ad noctem * ſperet Iſraël in Dómino,

Quia apudDóminum miſericórdia, * & copióſa apud eum redémptio.

Et ipſe rédimet Iſraël * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Réquiem æternam dona eis, Dómine; * & lux perpétua lúceat eis.

℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meã; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101.

℣. Dóminus vobiſcum, ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

ABſolve, quæſumus, Dómine, ánimas famulórum famulárumque tuárum ab omni vínculo deliĉtórum; ut in reſurreĉtiónis glória, inter Sanĉtos & Eleĉtos tuos reſuſcitáti reſpírent; Per eum qui ventúrus eſt judicáre vivos & mórtuos & ſéculũ per ignem. ℟. Amen.

Si verò nullum legendum ſit Necrologium, omiſſo Suffragio pro Defunctis, ſtatim poſt Orationem, Sanĉta María. *fit lectio Canonis, ut ſequitur.*]

Lector, Jube, domne, benedícere. [*Lectrix dicit*, domna.] *Solus vel ſola recitans dicit abſolutè Benedictionem.*

Bened. Det Dóminus leges ſuas in mentem noſtram, & in corde noſtro ſuperſcríbat eas. ℟. Amen. *Hebr.* 8.

Tum fit lectio Canonis, qui pro ſingulis diebus habetur ad calcem: in cujus fine dicitur: Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Deo grátias.

Poſt lectionem, Hebdomadarius dicit: Adjutórium noſtrum in nómine Dómini: ℟. Qui fecit cœlum & terram. *Pſ.* 123.

Submiſſiori voce dicit: Benedícite. *Lector verſus ad eum*, Deus. *Hebd.* Deus pacis aptet nos in omni bono, ut faciámus ejus voluntátem, fáciens in nobis quod pláceat coram ſe; per Jeſum Chriſtum, cui eſt glória in ſécula ſeculórum. *Hebr.* 13.

Lector, Amen.

Poſteà, ſi aliud Officium non ſequatur, dicitur ſecretò: Fidélium, &c.

AD TERTIAM.

℣. Deus, † in adjutórium.

HYMNUS.

O Fons amóris, Spíritus,
O ſanĉte donórum parens,
Tuas refúſus íntimis.
Accende flammas córdibus.

Qui caritátis vínculo
Cum Patre neĉtis Filium,
Et nos amóris mútui
Arĉtis coapta néxibus.

Qui nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Filio:
Qui caritáte nos foves,
Par ſit tibi laus, Spíritus.

Ant. 6. Da mihi.

Ex Pſalmo 118.

LEgem pone mihi, Dómine, viam juſtificatiónum tuárum; * & exquíram eam ſemper.

Da mihi intellectum, & ſcrutábor legem tuam; * & cuſtódiam illam in toto corde meo.

Deduc me in ſémitam mandatórum tuórum, * quia ipſam vólui.

Inclína cor meum in teſtimónia tua, * & non in avarítiam.

Averte óculos meos, ne vídeant vanitátem : * in via tua vivífica me.

Státue ſervo tuo elóquium tuum * in timóre tuo.

Amputa oppróbrium meum quod ſuſpicátus ſum, * quia judícia tua jucunda.

Ecce concupívi mandáta tua : * in æquitáte tua vivífica me.

Et véniat ſuper me miſericórdia tua, Dómine, * ſalutáre tuum ſecundùm elóquium tuum.

Et reſpondébo exprobrántibus mihi verbum; * quia ſperávi in ſermónibus tuis.

Et ne áuferas de ore meo verbum veritátis uſquequáquè; * quia in judíciis tuis ſuperſperávi.

Et cuſtódiam legem tuam ſemper, * in ſéculum, & in ſéculum ſéculi.

Et ambulábam in latitúdine; * quia mandáta tua exquisívi.

Et loquébar de teſtimóniis tuis in conſpectu regum, * & non confundébar.

Et meditábar in mandátis tuis, * quæ diléxi.

Et levávi manus meas ad mandáta tua quæ diléxi, * & exercébar in juſtificatiónibus tuis.

Diviſio Pſalmi 118

MEmor eſto verbi tui ſervo tuo, * in quo mihi ſpem dediſti.

Hæc me conſoláta eſt in humilitáte mea, * quia elóquium tuum vivificávit me.

Superbi iníquè agébant uſquequáquè : * à lege autem tua non declinávi.

Memor fui judiciórum tuórum à ſéculo, Dómine; & conſolátus ſum.

Deféctio ténuit me * pro peccatóribus derelinquéntibus legem tuam.

Cantábiles mihi erant juſtificatiónes tuæ * in loco peregrinatiónis meæ.

Memor fui nocte nóminis tui, Dómine; * & cuſtodívi legem tuam.

Hæc facta eſt mihi, * quia juſtificatiónes tuas exquisívi.

Pórtio mea, Dómine, dixi, * cuſtodíre legem tuam.

Deprecátus ſum fáciem tuam in toto corde meo : * miſerére meî ſecundùm elóquium tuum.

Cogitávi vias meas, * & converti pedes meos in teſtimónia tua.

Parátus ſum, & non ſum

ſum turbátus, * ut cuſtódiam mandáta tua.

Funes peccatórum circumplexi ſunt me; * & legem tuam non ſum oblítus.

Médiâ nocte ſurgébam ad confitendum tibi * ſuper judícia juſtificatiónis tuæ.

Párticeps ego ſum ómnium timéntium te, * & cuſtodiéntium mandáta tua.

Miſericórdiâ tuâ, Dómine, plena eſt terra: * juſtificatiónes tuas doce me.

Diviſio Pſalmi 118.

BOnitátem feciſti cum ſervo tuo, Dómine, * ſecundùm verbum tuum.

Bonitátem, & diſciplínam, & ſciéntiam doce me; * quia mandátis tuis crédidi.

Priuſquàm humiliárer, ego delíqui: * proptéreà elóquium tuum cuſtodívi.

Bonus es tu; * & in bonitáte tua doce me juſtificatiónes tuas.

Multiplicáta eſt ſuper me iníquitas ſuperbórum: * ego autem in toto corde meo ſcrutábor mandáta tua.

Coagulátum eſt ſicut lac cor eórum: * ego verò legem tuam meditátus ſum.

Bonum mihi quia humiliáſti me: * ut diſcam juſtificatiónes tuas.

Bonum mihi lex oris tui * ſuper míllia auri & argenti.

Manus tuæ fecérunt me, & plaſmavérunt me: * da mihi intellectum, & diſcam mandáta tua.

Qui timent te, vidébunt me, & lætabuntur; * quia in verba tua ſuperſperavi.

Cognóvi, Dómine, quia æquitas judícia tua, * & in veritáte tua humiliaſti me.

Fiat miſericórdia tua, ut conſolétur me, * ſecundùm elóquium tuum ſervo tuo.

Véniant mihi miſeratiónes tuæ, & vivam; * quia lex tua meditátio mea eſt.

Confundantur ſuperbi, quia injuſtè iniquitátem fecérunt in me: * ego autem exercébor in mandátis tuis.

Convertantur mihi timentes te, * & qui novérunt teſtimónia tua.

Fiat cor meum immaculátum in juſtificatiónibus tuis, * ut non confundar.

Ant. Da mihi intellectum, & ſcrutábor legem tuam, Dómine.

CAPITULUM. 1. Joan. 2.

IN hoc ſcimus quóniam cognóvimus Deum, ſi mandáta ejus obſervemus. Qui dicit ſe noſſe eum, & mandáta ejus non cuſtódit, mendax eſt, & in hoc véritas non eſt: qui autem ſervat verbum ejus, verè

in hoc cáritas Dei perfecta eſt.

℟. *br.* Inclina cor meum, Deus, * In teſtimónia tua. Inclína. ℣. Averte óculos meos, ne vídeant vanitátem: * in via tua vivífica me, * In teſtimónia tua. Glória Patri. Inclina.

℣. Deduc me in ſémitam mandatórum tuórum; ℟. Quia ipſam vólui. *Pſ.* 118.

Oratio conveniens.

AD SEXTAM.

℣. Deus, † in adjutórium.

HYMNUS.

JAm ſolis excelſum jubar
Toto coruſcat lúmine;
Sic, Chriſte, tu mundum novâ
Sol verus accendis face.

Fac plena noſtris fúlgeat
Lux veritátis méntibus;
Fac noſtra plenam cáritas
Creſcendo ſurgat ad diem.

Qui nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui caritáte nos foves,
Par ſit tibi laus, Spíritus. Amen.

Ant. 2. D. Inclinávi.

Ex Pſalmo 118.

DEfécit in ſalutáre tuum ánima mea, * & in verbum tuum ſuperſperávi.

Defecérunt óculi mei in elóquium tuum, dicentes: * Quando conſoláberis me?

Quia factus ſum ſicut uter in pruína; * juſtificatiónes tuas non ſum oblítus.

Quot ſunt dies ſervi tui? * quando fácies de perſequentibus me judícium?

Narravérunt mihi iníqui fabulatiónes; * ſed non ut lex tua.

Omnia mandáta tua, véritas: * iníquè perſécuti ſunt me; ádjuva me.

Paulò minùs conſummavérunt me in terra: * ego autem non derelíqui mandáta tua.

Secundùm miſericórdiam tuam vivífica me, * & cuſtódiam teſtimónia oris tui.

In æternum, Dómine, * verbum tuum pérmanet in cœlo.

In generatiónem & generatiónem véritas tua: * fundaſti terram, & pérmanet.

Ordinatióne tuâ perſeverat dies; * quóniam ómnia ſerviunt tibi.

Niſi quòd lex tua meditátio mea eſt, * tunc fortè periiſſem in humilitáte mea.

In æternum non obliviſcar juſtificatiónes tuas; * quia in ipſis vivificaſti me.

Tuus ſum ego, ſalvum me fac; * quóniam juſtificatiónes tuas exquiſívi.

Me expectavérunt peccatóres ut pérderent me: * teſtimónia tua intelléxi.

Omnis

Omnis conſummatiónis vidi finem : * latum mandátum tuum nimis.

Diviſio Pſalmi 118.

QUómodò diléxi legem tuam, Dómine! * totâ die meditátio mea eſt.

Super inimícos meos prudentem me feciſti mandáto tuo; * quia in æternum mihi eſt.

Super omnes docentes me intelléxi: * quia teſtimónia tua meditátio mea eſt.

Super ſenes intelléxi, * quia mandáta tua quæſívi.

Ab omni via mala prohíbui pedes meos; * ut cuſtódiam verba tua.

A judíciis tuis non declinávi; * quia tu legem poſuiſti mihi.

Quàm dúlcia fáucibus meis elóquia tua! * ſuper mel ori meo.

A mandátis tuis intelléxi: * proptéreà odívi omnem viam iniquitátis.

Lucerna pédibus meis verbum tuum, * & lumen ſémitis meis.

Jurávi & ſtátui * cuſtodíre judícia juſtíciæ tuæ.

Humiliátus ſum uſquequáque, Dómine: * vivífica me ſecundùm verbum tuum.

Voluntária oris mei beneplácita fac, Dómine, * & judícia tua doce me.

Anima mea in mánibus meis ſemper; * & legem tuam non ſum oblítus.

Poſuérunt peccatóres láqueum mihi; * & de mandátis tuis non errávi.

Hæreditáte acquiſívi teſtimónia tua in æternum; * quia exultátio cordis mei ſunt.

Inclinávi cor meum ad faciendas juſtificatiónes tuas in æternum, * propter retributiónem.

Diviſio Pſalmi 118.

INíquos ódio hábui, * & legem tuam diléxi.

Adjútor & ſuſceptor meus es tu; * & in verbum tuum ſuperſperávi.

Declináte à me, maligni; * & ſcrutábor mandáta Dei mei.

Súſcipe me ſecundùm elóquium tuum, & vivam; * & non confundas me ab expectatióne mea.

Adjuva me, & ſalvus ero; * & meditábor in juſtificatiónibus tuis ſemper.

Spreviſti omnes diſcedentes à judíciis tuis, * quia injuſta cogitátio eórum.

Prævaricantes reputávi omnes peccatóres terræ: * ídeò diléxi teſtimónia tua.

Confige timóre tuo carnes meas: * à judíciis enim tuis tímui.

Feci judícium & juſtítiam: * non tradas me calumniántibus me.

Súſcipe ſervum tuum in bonum: * non calumnientur me ſuperbi.

Oculi mei defecérunt in

ſalutáre tuum, * & in eló-quium juſtítiæ tuæ.

Fac cum ſervo tuo ſecundùm miſericórdiam tuam, * & juſtificatiónes tuas doce me.

Servus tuus ſum ego: * da mihi intellectum, ut ſciam teſtimónia tua.

Tempus faciendi, Dómine: * diſſipavérunt legem tuam.

Ideò diléxi mandáta tua * ſuper aurum & topázion.

Proptéreà ad ómnia mandáta tua dirigébar: * omnem viam iníquam ódio hábui.

Ant. Inclinávi cor meum ad faciendas juſtificatiónes tuas in æternum.

CAPITULUM. 1. *Joan.* 5.

HÆc eſt cáritas Dei, ut mandáta ejus cuſtodiámus; & mandáta ejus grávia non ſunt.

℟. *br.* Teſtimónia tua intelléxi, Dómine: * Latum mandátum tuum nimis. Teſtimónia. ℣. Omnis conſummatiónis * vidi finem: * Latum. Glória Patri. Teſtimónia tua.

℣. Diléxi mandáta tua ſuper aurum: ℟. Proptéreà ad ómnia mandáta tua dirigébar. *Pſ.* 118.

Oratio conveniens.

AD NONAM.

℣. Deus, † in adjutórium.

HYMNUS.

LAbente jam ſolis rotâ,
Inclínat in noctem dies;
Sic vita ſuprémam citò
Feſtínat ad metam gradu.

O Chriſte, dum fixus cruci
Expandis orbi bráchia,
Amáre da crucem; tuo
Da nos in amplexu mori.

Qui nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit Fílio;
Qui caritáte nos foves,
Par ſit tibi laus, Spíritus.
Amen.

Ant. 4. E. Omnia.

Ex Pſalmo 118.

MIrabília teſtimónia tua; * ídeò ſcrutáta eſt ea ánima mea.

Declarátio ſermónum tuórum illúminat, * & intellectum dat párvulis.

Os meum apérui, & attraxi ſpíritum; * quia mandáta tua deſiderábam.

Aſpice in me, & miſerére meî, * ſecundùm judícium diligéntium nomen tuum.

Greſſus meos dírige ſecundùm elóquium tuum; * & non dominétur meî omnis injuſtítia.

Rédime me à calúmniis hóminum, * ut cuſtódiam mandáta tua.

Fáciem tuam illúmina ſuper ſervum tuum, * & doce me juſtificatiónes tuas.

Exitus aquárum deduxérunt óculi mei; * quia non cuſtodiérunt legem tuam.

Juſtus es, Dómine, * & rectum judícium tuum.

Mandaſti juſtítiam teſtimónia tua, * & veritátem tuam nimis.

Tabeſcere me fecit zelus meus; * quia oblíti ſunt verba tua inimíci mei.

Ignítum elóquium tuum vehementer; * & ſervus tuus diléxit illud.

Adoleſcéntulus ſum ego, & contemptus: * juſtificatiónes tuas non ſum oblítus.

Juſtítia tua, juſtítia in æternum; * & lex tua véritas.

Tribulátio & angúſtia invenérunt me: * mandáta tua meditátio mea eſt.

Æquitas teſtimónia tua in æternum: * intellectum da mihi, & vivam.

Diviſio Pſalmi 118.

CLamávi in toto corde meo, exaudi me, Dómine: * juſtificatiónes tuas requíram.

Clamávi ad te, ſalvum me fac; * ut cuſtódiam mandáta tua.

Prævéni in maturitáte, & clamávi; * quia in verba tua ſuperſperávi.

Prævenérunt óculi mei ad te dilúculò; * ut meditáret elóquia tua.

Vocem meam audi ſecundùm miſericórdiam tuam, Dómine; * & ſecundùm judícium tuum vivífica me.

Appropinquavérunt perſequentes me iniquitáti: * à lege autem tua longè facti ſunt.

Propè es tu, Dómine; * & omnes viæ tuæ véritas.

Inítio cognóvi de teſtimóniis tuis; * quia in æternum fundaſti ea.

Vide humilitátem meam, & éripe me; * quia legem tuam non ſum oblítus.

Júdica judícium meum, & rédime me: * propter elóquium tuum vivífica me.

Longè à peccatóribus ſalus; * quia juſtificatiónes tuas non exquiſiérunt.

Miſericórdiæ tuæ multæ, Dómine: * ſecundùm judícium tuum vivífica me.

Multi qui perſequuntur me, & tribulant me: * à teſtimóniis tuis non declinávi.

Vidi prævaricantes, & tabeſcébam; * quia elóquia tua non cuſtodiérunt.

Vide quóniam mandáta tua diléxi, Dómine: * in miſericórdia tua vivífica me.

Princípium verbórum tuórum, véritas: * in æternum ómnia judícia juſtítiæ tuæ.

Diviſio Pſalmi 118.

PRíncipes perſecúti ſunt me gratìs; * & à verbis tuis formidávit cor meum.

Lætábor ego ſuper elóquia tua, * ſicut qui invénit ſpólia multa.

Iniquitátem ódio hábui, & abominátus ſum: * legem autem tuam diléxi.

Séptics in die laudem

dixi tibi * ſuper judícia juſtítiæ tuæ.

Pax multa diligéntibus legem tuam ; * & non eſt illis ſcándalum.

Expectábã ſalutáre tuum, Dómine ; * & mandáta tua diléxi.

Cuſtodívit ánima mea teſtimónia tua, * & diléxit ea vehementer.

Servávi mandáta tua & teſtimónia tua ; * quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo.

Appropinquet deprecátio mea in conſpectu tuo, Dómine : * juxta elóquium tuum da mihi intellectum.

Intret poſtulátio mea in conſpectu tuo : * ſecundùm elóquium tuum éripe me.

Eructábunt lábia mea hymnum, * cùm docúeris me juſtificatiónes tuas.

Pronuntiábit lingua mea elóquium tuum ; * quia ómnia mandáta tua, æquitas.

Fiat manus tua ut ſalvet me ; * quóniam mandáta tua elégi.

Concupívi ſalutáre tuum, Dómine ; & lex tua meditátio mea eſt.

Vivet ánima mea, & laudábit te ; * & judícia tua adjuvábunt me.

Errávi ſicut ovis quæ périit : * quære ſervum tuum, quia mandáta tua non ſum oblítus.

Ant. Omnia mandáta tua æquitas; pax multa diligén-tibus legem tuam,D

CAPITULUM. 1. *T*

FInis præcepti eſ tas de corde pur conſciéntiâ bonâ, non fictâ.

℟. *br.* Omnes viæ In conſpectu tuo, D Omnes. ℣. Servávi dáta tua * & teſti tua, * In conſpect Glória. Omnes.

℣. Cuſtodívit ánin teſtimónia tua, ℟. léxit ea vehementer.*l*

Oratio convenien

AD VESPER

℣. Deus, † in a rium, &c.

Ant. 7. *c.* Dixit I nus.

PSALMUS I

Chriſti divinitas, r & Sacerdotium.

DIxit Dóminu mino meo : à dextris me

Donec ponam ini tuos, * ſcabellum tuórum.

Virgam virtútis tuæ tet Dóminus ex Si domináre in médio córum tuórum.

Tecum princípium virtútis tuæ in ſple bus ſanctórum : * e ante lucíferum génu

Jurávit Dóminus, pœnitébit eum : * Sacerdos in ætern cundùm órdinem M ſedech.

Dóminus à dextri

* confrégit in die iræ ſuæ reges.

Judicábit in natiónibus; implébit ruínas : * conquaſſábit cápita in terra multórum.

De torrente in via bibet : * proptéreà exaltábit caput.

Ant. Dixit Dóminus Dómino meo : Sede à dextris meis.

Ant. 4. d. Fidélia.

PSALMUS 110.

Laus Deo ob ſua per Chriſtum beneficia.

CONfitébor tibi, Dómine, in toto corde meo, * in concílio juſtórum & congregatióne.

Magna ópera Dómini, * exquisíta in omnes voluntátes ejus.

Conféſſio & magnificéntia opus ejus : * & juſtítia ejus manet in ſéculum ſéculi.

Memóriam fecit mirabílium ſuórum * miséricors & miserátor Dóminus.

Eſcam dedit timéntibus ſe : * memor erit in ſéculum teſtamenti ſui.

Virtútem óperum ſuórum annuntiábit pópulo ſuo ; * ut det illis hæreditátem géntium.

Opera mánuum ejus véritas & judícium ; * fidélia ómnia mandáta ejus :

Confirmáta in ſéculum ſéculi, * facta in veritáte & æquitáte.

Redemptiónem miſit pópulo ſuo : * mandávit in æternum teſtamentum ſuum.

Sanctum & terríbile nomen ejus : * inítium ſapiéntiæ timor Dómini.

Intellectus bonus ómnibus faciéntibus eum : * laudátio ejus manet in ſéculum ſéculi.

Ant. Fidélia ómnia mandáta ejus, confirmáta in ſéculum ſéculi.

Ant. 1. *f.* Qui timet Dóminum.

PSALMUS 111.

Chriſti & omnium in Chriſto juſtorum encomium.

BEátus vir qui timet Dóminum, * in mandátis ejus volet nimis.

Potens in terra erit ſemen ejus : * generátio rectórum benedicétur.

Glória & divítiæ in domo ejus ; * & juſtítia ejus manet in ſéculum ſéculi.

Exortum eſt in ténebris lumen rectis ; * miséricors, & miserátor, & juſtus.

Jucundus homo, qui miserétur & cómodat, diſpónet ſermónes ſuos in judício ; * quia in æternum non commovébitur.

In memória æterna erit juſtus : * ab auditióne mala non timébit.

Parátum cor ejus ſperáre in Dómino, confirmátum eſt cor ejus : * non commovébitur, donec deſpíciat inimícos ſuos.

Diſperſit, dedit paupéribus; * juſtítia ejus manet in ſéculum ſéculi: cornu ejus exaltábitur in glória.

Peccátor vidébit, & iraſcétur; déntibus ſuis fremet, & tabeſcet: * deſidérium peccatórum períbit.

Ant. Qui timet Dóminum in mandátis ejus volet nimis.

Ant. 7. c. Sit nomen.

PSALMUS 112.

Dei laus ob fidelium per Chriſtum exaltationem & multiplicationem

LAudáte, púeri, Dóminum, * laudáte nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedíctum, * ex hoc nunc, & uſque in ſéculum.

A ſolis ortu uſque ad occáſum, * laudábile nomen Dómini.

Excelſus ſuper omnes gentes Dóminus, * & ſuper cœlos glória ejus.

Quis ſicut Dóminus Deus noſter, qui in altis hábitat, * & humília réſpicit in cœlo & in terra?

Súſcitans à terra ínopem: * & de ſtércore érigens páuperem;

Ut cóllocet eum cum princípibus, * cum princípibus pópuli ſui.

Qui habitáre facit ſtérilem in domo: * matrem filiórum lætantem.

Ant. Sit nomen Dómini benedíctum ex hoc nunc & uſque in ſéculum.

Ant. 1. A. Nos qui vívimus.

PSALMUS 113.

Eccleſiæ per Chriſtum liberatio: idolorum vanitas.

IN éxitu Iſraël de Ægypto, * domûs Jacob de pópulo bárbaro;

Facta eſt Judæa ſanctificátio ejus, * Iſraël poteſtas ejus.

Mare vidit, & fugit: * Jordánis converſus eſt retrorsùm.

Montes exultavérunt ut aríetes, & colles ſicut agni óvium.

Quid eſt tibi, mare, quòd fugiſti? * & tu, Jordánis, quia converſus es retrorsùm?

Montes, exultaſtis ſicut aríetes? * & colles, ſicut agni óvium?

A fácie Dómini mota eſt terra, * à fácie Dei Jacob;

Qui convertit petram in ſtagna aquárum, * & rupem in fontes aquárum.

Non nobis, Dómine, non nobis, * ſed nómini tuo da glóriam ſuper miſericórdia tua & veritáte tua;

Nequando dicant gentes: * Ubi eſt Deus eórum?

Deus autem noſter in cœlo: * ómnia quæcumcumque vóluit, fecit.

Simulácra géntium argentum & aurum: * ópera mánuum hóminum.

Os habent, & non loquentur: * óculos ha-

bent, & non vidébunt.
Aures habent, & non áudient: * nares habent, & non odorábunt.
Manus habent, & non palpábunt; pedes habent, & non ambulábunt: * non clamábunt in gútture ſuo.
Símiles illis fiant, qui fáciunt ea, * & omnes qui confídunt in eis.
Domus Iſraël ſperávit in Dómino: * adjútor eórum & protector eórum eſt.
Domus Aáron ſperávit in Dómino: * adjútor eórum & protector eórum eſt.
Qui timent Dóminum, ſperavérunt in Dómino: * adjútor eórum & protector eórum eſt.
Dóminus memor fuit noſtrî, * & benedixit nobis.
Benedixit dómui Iſraël: * benedixit dómui Aáron.
Benedixit ómnibus qui timent Dóminum, * puſillis cum majóribus.
Adjíciat Dóminus ſuper vos, * ſuper vos & ſuper filios veſtros.
Benedicti vos à Dómino, * qui fecit cœlum & terram.
Cœlum cœli Dómino: * terram autem dedit filiis hóminum.
Non mórtui laudábunt te, Dómine, * neque omnes qui deſcendunt in infernum.
Sed nos qui vívimus, benedícimus Dómino, * ex hoc nunc, & uſque in ſéculum.
Ant. Nos qui vívimus, benedícimus Dómino.

CAPITULUM. *Epheſ.* 1.

BEnedictus Deus, & Pater Dómini noſtri Jeſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictióne ſpirituáli in cœléſtibus in Chriſto, ſicut elégit nos in ipſo ante mundi conſtitutiónem, ut eſſémus ſancti & immaculáti in conſpectu ejus in caritáte.

HYMNUS.

O Luce qui mortálibus
Lates inacceſſâ, Deus!
Præſente quo ſancti tremunt
Nubuntque vultus Angeli:
Hîc, ceu profundâ cónditi
Demérgimur calígine:
Æternus at noctem ſuo
Fulgóre depellet dies.
Hunc nempè nobis præparas,
Nobis reſervas hunc diem,
Quem vix adumbrat ſpléndida
Flammantis aſtri cláritas.
Moráris heu! nimìs diù!
Moráris, optátus dies:
Ut te fruámur, nóxii
Linquenda moles córporis.
His cùm ſolúta vínculis
Mens évolárit, ô Deus!
Vidére te; laudáre te,
Amáre te non déſinet.
Ad omne nos apta bonum,
Fœcunda donis Trínitas:
Fac lucis uſúræ brevi
Æterna ſuccédat dies.
Amen.

℣. In Deo laudábimur totâ die; ℟. Et in nómine tuo confitébimur in ſéculum. *Pſ.* 43.
Antiph. ut in Proprio.

CANTICUM B. MARIÆ VIRGINIS. *Luc.* 1.

Dei laus ob incarnati Verbi myſterium.

MAgníficat * ánima mea Dóminum,

Et exultávit ſpíritus meus * in Deo ſalutári meo;

Quia reſpéxit humilitátem ancillæ ſuæ: * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna qui potens eſt; * & ſanctum nomen ejus.

Et miſericórdia ejus à progénie in progénies * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio ſuo: * diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.

Depóſuit potentes de ſede, * & exaltávit húmiles.

Eſurientes implévit bonis, * & dívites dimíſit inánes.

Suſcépit Iſraël púerum ſuum, * recordátus miſericórdiæ ſuæ,

Sicut locútus eſt ad patres noſtros, * Abraham & ſémini ejus in ſécula.

Deindè dicitur Antiphona, & Oratio, ut in Proprio.

AD COMPLETORIUM.

Lector: Jube, Domne, benedícere. [*Solus recitans dicit abſolutè*] *Bened.* Cùm dormiérimus, cuſtódiant nos (ſermónes Dómini;) & evigilantes loquámur cum eis. *Prov.* 6.

℟. Amen.

Tùm fit lectio Novi Teſtamenti, & reliqua ut habetur in Feriis per Annum, infrà, 170.

Ant. 8. G. Scuto.

PSALMUS 4.

In Deo fidelium ſpes & requies.

CUm invocárem, exaudívit me Deus juſtítiæ meæ: * in tribulatióne dilataſti mihi.

Miſerére meî, * & exaudi oratiónem meam.

Fílii hóminum, úſquequò gravi corde? * ut quid dílígitis vanitátem, & quæritis mendácium?

Et ſcitóte quóniam mirificávit Dóminus Sanctum ſuum: * Dóminus exáudiet me, cùm clamávero ad eum.

Iraſcímini, & nolíte peccáre: * quæ dícitis in córdibus veſtris, in cubílibus veſtris compungímini.

Sacrificáte ſacrifícium juſtítiæ, * & ſperáte in Dómino.

Multi dicunt: Quis oſtendit nobis bona? * ſignátum eſt ſuper nos lumen vultûs tui, Dómine.

Dediſti lætítiam in corde meo: * à fructu frumenti, vini & ólei ſui multiplicáti ſunt.

In pace in idipſum dórmiam & requieſcam: * quóniam tu, Dómine, ſinguláriter, in ſpe conſtituiſti me.

PSALMUS

PSALMUS 90.

Sub Dei tutela, nihil per diem vel noctem timendum.

QUi hábitat in adjutório Altíſſimi, * in protectióne Dei cœli commorábitur.

Dicet Dómino: Suſceptor meus es tu, & refúgium meum: * Deus meus, ſperábo in eum;

Quóniam ipſe liberávit me de láqueo venántium, * & à verbo áſpero.

Scápulis ſuis obumbrábit tibi, & ſub pennis ejus ſperábis: * ſcuto circúmdabit te véritas ejus.

Non timébis à timóre nocturno, * à ſagitta volante in die:

A negótio perambulante in ténebris, * ab incurſu & dæmónio meridiáno.

Cadent à látere tuo mille, & decem míllia à dextris tuis: * ad te autem non appropinquábit.

Verúmtamen óculis tuis conſiderábis, * & retributiónem peccatórum vidébis.

Quóniam, Tu es, Dómine, ſpes mea, * Altíſſimum poſuiſti refúgium tuum;

Non accédet ad te malum, * & flagellum non appropinquábit tabernáculo tuo.

Quóniam Angelis ſuis mandávit de te, * ut cuſtódiant te in ómnibus viis tuis.

In mánibus portábunt te, * ne fortè offendas ad lápidem pedem tuum.

Super áſpidem & baſiliſcum ambulábis, * & conculcábis leónem & dracónem.

Quóniam in me ſperávit, liberábo eum: * prótegam eum, quóniam cognóvit nomen meum.

Clamábit ad me, * & ego exáudiam eum.

Cum ipſo ſum in tribulatióne: * erípiam eum, & glorificábo eum.

Longitúdine diérum replébo eum, * & oſtendam illi ſalutáre meum.

PSALMUS 133.

Deus die & nocte benedicendus.

ECce nunc benedícite Dóminum, * omnes ſervi Dómini.

Qui ſtatis in domo Dómini, * in átriis domûs Dei noſtri;

In nóctibus extóllite manus veſtras in ſancta, * & benedícite Dóminum.

Benedícat te Dóminus ex Sion, * qui fecit cœlum & terram.

Ant. Scuto circúmdabit te véritas ejus: non timébis à timóre nocturno. *Pſ.* 90.

In Advent. & à Vigil. Natal. Domini ad Præſentat. ejuſdem incluſivè Hymnus ut in Proprio.

A craſtino autem Præſentat. Domini ad Fer. IV. Cinerum excluſivè.

HYMNUS.

GRates, peracto jam die, Deus, tibi perſólvimus;

Pronóque, dum nox íncipit,
Proſtérnimus vultu preces.
Quod longa peccávit dies,
Amárus éxpiet dolor;
Somno gravátis ne nova
Inflígat hoſtis vúlnera.
Infeſtus uſquè círcuit
Quærens leo quem dévoret:
Umbrâ ſub alárum tuos
Defende filios, Pater.
O quando luceſcet tuus
Qui neſcit occáſum dies!
O quando ſancta ſe dabit
Quæ neſcit hoſtem pátria!
Qui nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui caritáte nos ſoves,
Par ſit tibi laus, Spíritus.
Amen.

CAPITULUM. 1. *Theſſ.* 5.

OMnes vos filii lucis eſtis, & filii diéi: non ſumus noctis, neque tenebrárum: ígitur non dormiámus ſicut & céteri, ſed vigilémus & ſóbrii ſimus.

℟. *br.* In manus tuas, Dómine, * Commendo ſpíritum meum. In manus. ℣. Redemiſti me, Dómine, * Deus veritátis. * Commendo. Glória Patri. In manus. *Pſ.* 30.

℣. Cuſtódi me, Dómine, ut pupillam óculi: ℟. Sub umbra alárum tuárum prótege me. *Pſ.* 16.

In Advent. & à Natali Dom. ad ejus Præſentat. Antiph. habetur in Propr.

Poſt Præſentat. Domini. *Ant.* 3. g. Dómine.

CANTICUM SIMEONIS. *Luc* 2.

De Salvatoris adventu gratiarum actio.

NUnc dimittis ſervum tuum, Dómine, * ſecundùm verbum tuum, in pace;
Quia vidérunt óculi mei * ſalutáre tuum,
Quod paraſti * ante fáciem ómnium populórum,
Lumen ad revelatiónem géntium, * & glóriam plebis tuæ Iſraël.

Ant. Dómine, dabis pacem nobis; ómnia enim ópera noſtra operátus es nobis. *Iſ.* 26.

℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

VIſita, quæſumus, Dómine, habitatiónem noſtram; & omnes inſídias inimíci ab ea longè repelle: Angeli tui ſancti hábitent in ea, qui nos in pace cuſtódiant; & benedíctio tua ſit ſuper nos ſemper; Per Dóminum noſtrum.

℣. Dóminus vobiſcum. ℣. Benedicámus Dómino.

Finito Completorio, ſubmiſsâ voce dicitur ſignando ſe ſigno crucis: Grátia Dómini noſtri Jeſu Chriſti, † & cáritas Dei, & communicátio ſancti Spíritûs ſit cum ómnibus vobis. 2. *Cor.* 13. ℟. Amen. Fidélium, &c.

Poſteà dicitur una ex Antiphonis de B. Maria Virgine, quæ habetur infrà ad calcem Pſalterii.

Poſt completum Officium dicitur ſecretò, Pater. Ave. Credo.

FERIA SECUNDA.

AD OFFICIUM NOCT.

Dómine, lábia. *ſuprà*, 1.

Invit. Deum, qui prior diléxit nos * veníte, adorémus. 1. *Joan.* 4.

Pſ. 94. Veníte.

Poſt unamquamque hujus Pſalmi Strophen vel diviſionem, dicetur alternatim invitatorium integrum, & ejus ultima pars, ut habetur ſuprà in Dominicâ. Et ſic in ſequentibus Feriis.

HYMNUS.

DEi canámus glóriam,
Cœlum ſecundo qui die
Expandit, admirábile
Mortálibus ſpectáculum.

Poli ſtupémus álveo
Stagnáre pénſiles lacus:
Hinc imbre terras fértili
Cœleſtis irrórat Pater.

Quam præparas nobis, Deus,
Eſt hæc imágo grátiæ:
Hæc rore ſtillans úberi
Cordis penétrat íntima.

Hanc qui fidéli cómbibunt
Aquam ſalúbrem péctore,
In his ad æternas domos
Miro reſultat ímpetu.

Beáta gens, quam prodígâ
Ditáre non ceſſas manu!
Amóris hæc memor tui,
Amóris & reddat vices.

Quæ nos prior ſic díligis,
Tibi, beáta Trínitas,
Sit ſumma laus, ſummum decus
In ſempiterna ſécula. Amen.

In Feriis, & aliis Officiis trium Lectionum, dicuntur pro unico Nocturno novem Pſalmi ad unamquamque Feriam poſiti, ſub una duntaxat Antiphona poſt ſingulos tres Pſalmos. In Feſtis verò novem Lectionum, poſt quemlibet Pſalmum, unaquæque Antiphona dicitur, vel de Proprio, vel de Communi.

Ant. 4. a. Omnia.

PSALMUS 103.

Deus, ob multiplicia naturæ & gratiæ per Dei Verbum miracula, benedicendus.

BEnedic, ánima mea, Dómino: * Dómine Deus meus, magnificátus es vehementer.

Confeſſiónem & decórem induiſti, * amictus lúmine ſicut veſtimento;

Extendens cœlum ſicut pellem, * qui tegis aquis ſuperióra ejus;

Qui ponis nubem aſcenſum tuum; * qui ámbulas ſuper pennas ventórum;

Qui facis Angelos tuos ſpíritus, * & miniſtros tuos ignem urentem;

Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitátem ſuam: * non inclinábitur in ſéculum ſéculi.

Abyſſus, ſicut veſtimentum, amictus ejus: * ſuper montes ſtabunt aquæ.

Ab increpatióne tua fúgient; * à voce tonítrui tui formidábunt.

Aſcendunt montes, & deſcendunt campi, * in locum quem fundaſti eis.

Términum poſuiſti, quem non tranſgredientur; * neque convertentur operíre terram.

Qui emittis fontes in convállibus: * inter médium móntium pertransíbunt aquæ.

Potábunt omnes béſtiæ agri: * expectábunt ónagri in ſiti ſua.

Super ea vólucres cœli habitábunt: * de médio petrárum dabunt voces.

Rigans montes de ſuperióribus ſuis: * de fructu óperum tuórum ſatiábitur terra:

Prodúcens fœnum jumentis, * & herbam ſervitúti hóminum,

Ut edúcas panem de terra, * & vinum lætíficet cor hóminis;

Ut exhílaret fáciem in óleo, * & panis cor hóminis confirmet.

Saturabuntur ligna campi, * & cedri Líbani quas plantávit.

Illîc páſſeres nidificábunt: * heródii domus dux eſt eórum.

Montes excelſi cervis, * petra refúgium herináciis.

Fecit lunam in témpora: * ſol cognóvit occáſum ſuum.

Poſuiſti ténebras, & facta eſt nox; * in ipſa pertransíbunt omnes béſtiæ ſylvæ.

Cátuli leónum rugientes, ut rápiant, * & quærant à Deo eſcam ſibi.

Ortus eſt ſol, & congregáti ſunt; * & in cubílibus ſuis collocabuntur.

Exíbit homo ad opus ſuum, * & ad operatiónem ſuam uſque ad véſperum.

Diviſio Pſalmi 103.

Quàm magnificáta ſunt ópera tua, Dómine! * ómnia in ſapiéntia feciſti; impléta eſt terra poſſeſſióne tuâ.

Hoc mare magnum, & ſpatióſum mánibus; * illic reptília, quorum non eſt númerus, animália puſilla cum magnis.

Illìc naves pertransíbunt: * draco iſte quem formaſti ad illudendum ei.

Omnia à te expectant, * ut des illis eſcam in témpore.

Dante te illis, cólligent: * aperiente te manum tuam, ómnia implebuntur bonitáte.

Avertente autem te fáciem, turbabuntur: * aúferes ſpíritum eórum, & deficient, & in púlverem ſuum revertentur.

Emittes Spíritum tuum

& creabuntur ; * & renovábis fáciem terræ.

Altera diviſio Pſalmi 103.

SIt glória Dómini in ſéculum : * lætábitur Dóminus in opéribus ſuis ;

Qui réſpicit terram , & facit eam trémere ; * qui tangit montes , & fúmigant.

Cantábo Dómino in vita mea : * pſallam Deo meo, quámdiù ſum.

Jucundum ſit ei elóquium meum : * ego verò delectábor in Dómino.

Deficiant peccatóres à terra , & iníqui , ita ut non ſint : * bénedic , ánima mea , Dómino.

Ant. Omnia in ſapiéntia feciſti , Dómine : impléta eſt terra poſſeſſióne tuâ.

Ant. 7. *d.* Mementóte.

PSALMUS 104.

Beneficia Iſraëlitico populo collata celebrantur & enumerantur.

COnfitémini Dómino,& invocáte nomen ejus : * annuntiáte inter gentes ópera ejus.

Cantáte ei , & psállite ei : * narráte ómnia mirabília ejus.

Laudámini in nómine ſancto ejus : * lætétur cor quæréntium Dóminum.

Quærite Dóminum , & confirmámini : * quærite fáciem ejus ſemper.

Mementóte mirabílium ejus quæ fécit , * prodígia ejus , & judícia oris ejus ,

Semen Abraham ſervi ejus , * filii Jacob electi ejus.

Ipſe Dóminus Deus noſter : * in univerſâ terra judícia ejus.

Memor fuit in ſéculum teſtamenti ſui , * verbi quod mandávit in mille generatiónes ,

Quod diſpóſuit ad Abraham ; * & juramenti ſui ad Iſaac.

Et ſtátuit illud Jacob in præceptum , * & Iſraël in teſtamentum æternum ;

Dicens : Tibi dabo terram Chánaan * funículum hæreditátis veſtræ ;

Cùm eſſent número brevi , * paucíſſimi , & íncolæ ejus.

Et pertranſiérunt de gente in gentem , * & de regno ad pópulum álterum.

Non relíquit hóminem nocére eis , * & corrípuit pro eis reges.

Nolíte tángere chriſtos meos , * & in prophétis meis nolíte malignári.

Diviſio Pſalmi 104. Et.

VOcávit [Dóminus] famem ſuper terram , * & omne firmamentum panis contrívit.

Miſit ante eos virum : * in ſervum venúmdatus eſt Joſeph.

Humiliavérunt in compédibus pedes ejus : * fer-

rum pertránſiit ánimam ejus.

Donec veníret verbum ejus, * elóquium Dómini inflammávit eum.

Miſit rex, & ſolvit eum; *princeps populórum, & dimíſit eum.

Conſtítuit eum dóminum domûs ſuæ, * & príncipem omnis poſſeſſiónis ſuæ;

Ut erudíret príncipes ejus ſicut ſemetipſum, * & ſenes ejus prudéntiam docéret.

Et intrávit Iſraël in Ægyptum; * & Jacob áccola fuit in terra Cham.

Et auxit pópulum ſuum vehementer, * & firmávit eum ſuper inimícos ejus.

Convertit cor eórum, ut odírent pópulum ejus, * & dolum fácerent in ſervos ejus.

Altera diviſio Pſalmi 104.

MIſit [Dóminus] Móyſen ſervum ſuum, * Aáron quem élegit ipſum.

Póſuit in eis verba ſignórum ſuórum, * & prodigiórum in terra Cham.

Miſit ténebras, & obſcurávit; * & non exacerbávit ſermónes ſuos.

Convertit aquas eórum in ſánguinem, * & occídit piſces eórum.

Edidit terra eórum ranas * in penetrálibus regum ipſórum.

Dixit; & venit cœnomyía, & cínifes * in ómnibus finibus eórum.

Póſuit plúvias eórum grándinem, * ignem comburentem in terra ipſórum.

Et percuſſit víneas eórum, & ficúlneas eórum; * & contrívit lignum finium eórum.

Dixit; & venit locuſta & bruchus, * cujus non erat númerus:

Et comédit omne fœnum in terra eórum, * & comédit omnem fructum terræ eórum.

Et percuſſit omne primogénitum in terra eórum, * primítias omnis labóris eórum.

Et edúxit eos cum argento & auro; * & non erat in tríbubus eórum infirmus.

Lætáta eſt Ægyptus in profectióne eórum; * quia incúbuit timor eórum ſuper eos.

Expandit nubem in protectiónem eórum, * & ignem ut lucéret eis per noctem.

Petiérunt, & venit coturnix; * & pane cœli ſaturávit eos.

Dirúpit petram, & fluxérunt aquæ: * abiérunt in ſicco flúmina;

Quóniam memor fuit verbi ſancti ſui, * quod hábuit ad Abraham púerum ſuum.

Et edúxit pópulum ſuum

In exultatióne, * & elec-tos ſuos in lætítia.

Et dedit illis regiónes géntium : * & labóres po-pulórum poſſedérunt ;

Ut cuſtódiant juſtifica-tiónes ejus, * & legem ejus requírant.

Ant. Mementóte mira-bílium ejus quæ fecit, prodígia ejus, & judícia oris ejus.

Ant. 1. *a.* Víſita nos.

PSALMUS 105.

Miſericordia Dei cele-branda. Iſraëlicus populus peccata ſua agnoſcens & recolens, ſalutem poſcit.

CONfitémini Dómino, quóniam bonus, * quóniam in ſéculum miſe-ricórdia ejus.

Quis loquétur poténtias Dómini, * audítas fáciet omnes laudes ejus ?

Beáti qui cuſtódiunt ju-dícium, * & fáciunt juſtí-tiam in omni témpore.

Memento noſtrî, Dómi-ne, in beneplácito pópuli tui : * víſita nos in ſalu-tári tuo,

Ad videndum in bonitáte electórum tuórum, ad læ-tandum in lætítia gentis tuæ ; * ut laudéris cum hæreditáte tua.

Diviſio Pſalmi 105.

PEccávimus cum pátri-bus noſtris : * injuſtè égimus, iniquitátem féci-mus.

Patres noſtri in Ægypto non intellexérunt mirabí-lia tua : * non fuérunt mémores multitúdinis mi-ſericórdiæ tuæ.

Et irritavérunt aſcen-dentes in mare, * mare rubrum.

Et ſalvávit eos propter nomen ſuum, * ut notam fáceret poténtiam ſuam.

Et incrépuit mare ru-brum, & exſiccátum eſt : * & dedúxit eos in abyſſis, ſicut in deſerto.

Et ſalvávit eos de manu odiéntium, * & redémit eos de manu inimíci.

Et opéruit aqua tribu-lantes eos : * unus ex eis non remanſit.

Et credidérunt verbis ejus, * & laudavérunt laudem ejus.

Citò fecérunt, obliti ſunt óperum ejus, * & non ſubſtinuérunt consí-lium ejus.

Et concupiérunt concu-piſcéntiam in deſerto, * & tentavérunt Deum in inaquóſo.

Et dedit eis petitiónem ipſórum, * & miſit ſatu-ritátem in ánimas eórum.

Et irritavérunt Móyſen in caſtris, * Aáron ſanc-tum Dómini.

Apperta eſt terra, & de-glutivit Dathan, * & opé-ruit ſuper congregatiónem Abíron.

Et exarſit ignis in ſyna-góga eórum ; * flamma combuſſit peccatóres.

Et fecérunt vítulum in

Horeb, * & adoravérunt ſcúlptile;

Et mutavérunt glóriam ſuam * in ſimilitúdinem vituli comedentis fœnum.

Oblíti ſunt Deum qui ſalvávit eos, * qui fecit magnália in Ægypto, mirabília in terra Cham, terribília in mari rubro.

Et dixit ut diſpérderet eos, ſi non Móyſes electus ejus ſtetiſſet in confractióne, in conſpectu ejus, * ut avérteret iram ejus, ne diſpérderet eos.

Et pro níhilò habuérunt terram deſiderábilem: * non credidérunt verbo ejus.

Et murmuravérunt in tabernáculis ſuis: * non exaudiérunt vocem Dómini.

Et elevávit manum ſuam ſuper eos, * ut proſtérneret eos in deſerto,

Et ut dejíceret ſemen eórum in natiónibus, * & diſpérgeret eos in regiónibus.

Et initiáti ſunt Beélphegor, * & comedérunt ſacrificia mortuórum.

Et irritavérunt eum in adinventiónibus ſuis; * & multiplicáta eſt in eis ruína.

Et ſtetit Phinees, & placávit; * & ceſsávit quaſsátio.

Et reputátum eſt ei in juſtítiam, * in generatiónem & generatiónem uſque in ſempiternum.

Et irritavérunt eum ad aquas contradictiónis; * & vexátus eſt Móyſes propter eos,

Quia exacerbavérunt ſpíritum ejus; * & diſtinxit in lábiis ſuis.

Altera diviſio Pſalmi 105.

NOn diſperdidéruntgentes, * quas dixit Dóminus illis.

Et commixti ſunt inter gentes, * & didicérunt ópera eórum.

Et ſerviérunt ſculptílibus eórum; * & factum eſt illis in ſcándalum.

Et immolavérunt filios ſuos * & filias ſuas dæmóniis.

Et effudérunt ſánguinem innocentem, * ſánguinem filiórum ſuórum, & filiárum ſuárum, quas ſacrificavérunt ſculptílibus Chánaan.

Et infecta eſt terra in ſanguinibus, & contamináta eſt in opéribus eórum; * & fornicáti ſunt in adinventiónibus ſuis.

Et irátus eſt furóre Dominus in pópulum ſuum, * & abominátus eſt hæreditátem ſuam.

Et trádidit eos in manus géntium; * & domináti ſunt eórum qui odérunt eos.

Et tribulavérunt eos inimíci eórum, * & humiliáti ſunt ſub mánibus eórum.

Sæpè liberávit eos: * ipſi autem exacerbavérunt eum in conſílio ſuo, & hu-

miliáti ſunt in iniquitátibus ſuis.

Et vidit, cùm tribularentur; * & audívit oratiónem eórum.

Et memor fuit teſtamenti ſui, * & pœnítuit eum ſecundùm multitúdinem miſericórdiæ ſuæ.

Et dedit eos in miſericórdias, * in conſpectu ómnium qui céperant eos.

Salvos nos fac, Dómine Deus noſter, * & cóngrega nos de natiónibus;

Ut confiteámur nómini ſancto tuo, * & gloriémur in laude tua.

Benedictus Dóminus Deus Iſraël à ſéculo, & uſque in ſéculum; * & dicet omnis pópulus: Fiat, fiat.

Ant. Víſita nos in ſalutári tuo, Dómine, ad vidéndum in bonitáte electórum tuórum.

℣. Expandit nubem in protectiónem eórum, ℟. Et ignem ut lucéret eis per noctem. *Pſ.* 104.

Paſter noſter.

Abſolutio & Benedictiones, ut ordinantur poſt Pſalterium.

Lectiones cum ℟℟℟. *habentur in Proprio de Tempore; & ſic in ſequentibus Feriis.*

Non dicitur Te Deum. *in Feriis.*

℣. *Sacerd.* Exultábit cor meum in ſalutári tuo: ℟. Cantábo Dómino qui bona tríbuit mihi. *Pſ.* 12.

AD LAUDES.

℣. Deus, † in adjutórium.

Ant. 5. a. Bonum eſt.

PSALMUS 91.

Laudandus Deus, in operibus ſuis magnificus, juſtus in judiciis.

BOnum eſt confitéri Dómino, * & pſállere nómini tuo, Altíſſime,

Ad annuntiandum manè miſericórdiam tuam, * & veritátem tuam per noctem,

In decachordo pſaltério, * cum cántico in cíthara;

Quia delectaſti me, Dómine, in factura tua, * & in opéribus mánuum tuárum exultábo.

Quàm magnificáta ſunt ópera tua, Dómine! * nimìs profundæ factæ ſunt cogitatiónes tuæ.

Vir inſípiens non cognoſcet, * & ſtultus non intélliget hæc.

Cùm exorti fúerint peccatóres ſicut fœnum, & apparúerint omnes qui operantur iniquitátem, * ut intéreant in ſéculum ſéculi:

Tu autem Altíſſimus * in æternum, Dómine;

Quóniam ecce inimíci tui, Dómine, quóniam ecce inimíci tui períbunt, * & diſpergentur omnes qui operantur iniquitátem.

Et exaltábitur ſicut unicornis cornu meum, * & ſenectus mea in miſericórdia úberi.

Et deſpéxit óculus meus inimícos meos, * & in inſurgentibus in me malignántibus áudiet auris mea.

Juſtus ut palma florébit: * ſicut cedrus Líbani multiplicábitur.

Plantáti in domo Dómini, * in átriis domûs Dei noſtri florébunt.

Adhuc multiplicabuntur in ſenecta úberi, * & bene patientes erunt,

Ut annuntient quóniam rectus Dóminus Deus noſter, * & non eſt iníquitas in eo.

Ant. Bonum eſt psállere nómini tuo, Altíſſime, ad annuntiandum manè miſericórdiam tuam.

Ant. 8. c. Bonus Dóminus.

PSALMUS 135.

Miſericordia Creatoris & Redemptoris ob multa in populum ſuum beneficia celebratur.

CONfitémini Dómino, quóniam bonus, * quóniam in æternum miſericórdia ejus.

Confitémini Deo deórum, * quóniam in æternum miſericórdia ejus.

Confitémini Dómino dominórum, * quóniam in æternum miſericórdia ejus;

Qui facit mirabília magna ſolus, * quóniam in æternum miſericórdia ejus;

Qui fecit cœlos in intellectu, * quóniam in æternum miſericórdia ejus;

Qui firmávit terram ſuper aquas, * quóniam in æternum miſericórdia ejus

Qui fecit luminária magna, * quóniam in æternum miſericórdia ejus;

Solem in poteſtátem diéi *quóniam in æternum miſericórdia ejus;

Lunam & ſtellas in poteſtátem noctis, * quóniam in æternum miſericórdia ejus.

Ant. Bonus Dóminus in æternum miſericórdia ejus.

Ant. 4. a. Dóminus.

Diviſio Pſalmi 135.

[CONfitémini Dómino quóniam bonus, * quóniam in æternum miſericórdia ejus;]

Qui percuſſit Ægyptum cum primogénitis eórum * quóniam in æternum miſericórdia ejus;

Qui edúxit Iſraël de médio eórum, * quóniam in æternum miſericórdia ejus

In manu potenti, & bráchio excelſo, * quóniam in æternum miſericórdia ejus;

Qui divíſit mare rubrum in diviſiónes, * quóniam in æternum miſericórdia ejus

Et edúxit Iſraël per médium ejus, * quóniam in æternum miſericórdia ejus

Et excuſſit Pharaónem & virtútem ejus in mari rubro, * quóniam in æternum miſericórdia ejus;

Qui traduxit pópulum

ſuum per deſertum, * quóniam in æternum miſericórdia ejus;

Qui percuſſit reges magnos, * quóniam in æternum miſericórdia ejus;

Et occídit reges fortes, * quóniam in æternum miſericórdia ejus;

Sehon regem Amorrhæórum, * quóniam in æternum miſericórdia ejus;

Et Og regem Baſan, * quóniam in æternum miſericórdia ejus;

Et dedit terram eórum hæreditátem, * quóniam in æternum miſericórdia ejus;

Hæreditátem Iſraël ſervo ſuo, * quóniam in æternum miſericórdia ejus;

Quia in humilitáte noſtra memor fuit noſtrî, * quóniam in æternum miſericórdia ejus;

Et redémit nos ab inimícis noſtris, * quóniam in æternum miſericórdia ejus;

Qui dat eſcam omni carni, * quóniam in æternum miſericórdia ejus.

Confitémini Deo cœli, * quóniam in æternum miſericórdia ejus.

Confitémini Dómino dominórum, * quóniam in æternum miſericórdia ejus.

Ant. Dóminus in humilitáte noſtra memor fuit noſtrî, & redémit nos ab inimícis noſtris.

Quando fit Officium de Feria, dicitur Canticum ſequens.

Ant. 7. d. Quis ſímilis tuî.

CANTICUM MOYSI PRIMUM. *Exod.* 15.

Iſraël ab inimicis ſuis liberatus, Deo gratias agit.

CAntémus Dómino; glorióſè enim magnificátus eſt: * equum & aſcenſórem dejécit in mare.

Fortitúdo mea & laus mea Dóminus, * & factus eſt mihi in ſalútem.

Iſte Deus meus, & glorificábo eum: * Deus patris mei, & exaltábo eum.

Dóminus quaſi vir pugnátor: * Omnípotens, nomen ejus.

Currus Pharaónis & exércitum ejus projécit in mare: * electi príncipes ejus ſubmerſi ſunt in mari rubro.

Abyſſi operuérunt eos: * deſcendérunt in profundum quaſi lapis.

Déxtera tua, Dómine, magnificáta eſt in fortitúdine: * déxtera tua, Dómine, percuſſit inimícum.

Et in multitúdine glóriæ tuæ depoſuiſti adverſários tuos: * miſiſti iram tuam quæ devorávit eos ſicut ſtipulam.

Et in ſpíritu furóris tui congregátæ ſunt aquæ: * ſtetit unda fluens, congregátæ ſunt abyſſi in médio mari.

Dixit inimícus : Pérſequar : & comprehendam ; *dívidam ſpólia, implébitur ánima mea.

Evaginábo gládium meũ; * interficiet eos manus mea.

Flavit ſpíritus tuus, & opéruit eos mare : * ſubmerſi ſunt quaſi plumbum in aquis veheméntibus.

Quis símilis tuî in fórtibus, Dómine ? * quis símilis tuî, magníficus in ſanctitáte, terríbilis atque laudábilis, fáciens mirabília ?

Extendiſti manum tuam, * & devorávit eos terra.

Dux fuiſti in miſericórdia tua pópulo quem redemiſti, * & portaſti eum in fortitúdine tua ad habitáculum ſanctum tuum.

Aſcendérunt pópuli, & iráti ſunt : * dolóres obtinuérunt habitatóres Philíſthiim.

Tunc conturbáti ſunt príncipes Edom ; robuſtos Moab obtínuit tremor ; * obriguérunt omnes habitatóres Chánaan.

Irruat ſuper eos formído & pavor : * in magnitúdine bráchii tui fiant immóbiles quaſi lapis,

Donec pertránſeat pópulus tuus, Dómine ; * donec pertránſeat pópulus tuus iſte quem poſſediſti.

Introdúces eos, & plantábis in monte hæreditátis tuæ, * firmíſſimo habitáculo tuo quod operátus es, Dómine :

Sanctuárium tuum, Dómine, * quod firmavérunt manus tuæ.

Dóminus regnábit * in æternum & ultrà.

Ingreſſus eſt enim eques Phárao cum cúrribus & equítibus ejus in mare ; * & réduxit ſuper eos Dóminus aquas maris.

Fílii autem Iſraël ambuláverunt per ſiccum * in médio ejus.

Ant. Quis símilis tuî, Dómine ? magníficus in ſanctitáte, fáciens mirabília.

[*In Feſtis, loco ſuperioris Cantici, dicitur ſequens.*

CANTICUM. *Eccli.* 39.

Laudandus & benedicendus Deus in operibus ſuis.

Collaudáte cánticum, * & benedícite Dóminum in opéribus ſuis.

Date nómini ejus magnificéntiam, * & confitémini illi in voce labiórum veſtrórum, & in cánticis labiórum, & cítharis ;

Et ſic dicétis in confeſſióne : * Opera Dómini univerſa bona valde.

In verbo ejus ſtetit aqua ſicut congéries : * & in ſermóne oris illíus ſicut exceptória aquárum ;

Quóniam in præcepto ipſíus placor fit, * & non eſt minorátio in ſalúte ipsíus.

Opera omnis carnis co-

ram illo, * & non eſt quidquam abſcónditum ab óculis ejus.

A ſéculo uſque in ſéculum réſpicit, * & nihil eſt mirábile in conſpectu ejus.]

Ant. 1. g. Laudáte Dóminum.

PSALMUS 134.

Deus, ob univerſa in populum ſuum beneficia, laudandus. Idolorum vanitas.

LAudáte nomen Dómini; * laudáte, ſervi, Dóminum.

Quis ſtatis in domo Dómini, * in átriis domûs Dei noſtri,

Laudáte Dóminum, quia bonus Dóminus: * psállite nómini ejus, quóniam ſuáve;

Quóniam Jacob elégit ſibi Dóminus, * Iſraël in poſſeſſiónem ſibi.

Quia ego cognovi quòd magnus eſt Dóminus, * & Deus noſter præ ómnibus diis.

Omnia quæcumque vóluit, Dóminus fecit, * in cœlo, in terra, in mari, & in ómnibus abyſſis.

Edúcens nubes ab extrémo terræ, * fúlgura in plúviam fecit;

Qui prodúcit ventos de theſauris ſuis; * qui percuſſit primogénita Ægypti ab hómine uſque ad pecus.

Et miſit ſigna & prodígia in médio tuî, Ægypte, * in Pharaónem, & in omnes ſervos ejus;

Qui percuſſit gentes multas, * & occídit reges fortes,

Sehon regem Amorrhæórum, & Og regem Baſan, * & ómnia regna Chánaan.

Et dedit terram eórum hæreditátem, * hæreditátem Iſraël pópulo ſuo.

Dómine, nomen tuum in æternum: * Dómine, memoriále tuum in generatiónem & generatiónem;

Quia judicábit Dóminus pópulum ſuum, * & in ſervis ſuis deprecábitur.

Simulácra géntium argentum & aurum: * ópera mánuum hóminum.

Os habent, & non loquentur: * óculos habent, & non vidébunt:

Aures habent, & non áudient; * neque enim eſt ſpíritus in ore ipſórum.

Símiles illis fiant qui fáciunt ea, * & omnes qui confidunt in eis.

Domus Iſraël, benedícite Dómino: * domus Aáron, benedícite Dómino:

Domus Levi, benedícite Dómino: * qui timétis Dóminum, benedícite Dómino.

Benedictus Dóminus ex Sion, * qui hábitat in Jerúſalem.

Ant. Laudáte Dóminum, psállite nómini ejus; quóniam elégit Iſraël in poſſeſſiónem ſibi.

CAPITULUM. *Prov. 8.*

EGo díligentes me díligo; & qui manè vígilant ad me, invénient me.

HYMNUS.

NIl láudibus noſtris eges,
Sed Fílios amas, Pater;
Multâque cœleſtem prece
Vis provocári grátiam.
Tui profunda cónſilî
Noctis canat ſiléntium:
Tuæ jubar cleméntiæ
Splendor diéi prædicat.
Tantis minor miráculis
Mens óbſtupet, vox déficit:
Tacére ſed totis nequit
Amor medullis æſtuans.
Erumpat ergo: te memor
Clamet parentem, qui mala
Præſentis ævi mítigas,
Spondes futuri præmia.
Huc vota tendunt córdium;
Infirma ſed tardat caro:
Quæ ducit ad te, da ſequi,
Dux ipſe Jeſu, ſémitam.
Amen.

℣. Repléti ſumus manè miſericórdiâ tuâ, Dómine; ℟. Et exultávimus, & delectáti ſumus. *Pſ.* 89.

Ad Benedictus. *Ant* 6. Benedictus Dóminus Deus Iſraël; quia viſitávit, & fecit redemptiónem plebis ſuæ. *Luc.* 1.

Preces, quando dicuntur, & Suffragia, habentur infrà poſt Completorium Sabbati.

Oratio, quando propria non aſſignantur, dicitur de Dominica præcedenti; & ſic in aliis Horis & Feriis.

AD PRIMAM.

℣. Deus, † in adjutórium.

Hymnus, Jam lucis. *infrà poſt Completorium Sabbati, & ſic in aliis Feriis.*

Ant. 8. G. Quid eſt homo.

PSALMUS 8.

Mundus Verbo Dei creatus & redemptus.

DOmine Dóminus noſter, * quàm admirábile eſt nomen tuum in univerſa terra!

Quóniam eleváta eſt magnificéntia tua * ſuper cœlos.

Ex ore infántium & lacténtium perfeciſti laudem propter inimícos tuos, * ut déſtruas inimícum & ultórem.

Quóniam vidébo cœlos tuos, ópera digitórum tuórum; * lunam & ſtellas, quæ tu fundaſti.

Quid eſt homo, quòd memor es ejus? * aut filius hóminis, quóniam víſitas eum?

Minuiſti eum paulò minùs ab Angelis, glóriâ & honóre coronaſti eum: * & conſtituiſti eum ſuper ópera manuum tuárum.

Omnia ſubjeciſti ſub pédibus ejus, * oves & boves univerſas, inſuper & pécora campi;

Vólucres cœli, * & piſ-

ces maris, qui perámbulant ſémitas maris.

Dómine Dóminus noſter, * quàm admirábile eſt nomen tuum in univerſa terra!

PSALMUS 76.

Conſolatio ſpiritalis ex benignitate Dei ſumpta.

VOce meá ad Dóminum clamávi: * voce meâ ad Deum, & intendit mihi.

In die tribulatiónis meæ Deum exquisívi, mánibus meis nocte contra eum; * & non ſum deceptus.

Rénuit conſolári ánima mea: * memor fui Dei, & delectátus ſum, & exercitátus ſum; & defécit ſpíritus meus.

Anticipavérunt vigílias óculi mei: * turbátus ſum, & non ſum locútus.

Cogitávi dies antíquos; * & annos æternos in mente hábui.

Et meditátus ſum nocte cum corde meo; * & exercitábar, & ſcopébam ſpíritum meum.

Numquid in æternum projíciet Deus? * aut non appónet ut complacítior ſit adhuc?

Aut in finem miſericórdiam ſuam abſcindet, * à generatióne in generatiónem?

Aut obliviſcétur miſeréri Deus? * aut continébit in ira ſua miſericórdias ſuas?

Et dixi, Nunc cœpit: * hæc mutátio déxteræ Excelſi.

Diviſio Pſalmi 76.

MEmor fui óperum Dómini, * quia memor ero ab inítio mirabílium tuórum:

Et meditábor in ómnibus opéribus tuis, * & in adinventiónibus tuis exercébor.

Deus, in ſancto via tua: * quis Deus magnus ſicut Deus noſter?

Tu es Deus qui facis mirabília, * notam feciſti in pópulis virtútem tuam:

Redemiſti in bráchio tuo pópulum tuum, * filios Jacob & Joſeph.

Vidérunt te aquæ, Deus, vidérunt te aquæ, & timuérunt; * & turbátæ ſunt abyſſi.

Multitúdo ſónitûs aquárum; * vocem dedérunt nubes.

Etenim ſagittæ tuæ tránſeunt; * vox tonítrui tui in rota.

Illuxérunt coruſcatiónes tuæ orbi terræ: * commóta eſt & contrémuit terra.

In mari via tua, & ſémitæ tuæ in aquis multis; * & veſtígia tua non cognoſcentur.

Deduxiſti ſicut oves pópulum tuum * in manu Móyſi & Aáron.

Ant. Quid eſt homo, Dómine, quod memor es

ejus ? aut filius hóminis, quóniam vìſitas eum ? *Pſ.* 8.

Capitulum, ℟. *breve*, *& Preces*, *quando dicuntur*, *habentur infrà poſt Completorium Sabbati; & ſic in aliis Feriis.*

AD TERTIAM.

℣. Deus, † in adjutórium.

Hymnus, O fons amóris. *infrà poſt Completorium Sabbati.*

Ant. 7. ç. Tóllite hoſtias.

PSALMUS 24.

Pœnitentis oratio veniam & auxilium à Deo poſcentis propter ipſius bonitatem & nomen.

AD te, Dómine, levávi ánimam meam: * Deus meus, in te confido,

Non erubeſcam, * neque irrídeant me inimíci mei.

Etenim univerſi qui ſúſtinent te, non confundentur: * confundantur omnes iníqua agentes ſupervácuè.

Vias tuas, Dómine, demonſtra mihi, * & ſémitas tuas édoce me.

Dírige me in veritáte tua, & doce me; * quia tu es Deus ſalvátor meus, & te, ſuſtínui totâ die.

Reminíſcere miſeratiónum tuárum, Dómine, * & miſericordiárum tuárum quæ à ſéculo ſunt.

Delicta juventútis meæ & ignorántias meas ne me míneris: * ſecundùm miſericórdiam tuam memento meî tu, propter bonitátem tuam, Dómine.

Dulcis & rectus Dóminus: * propter hoc legem dabit delinquéntibus in via.

Díriget manſuétos in judício: * docébit mites vias ſuas.

Univerſæ viæ Dómini miſericórdia & véritas requiréntibus teſtamentum ejus & teſtimónia ejus.

Propter nomen tuum Dómine: * propitiáberi peccáto meo; multum eſt enim.

Diviſio Pſalmi 24.

QUis eſt homo qui timet Dóminum ? * legem ſtátuit ei in via quam elégit.

Anima ejus in bonis demorábitur, * & ſemen ejus hæreditábit terram.

Firmamentum eſt Dóminus timéntibus eum; * & teſtamentum ipsíus, ut manifeſtétur illis.

Oculi mei ſemper ad Dóminum; * quóniam ipſe evellet de láqueo pedes meos.

Réſpice in me, & miſeréré meî; * quia únicus & pauper ſum ego.

Tribulatiónes cordis meî multiplicátæ ſunt: * de neceſſitátibus meis érue me.

Vide humilitátem meam & labórem meum, * & dimitte

dimitte univerſa delicta mea.

Réſpice inimícos meos, quóniam multiplicáti ſunt, * & ódio iníquo odérunt me.

Cuſtódi ánimam meam & érue me: * non erubeſcam, quóniam ſperávi in te.

Innocentes & recti adhæſérunt mihi; * quia ſuſtínui te.

Líbera, Deus, Iſraël * ex ómnibus tribulatiónibus ſuis.

PSALMUS 95.

Super omnes gentes regnat Chriſtus: judicabit populos in æquitate.

CAntáte Dómino cánticum novum: * cantáte Dómino, omnis terra.

Cantáte Dómino, & benedícite nómini ejus; * annuntiáte de die in diem ſalutáre ejus.

Annuntiáte inter gentes glóriam ejus, * in ómnibus pópulis mirabília ejus;

Quóniam magnus Dóminus, & laudábilis nimis; * terríbilis eſt ſuper omnes deos:

Quóniam omnes dii géntium dæmónia; * Dóminus autem cœlos fecit.

Conféſſio & pulchritúdo in conſpectu ejus: * ſanctimónia & magnificéntia in ſanctificatióne ejus.

Afferte Dómino, pátriæ géntium, afferte Dómino glóriam & honórem; * afferte Dómino glóriam nómini ejus.

Tóllite hóſtias, & introíte in átria ejus; * adoráte Dóminum in átrio ſancto ejus.

Commoveátur à fácie ejus univerſa terra; * dícite in géntibus quia Dóminus regnávit.

Etenim corréxit orbem terræ, qui non commovébitur: * judicábit pópulos in æquitáte.

Lætentur cœli & exultet terra, commoveátur mare & plenitúdo ejus: * gaudébunt campi, & ómnia quæ in eis ſunt.

Tunc exultábunt ómnia ligna ſylvárum à fácie Dómini, quia venit; * quóniam venit judicáre terram.

Judicábit orbem terræ in æquitáte, * & pópulos in veritáte ſua.

Ant. Tóllite hóſtias, & adoráte Dóminum: étenim corréxit orbem terræ. *Pſ.* 95.

CAPITULUM. *Epheſ.* 5.

EStóte imitatóres Dei, ſicut fílii cariſſimi: & ambuláte in dilectióne, ſicut & Chriſtus diléxit nos, & trádidit ſemetipſum pro nobis oblatiónem & hóſtiam Deo in odórem ſuavitátis.

℞. *br.* Quid retríbuam Dómino * Pro ómnibus quæ retríbuit mihi? Quid retríbuam. ℣. Vota mea

Dómino reddam * coram omni pópulo ejus, * Pro ómnibus. Glória Patri. Quid retríbuam?

℣. Tibi, Dómine, ſacrificábo hóſtiam laudis, ℟. Et nomen Dómini invocábo. *Pſ.* 115.

Preces, ſi dicendæ ſint, habentur infrà poſt Completorium Sabbati. Oratio conveniens.

AD SEXTAM.

℣. Deus, † in adjutórium.

Hymnus, Jam ſolis. *infrà poſt Completorium Sabbati.*

Ant. 6. Elégit.

PSALMUS 46.

Chriſtus Rex magnus ſuper omnem terram: ipſi Pſallendum.

OMnes gentes, pláudite mánibus: * jubiláte Deo in voce exultatiónis;

Quóniam Dóminus excelſus, terríbilis: * Rex magnus ſuper omnem terram.

Subjécit pópulos nobis, * & gentes ſub pédibus noſtris.

Elégit nobis hæreditátem ſuam, * ſpéciem Jacob, quam diléxit.

Aſcendit Deus in júbilo, * & Dóminus in voce tubæ.

Pſallite Deo noſtro, pſállite: * pſállite Regi noſtro pſállite.

Quóniam rex omnis terræ Deus, * pſállite ſapienter.

Regnábit Deus ſuper gentes: * Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam.

Príncipes populórum congregáti ſunt cum Deo Abraham; * quóniam dii fortes terræ vehementer eleváti ſunt.

PSALMUS 97.

Deus laudandus ob Chriſti ſalvatoris adventum & manifeſtationem.

CAntáte Dómino cánticum novum: * quia mirabília fecit.

Salvávit ſibi déxtera ejus; * & bráchium ſanctum ejus.

Notum fecit Dóminus ſalutáre ſuum: * in conſpectu géntium revelávit juſtítiam ſuam.

Recordátus eſt miſericórdiæ ſuæ, * & veritátis ſuæ dómui Iſraël.

Vidérunt omnes términi terræ * ſalutáre Dei noſtri.

Jubiláte Deo, omnis terra: * cantáte, & exultáte, & pſállite.

Pſállite Dómino in cithara, in cíthara & voce pſalmi: * in tubis ductílibus & voce tubæ córneæ, jubiláte in conſpectu regis Dómini.

Moveátur mare, & plenitúdo ejus; * orbis terrárum, & qui hábitant in eo.

Flúmina plaudent manu, ſimul montes exultábunt à conſpectu Dómini, * quóniam venit judicáre terram.

nodò facti ſunt in
ıónem ! * ſubitò de-
t ; periérunt prop-
uitátem ſuam.
: ſómnium ſurgén-
Dómine , * in civi-
:a imáginem ipſó-
nihilum rédiges.
inflammátum eſt
um , & renes mei
táti ſunt ; * & ego
lum redactus ſum ,
ſvi.
mentum factus ſum
: ; * & ego ſemper

iſio Pſalmi 72.

ıiſti [Dómine] ma-
m déxteram meam ,
oluntáte tua dedu-
: , * & cum glória
ti me.
enim mihi eſt in
* & à te quid vólui
:rram ?
:it caro mea , & cor
* Deus cordis mei ,
mea , Deus , in
n.
ecce qui elongant
, períbunt : * per-
omnes qui forni-
abs te.
utem adhærére Deo
eſt , * pónere in
ɔ Deo ſpem meam ;
ınnúntiem omnes
tiónes tuas * in
liæ Sion.
In voluntáte tua
i me , Dómine , &
ória ſuſcepiſti me.

CAPITULUM. 2. *Theſſ.* 1.

DIgnétur vos vocatióne ſuâ Deus noſter , & ímpleat omnem voluntátem bonitátis , & opus fídei in virtúte ; ut clarificétur nomen Dómini noſtri Jeſu Chriſti in vobis , & vos in illo.

℟. *br.* Doce me fácere voluntátem tuam ; * Quia Deus meus es tu. Doce.
℣. Spíritus tuus bonus * dedúcet me ; * Quia. Glória. Doce. *Pſ.* 142.

℣. In Deo ſalutáre meum, & glória mea : ℟. Deus auxílii mei ; & ſpes mea in Deo eſt. *Pſ.* 61.

Preces , ſi dicendæ ſint , habentur infrà poſt Completorium Sabbati.

Oratio conveniens.

AD VESPERAS.

℣. Deus , † in adjutórium.

Ant. 2. Convertere.

PSALMUS 114.

Anima Deum beneficum diligens , æterna fiducialiter expectat præmia.

DIlexi ; * quóniam exáudiet Dóminus vocem oratiónis meæ.

Quia inclinávit aurem ſuam mihi , * & in diébus meis invocábo.

Circumdedérunt me dolóres mortis , * & perícula inferni invenérunt me.

Tribulatiónem & dolórem invéni ; & nomen Dómini invocávi : * O Dómi-

ne, libera ánimam meam.

Miséricors Dóminus, & juſtus, * & Deus noſter miserétur.

Cuſtódiens párvulos Dóminus: * humiliátus ſum, & liberávit me.

Convértere, ánima mea, in réquiem tuam; * quia Dóminus benefécit tibi;

Quia erípuit ánimam meam de morte, * óculos meos à lácrymis, pedes meos à lapſu.

Placébo Dómino * in regióne vivórum.

Ant. Convértere, ánima mea, in réquiem tuam; quia Dóminus benefécit tibi.

Ant. 8. G. Levávi.

PSALMUS 120.

Dominus cuſtos animæ fidelis & univerſæ Eccleſiæ ſuæ.

LEvávi óculos meos in montes, * unde véniet auxílium mihi.

Auxílium meum à Dómino, * qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotiónem pedem tuum, * neque dormítet qui cuſtódit te.

Ecce non dormitábit neque dórmiet, * qui cuſtódit Iſraël.

Dóminus cuſtódit te, Dóminus protéctio tua * ſuper manum déxteram tuam.

Per diem ſol non uret te, * neque luna per noctem.

Dóminus cuſtódit te ab omni malo: * cuſtódiat ánimam tuam Dóminus.

Dóminus cuſtódiat introítum tuum & éxitum tuum, * ex hoc nunc, & uſque in ſéculum.

Ant. Levávi óculos meos in montes: auxílium meum à Dómino.

Ant. 1. a. Adjutórium noſtrum.

PSALMUS 123.

Eccleſiæ à periculis ereptæ gratiarum actio.

NIſi quia Dóminus erat in nobis, dicat nunc Iſraël; * niſi quia Dóminus erat in nobis,

Cùm exúrgerent hómines in nos, * fortè vivos deglutiſſent nos.

Cùm iraſcerétur furor eórum in nos, * fórſitan aqua abſorbuiſſet nos.

Torrentem pertranſívit ánima noſtra, * fórſitan pertranſiſſet ánima noſtra aquam intolerábilem.

Benedictus Dóminus, * qui non dedit nos in captiónem déntibus eórum.

Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt * de láqueo venántium.

Láqueus contrítus eſt; * & nos liberáti ſumus.

Adjutórium noſtrum in nómine Dómini, * qui fecit cœlum & terram.

Ant. Adjutórium noſtrum in nómine Dómini, qui fecit cœlum & terram.

Ant. 5. a. Magnificávit Dóminus.

PSALMUS 125.

In Deo exultant fideles, quia magnificè cum eis egit.

IN convertendo Dóminus captivitátem Sion, * facti ſumus ſicut conſoláti.

Tunc replétum eſt gáudio os noſtrum, * & lingua noſtra exultatióne.

Tunc dicent inter gentes: * Magnificávit Dóminus fácere cum eis.

Magnificávit Dóminus fácere nobiſcum: * facti ſumus lætantes.

Converte, Dómine, captivitátem noſtram, * ſicut torrens in auſtro.

Qui ſéminant in lácrymis, * in exultatióne metent.

Euntes ibant & flebant, * mittentes ſémina ſua.

Venientes autem vénient cum exultatióne, * portantes manípulos ſuos.

Ant. Magnificávit Dóminus fácere nobiſcum: facti ſumus lætantes.

Ant. 6. Adhæreat.

PSALMUS 136.

Sub hujus mundi Babylone, anima fidelis coram Deo gemit.

SUper flúmina Babylónis, illìc ſédimus, * & flévimus, cùm recordarémur Sion.

In ſalícibus in médio ejus, * ſuſpéndimus órgana noſtra;

Quia illìc interrogavérunt nos, qui captívos duxérunt nos, * verba cantiónum;

Et qui abduxérunt nos: * Hymnum cantáte nobis de cánticis Sion.

Quómodò cantábimus cánticum Dómini * in terra aliéna?

Si oblítus fúero tuî, Jerúſalem, * oblivióni detur déxtera mea.

Adhæreat lingua mea fáucibus meis, * ſi non meminero tuî;

Si non propoſúero Jerúſalem * in princípio lætítiæ meæ.

Memor eſto, Dómine, filiórum Edom, * in die Jerúſalem;

Qui dicunt: Exinaníte, exinaníte * uſque ad fundamentum in ea.

Fília Babylónis míſera: * beátus qui retríbuet tibi retributiónem tuam, quam retribuiſti nobis.

Beátus qui tenébit, * & allídet párvulos tuos ad petram.

Ant. Adhæreat lingua mea fáucibus meis, ſi non propoſúero Jerúſalem in princípio lætítiæ meæ.

CAPITULUM. 1. *Petr.* 1.

NUnc non videntes, créditis: credentes autem, exultábitis lætítiâ inenarrábili & glorificátâ; reportantes finem fídei veſtræ, ſalútem animárum.

HYMNUS.

JActámur heu quot flúctibus!
Spes una de cœlis nitet:
Illùc & ora tóllimus,
Et míttimus ſuſpíria.

Tu vota præcurris, Pater,
Magnamque protendis manum:
Jam fulta tanto róbore
Surgit potens infírmitas.

Quæ ſæva nos premunt mala
Vinces, malis poténtior:
Te noſtra duræ séntiet
Mens ſervitútis víndicem.

Quin vile corpus, Filii
Fulgóre donábis tui:
At illa venális patet
Multo labóre glória.

Felix labor quem récreas
Tam ſpléndidâ rerum vice!
Fletu quis æternum brevi
Neget paciſci gáudium?

Quæ nos prior ſic díligis,
Tibi, beáta Trínitas,
Sit ſumma laus, ſummum decus,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

℣. Ad te, Dómine, clamávi totâ die: ℟. Lætífica ánimam ſervi tui. *Pſ.* 85.

Ad Magníficat.

Ant. 5. C. Magníficat ánima mea Dóminum, & exultávit ſpíritus meus in Deo ſalutári meo. *Luc.* 1.

Preces, ſi dicendæ ſint, & Suffragia, habentur infrà poſt Completorium Sabbati.

Oratio, quando propria non aſſignatur, dicitur de Dominica præcedenti.

AD COMPLETORIUM

℣. Converte † nos.

Ant. 2. Adjutóriu[m] meum.

PSALMUS 6.

Fidelium inter mun[...] hujus calamitates gemit[...] & fiducia.

DOmine, ne in f[...] róre tuo árgu[...] me, * neque i[...] ira tua corrípias me.

Miſerére meî, Dómin[e] quóniam infirmus ſum: ſana me, Dómine, quó[...]niam conturbáta ſunt oſ[...] mea.

Et ánima mea turbá[...] eſt valde: * ſed tu, D[ó]mine, úſquequò?

Convértere, Dómine & éripe ánimam meam: ſalvum me fac propter m[i]ſericórdiam tuam;

Quóniam non eſt i[n] morte, qui memor ſit tu[i] * in inferno autem qu[is] confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu me[o] lavábo per ſíngulas noc[tes] lectum meum: * lácrym[is] meis ſtratum meum rigáb[o].

Turbátus eſt à furó[re] óculus meus: * inveterá[vi] inter omnes inimícos meo[s].

Diſcédite à me, omn[es] qui operámini iniquitáte[m] * quóniam exaudívit D[ó]minus vocem fletûs mei.

Exaudívit Dóminus d[e]precatiónem meam: * D[ó]minus oratiónem mea[m] ſuſcépit.

Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimíci mei : * convertantur & erubeſcant valde velóciter.

PSALMUS 7.

Chriſti pro nobis patientis oratio. Adjutorium noſtrum à Domino.

DOmine Deus meus, in te ſperávi : * ſalvum me fac ex ómnibus perſequéntibus me, & líbera me;

Nequando rápiat ut leo ánimam meam, * dum non eſt qui rédimat, neque qui ſalvum fáciat.

Dómine Deus meus, ſi feci iſtud; * ſi eſt iníquitas in mánibus meis;

Si réddidi retribuéntibus mihi mala, * décidam méritò ab inimícis meis inánis.

Perſequatur inimícus ánimam meam, & comprehendat, & concúlcet in terra vitam meam, * & glóriam meam in púlverem dedúcat.

Exurge, Dómine, in ira tua; * & exaltáre in fínibus inimicórum meórum.

Et exurge, Dómine Deus meus, * in præcepto quod mandaſti.

Et ſynagóga populórum circúmdabit te; * & propter hanc in altum regrédere.

Dóminus júdicat pópulos : * júdica me, Dómine, ſecundùm juſtítiam meam, & ſecundùm innocéntiam meam ſuper me.

Conſumetur nequítia peccatórum : * & díriges juſtum, ſcrutans corda & renes, Deus.

Juſtum adjutórium meum à Dómino, * qui ſalvos facit rectos corde.

Diviſio Pſalmi 7.

DEus judex juſtus, fortis & pátiens, * numquid iráſcitur per ſíngulos dies?

Niſi converſi fuéritis, gládium ſuum vibrábit : * arcum ſuum teténdit, & parávit illum;

Et in eo parávit vaſa mortis : * ſagittas ſuas ardéntibus effécit.

Ecce partúriit injuſtítiam : * concépit dolórem, & péperit iniquitátem.

Lacum apéruit, & effódit eum; * & íncidit in fóveam quam fecit.

Convertétur dolor ejus in caput ejus; * & in vérticem ipſíus iníquitas ejus deſcendet.

Confitébor Dómino ſecundùm juſtítiam ejus, * & pſallam nómini Dómini altíſſimi.

Ant. Adjutórium meum à Dómino, qui ſalvos facit rectos corde. *Pſ.* 7.

Hymnus, Capitulum, ℟. *breve, Antiphona ad* Nunc dimittis. *& Preces, quando dicuntur, habentur infrà poſt Completorium*

Sabbati : & ſic in cæteris feriis.

FERIA TERTIA.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Deum pacis & dilectiónis, * Veníte, adorémus. 2. *Cor.* 13.

Pſalmus 94. Veníte. 2.

HYMNUS.

JUbes : &, in præceps aquis
Repentè confluéntibus,
Prodit ſub auras húmidis
Exúta velis Arida.

Hanc tu colendam qui tuis,
Pater, dediſti fíliis,
Quos orbis unus cóntinet,
Fac una jungat cáritas.

Nunc exulámus; ſed tuam
Mox congregábis in domum
Te Patre dignos, qui pio
Amóre fratres víxerint.

At, qui malignis ártibus
Linguiſque lædunt próximum,
A te repelles : hoc genus
Cœleſtis aula non capit.

En ipſa tellus ímprobos
Dudùm labórans ſúſtinet,
Ardetque non ſuæ jugo
Corruptiónis éximi.

Adoptiónem nos quoque
Efflagitámus íntegram,
Cui nos ſacráto Spíritus
Prædeſtinávit pígnore.

Æterna laus & glória
Uni ſit & trino Deo,
Diffúſa per quem córdibus
Fraterna regnat cáritas.
Amen.

Ant. 7. d. Quis requieſcet.

PSALMUS 14.

Dilectio proximi via ſalutis aperit.

DOmine, quis hab tábit in tabern culo tuo ? * a quis requieſcet in mon ſancto tuo ?

Qui ingréditur ſine mác la, * & operátur juſtítiam

Qui lóquitur veritáte in corde ſuo ; * qui n egit dolum in lingua ſu

Nec fecit próximo ſ malum, * & oppróbriu non accépit adversùs pr ximos ſuos.

Ad níhilum deductus in conſpectu ejus mali nus : * timentes aute Dóminum gloríficat.

Qui jurat próximo ſuc & non décipit ; * qui pec niam ſuam non dedit ; uſúram, & múnera ſup innocentem non accépit.

Qui facit hæc, * n movébitur in æternum.

PSALMUS 18.

Natura & lex, Chriſt & Evangelium, dilecti nem proximi commendan

CŒli enarrant glória Dei, * & ópera m nuum ejus annúntiat fi mamentum.

Dies diéi eructat ve bum, * & nox nocti ind cat ſciéntiam.

Non ſunt loquélæ, ne que ſermónes, * quoru non audiantur voces e rum.

In omnem terram exívi

ſonus eórum, & in fines orbis terræ verba eórum: * in ſole póſuit tabernáculum ſuum.

Et ipſe tanquam ſponſus procédens de thálamo ſuo; * exultávit ut gigas ad currendam viam.

A ſummo cœlo egréſſio ejus, & occurſus ejus uſque ad ſummum ejus: * nec eſt qui ſe abſcondat à calóre ejus.

Diviſio Pſalmi 18.

LEx Dómini immaculáta, convertens ánimas: * teſtimónium Dómini fidéle, ſapiéntiam præſtans párvulis.

Juſtítiæ Dómini rectæ, lætificantes corda: * præceptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini ſanctus, pérmanens in ſéculum ſéculi: * judícia Dómini vera, juſtificáta in ſemetipſa.

Deſiderabília ſuper aurum & lápidem pretióſum multum, * & dulcióra ſuper mel & favum.

Etenim ſervus tuus cuſtódit ea: * in cuſtodiendis illis retribútio multa.

Delicta quis intélligit? * ab occultis meis munda me, & ab aliénis parce ſervo tuo.

Si mei non fuérint domináti, * tunc immaculátus ero, & emundábor à delicto máximo.

Et erunt ut compláceant elóquia oris mei, * & meditátio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.

Dómine, adjútor meus, * & redemptor meus.

Ant. Quis requieſcet in monte ſancto tuo, Dómine? qui operátur juſtítiam, nec fecit próximo ſuo malum. *Pſ.* 14.

Ant. 5. a. Non proponébam.

PSALMUS 71.

Regnum Chriſti, qui tanto nos amore dilexit, prænuntiatur.

DEus, judícium tuum regi da, * & juſtítiam tuam fílio regis;

Judicáre pópulum tuum in juſtítia, * & páuperes tuos in judício.

Suſcípiant montes pacem pópulo, * & colles juſtítiam.

Judicábit páuperes pópuli, & ſalvos fáciet fílios páuperum, * & humiliábit calumniatórem.

Et permanébit cum ſole & ante lunam, * in generatióne & generatiónem.

Deſcendet ſicut plúvia in vellus, * & ſicut ſtillicídia ſtillántia ſuper terram.

Oriétur in diébus ejus juſtítia, & abundántia pacis, * donec auferátur luna.

Et dominábitur à mari uſque ad mare, * & à flúmine uſque ad términos orbis terrárum.

Coram illo prócident Æthíopes ; * & inimíci ejus terram lingent.

Diviſio Pſalmi 71.

REges Tharſis & ínſulæ múnera ófferent : * reges Arabum & Saba dona addúcent.

Et adorábunt eum omnes reges terræ : * ómnes gentes ſérvient ei ;

Quia liberábit páuperem à potente , * & páuperem cui non erat adjútor.

Parcet páuperi & ínopi ; * & ánimas páuperum ſalvas fáciet.

Ex usúris & iniquitáte rédimet ánimas eórum ; * & honorábile nomen eórum coram illo.

Et vivet , & dábitur ei de auro Arábiæ , & adorábunt de ipſo ſemper : * totâ die benedícent ei.

Et erit firmamentum in terra in ſummis móntium , ſuperextolletur ſuper Líbanum fructus ejus ; * & florébunt de civitáte ſicut fœnum terræ.

Sit nomen ejus benedictum in ſécula : * ante ſolem pérmanet nomen ejus.

Et benedicentur in ipſo omnes tribus terræ : * omnes gentes magnificábunt eum.

Benedictus Dóminus Deus Iſraël , * qui facit mirabília ſolus.

Et benedictum nomen majeſtátis ejus in æternum ; * & replébitur majeſtáte ejus omnis terr[a] : Fiat , fiat.

PSALMUS 100.

Regnum Chriſti , q[ui] cunctos in proximum i[n] quos diſperdet , deſcribit[ur].

MIſericórdiam & ju[di]cium * cantábo ti[bi] Dómine.

Pſallam , & intéllig[am] in via immaculáta , * qu[an]do vénies ad me.

Perambulábam in inn[o]céntia cordis mei , * [in] médio domûs meæ.

Non proponébam a[nte] óculos meos rem injuſta[m] : * facientes prævaricat[io]nes odívi.

Non adhæſit mihi c[or] pravum : * declinantem me malignum non cogn[o]cébam.

Detrahentem ſecrétò p[ro]ximo ſuo , * hunc per[ſe]québar.

Superbo óculo , & in[ſa]tiábili corde , * cum h[oc] non edébam.

Oculi mei ad fidéles t[er]ræ , ut ſédeant mecum * ámbulans in via imm[a]culáta , hic mihi miniſt[ra]bat.

Non habitábit in méd[io] domûs meæ , qui facit ſ[u]pérbiam : * qui lóquit[ur] iníqua , non direxit in co[n]ſpectu oculórum meórum.

In matutíno interfici[e]bam omnes peccatór[es] terræ , * ut diſpérderem [de] civitáte Dómini omn[es] operantes iniquitátem.

Ant. Non proponébam ante óculos meos rem injuſtam : detrahentem ſecrétò próximo ſuo , hunc perſequébar. *Pſ.* 100.

Ant. 6. Adjúvit.

PSALMUS 106.

Miſericordia Dei in populum ſuum celebranda & imitanda, ſub diverſis emblematibus pingitur.

CONfitémini Dómino , quóniam bonus , * quóniam in ſéculum miſericórdia ejus.

Dicant qui redempti ſunt à Dómino , * quos redémit de manu inimíci ;

Et de regiónibus congregávit eos , * à ſolis ortu & occáſu , ab aquilóne & mari.

Errav\u00e9runt in ſolitúdine, in inaquóſo : * viam civitátis habitáculi non invenérunt.

Eſurientes , & ſitientes ; * ánima eórum in ipſis deſécit.

Et clamavérunt ad Dóminum , cùm tribularentur ; * & de neceſſitátibus eórum erípuit eos.

Et deduxit eos in viam rectam , * ut irent in civitátem habitatiónis.

Confiteantur Dómino miſericórdiæ ejus , * & mirabília ejus fíliis hóminum ;

Quia ſatiávit ánimam inánem , * & ánimam eſurientem ſatiávit bonis.

Sedentes in ténebris & umbra mortis , * vinctos in mendicitáte & ferro ;

Quia exacerbavérunt elóquia Dei ; * & consílium Altíſſimi irritavérunt.

Et humiliátum eſt in labóribus cor eórum : * infirmáti ſunt , nec fuit qui adjuváret.

Et clamavérunt ad Dóminum , cùm tribularentur ; * & de neceſſitátibus eórum liberávit eos.

Et eduxit eos de ténebris & umbrâ mortis , * & víncula eórum diſrúpit.

Confiteantur Dómino miſericórdiæ ejus , * & mirabília ejus fíliis hóminum ;

Quia contrívit portas æreas , * & vectes férreos confrégit.

Diviſio Pſalmi 106.

SUſcépit eos [Dóminus] de via iniquitátis eórum : * propter injuſtítias enim ſuas humiliáti ſunt.

Omnem eſcam abominála eſt ánima eórum : * & appropinquavérunt uſque ad portas mortis.

Et clamavérunt ad Dóminum , cùm tribularentur ; * & de neceſſitátibus eórum liberávit eos.

Miſit verbum ſuum , & ſanávit eos ; * & erípuit eos de interitiónibus eórum.

Confiteantur Dómino miſericórdiæ ejus , * &

mirabília ejus fíliis hóminum.

Et ſacríficent ſacrifícium laudis, * & annúntient ópera ejus in exultatióne.

Qui deſcendunt mare in návibus, facientes operatiónem in aquis multis;

Ipſi vidérunt ópera Dómini, * & mirabília ejus in profundo.

Dixit: & ſtetit ſpíritus procellæ; * & exaltáti ſunt fluctus ejus.

Aſcendunt uſque ad cœlos, & deſcendunt uſque ad abyſſos: * ánima eórum in malis tabeſcébat.

Turbáti ſunt, & moti ſunt ſicut ébrius; * & omnis ſapiéntia eórum devoráta eſt.

Et clamavérunt ad Dóminum, cùm tribularentur; * & de neceſſitátibus eórum eduxit eos.

Et ſtátuit procellam ejus in auram, * & ſiluérunt fluctus ejus.

Et lætáti ſunt, quia ſiluérunt: * & deduxit eos in portum voluntátis eórum.

Confiteantur Dómino miſericórdiæ ejus, * & mirabília ejus fíliis hóminum.

Et exaltent eum in eccléſia plebis, * & in cáthedra ſeniórum laudent eum.

Altera diviſio Pſalmi 106.

POſuit [Dóminus] flúmina in deſertum, * & éxitus aquárum in ſitim:

Terram fructíferam in ſalsúginem, * à malítia inhabitántium in ea.

Póſuit déſertum in ſtagna aquárum, * & terram ſine aqua in éxitus aquárum;

Et collocávit illìc eſurientes: * & conſtituérunt civitátem habitatiónis.

Et ſeminavérunt agros, * & plantavérunt víneas; * & fecérunt fructum nativitátis.

Et benedixit eis, & multiplicáti ſunt nimis; * & jumenta eórum non minorávit.

Et pauci facti ſunt, * & vexáti ſunt à tribulatióne malórum, & dolóre.

Effuſa eſt contémptio ſuper príncipes; * & erráre fecit eos in ínvio, & non in via.

Et adjúvit páuperem de inópia, * & póſuit ſicut oves famílias.

Vidébunt recti, & lætabuntur; * & omnis iniquitas oppilábit os ſuum.

Quis ſápiens, & cuſtódiet hæc? * & intélliget miſericórdias Dómini?

Ant. Adjúvit Dóminus páuperem de inópia, vidébunt recti, & lætabuntur.

℣. Exortum eſt in ténebris lumen rectis: ℟. Miſéricors, & miſerátor, & juſtus. *Pſ.* 111.

Pater noſter.

℣. *Sacerd.* Magnificáte

Ant. Non proponébam ante óculos meos rem injuſtam : detrahentem ſecrétò próximo ſuo, hunc perſequébar. *Pſ.* 100.

Ant. 6. Adjúvit.

PSALMUS 106.

Miſericordia Dei in populum ſuum celebranda & imitanda, ſub diverſis emblematibus pingitur.

CONfitémini Dómino, quóniam bonus, * quóniam in ſéculum miſericórdia ejus.

Dicant qui redempti ſunt à Dómino, * quos redémit de manu inimíci;

Et de regiónibus congregávit eos, * à ſolis ortu & occáſu, ab aquilóne & mari.

Erravérunt in ſolitúdine, in inaquóſo : * viam civitátis habitáculi non invenérunt.

Eſurientes, & ſitientes; * ánima eórum in ipſis deſécit.

Et clamavérunt ad Dóminum, cùm tribularentur; * & de neceſſitátibus eórum erípuit eos.

Et deduxit eos in viam rectam, * ut irent in civitátem habitatiónis.

Confiteantur Dómino miſericórdiæ ejus, * & mirabília ejus fíliis hóminum;

Quia ſatiávit ánimam inánem, * & ánimam eſurientem ſatiávit bonis.

Sedentes in ténebris & umbra mortis, * vinctos in mendicitáte & ferro;

Quia exacerbavérunt elóquia Dei, * & consílium Altíſſimi irritavérunt.

Et humiliátum eſt in labóribus cor eórum : * infirmáti ſunt, nec fuit qui adjuváret.

Et clamavérunt ad Dóminum, cùm tribularentur; * & de neceſſitátibus eórum liberávit eos.

Et eduxit eos de ténebris & umbrâ mortis, * & víncula eórum diſrúpit.

Confiteantur Dómino miſericórdiæ ejus, * & mirabília ejus fíliis hóminum;

Quia contrívit portas æreas, * & vectes férreos confrégit.

Diviſio Pſalmi 106.

SUſcépit eos [Dóminus] de via iniquitátis eórum : * propter injuſtítias enim ſuas humiliáti ſunt.

Omnem eſcam abominátа eſt ánima eórum : * & appropinquavérunt uſque ad portas mortis.

Et clamavérunt ad Dóminum, cùm tribularentur; * & de neceſſitátibus eórum liberávit eos.

Miſit verbum ſuum, & ſanávit eos; * & erípuit eos de interitiónibus eórum.

Confiteantur Dómino miſericórdiæ ejus, * &

* ut inhábitet glória in terra noſtra.

Miſericórdia & véritas obviavérunt ſibi : * juſtítia & pax oſculátæ ſunt.

Véritas de terra orta eſt, * & juſtítia de cœlo proſpexit.

Etenim Dóminus dabit benignitátem ; * & terra noſtra dabit fructum ſuum.

Juſtítia ante eum ambulábit ; * & ponet in via greſſus ſuos.

Ant. Audiam quid loquátur in me Dóminus Deus ; quóniam loquétur pacem in plebem ſuam , & ſuper ſanctos ſuos.

Ant. 3. *a.* Qui dilígitis.

PSALMUS 96.

Chriſtus Rex ab Angelis adorandus. Qui diligit eum, odit malum.

DOminus regnávit ; exultet terra , * læténtur ínſulæ multæ.

Nubes & calígo in circúitu ejus : * juſtítia & judícium corréctio ſedis ejus.

Ignis ante ipſum præcédet , * & inflammábit in circúitu inimícos ejus.

Illuxérunt fúlgura ejus orbi terræ : * vidit , & commóta eſt terra.

Montes ſicut cera fluxérunt à fácie Dómini , * à fácie Dómini omnis terra.

Annuntiavérunt cœli juſtítiam ejus ; * & vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

Confundántur omnes qui adórant ſculptília , * & qui gloriántur in ſimulácris ſuis.

Adoráte eum , * omnes Angeli ejus.

Audívit , & lætáta eſt Sion : * & exultavérunt fíliæ Judæ propter judícia tua , Dómine ;

Quóniam tu Dóminus altíſſimus ſuper omnem terram : * nimis exaltátus es ſuper omnes deos.

Qui dilígitis Dóminum, odíte malum : * cuſtódit Dóminus ánimas ſanctórum ſuórum ; de manu peccatóris liberábit eos.

Lux orta eſt juſto , * & rectis corde lætítia.

Lætámini , juſti, in Dómino , * & confitémini memóriæ ſanctificatiónis ejus.

Ant. Qui dilígitis Dóminum , odíte malum : cuſtódit Dóminus ánimas ſanctórum ſuórum.

Ant. 7. *d.* Vivens.

In Feriis, CANTICUM EZECHIÆ. *Iſ.* 38.

Qui inter homines vivit, Deo inter eos confiteri debet ut omnes eum noſcant.

EGo dixi : In dimídio diérum meórum vadam ad portas ínferi : * quæſívi resíduum annórum meórum.

Dixi : Non vidébo Dóminum Deum in terra vivéntium : * non aſpíciam hóminem ultrà , & habitatórem quiétis.

âtio mea abláta eſt,
olúta eſt à me, *
abernáculum paſtó-

a eſt velut à texente
a; dum adhuc or-
ſuccídit me: * de
uſque ad véſperam
e.
ibam uſque ad ma-
aſi leo ſic contrívit
oſſa mea: * de mane
ad véſperam fínies

pullus hirúndinis
ábo: * meditábor
mba.
uáti ſunt óculi mei,
ntes in excelſum:
ine, vim pátior,
e pro me.
dicam, aut quid
ébit mihi, * cùm
erit?
gitábo tibi omnes
neos * in amaritú-
imæ meæ.
ne, ſi ſic vívitur,
libus vita ſpíritûs
corrípies me, &
is me.
n pace amaritúdo
aríſſima: * tu au-
ſti ánimam meam,
eríret.
iſti poſt tergum
ómnia peccáta

ion infernus con-
tibi, neque mors
te: * non expec-
qui deſcendunt in
veritátem tuam.
, vivens ipſe con-

fitébitur tibi, ſicut & ego hódie; * pater fíliis notam fáciet veritátem tuam.

Dómine, ſalvum me fac; * & pſalmos noſtros cantábimus cunctis diébus vitæ noſtræ in domo Dómini.

Ant. Vivens, vivens ipſe confitébitur tibi, Dómine: pater fíliis notam fáciet veritátem tuam.

In Feſtis, CANTICUM. *Eccli.* 36.

Patres antiqui pro nobis orabant, nobis caritatis exemplum præbentes.

MIſerére noſtrî, Deus ómnium, & réſpice nos, * & oſtende nobis lucem miſeratiónum tuárum.

Et immitte timórem tuum ſuper gentes quæ non exquiſiérunt te; * ut cognoſcant quia non eſt Deus, niſi tu, & enarrent magnália tua.

Alleva manum tuam ſuper gentes aliénas, * ut vídeant poténtiam tuam.

Sicut enim in conſpectu eórum ſanctificatus es in nobis, * ſic in conſpectu noſtro magnificáberis in eis;

Ut cognoſcant te, * ſicut & nos cognóvimus quóniam non eſt Deus præter te, Dómine.

Innova ſigna, & immúta mirabília: * gloríſica manum & bráchium dextrum.

Excita furórem, &

effunde iram : * tolle adverſárium , & afflíge inimícum.

Feſtína tempus, & memento finis, * ut enarrent mirabília tua.

In ira flammæ devorétur qui ſalvátur ; * & qui péſſimant plebem tuam, invéniant perditiónem.

Cóntere caput príncipum inimicórum, * dicéntium : Non eſt álius præter nos.

Cóngrega omnes tribus Jacob ; * ut cognoſcant quia non eſt Deus, niſi tu, & enarrent magnália tua.

Et hæreditábis eos, * ſicut ab inítio.

Miſerére plebi tuæ ſuper quam invocátum eſt nomen tuum, * & Iſraël quem coæquaſti primogénito tuo.

Miſerére civitáti ſanctificatiónis tuæ Jerúſalem, * civitáti requiéi tuæ.

Reple Sion inenarrabílibus verbis tuis, * & glóriâ tuâ pópulum tuum.]

Ant. 1. D. Laudáte.

PSALMUS 150.

Mutua ad laudandum Deum invitatio.

LAudáte Dóminum in ſanctis ejus : * laudáte eum in firmamento virtútis ejus.

Laudáte eum in virtútibus ejus : * laudáte eum ſecundùm multitúdinem magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in ſono tubæ : * laudáte eum in pſaltério & cíthara.

Laudáte eum in tympano & choro : * laudáte eum in chordis & órgano.

Laudáte eum in cymbalis beneſonántibus ; laudáte eum in cymbalis jubilatiónis : * omnis ſpíritus laudet Dóminum.

Ant. Laudáte Dóminum in ſanctis ejus : laudáte eum ſecundùm multitúdinem magnitúdinis ejus.

CAPITULUM. 1. *Joan.* 2.

MAndátum novum ſcribo vobis, quod verum eſt & in Chriſto, & in vobis ; quia ténebræ tranſiérunt, & verum lumen jam lucet. Qui dicit ſe in luce eſſe, & fratrem ſuum odit, in ténebris eſt uſque adhuc. Qui díligit fratrem ſuum, in lúmine manet, & ſcándalum in eo non eſt.

HYMNUS.

TE príncipem ſummo, Deus,
Jubes amóre díligi :
Tibi ſecundum prótinùs
Jubes amári próximum.

Amóre fundátam tuo
Communiónem réſpice,
Quâ corpus unum plúrimi
Unum cor, una mens ſumus

Illam fides & véritas
Amábili ſtipant choro :
Oblíquus hinc livor procu
Et litis ardor éxulant.

Tu, pacis auctor, mútuos

;e nexus: da, Pater,
'e fratrum gáudiis,
ıdolére flétibus.
'na laus & glória
& trino Deo,
›ris unius ſacrâ
cis in domo locat.
nen.
)eus in médio civi-
æ; non commové-
℟. Adjuvábit eam
lilúculo. *Pſ.* 45.
d Benedictus.
7. a. Erexit Dómi-
rnu ſalútis nobis in
David púeri ſui,
locútus eſt per os
um. *Luc.* 1.
P R I M A M.
. 2. Cùm mihi.
A L M U S 34.
lus pro nobis pa-
nobis perfectæ di-
s exemplum præ-

lica, Dómine, no-
ntes me: * expugna
ıpugnantes me.
'ehende arma & ſcu-
& exurge in adju-
mihi.
ıde frámeam, &
le adversùs eos qui
ıuntur me; * dic
meæ: Salus tua
1.
undantur & reve-
* quærentes áni-
ıeam.
:antur retrorsùm,
undantur * cogi-
mihi mala.
tanquam pulvis
ciem venti, * &

ángelus Dómini coarctans eos.

Fiat via illórum ténebræ & lúbricum, * & ángelus Dómini pérſequens eos;

Quóniam gratis abſcondérunt mihi intéritum láquei ſui; * ſupervácuè exprobravérunt ánimam meam.

Véniat illi láqueus quem ignórat; & cáptio quam abſcondit, apprehendat eum; * & in láqueum cadat in ipſum.

Anima autem mea exultábit in Dómino, * & delectábitur ſuper ſalutári ſuo.

Omnia oſſa mea dicent: * Dómine, quis ſimilis tibi?

Erípiens ínopem de manu fortiórum ejus, * egénum & páuperem à diripiéntibus eum.

Diviſio Pſalmi 34.

SUrgentes teſtes iníqui, * quæ ignorábam interrogábant me.

Retribuébant mihi mala pro bonis, * ſterilitátem ánimæ meæ.

Ego autem, cùm mihi moleſti eſſent, * induébar cilício.

Humiliábam in jejúnio ánimam meam, * & orátio mea in ſinu meo convertétur.

Quaſi próximum, & quaſi fratrem noſtrum, ſic complacébam: * quaſi

lugens & contriſtátus, ſic humiliábar.

Et adversùm me lætáti ſunt, & convenérunt : * congregáta ſunt ſuper me flagella, & ignorávi.

Diſſipáti ſunt, nec compuncti ; tentavérunt me, ſubſannavérunt me ſubſannatióne : * frenduérunt ſuper me déntibus ſuis.

Dómine, quando reſpícies ? * reſtítue ánimam meam à malignitáte eórum, à leónibus únicam meam.

Confitébor tibi in eccléſia magna : * in pópulo gravi laudábo te.

Non ſupergáudeant mihi qui adverſantur mihi iníquè, * qui odérunt me gratìs, & ánnuunt óculis.

Quóniam mihi quidem pacíficè loquebantur ; * & in iracúndia terræ loquentes, dolos cogitábant.

Et dilatavérunt ſuper me os ſuum ; * dixérunt : Euge, euge, vidérunt óculi noſtri.

Vidiſti, Dómine, ne ſíleas : * Dómine, ne diſcédas à me.

Altera diviſio Pſalmi 34.

Exurge, & intende judício meo, * Deus meus & Dóminus meus, in cauſam meam.

Judica me ſecundùm juſtítiam tuam, Dómine Deus meus ; * & non ſupergáudeant mihi.

Non dicant in córdibus ſuis : Euge, euge, ánimæ

noſtræ ; * nec d
Devorávimus eum.
Erubeſcant & re
tur ſimul, * qui gr
tur malis meis.
Induantur confuſ
reveréntiâ, * qui
loquuntur ſuper me.
Exultent & læten
volunt juſtítiam m
& dicant ſemper,
ficétur Dóminus,
lunt pacem ſervi ej
Et lingua mea
bitur juſtítiam tua
totâ die laudem tua
Ant. Cùm mihi
eſſent, quaſi próxi
quaſi fratrem noſtr
complacébam.

AD TERTI

Ant. 1. f. Cum
non ſedébo.

PSALMUS

Anima fidelis in
quos innocentiam ſu
vat.

Judica me, Dó
quóniam ego i
céntia mea in
ſum ; * & in Dómi
rans, non infirmáb
Proba me, Dómi
tenta me : * ure
meos & cor meum ;
Quóniam miſer
tua ante óculos me
* & complácui in v
tua.
Non ſedi cum c
vanitátis ; * & c
qua geréntibus n
troibo.
Odívi eccléſiam

; * & cum ímpiis
o.
inter innocentes
as, * & circúm-
re tuum, Dó-

iam vocem lau-
enarrem univerſa
tua.
:, dilexi decórem
æ, * & locum
is glóriæ tuæ.
das cum ímpiis,
nimam meam; *
viris ſánguinum
am,
um mánibus ini-
ſunt: * déxtera
pléta eſt muné-

tem in innocén-
ngreſſus ſum: *
ne, & miſerére

eus ſtetit in di-
in eccléſiis bene-
, Dómine.

LMUS 49.

*Chriſti adventus
tur. Non ex cæ-
is, ſed ex animi
udicandi homines.*

deórum Dóminus
tus eſt; * & vo-
am à ſolis ortu
occáſum.
n ſpécies decóris
us manifeſtè vé-
Deus noſter, &
it.
n conſpectu ejus
it, * & in cir-
tempeſtas válida.
ibit cœlum deſur-

sum, & terram, * diſcérnere pópulum ſuum.

Congregáte illi ſanctos ejus, * qui órdinant teſtamentum ejus ſuper ſacrifícia.

Et annuntiábunt cœli juſtítiam ejus, quóniam Deus judex eſt.

Audi, pópulus meus, & loquar; Iſraël, & teſtificábor tibi: * Deus, Deus tuus ego ſum.

Non in ſacrifíciis tuis árguam te: * holocauſta autem tua in conſpectu meo ſunt ſemper.

Non accípiam de domo tua vítulos, * neque de grégibus tuis hircos;

Quóniam meæ ſunt omnes feræ ſylvárum, * jumenta in móntibus & boves.

Cognóvi ómnia volatília cœli; * & pulchritúdo agri mecum eſt.

Si eſuríero, non dicam tibi: * meus eſt enim orbis terræ, & plenitúdo ejus.

Numquid manducábo carnes taurórum? * aut ſánguinem hircórum potábo?

Immola Deo ſacrifícium laudis, * & redde Altíſſimo vota tua.

Et ínvoca me in die tribulatiónis: * éruam te, & honorificábis me.

Diviſio Pſalmi. 49.

PEccatóri autem dixit Deus: * Quare tu enarras juſtítias meas, &

aſſúmis teſtamentum meum per os tuum ?

Tu verò odiſti diſciplínam, * & projeciſti ſermónes meos retrorsùm.

Si vidébas furem, currébas cum eo, * & cum adúlteris portiónem tuam ponébas.

Os tuum abundávit malítiâ, * & lingua tua concinnábat dolos.

Sedens adversùs fratrem tuum loquebáris, & adversùs fílium matris tuæ ponébas ſcándalum : * hæc feciſti, & tácui.

Exiſtimaſti iníquè, quòd ero tuî símilis : * árguam te, & ſtátuam contra fáciem tuam.

Intellígite hæc, qui oblivíſcímini Deum ; * nequando rápiat, & non ſit qui erípiat.

Sacrifícium laudis honorificábit me ; * & illìc iter, quo oſtendam illi ſalutáre Dei.

Ant. Cum ímpiis non ſedébo : inter innocentes circúmdabo altáre tuum, Dómine. *Pſ.* 25.

CAPITULUM. *Eccli.* 35.

SAcrifícium ſalutáre eſt atténdere mandátis, & diſcédere ab omni iniquitáte : & propitiatiónem litáre ſacrifícii ſuper injuſtítias, & deprecátio pro peccátis, recédere ab injuſtítia.

℟. *br.* Quis aſcendet in montem Dómini, * Stabit in loco ſancto e[jus]. Quis aſcendet. ℣. Inno[cens] mánibus * & mundo c[orde] * Stabit in loco ſa[ncto] ejus. Glória Patri. Q[uis] aſcendet. *Pſ.* 23.

℣. Congregáte Dómi[no] ſanctos ejus, ℟. Qui ó[rdi]nant teſtamentum ejus ſ[uper] ſacrifícia. *Pſ.* 49.

AD SEXTAM.

Ant. 4. c. Juſtus.

PSALMUS 36.

Lex Dei perſeveranter [ob]ſervanda : bonorum & ma[lorum] quàm diſpar ſta[tus] & exitus.

NOli æmulári in m[a]lignántibus, * [ne]que zeláveris f[a]cientes iniquitátem ;

Quóniam tanquam fœ[num] velóciter areſcent, * & quemádmodùm óler[a] herbárum citò décident.

Spera in Dómino, & fac bonitátem ; * & inhá[bi]ta terram, & paſcéri[s] in divítiis ejus.

Delectáre in Dómino, * & dabit tibi petitiónes cor[]dis tui.

Revéla Dómino viam tuam, & ſpera in eo ; * & ipſe fáciet.

Et edúcet quaſi lumen juſtítiam tuam, * & judícium tuum tanquam me[]rídiem.

Súbditus eſto Dómino, & ora eum.

Noli æmulári in eo q[ui] proſperátur in via ſua,

ine faciente injuſ-

e ab ira , & dere-
urórem : * noli
, ut malignéris ;
am qui malignan-
terminabuntur : *
es autem Dómi-
ipſi hæreditábunt

huc puſillùm , &
t peccátor ; * &
ocum ejus , & non
.
éti autem hæredi-
erram , * & delec-
: in multitúdine

ábit peccátor juſ-
& ſtridébit ſuper
tibus ſuis.
nus autem irridé-
; * quóniam próſ-
d véniet dies ejus.
am evaginavérunt
es, intendérunt ar-
m ; * ut dejíciant
m & ínopem , ut
t rectos corde.
us eórum intret in
ſórum , * & arcus
onfringátur.
eſt módicum juſto,
divítias peccató-
ltas ;
iam bráchia pec-
conterentur : *
at autem juſtos Dó-

iſio Pſalmi 36.
it Dóminus dies
maculatórum ; *
ditas eórum in æter-
it.

Non confundentur in témpore malo , & in diébus famis ſaturabuntur ; * quia peccatóres períbunt.

Inimíci verò Dómini , mox ut honorificáti fúerint & exaltáti , * deficientes , quemádmodùm fumus , defícient.

Mutuábitur peccátor , & non ſolvet : * juſtus autem miſerétur , & tríbuet.

Quia benedicentes ei hæreditábunt terram ; * maledicentes autem ei diſperíbunt.

Apud Dóminum greſſus hóminis dirigentur , * & viam ejus volet.

Cùm cecíderit, non collidétur ; * quia Dóminus ſuppónit manum ſuam.

Júnior fui , étenim ſénui ; * & non vidi juſtum derelictum , nec ſemen ejus quærens panem.

Totâ die miſerétur, & cómmodat ; * & ſemen illíus in benedictióne erit.

Declína à malo, & fac bonum ; * & inhábita in ſéculum ſéculi.

Quia Dóminus amat judícium , & non derelinquet ſanctos ſuos ; * in æternum conſervabuntur.

Injuſti punientur : * & ſemen impiórum períbit.

Juſti autem hæreditábunt terram , * & inhabitabunt in ſéculum ſéculi ſuper eam.

Altera diviſio Pſalmi 36.

OS juſti meditábitur ſapiéntiam, * & lingua ejus loquétur judícium.

Lex Dei ejus in corde ipsíus; * & non ſupplantabuntur greſſus ejus.

Consíderat peccátor juſtum, * & quærit mortificáre eum.

Dóminus autem non derelinquet eum in mánibus ejus, * nec damnábit eum, cùm judicábitur illi.

Expecta Dóminum, * & cuſtódi viam ejus.

Et exaltábit te, ut hæreditáte cápias terram: * cùm períerint peccatóres, vidébis.

Vidi ímpium ſuperexaltátum, * & elevátum ſicut cedros Líbani.

Et tranſivi, & ecce non erat: * & quæsívi eum, & non eſt inventus locus ejus.

Cuſtódi innocéntiam, & vide æquitátem; * quóniam ſunt relíquiæ hómini pacífico.

Injuſti autem diſperíbunt ſimul: * relíquiæ impiórum interíbunt.

Salus autem juſtórum à Dómino; * & protector eórum in témpore tribulatiónis.

Et adjuvábit eos Dóminus, & liberábit eos; * & éruet eos à peccatóribus, & ſalvábit eos, quia ſperavérunt in eo.

Ant. Juſtus totâ die miſerétur, & cómm ſemen illíus in be ne erit.

CAPITULUM. 1. J

QUi habúerit ſ tiam hujus mu víderit fratre neceſſitátem habé cláuſerit víſcera ſua quómodò cáritas D net in eo? Filíol non diligámus verb que linguâ, ſed ó veritáte.

℟. *br.* Jucundus Qui miſerétur, & modat. Jucundus. æternum * non c vébitur, * Qui mi Glória Patri. Jucun

℣. Diſperſit, ded péribus: ℟. Juſtíti manet in ſéculum

Pſ. 111.

AD NONA

Ant. 7. b. Pro e

PSALMUS 1

Chriſtus inimicos diligens, injuſtum odium arguit, & nentem Dei in ipſo dictam prænuntiat.

DEus, laudem ne tacúeris; os peccatóris dolóſi ſuper me ap eſt.

Locúti ſunt adversù linguâ dolóſâ, & ſe nibus ódii circumded me, * & expugnav me gratis.

Pro eo ut me dilíge detrahé

detrahébant mihi : * ego autem orábam.

Et poſuérunt adversùm me mala pro bonis, * & ódium pro dilectióne mea.

Diviſio Pſalmi 108.

Conſtítue [Dómine] ſuper eum peccatórem ; * & diábolus ſtet à dextris ejus.

Cùm judicátur, éxeat condemnátus ; * & orátio ejus fiat in peccátum.

Fiant dies ejus pauci ; * & epiſcopátum ejus accípiat alter.

Fiant fílii ejus órphani, * & uxor ejus vídua.

Nutantes transferantur fílii ejus, & mendícent, * & ejiciantur de habitatiónibus ſuis.

Scrutétur fœnerátor omnem ſubſtántiam ejus ; * & dirípiant aliéni labóres ejus.

Non ſit illi adjútor, * nec ſit qui miſereátur pupillis ejus.

Fiant nati ejus in intéritum : * in generatióne una deleátur nomen ejus.

In memóriam rédeat iníquitas patrum ejus in conſpectu Dómini ; * & peccátum matris ejus non deleátur.

Fiant contra Dóminum ſemper : * & diſpéreat de terra memória eórum ;

Pro eo quòd non eſt recordátus fácere miſericórdiam, * & perſecútus eſt hóminem ínopem & mendícum, & compunctum corde mortificáre.

Et diléxit maledictiónem, & véniet ei : * & nóluit benedictiónem, & elongábitur ab eo.

Et índuit maledictiónem ſicut veſtimentum : * & intrávit ſicut aqua in interióra ejus, & ſicut óleum in óſſibus ejus.

Fiat ei ſicut veſtimentum quo operítur, * & ſicut zona quâ ſemper præcíngitur.

Hoc opus eórum qui détrahunt mihi apud Dóminum, * & qui loquúntur mala adversùs ánimam meam.

Et tu, Dómine, Dómine, fac mecum propter nomen tuum ; * quia ſuávis eſt miſericórdia tua.

Altera diviſio Pſalmi 108.

Líbera me, quia egénus & pauper ego ſum, * & cor meum conturbátum eſt intra me.

Sicut umbra, cùm declínat, ablátus ſum, * & excuſſus ſum ſicut locuſtæ.

Génua mea infirmáta ſunt à jejúnio, * & caro mea immutáta eſt propter óleum.

Et ego factus ſum oppróbrium illis : * vidérunt me, & movérunt cápita ſua.

Adjuva me, Dómine Deus meus : * ſalvum me fac ſecundùm miſericórdiam tuam.

Et ſciant quia manus tua hæc : * & tu, Dómine, feciſti eam.

Maledícent illi, & tu benedíces : * qui inſurgunt in me, confundantur ; ſervus autem tuus lætábitur.

Induantur, qui détrahunt mihi, pudóre ; * & operiantur ſicut diplóide confuſióne ſuâ.

Confitebor Dómino nimis in ore meo, * & in médio multórum laudábo eum ;

Quia áſtitit à dextris páuperis, * ut ſalvam fáceret à perſequéntibus ánimam meam.

Ant. Pro eo ut me dilígerent, detrahébant mihi : ego autem orábam.

CAPITULUM. *Rom.* 12.

NOlíte eſſe prudentes apud voſmetipſos, nulli malum pro malo reddentes, providentes bona non tantùm coram Deo, ſed étiam coram ómnibus homínibus : ſi fíeri poteſt, quod ex vobis eſt, cum ómnibus homínibus pacem habentes.

℟. *br.* Poſuérunt adverſùm me * Mala pro bonis. Poſuérunt. ℣. Et ódium * pro dilectióne mea, * Mala pro bonis. Glória. Poſuérunt. *Pſ.* 108.

℣. Si réddidi retribuéntibus mihi mala, ℟. Décidam méritò ab inimícis meis inánis. *Pſ.* 7.

AD VESPE

Ant. 3. b. Mu cola fuit.

PSALMUS

Juſtus, cum his runt pacem, man ficus.

AD Dómini tribulárer vi ; * & vit me.

Dómine, líbe mam meam à lá quis, * & à lin lóſa.

Quid detur tib quid apponátur t linguam dolóſam ?

Sagittæ potentis *cum carbónibus tóriis.

Heu mihi, quia tus meus prolonga habitávi cum habi Cedar : * multù fuit ánima mea.

Cum his qui pacem, eram paci cùm loquébar illi pugnábant me gra

Ant. Multùm in ánima mea, D cum his qui odé cem, eram pacífic

Ant. 1. f. Prop tres meos.

PSALMUS

Juſtus, propter f proximos ſuos, quærit.

LÆtátus ſum quæ dicta ſun *In domum Dóm mus.

Stantes erant pedes noſtri * in átriis tuis, Jeruſalem.

Jeruſalem quæ ædificátur ut cívitas, * cujus participátio ejus in idipſum.

Illùc enim aſcendérunt tribus, tribus Dómini; * teſtimónium Iſraël, ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illic ſedérunt ſedes in judício, * ſedes ſuper domum David.

Rogáte quæ ad pacem ſunt Jeruſalem, * & abundántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua, * & abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos & próximos meos, * loquébar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei noſtri, * quæsívi bona tibi.

Ant. Propter fratres meos & próximos meos, loquébar pacem de te, Jeruſalem.

Ant. 4. a. Quàm bonum.

PSALMUS 132.

Fraternæ concordiæ beatitudo.

ECce quàm bonum, & quàm jucundum * habitáre fratres in unum!

Sicut unguentum in cápite, quod deſcendit in barbam, barbam Aáron; * quod deſcendit in oram veſtimenti ejus.

Sicut ros Hermon, * qui deſcendit in montem Sion.

Quóniam illic mandávit Dóminus benedictiónem, * & vitam uſque in ſéculum.

Ant. Quàm bonum, & quàm jucundum habitáre fratres in unum!

Ant. 8. G. In miſericórdia.

PSALMUS 140.

Orat juſtus ut ſit patiens in tribulationibus, & tutus ab inimicis.

DOmine, clamávi ad te, exaudi me: * inténde voci meæ, cùm clamávero ad te.

Dirigátur orátio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo: * elevátio mánuum meárum, ſacrifícium veſpertínum.

Pone, Dómine, cuſtódiam ori meo, * & óſtium circumſtántiæ lábiis meis.

Non declínes cor meum in verba malítiæ, * ad excuſandas excuſatiónes in peccátis cum homínibus operántibus iniquitátem:

Et non communicábo * cum electis eórum.

Corrípiet me juſtus in miſericórdia, & increpábit me; * óleum autem peccatóris non impinguet caput meum.

Quóniam adhuc & orátio mea * in beneplácitis eórum.

Abſorpti ſunt juncti petræ júdices eórum: * au-

dient verba mea, quóniam potuérunt.

Sicut craſſitúdo terræ erupta eſt ſuper terram, * diſſipáta ſunt oſſa noſtra ſecùs infernum.

Quia ad te, Dómine, Dómine, óculi mei: * in te ſperávi, non áuferas ánimam meam.

Cuſtódi me à láqueo quem ſtatuérunt mihi, * & à ſcándalis operántium iniquitátem.

Cadent in retiáculo ejus peccatóres: * ſinguláriter ſum ego, donec tránſeam.

Ant. In miſericórdia juſtus increpábit me: óleum autem peccatóris non impinguet caput meum.

Ant. 6. Me expectant juſti.

PSALMUS 141.

Juſtus, humanâ ope deſtitutus, ad divinum confugit auxilium.

VOce meâ ad Dóminum clamávi: * voce meâ ad Dóminum deprecátus ſum.

Effúndo in conſpectu ejus oratiónem meam, & tribulatiónem meam, ante ipſum pronúntio, * in deficiendo ex me ſpíritum meum.

Et tu cognoviſti ſémitas meas: * in via hac quâ ambulábam, abſcondérunt láqueum mihi.

Conſiderábam ad déxteram, & vidébam; * & non erat qui cognóſceret me.

Périit fuga à me non eſt qui requíra mam meam.

Clamávi ad te, ne: * dixi, Tu e mea, pórtio mea ii vivéntium.

Intende ad depri nem meam; * quia liátus ſum nimis.

Líbera me à perſ tibus me; * quia c táti ſunt ſuper me.

Educ de cuſtódia á meam, ad confit nómini tuo: * me tant juſti, donec re mihi.

Ant. Me expectan donec retríbuas mih mine.

CAPITULUM. 1. *C*

SI quid pátitur membrum, c tiuntur ómnia mei ſive gloriátur unun brum, congaudent membra: vos aute corpus Chriſti, & m de membro.

HYMNUS.

O Quàm juvat Deus,
Unum quibus Chri put
Vitále robur ſúffici
Uno movéri ſpíritu
Quàm dulce laude
Unâ tibi cunctos do
Precumque ceu factâ
Inferre vim gratam
Hanc quiſque domum;
Hanc pace concors

qui ſpargit malus
›num fémina.
mna cedunt in lu-
n
ıriſte , diligénti-
:
:orónas prælia ;
ue , dùm nocent,
.
ında ſævit tríſtiùs ,
ðus incautum ſu-
,
e cæco dúlcibus
venénis ínficit.
, beáta Trínitas ,
.te mútuâ
ı álteri ,
ıs & polo ſimul.
:n.
Dómino laudábi-
ıa mea : ℟. Au-
ınſuéti , & læten-
ı3.
Magníficat.
. G. Reſpéxit Deus
tem áncillæ ſuæ :
eátam me dicent
:nerationes. *Luc.* 1.
MPLETORIUM.
'. ç. Tu remiſiſti.
ʌ L M U S 12.
e *fidelis in tribula-*
Deum deprecatio.
quequò , Dómine ,
bliviſceris me in
nem ? * úſque-
tis fáciem tuam à

diù ponam consí-
ma mea , *dolórem
meo per diem ?
ıuò exaltábitur *
meus ſuper me ?
e & exaudi me ,

Dómine Deus meus : * illúmina óculos meos , ne unquàm obdórmiam in morte :

Nequandò dicat inimícus meus , Præválui adversùs eum : * qui tríbulant me , exultábunt , ſi motus fúero.

Ego autem in misericórdia tua ſperávi : * exultábit cor meum in ſalutári tuo.

Cantábo Dómino , qui bona tríbuit mihi , * & pſallam nómini Dómini altíſſimi.

PSALMUS 31.

Miſericordia Dei hominem peccatorem per gratiam ſuam juſtificantis commendatur.

BEáti quorum remiſſæ ſunt iniquitátes , * & quorum tecta ſunt peccáta.

Beátus vir cui non imputávit Dóminus peccátum , * nec eſt in ſpíritu ejus dolus.

Quóniam tácui , inveteravérunt oſſa mea , dùm clamárem totâ die.

Quóniam die ac nocte graváta eſt ſuper me manus tua : * converſus ſum in ærumna mea , dùm confígitur ſpina.

Delictum meum cógnitum tibi feci , * & injuſtítiam meam non abſcondi.

Dixi : Confitébor adversùm me injuſtítiam meam Dómino ; * & tu remiſiſti impietátem peccáti mei.

Pro hac orábit ad te omnis ſanctus * & in témpore opportúno.

Verúntamen in dilúvio aquárum multárum, * ad eum non approximábunt.

Tu es refúgium meum à tribulatióne quæ circúmdedit me : * exultátio mea, érue me à circumdántibus me.

Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac quâ gradiéris : * firmábo ſuper te óculos meos.

Nolíte fíeri ſicut equus & mulus, * quibus non eſt intellectus.

In camo & fræno maxillas eórum conſtringe, * qui non appróximant ad te.

Multa flagella peccatóris : * ſperantem autem in Dómino miſericórdia circúmdabit.

Lætámini in Dómino, & exultáte, juſti ; * & gloriámini, omnes recti corde.

PSALMUS 78.

Fideles ab Infidelibus vexati opem Dei poſcunt.

DEus, venérunt gentes in hæreditátem tuam : polluérunt templum ſánctum tuum : * poſuérunt Jerúſalem in pomórum cuſtódiam.

Poſuérunt morticína ſervórum tuórum eſcas volatílibus cœli, * carnes ſanctórum tuórum béſtiis terræ.

Effudérunt ſánguinem eórum tanquàm aquam in circúitu Jerúſalem ; non erat qui ſepelíret

Facti ſumus oppról vicínis noſtris, * ſubſ tio & illúſio his qui i cúitu noſtro ſunt.

Uſquequò, Dómine céris in finem ? * acc tur velut ignis zelus

Effunde iram tua gentes quæ te non runt, * & in regna nomen tuum non in vérunt ;

Quia comedérun cob, * & locum ejus lavérunt.

Ne memíneris ini tum noſtrárum an rum : * citò antícipe miſericórdiæ tuæ, páuperes facti ſum mìs.

Adjuva nos, Deu táris noſter ; * & p glóriam nóminis tui mine, líbera nos :

Et propítius eſto tis noſtris propter n tuum ; * ne fortè in géntibus : Ubi eſt eórum ?

Et innoteſcat in nibus coram óculis tris, * último ſánguini vórum tuórum, qui ſus eſt.

Intróeat in conſpec gémitus compeditór ſecundùm magnitú bráchii tui, póſſide mortificatórum.

Et redde vicínis ſéptuplum in ſinu

impropérium ipſórum, * quod exprobravérunt tibi, Dómine.

Nos autem pópulus tuus, & oves páſcuæ tuæ, * confitébimur tibi in ſécu-lum.

In generatiónem & ge-neratiónem, * annuntiá-bimus laudem tuam.

Ant. Tu remiſiſti im-pietátem peccáti mei: pro hac orábit ad te omnis ſanctus. *Pſ.* 31.

FERIA QUARTA.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Deum ſpei, * Veníte, adorémus. *Rom.* 15.

Pſalmus 94. Veníte. 2.

HYMNUS.

Mirámur, ô Deus, tuæ
Recens opus poténtiæ,
Quæ ſcripta ſcintillántibus
Refulget aſtrórum globis.

Ut ſol diéi, cándida
Sic luna nocti præſidet:
Exércitu totum novo
Diſcríminant ſtellæ polum.

At ipſe, cœlórum decus,
Sol novit occáſus ſuos:
Sunt certa lunæ témpora,
Statique lapſus síderum.

Jugi rotáta túrbine
Furantur & reddunt diem:
Tu ſemper idem, néſcius
Mortálium ſpem fállere.

Turbáta quid mens fluctuet?
Curâ paternâ nos regis:
Æterna ſi cordi ſalus,
Æterna nos ſalus manet.

Supréma laus & glória
Uni ſit & trino Deo,
Suo repóni qui jubet
Curas & angóres ſinu.
Amen.

Ant. 3. *a.* Sperent in te.

PSALMUS 9.

Eccleſia de victoriis jam reportatis grates agit & ſpem ſumit, pro reportandis opem poſcit.

Confitébor tibi, Dómine in toto corde meo: * narrábo ómnia mirabília tua.

Lætábor & exultábo in te; * pſallam nómini tuo, Altíſſime:

In convertendo inimícum meum retrorsùm; * infirmabuntur, & períbunt à fácie tua.

Quóniam feciſti judícium meum & cauſam meam: * ſediſti ſuper thronum, qui júdicas juſtítiam.

Increpaſti gentes, & périit ímpius: * nomen eórum deleſti in æternum, & in ſéculum ſéculi.

Inimíci defecérunt frámeæ in finem, * & civitátes eórum deſtruxiſti.

Périit memória eórum cum ſónitu; * & Dóminus in æternum pérmanet.

Parávit in judício thronum ſuum: * & ipſe judicábit orbem terræ in æquitáte, judicábit pópulos in juſtítia.

Et factus eſt Dóminus refúgium páuperi: * ad-

jútor in opportunitátibus, in tribulatióne.

Et ſperent in te, qui novérunt nomen tuum; * quóniam non dereliquiſti quærentes te, Dómine.

Psállite Dómino qui hábitat in Sion: * annuntiáte inter gentes ſtúdia ejus;

Quóniam requírens sánguinem, eórum recordátus eſt: * non eſt oblítus clamórem páuperum.

Diviſio Pſalmi 9.

MIſerére meî, Dómine: * vide humilitátem meam de inimícis meis, qui exaltas me de portis mortis:

Ut annúntiem omnes laudatiónes tuas in portis fíliæ Sion; * exultábo in ſalutári tuo.

Infixæ ſunt gentes in intéritu quem fecérunt: * in láqueo iſto quem abſcondérunt, comprehenſus eſt pes eórum.

Cognoſcétur Dóminus judícia fáciens: * in opéribus mánuum ſuárum comprehenſus eſt peccátor.

Convertantur peccatóres in inſernum, * omnes gentes quæ obliviſcuntur Deum.

Quóniam non in finem oblívio erit páuperis: * patiéntia páuperum non períbit in finem.

Exurge, Dómine; non confortétur homo: * judicentur gentes in conſpectu tuo.

Conſtítue, Dómine, legiſlatórem ſuper eos; * ut ſciant gentes quóniam hómines ſunt.

Altera diviſio Pſalmi 9.

UT quid, Dómine, receſſiſti longè? * deſpicis in opportunitátibus, in tribulatióne?

Dum ſuperbit ímpius, incénditur pauper: * comprehenduntur in conſíliis quibus cógitant.

Quóniam laudátur peccátor in deſidériis ánimæ ſuæ, * & iníquus benedícitur.

Exacerbávit Dóminum peccátor: * ſecundùm multitúdinem iræ ſuæ non quæret.

Non eſt Deus in conſpectu ejus: * inquinátæ ſunt viæ illíus in omni témpore.

Auferuntur judícia tua à fácie ejus: * ómnium inimicórum ſuórum dominábitur.

Dixit enim in corde ſuo: * Non movébor à generatióne in generatiónem ſine malo.

Cujus maledictióne os plenum eſt, & amaritúdine, & dolo: * ſub lingua ejus labor & dolor.

Sedet in insídiis cum divítibus in occultis, * ut interfíciat innocentem.

Oculi ejus in páuperem reſpíciunt: * inſidiátur in abſcóndito quaſi leo in ſpelunca ſua.

Inſidiátur ut rápiat páuperem; * rápere páuperem, dum áttrahit eum.

In láqueo ſuo humiliábit eum : * inclinábit ſe, & cadet, cùm dominátus fúerit páuperum.

Dixit enim in corde ſuo : Oblítus eſt Deus; * avertit fáciem ſuam, ne vídeat in finem.

Exurge, Dómine Deus; exaltétur manus tua : * ne oblivíſcáris páuperum.

Propter quid irritávit ímpius Deum? * dixit enim in corde ſuo : Non requíret.

Vides, quóniam tu labórem & dolórem consíderas, * ut tradas eos in manus tuas.

Tibi derelictus eſt pauper:* órphano tu eris adjútor.

Cóntere bráchium peccatóris & maligni : * quærétur peccátum illíus, & non inveniétur.

Dóminus regnábit in ætérnum, & in ſéculum ſéculi : * períbitis, gentes, de terra illíus.

Deſidérium páuperum exaudívit Dóminus; * præparatiónem cordis eórum audívit auris tua;

Judicáre pupillo & húmili, * ut non appónat ultrà magnificáre ſe homo ſuper terram.

Ant. Sperent in te, qui novérunt nomen tuum; quóniam non déreliquiſti quærentes te, Dómine.

Ant. 8. G. Fílii.

PSALMUS 77.

Beneficia olim Iſraëlitis à Deo præſtita in parabolis enarrantur, ut indè diſcat Chriſtiana plebs ponere in Deo ſpem ſuam, & mandata ejus ſervare.

ATténdite, pópule meus, legem meam : * inclináte aurem veſtram in verba oris mei.

Apériam in parábolis os meum; * loquar propoſitiónes ab inítio :

Quanta audívimus, & cognóvimus ea; * & patres noſtri narravérunt nobis.

Non ſunt occultáta à fíliis eórum * in generatióne áltera.

Narrantes laudes Dómini, & virtútes ejus, * & mirabília ejus quæ fecit.

Et ſuſcitávit teſtimónium in Jacob, * & legem póſuit in Iſraël :

Quanta mandávit pátribus noſtris, nota fácere ea fíliis ſuis; * ut cognoſcat generátio áltera :

Fílii qui naſcentur, & exurgent, * & narrábunt fíliis ſuis;

Ut ponant in Deo ſpem ſuam, & non oblivíſcantur óperum Dei, * & mandáta ejus exquírant :

Ne fiant ſicut patres eórum, * generátio prava & exáſperans,

Generátio quæ non dirèxit cor ſuum, * & non

eſt créditus cum Deo ſpíritus ejus.

Diviſio Pſalmi 77.

FIlii Ephrem intendentes & mittentes arcum, * converſi ſunt in die belli.

Non cuſtodiérunt teſtamentum Dei, * & in lege ejus noluérunt ambuláre.

Et oblíti ſunt benefactórum ejus, * & mirabílium ejus quæ oſtendit eis.

Coram pátribus eórum fecit mirabília in terra Ægypti, * in campo Táneos.

Interrúpit mare, & perduxit eos, * & ſtátuit aquas quaſi in utre.

Et deduxit eos in nube diéi, * & totâ nocte in illuminatióne ignis.

Interrúpit petram in erémo, * & adaquávit eos velut in abyſſo multa.

Et eduxit aquam de petra, * & deduxit tanquam flúmina aquas.

Et appoſuérunt adhuc peccáre ei : * in iram excitavérunt Excelſum in inaquóſo.

Et tentavérunt Deum in córdibus ſuis, * ut péterent eſcas animábus ſuis.

Et malè locúti ſunt de Deo : * dixérunt, Numquid póterit Deus paráre menſam in deſerto ?

Quóniam percuſſit petram, & fluxérunt aquæ, * & torrentes inundavérunt :

Numquid & panem póterit dare, aut paráre menſam pópulo ſuo ?

Ideò audívit Dóminus, & díſtulit : * & ignis accenſus eſt in Jacob, & ira aſcendit in Iſraël ;

Quia non crediderunt in Deo, * nec ſperavérunt in ſalutári ejus.

Et mandávit núbibus déſuper, * & jánuas cœli apéruit.

Et pluit illis manna ad manducandum, * & panem cœli dedit eis.

Panem Angelórum manducávit homo : * cibária miſit eis in abundántia.

Altera diviſio Pſalmi 77.

TRánſtulit [Dóminus] Auſtrum de cœlo : * & induxit in virtúte ſua Africum.

Et pluit ſuper eos ſicut púlverem carnes, * & ſicut arénam maris volatília pennáta.

Et cecidérunt in médio caſtrórum eórum, * circa tabernácula eórum.

Et manducavérunt, & ſaturáti ſunt nimis ; & deſidérium eórum áttulit eis : * non ſunt fraudáti à deſidério ſuo.

Adhuc eſcæ eórum erant in ore ipſórum, * & ira Dei aſcendit ſuper eos.

Et occídit pingues eórum, * & electos Iſraël impedívit.

In ómnibus his peccavérunt adhuc, & non cre-

in mirabílibus

:cérunt in vani-
órum, * & anni
n feſtinatióne.
cíderet eos, quæ-
m; * & reverte-
& dilúculo venié-
um.
:moráti ſunt quia
:tor eſt eórum,
excelſus redemp-
ı eſt.
érunt eum in ore
linguâ ſuâ men-
i.
tem eórum non
m cum eo, * nec
)iti ſunt in teſta-
s.
tem eſt miſéri-
)ropítius fiet pec-
m, * & non diſ-
;.
ílii qui naſcen-
ibunt fíliis ſuis,
t in Deo ſpem

d. Abſtulit.
ılmo 77. Et.
vit [Dóminus]
rteret iram ſuam,
accendit omnem
ı.
)rdátus eſt quia
, * ſpíritus va-
)on rédiens.
exacerbavérunt
:ſerto? * in iram
:unt eum in ina-

'erſi ſunt, & ten-
)eum; * & Sanc-
exacerbavérunt.

Non ſunt recordáti ma-
nûs ejus, * die quâ redé-
mit eos de manu tribu-
lantis:

Sicut póſuit in Ægypto
ſigna ſua, * & prodígia
ſua in campo Táneos.

Et convertit in ſángui-
nem flúmina eórum, * &
imbres eórum, ne bibe-
rent.

Miſit in eos cœnomyiam,
& comédit eos; * & ra-
num, & diſpérdidit eos.

Et dedit ærúgini fructus
eórum, * & labóres eó-
rum locuſtæ.

Et occídit in grándine
víneas eórum, * & moros
eórum in pruina.

Et trádidit grandini ju-
menta eórum, * & poſ-
ſeſſiónem eórum igni.

Miſit in eos iram indig-
natiónis ſuæ; * indigna-
tiónem, & iram, & tri-
bulatiónem, immiſſiónes
per ángelos malos.

Viam fecit ſémitæ iræ
ſuæ: non pepercit à morte
animábus eórum, * & ju-
menta eórum in morte con-
clúſit.

Et percuſſit omne pri-
mogénitum in terra Ægyp-
ti, * primítias omnis la-
bóris eórum in tabernácu-
lis Cham.

Diviſio Pſalmi 77. Et.

ABſtulit [Dóminus] ſicut
oves pópulum ſuum,
* & perduxit eos tanquam
gregem in deſerto.

Et deduxit eos in ſpe,

& non timuérunt : * & inimícos eórum opéruit mare.

Et induxit eos in montem ſanctificatiónis ſuæ, * montem quem acquisívit déxtera ejus.

Et ejécit à fácie eórum gentes ; * & ſorte divíſit eis terram in funículo diſtributiónis.

Et habitáre fecit in tabernáculis eórum * tribus Iſraël.

Et tentavérunt, & exacerbavérunt Deum excelſum ; * & teſtimónia ejus non cuſtodiérunt.

Et avertérunt ſe, & non ſervavérunt pactum : * quemádmodùm patres eórum, converſi ſunt in arcum pravum.

In iram concitavérunt eum in cóllibus ſuis, * & in ſculptílibus ſuis ad æmulatiónem eum provocavérunt.

Audívit Deus, & ſprevit ; * & ad níhilum redégit valdè Iſraël.

Et répulit tabernáculum Silo, * tabernáculum ſuum, ubi habitávit in homínibus.

Et trádidit in captivitátem virtútem eórum, * & pulchritúdinem eórum in manus inimíci.

Et conclúſit in gládio pópulum ſuum, * & hæreditátem ſuam ſprevit.

Juvenes eórum comédit ignis, * & vírgines eórum non ſunt lamentátæ.

Sacerdótes eórum, in gládio cecidérunt, * & víduæ eórum non plorabantur.

Altera diviſio Pſalmi 77. Et.

Excitátus eſt tanquam dórmiens Dóminus, * tanquam potens crapulátus à vino.

Et percuſſit inimícos ſuos in posterióra : * oppróbrium ſempiternum dedit illis.

Et répulit tabernáculum Joſeph, * & tribum Ephraïm non elégit ;

Sed elégit tribum Juda, * montem Sion quem diléxit.

Et ædificávit ſicut unicórnium ſanctifícium ſuum, * in terra quam fundávit in ſécula :

Et elégit David ſervum ſuum, * & ſúſtulit eum de grégibus óvium.

De poſt fœtantes accépit eum, * páſcere Jacob ſervum ſuum, & Iſraël hæreditátem ſuam.

Et pavit eos in innocéntia cordis ſui, * & in intelléctibus mánuum ſuárum deduxit eos.

Ant. Abſtulit Dóminus ſicut oves pópulum ſuum, & deduxit eos in ſpe.

℣. Ecce non dormitábit, neque dórmiet, ℟. Qui cuſtódit Iſraël. *Pſ.* 120.

Pater noſter.

℣. *Sacerd.* Lætábitur juſtus in Dómino, & ſperábit in eo ; ℟. Et laudabuntur omnes recti corde. *Pſ.* 63.

AD LAUDES.

Ant. 4. E. Omnes.

PSALMUS 5.

Eccleſia à Deo ſummè juſto adversùs iniquos opem fiducialiter poſcit.

VErba mea áuribus pércipe, Dómine: * intéllige clamórem meum.

Intende voci oratiónis meæ, Rex meus & Deus meus: * quóniam ad te orábo.

Dómine, manè exáudies vocem meam; * manè aſtábo tibi & vidébo, quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxtà te malignus, * neque permanébunt injuſti ante óculos tuos.

Odiſti omnes qui operantur iniquitátem; perdes omnes qui loquuntur mendácium: * virum ſánguinum & dolóſum abominábitur Dóminus.

Ego autem in multitúdine miſericórdiæ tuæ introïbo in domum tuam; * adorábo ad templum ſanctum tuum in timóre tuo.

Dómine, deduc me in juſtítia tua: * propter inimícos meos dírige in conſpectu tuo viam meam;

Quóniam non eſt in ore eórum véritas: * cor eórum vanum eſt.

Sepulchrum patens eſt guttur eórum, linguis ſuis dolósè agébant; * júdica illos, Deus.

Décidant à cogitatiónibus ſuis: ſecundùm multitúdinem impietátum eórum expelle eos; * quóniam irritavérunt te, Dómine.

Et lætentur omnes qui ſperant in te; in æternum exultábunt, & habitábis in eis: * & gloriabuntur in te omnes qui díligunt nomen tuum.

Quóniam tu benedíces juſto: * Dómine, ut ſcuto bonæ voluntátis tuæ, coronaſti nos.

Ant. Omnes qui ſperant in te, Dómine, in æternum exultábunt, & habitábis in eis.

Ant. 5. C. In tégmine.

PSALMUS 35.

Impiorum malitia; juſtitia Dei; juſtorum ſpes & gloria.

DIxit injuſtus ut delinquat in ſemetipſo: * non eſt timor Dei ante óculos ejus;

Quóniam dolósè egit in conſpectu ejus, * ut inveniátur iníquitas ejus ad ódium.

Verba oris ejus iníquitas & dolus: * nóluit intellígere, ut benè ágeret.

Iniquitátem meditátus eſt in cubíli ſuo: áſtitit omni viæ non bonæ; * malítiam autem non odívit.

Dómine, in cœlo miſericórdia tua, * & véritas tua uſque ad nubes.

Juſtítia tua ſicut montes

Dei : * Judícia tua abyſſus multa.

Hómines & jumenta ſalvábis, Dómine ; * quemadmodùm multiplicaſti miſericórdiam tuam , Deus.

Fílii autem hóminum in tégmine alárum tuarum ſperábunt : * inebriabuntur ab ubertáte domûs tuæ ; & torrente voluptátis tuæ potábis eos.

Quóniam apud te eſt fons vitæ , * & in lúmine tuo vidébimus lumen.

Prætende miſericórdiam tuam ſciéntibus te , * & juſtítiam tuam his qui recto ſunt corde.

Non véniat mihi pes ſupérbiæ , * & manus peccatóris non móveat me.

Ibi cecidérunt qui operantur iniquitátem : * expulſi ſunt , nec potuérunt ſtare.

Ant. In tégmine alárum tuárum ſperábunt , Dómine ; & torrente voluptátis tuæ potábis eos.

Ant. 3. a. Exaudi nos.

PSALMUS 64.

Inter adverſa , Eccleſia in Dei promiſſis ſpem ſuam collocat.

TE decet hymnus , Deus , in Sion ; * & tibi reddétur votum in Jerúſalem.

Exaudi oratiónem meam: * ad te omnis caro véniet.

Verba iniquórum prævaluérunt ſuper nos ; * &

impietátibus noſtris t
pitiáberis.

Beátus quem elegi
aſſumpſiſti : * inhab
in átriis tuis.

Replébimur in bon
mûs tuæ : * ſanctu
templum tuum , mi
in æquitáte.

Exaudi nos , Deu
táris noſter , * ſpe
nium fínium terræ ,
mari longè ;

Præparans montes i
túte tua , accinctus
tiâ : * qui conturba
fundum maris , ſonur
tuum ejus.

Turbabuntur gent
timébunt qui hábita
minos à ſignis tuis :
tus matutíni & véſpe
lectábis.

Viſitaſti terram , &
briaſti eam : * mu
caſti locupletáre eam

Flumen Dei replén
aquis : * paraſti
illórum , quóniam i
præparátio ejus.

Rivos ejus inébria ,
típlica genímina ejus
ſtillicídiis ejus læt
gérminans.

Benedíces corónæ
benignitátis tuæ ;
campi tui replebuntur
táte.

Pingueſcent ſpeció
ſerti , * & exultatión
les accingentur.

Indúti ſunt aríetes ó
& valles abundábun
mento : * clamáb

etenim hymnum dicent.

Ant. Exaudi nos, Deus ſalutáris noſter, ſpes ómnium fínium terræ.

Ant. 1. a. Ecce.

In feriis, CANTICUM. *Iſ.* 12.

Anima fidelis in Chriſto ſpem ſuam ponit, & nihil ab homine timet.

CONfitébor tibi, Dómine, quóniam irátus es mihi: * converſus eſt furor tuus, & conſolátus es me.

Ecce Deus ſalvátor meus: * fiduciáliter agam, & non timébo.

Quia fortitúdo mea, & laus mea Dóminus, * & factus eſt mihi in ſalútem.

Hauriétis aquas in gáudio de fóntibus Salvatóris; * & dicétis in die illa: Confitémini Dómino, & invocáte nomen ejus.

Notas fácite in pópulis adinventiónes ejus: * mementóte quóniam excelſum eſt nomen ejus.

Cantáte Dómino, quóniam magníficè fecit: * annuntiáte hoc in univerſa terra.

Exulta & lauda, habitátio Sion; * quia magnus in médio tuî Sanctus Iſraël.

Ant. Ecce Deus ſalvátor meus: fiduciáliter agam, & non timébo.

[*In Feſtis*, CANTICUM. *Tob.* 13.

Deus juſtus & miſericors flagellat & ſalvat: in ipſo ſperandum.

MAgnus es, Dómine, in æternum, * & in ómnia ſécula regnum tuum.

Quóniam tu flagellas, & ſalvas; dedúcis ad ínferos, & redúcis; * & non eſt qui effúgiat manum tuam.

Confitémini Dómino, fílii Iſraël, * & in conſpectu géntium laudáte eum:

Quóniam ideò diſperſit vos inter gentes quæ ignórant eum, * ut vos enarrétis mirabília ejus,

Et faciátis ſcire eos * quia non eſt álius Deus omnípotens præter eum.

Ipſe caſtigávit nos propter iniquitátes noſtras; * & ipſe ſalvábit nos propter miſericórdiam ſuam.

Aſpícite ergo quæ fecit nobiſcum, & cum timóre & tremóre confitémini illi; * regemque ſeculórum exaltáte in opéribus veſtris.

Ego autem in terra captivitátis meæ confitébor illi; * quóniam oſtendit majeſtátem ſuam in gentem peccatrícem.

Convertímini ítaque, peccatóres, & fácite juſtítiam coram Deo, * credentes quòd fáciat vobiſcum miſericórdiam ſuam.

Ego autem, & ánima mea, * in eo lætábimur.

Benedícite Dóminum,

omnes electi ejus : * ágite dies lætítiæ, & confitémini illi.]

Ant. 6. Beneplácitum eſt.

PSALMUS 146.

Laudandus Deus, cui beneplacitum eſt in eis qui ſperant ſuper miſericordia ejus.

LAudáte Dóminum, quóniam bonus eſt pſalmus : * Deo noſtro ſit jucunda decóraque laudátio.

Ædíficans Jerúſalem Dóminus : * diſperſiónes Iſraélis congregábit.

Qui ſanat contrítos corde, * & álligat contritiónes eórum.

Qui númerat multitúdinem ſtellárum, * & ómnibus eis nómina vocat.

Magnus Dóminus noſter, & magna virtus ejus ; * & ſapiéntiæ ejus non eſt númerus.

Suſcípiens manſuétos Dóminus : * humílians autem peccatóres uſque ad terram.

Præcínite Dómino in confeſſióne : * psállite Deo noſtro in cíthara.

Qui óperit cœlum núbibus, * & parat terræ plúviam.

Qui prodúcit in móntibus fœnum, * & herbam ſervitúti hóminum.

Qui dat jumentis eſcam ipſórum, * & pullis corvórum invocántibus eum.

Non in fortitúdine equi voluntátem habébit ; * nec in tíbiis viri beneplácitum erit ei.

Beneplácitum eſt Dómino ſuper timentes eum, * & in eis qui ſperant ſuper miſericórdia ejus.

Ant. Beneplácitum eſt Dómino ſuper timentes eum, & in eis qui ſperant ſuper miſericórdia ejus.

CAPITULUM. *Iſ.* 26.

IN ſémita judiciórum tuórum, Dómine, ſuſtinúimus te : nomen tuum & memoriále tuum in deſidério ánimæ. Anima mea deſiderávit te in nocte ; ſed & ſpíritu meo in præcórdiis meis de mane vigilábo ad te.

HYMNUS.

PRomittis, & ſervas datam
Immóbilis fidem, Deus :
Hanc mane primo ſéduló
Repóſcimus fidem prece.
Promittit atque décipit
Incertus & fallax homo ;
Sic quaſſa, ſi incumbas ſuper,
Arundo transfiget manum.
Beátus ergo, qui tuo
Se totus abdit in ſinu :
Hâc arce tutum túrbinis
Vis nulla de ſtatu quatit.
Ne cor vacillet, óbligas
Temet ſacramento, Deus :
Spes nixa tanto pignore :
Æterna jam prenſat bona.
Jam mente præſúmens polum,
Secúra ſublími trhono
Aſſiſtit, & cœléſtium

›at undas flúminum.
.s ô perennis grátiæ,
da ſemper Trínitas,
em ſalútis únicam
ente totâ quærere.
ımen.
Audítam fac mihi
miſericórdiam tuam;
}uia in te ſperávi.
ꝟ.
Ad Benedictus.
t. 1. g. Jurávit Dó-
s datúrum ſe nobis,
e timóre de manu ini-
um noſtrórum libe-
ſerviámus illi. *Luc.* 1.
) PRIMAM.
Ant. 8. c. Ego.
SALMUS 30.
' *Chriſti in cruce mo-*
, *& ſpiritum ſuum*
fiducialiter commen-
.
te, Dómine, ſperá-
; non confundar in
ernum: * in juſ-
ıa líbera me.
ina ad me aurem
: * accélera ut éruas

ı mihi in Deum pro-
:m, & in domum
., * ut ſalvum me
;
niam fortitúdo mea
gium meum es tu:
ropter nomen tuum
s me, & enútries

:es me de láqueo hoc
abſcondérunt mihi;
niam tu es protec-
us.
ınus tuas commendo
ſpíritum meum: * rede-
miſti me, Dómine Deus
veritátis.

Odiſti obſervantes vani-
tátes ſupervácuè: * ego
autem in Dómino ſperávi.

Exultábo, & lætábor in
miſericórdia tua; * quó-
niam reſpexiſti humilitá-
tem meam, ſalvaſti de ne-
ceſſitátibus ánimam meam.

Nec concluſiſti me in má-
nibus inimíci: * ſtatuiſti
in loco ſpatióſo pedes meos.

Diviſio Pſalmi 30.

Miſerére meî, Dómi-
ne, quóniam tríbu-
lor: * conturbátus eſt in
ira óculus meus, ánima
mea, & venter meus;

Quóniam defécit in do-
lóre vita mea, * & anni
mei in gemítibus.

Infirmáta eſt in pauper-
táte virtus mea, * & oſſa
mea conturbáta ſunt.

Super omnes inimícos
meos factus ſum oppró-
brium, & vicínis meis val-
dè, & timor notis meis:
* qui vidébant me foràs,
fugérunt à me.

Oblivióni datus ſum tan-
quam mórtuus à corde: *
factus ſum tanquam vas
pérditum;

Quóniam audívi vitupe-
ratiónem multórum com-
morántium in circúitu: *
in eo dum convenírent ſi-
mul adversùm me, accí-
pere ánimam meam conſi-
liáti ſunt.

Ego autem in te ſperávi,

Dómine ; * dixi : Deus meus es tu ; in mánibus tuis ſortes meæ.

Eripe me de manu inimicórum meórum, * & à perſequéntibus me.

Illuſtra fáciem tuam ſuper ſervum tuum : * ſalvum me fac in miſericórdia tua.

Dómine, non confundar, quóniam invocávi te : * erubeſcant ímpii, & deducantur in infernum.

Muta fiant lábia dolóſa, * quæ loquuntur adversùs juſtum iniquitátem, in ſupérbia, & in abuſióne.

Altera diviſio Pſalmi 30.

QUàm magna multitúdo dulcédinis tuæ, Dómine, quàm abſcondiſti timéntibus te, * perfeciſti eis qui ſperant in te, in conſpectu filiórum hóminum!

Abſcondes eos in abſcóndito faciéi tuæ à conturbatióne hóminum : * prótegés eos in tabernáculo tuo à contradictióne linguárum.

Benedictus Dóminus, * quóniam mirificávit miſericórdiam ſuam mihi in civitáte muníta.

Ego autem dixi in excéſſu mentis meæ : * Projectus ſum à fácie oculórum tuórum.

Ideò exaudiſti vocem oratiónis meæ * dum clamárem ad te.

Dilígite Dóminum, omnes ſancti ejus ; * quóniam veritátem requíret Dóminus, & retríbuet abundanter faciéntibus ſupérbiam.

Viríliter ágite, & confortétur cor veſtrum, * omnes qui ſperátis in Dómino.

Ant. Ego in Dómino ſperávi : exultábo, & lætábor in miſericórdia tua.

AD TERTIAM.

Ant. 4. A. Spera in Deo.

PSALMUS 41.

In Deo ſperandum. Juſtus in domo Dei epulans exultabit.

QUemádmodùm desíderat cervus ad fontes aquárum ; * ita desíderat ánima mea ad te, Deus.

Sitívit ánima mea ad Deum fortem, vivum : * quando véniam, & apparébo ante fáciem Dei?

Fuérunt mihi lácrymæ meæ panes die ac nocte, * dum dícitur mihi quotídie : Ubi eſt Deus tuus?

Hæc recordátus ſum, & effúdi in me ánimam meam, * quóniam tranſíbo in locum tabernáculi admirábilis, uſque ad domum Dei,

In voce exultatiónis & confeſſiónis, * ſonus epulantis.

Quare triſtis es, ánima mea? * & quare conturbas me?

Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi ; * ſa-

vultûs mei, & Deus

viſio Pſalmi 41.
meipſum ánima mea
nturbáta eſt: * prop-
memor ero tuî de
Jordánis, & Her-
n à monte módico.
ſſus abyſſum ínvocat
voce cataractárum
n.
nia excelſa tua, &
s tui * ſuper me tran-
t.
lie mandávit Dómi-
iſericórdiam ſuam, *
te cánticum ejus.
d me orátio Deo
eæ; * dicam Deo:
tor meus es.
e oblítus es meî, &
contriſtátus incédo,
afflígit me inimícus?
confríngúntur oſſa
* exprobravérunt
ui tríbulant me ini-
ici,
n dicunt mihi per
os dies: * Ubi eſt
uus?
re triſtis es, ánima
* & quare conturbas

a in Deo, quóniam
confitébor illi: *
e vultûs mei, &
ieus.
ALMUS 42.
eo ſperandum. Deo
id altare ejus in-
lum.
a me, Deus, &
erne cauſam meam
te non ſancta; *
ab hómine iníquo & dolóſo
érue me.

Quia tu es, Deus, for-
titúdo mea: * quare me
repuliſti? & quare triſtis
incédo, dum afflígit me
inimícus?

Emitte lucem tuam &
veritátem tuam: * ipſa
me deduxérunt, & ad-
duxérunt in montem ſanc-
tum tuum, & in taberná-
cula tua.

Et introíbo ad altáre Dei
* ad Deum qui lætíficat
juventútem meam.

Confitébor tibi in cí-
thara, Deus, Deus meus:
* quare triſtis es, ánima
mea? & quare conturbas
me?

Spera in Deo, quóniam
adhuc confitébor illi: *
ſalutáre vultûs mei, &
Deus meus.

Ant. Spera in Deo, áni-
ma mea: ſalutáre vultûs
mei, & Deus meus.

CAPITULUM. *Rom.* 15.

QUæcumque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrínam ſcripta ſunt; ut per patiéntiam & conſolatiónem Scripturárum, ſpem habeámus.

℟. *br.* Memor eſto verbi tui, Dómine, * In quo mihi ſpem dediſti. Memor eſto. ℣. Hæc me conſoláta eſt, * quia elóquium tuum vivificávit me, * In quo. Glória. Memor.

℣. Reſpondébo exprobrántibus mihi verbum;

℟. Quia ſperávi in ſermónibus tuis. *Pſ.* 118.

AD SEXTAM.

Ant. 2. Qui ſperat in Dómino.

PSALMUS 20.

Chriſtus Rex in Patrem ſperans inimicos ſuos debellat : Eccleſia gratias agit.

DOmine, in virtúte tua lætábitur rex, * & ſuper ſalutáre tuum exultábit vehementer.

Deſidérium cordis ejus tribuiſti ei, * & voluntáte labiórum ejus non fraudaſti eum ;

Quóniam præveniſti eum in benedictiónibus dulcédinis, * poſuiſti in cápite ejus corónam de lápide pretióſo.

Vitam pétiit à te, & tribuiſti ei : * longitúdinem diérum in ſéculum, & in ſéculum ſéculi.

Magna eſt glória ejus in ſalutári tuo : * glóriam & magnum decórem impónes ſuper eum.

Quóniam dabis eum in benedictiónem in ſéculum ſéculi : * lætificábis eum in gáudio cum vultu tuo.

Quóniam rex ſperat in Dómino ; * & in miſericórdia Altíſſimi non commovébitur.

Inveniátur manus tua ómnibus inimícis tuis : * déxtera tua invéniat omnes qui te odérunt.

Pones eos ut clibanum ignis in témpore vultûs tui : * Dóminus in ira ſua conturbábit eos, & devorábit eos ignis.

Fructum eórum de terra perdes, * & ſemen eórum à fíliis hóminum ;

Quóniam declinavérunt in te mala : * cogitavérunt consília, quæ non potuérunt ſtabilíre.

Quóniam pones eos dorſum : * in relíquiis tuis præparábis vultum eórum.

Exaltáre, Dómine, in virtúte tua : * cantábimus & pſallémus virtútes tuas.

PSALMUS 102.

Deus ob immenſa in populum ſuum beneficia benedicendus : & inde ſpes confirmanda.

BEnedic, ánima mea, Dómino ; * & ómnia quæ intrà me ſunt, nómini ſancto ejus.

Bénedic, ánima mea, Dómino ; * & noli oblivíſci omnes retributiónes ejus.

Qui propitiátur ómnibus iniquitátibus tuis ; * qui ſanat omnes infirmitátes tuas.

Qui rédimit de intéritu vitam tuam ; * qui corónat te in miſericórdia & miſeratiónibus.

Qui replet in bonis deſidérium tuum : * renovábitur ut áquilæ juventus tua.

Fáciens miſericórdias Dóminus, * & judícium ómnibus injúriam patiéntibus.

Notas fecit vias ſuas Móyſi, * fíliis Iſraël voluntátes ſuas.

Diviſio Pſalmi 102.

MIſerátor & miſéricors Dóminus: * longánimis, & multùm miſéricors.

Non in perpétuum iraſcétur, * neque in ætérnum comminábitur.

Non ſecundùm peccáta noſtra fecit nobis, * neque ſecundùm iniquitátes noſtras retríbuit nobis;

Quóniam ſecundùm altitúdinem cœli à terra, * corroborávit miſericórdiam ſuam ſuper timentes ſe.

Quantùm diſtat ortus ab occidente, * longè fecit à nobis iniquitátes noſtras.

Quómodò miſerétur pater filiórum, * miſertus eſt Dóminus timéntibus ſe;

Quóniam ipſe cognóvit figmentum noſtrum: * recordátus eſt quóniam pulvis ſumus.

Homo, ſicut fœnum dies ejus: * tanquam flos agri ſic efflorébit;

Quóniam ſpíritus pertransíbit in illo, & non ſubſiſtet, & non cognoſcet ampliùs locum ſuum.

Miſericórdia autem Dómini ab æterno & uſque in æternum, * ſuper timentes eum.

Et juſtítia illíus in fílios filiórum his qui ſervant teſtamentum ejus, * & mémores ſunt mandatórum ipsíus ad faciendum ea.

Dóminus in cœlo parávit ſedem ſuam; * & regnum ipsíus ómnibus dominábitur.

Benedícite Dómino, omnes Angeli ejus, potentes virtúte, facientes verbum illíus, * ad audiendam vocem ſermónum ejus.

Benedícite Dómino, omnes virtútes ejus; * miniſtri ejus, qui fácitis voluntátem ejus.

Benedícite Dómino, ómnia ópera ejus, in omni loco dominatiónis ejus: * bénedic, ánima mea, Dómino.

Ant. Qui ſperat in Dómino, in miſericórdia Altíſſimi non commovébitur. *Pſ.* 20.

CAPITULUM. 1. *Joan.* 3.

NUnc fílii Dei ſumus, & nondum appáruit quid érimus. Scimus quóniam, cùm apparúerit, símiles ei érimus; quóniam vidèbimus eum sícuti eſt. Et omnis qui habet hanc ſpem in eo, ſanctíficat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt.

℟. *br.* Beátus vir, * Cujus eſt nomen Dómini ſpes ejus. Beátus vir. ℣. Et non reſpexit in vanitátes * & insánias falſas: * Cujus eſt. Glória Patri. Beátus vir. *Pſ.* 39.

℣. Speráte in eo, omnis congregátio pópuli:

℟. Effúndite coram illo corda veſtra. *Pſ.* 61.

AD NONAM.

Ant. 8. c. Factus eſt.

PSALMUS 81.

Diis terræ excelſior Deus, omnium Judex : ad eum fiducialiter confugit humilis.

DEus ſtetit in ſynagóga deórum : * in médio autem deos dijúdicat.

Uſquequò judicátis iniquitátem, * & fácies peccatórum ſúmitis?

Judicáte egéno & pupillo : * húmilem & páuperem juſtificáte.

Erípite páuperem, * & egénum de manu peccatóris liberáte.

Neſciérunt, neque intellexérunt, in ténebris ámbulant : * movebuntur ómnia fundamenta terræ.

Ego dixi : Dii eſtis, * & fílii Excelſi omnes.

Vos autem ſicut hómines moriémini, * & ſicut unus de princípibus cadétis.

Surge, Deus, júdica terram; * quóniam tu hæreditábis in ómnibus géntibus.

PSALMUS 93.

Eccleſia, inter hujus mundi procellas, auxilium fiducialiter petit à Deo ſuperborum everſore.

DEus ultiónum Dóminus, * Deus ultiónum líberè egit.

Exaltáre, qui júdicas terram : * redde retributiónem ſuperbis.

Uſquequò peccatóres, Dómine, * uſquequò peccatóres gloriabuntur?

Effabuntur & loquentur iniquitátem, * loquentur omnes qui operantur injuſtítiam?

Pópulum tuum, Dómine, humiliavérunt, * & hæreditátem tuam vexavérunt.

Víduam & ádvenam interfecérunt, * & pupillos occidérunt.

Et dixérunt : Non vidébit Dóminus, * nec intélliget Deus Jacob.

Intellígite, insipientes in pópulo; * & ſtulti, aliquando ſápite.

Qui plantávit aurem, non áudiet? * aut qui finxit óculum, non cónſiderat?

Qui córripit gentes, non árguet? * qui docet hóminem ſciéntiam?

Dóminus ſcit cogitatiónes hóminum, * quóniam vanæ ſunt.

Diviſio Pſalmi 93.

BEátus homo, quem tu erudíeris, Dómine, * & de lege tua docúeris eum;

Ut mítiges ei à diébus malis, * donec fodiátur peccatóri fóvea.

Quia non repellet Dóminus plebem ſuam, * & hæreditátem ſuam non derelinquet;

Quoadúſque juſtítia convertátur in judícium, * & qui juxtà illam omnes qui recto ſunt corde.

Quis conſurget mihi adversùs malignantes? * aut quis ſtabit mecum adversùs operantes iniquitátem?

Niſi quia Dóminus adjúvit me, * paulò minùs habitaſſet in inferno ánima mea.

Si dicébam: Motus eſt pes meus; * miſericórdia tua, Dómine, adjuvábat me.

Secundùm multitúdinem dolórum meórum in corde meo, * conſolatiónes tuæ lætificavérunt ánimam meam.

Numquid adhæret tibi ſedes iniquitátis, * qui fingis labórem in præcepto?

Captábunt in ánimam juſti, * & ſánguinem innocentem condemnábunt.

Et factus eſt mihi Dóminus in refúgium, * & Deus meus in adjutórium ſpei meæ.

Et reddet illis iniquitátem ipſórum; & in malítia eórum diſperdet eos: * diſperdet illos Dóminus Deus noſter.

Ant. Factus eſt mihi Dóminus in refúgium, & Deus meus in adjutórium ſpei meæ. *Pſ.* 93.

CAPITULUM. *Hebr.* 10.

NOlíte amíttere confidéntiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem: patiéntia enim vobis neceſſaria eſt; ut voluntátem Dei facientes, reportétis promiſſiónem.

℟. *br.* Bonum eſt confídere in Dómino, * Quàm confídere in hómine. Bonum eſt. ℣. Bonum eſt * ſperáre in Dómino, * Quàm. Glória Patri. Bonum eſt. *Pſ.* 117.

℣. Mihi adhærére Deo bonum eſt, ℟. Pónere in Dómino Deo ſpem meam. *Pſ.* 72.

AD VESPERAS.

Ant. 7. d. Oculi noſtri.

PSALMUS 122.

Mens in Deum erigenda tempore tribulationis.

AD te levávi óculos meos, * qui hábitas in cœlis.

Ecce ſicut óculi ſervórum in mánibus dominórum ſuórum, * ſicut óculi ancillæ in mánibus dóminæ ſuæ:

Ita óculi noſtri ad Dóminum Deum noſtrum, * donec miſereátur noſtrî.

Miſerére noſtrî, Dómine, miſerére noſtrî; * quia multum repléti ſumus deſpectióne;

Quia multùm repléta eſt ánima noſtra: * oppróbrium abundántibus, & deſpéctio ſuperbis.

Ant. Oculi noſtri ad Dóminum Deum noſtrum, donec miſereátur noſtrî.

Ant. 5. a. Qui confídunt in Dómino.

PSALMUS 124.

Fidelium Deus ipſe tutela : iniqui perituri.

QUi confídunt in Dómino, ſicut mons Sion : * non commovébitur in æternum, qui hábitat in Jerúſalem.

Montes in circúitu ejus, & Dóminus in circúitu pópuli ſui, * ex hoc nunc, & uſque in ſéculum ;

Quia non relinquet Dóminus virgam peccatórum ſuper ſortem juſtórum ; * ut non extendant juſti ad iniquitátem manus ſuas.

Bénefac, Dómine, bonis, * & rectis corde.

Declinantes autem in obligatiónes addúcet Dóminus cum operántibus iniquitátem : * pax ſuper Iſraël.

Ant. Qui confídunt in Dómino, ſicut mons Sion : non commovébitur in æternum, qui hábitat in Jerúſalem.

Ant. 8. c. Beátus vir.

PSALMUS 126.

Vani labores hominum quibus Deus non opitulatur.

NIſi Dóminus ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædíficant eam.

Niſi Dóminus cuſtodíerit civitátem, * fruſtrà vígilat qui cuſtódit eam.

Vanum eſt vobis ante lucem ſúrgere : * ſúrgite, poſtquam ſedéritis, qui

manducátis paner
ris.

Cùm déderit dil
ſomnum : * ecce h
Dómini, fílii ;
fructus ventris.

Sicut ſagittæ i
potentis, * ita fíli
ſórum.

Beátus vir qui i
deſidérium ſuum ex
non confundétur
loquétur inimícis
porta.

Ant. Beátus vir
plévit deſidérium
non confundétur,
quétur inimícis ſui

Ant. 1. a. Suſtín

PSALMUS

Oratio pœnitentis à Deo per Chriſtu centis.

DE profundis c
ad te, Dómi
Dómine, exaudi
meam.

Fiant aures tuæ
dentes * in vocem
catiónis meæ.

Si iniquitátes o
veris, Dómine ; *
ne, quis ſuſtinébit

Quia apud te pr
tio eſt, * & prop
gem tuam ſuſtínui t
mine.

Suſtínuit ánima
verbo ejus : * ſperá
ma mea in Dómino

A cuſtódia matut
que ad noctem *
Iſraël in Dómino ;

Quia apud Dómini

ſericórdia, * & copióſa apud eum redémptio.

Et ipſe rédimet Iſraël * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Ant. Suſtínuit ánima mea in verbo ejus: ſperávit ánima mea in Dómino.

Ant. 4. a. Speret.

PSALMUS 130.

Non in ſe, ſed in Deo, ſperandum eſt.

DOmine, non eſt exaltátum cor meum, * neque eláti ſunt óculi mei;

Neque ambulávi in magnis, * neque in mirabílibus ſuper me.

Si non humíliter ſentiébam, ſed exaltávi ánimam meam: * ſicut ablactátus eſt ſuper matre ſua, ita retribútio in ánima mea.

Speret Iſraël in Dómino, * ex hoc nunc, & uſque in ſéculum.

Ant Speret Iſraël in Dómino.

CAPITULUM. *Rom.* 15.

DEus ſpei répleat vos omni gáudio & pace in credendo; ut abundétis in ſpe, & virtúte Spíritûs ſancti.

HYMNUS.

HOrres ſuperbos, nec tuam
Das álteri laudem, Deus:
Humána nil iſthinc ſibi
Decerpat arrogántia.

Ingráta quippe mens tuæ
Fluenta ſiſtit grátiæ;
Triſtique marceſcit ſtatim,
Ceu gramen exuſtum ſiti.

Ut ſervus in manus heri
Intenta figit lúmina;
Sic ora ſacris móntibus
Non dimovémus ánxii.

Deſiderátam ſi dare
Opem moráris; ſpes tamen,
Tenácis inſtar ánchoræ,
Immóta fundat péctora.

Sit ſumma Patri glória:
Sit ſumma Nato, qui dedit
Nobis futúræ Spíritum
Hæreditátis óbſidem.
Amen.

℣. A cuſtódia matutína uſque ad noctem. ℟. Speret Iſraël in Dómino. *Pſ.* 129.

Ad Magníficat.

Ant. 8. G. Miſericórdia ejus à progénie in progénies timéntibus eum. *Luc.* 1.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 4. E. Conſerva me.

PSALMUS 10.

Animæ in Deo confidentis ſecuritas.

IN Dómino confído; * quómodò dícitis ánimæ meæ: Tránſmigra in montem ſicut paſſer?

Quóniam ecce peccatóres intendérunt arcum, paravérunt ſagittas ſuas in pháretra; * ut ſagittent in obſcúro rectos corde.

Quóniam quæ perfeciſti, deſtruxérunt: * juſtus autem quid fecit?

Dóminus in templo ſancto ſuo: * Dóminus in cœlo ſedes ejus.

Oculi ejus in páuperem reſpíciunt: * pálpebræ ejus intérrogant fílios hóminum.

Dóminus intérrogat juſ-

tum & ímpium : * qui autem díligit iniquitátem, odit ánimam ſuam.

Pluet ſuper peccatóres láqueos : * ignis, & ſulphur, & ſpíritus procellárum, pars cálicis eórum.

Quóniam juſtus Dóminus, & juſtítias diléxit : * æquitátem vidit vultus ejus.

PSALMUS 13.

Impii fruſtrà ſibi dicunt Deum non eſſe. Chriſti adventus poſtulatur.

DIxit insípiens in corde ſuo : * Non eſt Deus.

Corrupti ſunt, & abominábiles facti ſunt in ſtúdiis ſuis : * non eſt qui fáciat bonum, non eſt uſquè ad unum.

Dóminus de cœlo proſpexit ſuper fílios hóminum, * ut vídeat ſi eſt intélligens, aut requírens Deum.

Omnes declinavérunt, ſimul inútiles facti ſunt : * non eſt qui fáciat bonum, non eſt uſquè ad unum.

Sepulcrum patens eſt guttur eórum ; linguis ſuis dolósè agébant : * venénum áſpidum ſub lábiis eórum.

Quorum os maledictióne & amaritúdine plenum eſt : * velóces pedes eórum ad effundendum ſánguinem.

Contrítio & infelícitas in viis eórum, & viam pacis non cognovérunt : * non eſt timor Dei ante óculos eórum.

Nonne cognoſcent om-

nes qui operantur
tátem, * qui dévor
bem meam ſicut
panis ?

Dóminum non i
vérunt : illic trepid
timóre, ubi non
mor ; * quóniam D
in generatióne juſta

Conſílium ínopis
diſtis, * quóniam
nus ſpes ejus eſt.

Quis dabit ex Sic
táre Iſraël ? * cùm
rit Dóminus captiv
plebis ſuæ, exultá
cob, & lætábitur I

PSALMUS

Chriſti pro nobis p
oratio cum ſpe reſur

COnſerva me, D
* quóniam ſperáv

Dixi Dómino :
meus es tu ; * quóni
nórum meórum nor

Sanctis qui ſunt i
ejus, * mirificávit
voluntátes meas in

Multiplicátæ ſunt
mitátes eórum : *
acceleravérunt.

Non congregábo
ventícula eórum de
guínibus ; * nec n
ero nóminum eórum
lábia mea.

Dóminus pars hæ
tis meæ & cálicis m
tu es qui reſtítues h
tátem meam mihi.

Funes cecidérunt n
præcláris : * étenim
ditas mea præclára eſt

Benedícam Dómin

ihi intellectum : *
k uſque ad noctem
runt me renes mei.
débam Dóminum
ectu meo ſemper ; *
ı à dextris eſt mihi ,
nóvear.
er hoc lætátum eſt
m , & exultávit lin-
ı : * ínſuper & caro
uieſcet in ſpe ;
iam non derelin-
imam meam in in-
* nec dabis Sanc-
um vidére corrup-
.
s mihi feciſti vias
adimplébis me lætí-
vultu tuo : * delec-
s in déxtera tua uſ-
finem.
Conſerva me , Dó-
quóniam ſperávi in
15.
IA QUINTA.
FFICIUM NOCT.
. Deum ex fide juſ-
em : * Veníte , ado-
Rom. 3.
. 94. Veníte. 2.
HYMNUS.
m creáti flúctibus
es natant , volant
es :
que mortáli genus
r eſca córpori.
ti ſed æternæ cibus
ır alter : hæc Dei
ne vivit : hanc fovet
is & nutrit fides.
ſíta Chriſti ſánguine
it in terras fides ,
iárum péctora
; ſubégit géntium.

Fax illa puris córdibus
Monſtráre cœlos éfficax ,
Æterna dignis íncitat
Factis meréri præmia.
Sancti Leónum, per fidem,
Mulsêre rugítus : truces
Fregêre regnantûm minas ;
Risêre ſtridentes rogos.
Hâc luce ſignátum, Deus,
Calcáre dona trámitem ,
Et caritátis úberes
Fructus eundo cárpere.
Incomprehenſa Trínitas,
Quam credit & colit fides,
Tibi decus , laus , glória ,
Nunc,& per omne ſeculum.
Amen.

Ant. 3. g. Beáta gens.

PSALMUS 19.

Chriſti ſacrificium pro ſuis acceptari plebs fidelis poſcit.

EXáudiat te Dóminus in die tribulatiónis : * prótegat te nomen Dei Jacob

Mittat tibi auxílium de ſancto , * & de Sion tueátur te.

Memor ſit omnis ſacrifícii tui ; * & holocauſtum tuum pingue fiat.

Tríbuat tibi ſecundùm cor tuum , * & omne conſílium tuum confirmet.

Lætábimur in ſalutári tuo , * & in nómine Dei noſtri magnificábimur.

Impleat Dóminus omnes petitiónes tuas : * nunc cognóvi quóniam ſalvum fecit Dóminus Chriſtum ſuum.

Exáudiet illum de cœlo ſancto ſuo : * in potentáti-

bus ſalus déxteræ ejus.

Hi in cúrribus, & hi in equis; * nos autem in nómine Dómini Dei noſtri invocábimus.

Ipſi obligáti ſunt, & cecidérunt: * nos autem ſurréximus, & erecti ſumus.

Dómine, ſalvum fac Regem; * & exaudi nos in die quâ invocavérimus te.

PSALMUS 32.

Plebs fidelis ad Dei laudem invitatur, ob mundi creationem & redemptionem.

EXultáte, juſti, in Dómino: * rectos decet collaudátio.

Confitémini Dómino in cíthara: * in pſaltério decem chordárum pſállite illi.

Cantáte ei cánticum novum: * benè pſállite ei in vociferatióne.

Quia rectum eſt verbum Dómini, * & ómnia ópera ejus in fide.

Diligit miſericórdiam & judícium: * miſericórdiâ Dómini plena eſt terra.

Verbo Dómini cœli firmáti ſunt; * & ſpíritu oris ejus omnis virtus eórum.

Cóngregans ſicut in utre aquas maris, * ponens in theſauris abyſſos.

Tímeat Dóminum omnis terra; * ab eo autem commoveantur omnes inhabitantes orbem:

Quóniam ipſe dixit, & facta ſunt; * ipſe mandávit, & creáta ſunt.

Dóminus diſſipat conſília géntium: * re autem cogitatiónes lórum, & réprobat lia príncipum.

Conſílium autem I in æternum manet gitatiónes cordis eju neratiónem & gen nem.

Diviſio Pſalmi :

BEáta gens, cu Dóminus Deus populus quem elégi reditátem ſibi.

De cœlo reſpéxit nus: * vidit omne hóminum.

De præparáto hab ſuo * reſpéxit ſuper qui hábitant terram

Qui finxit ſingilláti da eórum: * qui in ómnia ópera eórum

Non ſalvátur rex p tam virtútem; * & non ſalvábitur in m dine virtútis ſuæ.

Fallax equus ad ſal * in abundántia aute tútis ſuæ non ſalváb

Ecce óculi Dómin metuentes eum, * eis qui ſperant ſuper ricórdia ejus;

Ut éruat à mort mas eórum, * & al in fame.

Anima noſtra ſ Dóminum; * quónia jútor & protector noſ

Quia in eo lætábit noſtrum, * & in n ſancto ejus ſperávim

Fiat miſericórdia

Dómine, ſuper nos, * quemádmodùm ſperávimus in te.

Ant. Beáta gens, cujus eſt Dóminus Deus ejus: pópulus quem elégit in hæreditátem ſibi. *Pſ.* 32.

Ant. 4. A. Dóminus.

PSALMUS 67.

Carmen fidei de Chriſti & Eccleſiæ victoriis ab Aſcenſione Chriſti uſquè ad ultimum ejus adventum.

EXurgat Deus, & diſſipentur inimíci ejus; * & fúgiant, qui odérunt eum, à fácie ejus.

Sicut déficit fumus, deficiant: * ſicut fluit cera à fácie ignis, ſic péreant peccatóres à fácie Dei.

Et juſti épulentur, & exultent in conſpectu Dei, * & delectentur in lætítia.

Cantáte Deo, pſalmum dícite nómini ejus: * iter fácite ei qui aſcendit ſuper occáſum.

Dóminus nomen illi: * exultáte in conſpectu ejus.

Turbabuntur à fácie ejus, * patris orphanórum, & júdicis viduárum.

Deus in loco ſancto ſuo: * Deus qui inhabitare facit unius moris in domo.

Qui edúcit vinctos in fortitúdine, * ſimíliter eos qui exáſperant, qui hábitant in ſepulcris.

Deus, cùm egrederéris in conſpectu pópuli tui, * cùm pertranſíres in deſerto;

Terra mota eſt; * étenim cœli diſtillavérunt à fácie Dei Sinaï, à fácie Dei Iſraël.

Plúviam voluntáriam ſegregábis, Deus, hæreditáti tuæ: * & infirmáta eſt, tu verò perfeciſti eam.

Animália tua habitábunt in ea: * paraſti in dulcédine tua páuperi, Deus.

Diviſio Pſalmi 67.

DOminus dabit verbum evangelizántibus, * virtúte multá.

Rex virtútum, dilecti dilecti: * & ſpeciéi domûs divídere ſpólia.

Si dormiátis inter médios cleros, pennæ columbæ deargentátæ; * & poſterióra dorſi ejus in pallóre auri.

Dùm diſcernit cœleſtis reges ſuper eam, * nive dealbabuntur in Selmon.

Mons Dei, mons pinguis: * mons coagulatus, mons pinguis.

Ut quid ſuſpicámini montes coagulátos? * mons in quo beneplácitum eſt Deo habitáre in eo: étenim Dóminus habitábit in finem.

Currus Dei decem míllibus múltiplex, míllia lætántium: * Dóminus in eis in Sina, in ſancto.

Aſcendiſti in altum, cepiſti captivitátem: * accepiſti dona in homínibus.

Etenim non credentes, * inhabitáre Dóminum Deum.

Benedictus Dóminus die

quotídiè : * próſperum iter fáciet nobis Deus ſalutárium noſtrórum.

Deus noſter, Deus ſalvos faciendi ; * & Dómini Dómini éxitus mortis.

Verúmtamen Deus confringet cápita inimicórum ſuórum, * vérticem capilli perambulántium in delictis ſuis.

Dixit Dóminus : Ex Baſan convertam, * convertam in profundum maris ;

Ut intingátur pes tuus in ſánguine, * lingua canum tuórum ex inimícis ab ipſo.

Altera diviſio Pſalmi 67.

VIdéruut ingreſſus tuos, Deus, * ingreſſus Dei mei, Regis mei qui eſt in ſancto.

Prævenérunt príncipes conjuncti pſalléntibus, * in médio juvenculárum tympaniſtriárum.

In eccléſiis benedícite Deo Dómino, * de fóntibus Iſraël.

Ibi Bénjamin adoleſcéntulus in mentis exceſſu : * príncipes Juda, duces eórum ; príncipes Zabúlon, príncipes Néphthali.

Manda Deus, virtúti tuæ : confirma hoc, Deus, quod operátus es in nobis à templo tuo in Jeruſalem : * tibi ófferent reges múnera.

Increpa feras arúndinis ; congregátio taurórum in vaccis populórum, * ut exclúdant eos qui probáti ſunt argento.

Díſſipa gentes qua
volunt : * vénient
ex Ægypto ; Æt
prævéniet manus eju

Regna terræ, c
Deo ; pſállite Dóm
pſállite Deo, qui a
ſuper cœlum cœli ad
tem.

Ecce dabit voci ſ
cem virtútis : * da
riam Deo.

Super Iſraël magi
tia ejus, * & virtus
núbibus.

Mirábilis Deus in
ſuis ; Deus Iſraël ipſ
virtútem & fortit
plebi ſuæ : * ben
Deus.

Ant. Dóminus
verbum evangelizán
Deus Iſraël ipſe dal
titúdinem plebi ſua

Ant. 8. G. Dóm:

PSALMUS

Miſericordia &
Dei in populum ſuu
brandæ. Promiſſion
Chriſto & Eccleſiæ ſ
mutabiles ſunt, nec
ſis hujus vitæ del
hinc firmatur fides

MIſericórdias D
in æternum c

In generatiónem
ratiónem * annunt
ritátem tuam in o

Quóniam dixiſti :
num miſericórdia
bitur in cœlis, * p
bitur véritas tua in

Diſpóſui te
tum electis meis

rávi David ſermo meo :
Uſque in æternum præparábo ſemen tuum ; * & ædificábo in generatiónem & generatiónem ſedem tuam.
Confitebuntur cœli mirabília tua, Dómine ; * étenim veritátem tuam in ecclésia ſanctórum.
Quóniam quis in núbibus æquábitur Dómino ? * símilis erit Deo in fíliis Dei ?
Deus, qui glorificátur in concílio ſanctórum ; * magnus & terríbilis ſuper omnes qui in circúitu ejus ſunt.
Dómine Deus virtútum, quis símilis tibi ? * potens es, Dómine ; & véritas tua in circúitu tuo.
Tu domináris poteſtáti maris ; * motum autem fluctuum ejus tu mítigas.
Tu humiliaſti ſicut vulnerátum, ſuperbum : * in bráchio virtútis tuæ diſperſiſti inimícos tuos.
Tui ſunt cœli, & tua eſt terra : * orbem terræ & plenitúdinem ejus tu fundaſti ;
Aquilónem & mare tu creaſti : * Thabor & Hermon in nómine tuo exultábunt.
Tuum bráchium cum poténtia : * firmétur manus tua, & exaltétur déxtera tua.
Juſtítia & judícium præparátio ſedis tuæ ; * miſericórdia & véritas præcédent fáciem tuam.

Diviſio Pſalmi 88.

Beátus pópulus qui ſcit jubilatiónem : * Dómine, in lúmine vultûs tui ambulábunt ;
Et in nómine tuo exultábunt totâ die, * & in juſtítia tua exaltabuntur ;
Quóniam glória virtútis eórum tu es, * & in beneplácito tuo exaltábitur cornu noſtrum.
Quia Dómini eſt aſſúmptio noſtra, * & Sancti Iſraël regis noſtri.
Tunc locútus es in viſióne ſanctis tuis, & dixiſti : * Póſui adjutórium in potente, & exaltávi electum de plebe mea.
Invéni David ſervum meum : * óleo ſancto meo unxi eum.
Manus enim mea auxiliábitur ei, * & bráchium meum confortábit eum.
Nihil profíciet inimícus in eo, * & fílius iniquitátis non appónet nocére ei.
Et concídam à fácie ipſíus inimícos ejus, * & odientes eum in fugam convertam.
Et véritas mea & miſericórdia mea cum ipſo ; * & in nómine meo exaltábitur cornu ejus.
Et ponam in mari manum ejus, * & in flumínibus déxteram ejus.
Ipſe invocábit me : Pater meus es tu, * Deus meus, & ſuſceptor ſalútis meæ.
Et ego primogénitum

ponam illum, * excelſum præ régibus terræ.

In æternum ſervábo illi miſericórdiam meam, * & teſtamentum meum fidéle ipſi;

Et ponam in ſéculum ſéculi ſemen ejus, * & thronum ejus ſicut dies cœli.

Si autem derelíquerint fílii ejus legem meam, * & in judíciis meis non ambuláverint;

Si juſtítias meas profanáverint, * & mandáta mea non cuſtodíerint;

Viſitábo in virga iniquitátes eórum, * & in verbéribus peccáta eórum.

Miſericórdiam autem meam non diſpergam ab eo, * neque nocébo in veritáte mea;

Neque profanábo teſtamentum meum; * & quæ procédunt de lábiis meis, non fáciam írrita.

Altera diviſio Pſalmi 88.

SEmel jurávi in ſancto meo, * ſi David méntiar:

Semen ejus in æternum manébit; * & thronus ejus ſicut ſol in conſpectu meo,

Et ſicut luna perfecta in æternum, * & teſtis in cœlo fidélis.

Tu verò repuliſti & deſpexiſti, * diſtuliſti Chriſtum tuum.

Evertiſti teſtamentum ſervi tui: * profanaſti in terra ſanctuárium ejus.

Deſtruxiſti omnes ſepes ejus: * poſuiſti firmamentum ejus formídinem.

Diripuérunt eum omnes tranſeuntes viam: * factus eſt oppróbrium vicínis ſuis.

Exaltaſti déxteram depriméntium eum: * lætificaſti omnes inimícos ejus.

Avertiſti adjutórium gládii ejus, * & non es auxiliátus ei in bello.

Deſtruxiſti eum ab emundatióne; * & ſedem ejus in terram colliſiſti.

Minoraſti dies témporis ejus: * perfudiſti eum confuſióne.

Uſquequò, Dómine, avertis in finem? * exardéſcet ſicut ignis ira tua?

Memoráre quæ mea ſubſtántia: * numquid enim vanè conſtituiſti omnes fílios hóminum?

Quis eſt homo qui vivet, & non vidébit mortem; * éruet ánimam ſuam de manu ínferi?

Ubi ſunt miſericórdiæ tuæ antíquæ, Dómine, * ſicut juraſti David in veritáte tua?

Memor eſto, Dómine, oppróbrii ſervórum tuórum, * quod contínui in ſinu meo, multárum géntium;

Quòd exprobravérunt inimíci tui, Dómine, * quòd exprobravérunt commutatiónem Chriſti tui.

Benedictus Dóminus in æternum: * fiat, fiat.

Ant. Dómine, in lúmine vultûs tui ambulábunt, & in nómine tuo exultábunt totâ die, & in juſtítia tua exaltábuntur.

℣. Ténebræ non obſcurabuntur à te, Dómine; ℟. Et nox ſicut dies illuminábitur. *Pſ.* 138.

Pater noſter.

℣. *Sacerd.* Cognoſcant quia nomen tibi Dóminus: ℟. Tu ſolus Altíſſimus in omni terra. *Pſ.* 82.

AD LAUDES.

Ant. 4. *E.* Audi.

PSALMUS 80.

In Deo lætandum, qui fideles ſuos cibat ex adipe frumenti cæleſtis & de petra melle divino ſaturat.

EXultáte Deo adjutóri noſtro: * jubiláte Deo Jacob.

Súmite pſalmum, & date tympanum, * pſaltérium jucundum cum cíthara.

Buccináte in Neoménia tubâ, * in inſigni die ſolemnitátis veſtræ;

Quia præceptum in Iſraël eſt, * & judícium Deo Jacob.

Teſtimónium in Joſeph póſuit illud, cùm exíret de terra Ægypti: * linguam quam non nóverat, audívit.

Divertit ab onéribus dorſum ejus: * manus ejus in cóphino ſerviérunt.

In tribulatióne invocaſti me, & liberávi te: * exaudívi te in abſcóndito tempeſtátis: probávi te apud aquam contradictiónis.

Audi, pópulus meus, & conteſtábor te: * Iſraël, ſi audíeris me, non erit in te deus recens, neque adorábis deum aliénum.

Ego enim ſum Dóminus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti: * diláta os tuum, & implébo illud.

Et non audívit pópulus meus vocem meam; * & Iſraël non intendit mihi.

Et dimíſi eos ſecundùm deſidéria cordis eórum: * ibunt in adinventiónibus ſuis.

Si pópulus meus audiſſet me; * Iſraël ſi in viis meis ambulaſſet;

Pro nihilo fórſitan inimícos eórum humiliaſſem, * & ſuper tribulántes eos miſiſſem manum meam.

Inimíci Dómini mentiti ſunt ei; * & erit tempus eórum in ſécula.

Et cibávit eos ex ádipe frumenti; * & de petra, melle ſaturávit eos.

Ant. Audi, pópulus meus, & conteſtábor te: ego ſum Dóminus Deus tuus.

Ant. 1. g. Parátum.

PSALMUS 107.

Chriſtus in Patrem ſuum fidens, reſurrectionem ſuam & regni ſui dilatationem prænuntiat.

PArátum cor meum, Deus, parátum cor meum: * cantábo & pſallam in glória mea.

Exurge, glória mea; exurge, pſaltérium & cíthara: * exurgam dilúculo.

Confitébor tibi in pópulis, Dómine, * & pſallam tibi in natiónibus;

Quia magna eſt ſuper cœlos miſericórdia tua, * & uſque ad nubes véritas tua.

Exaltáre ſuper cœlos, Deus; * & ſuper omnem terram glória tua.

Ant. Parátum cor meum, Deus; exurgam dilúculo: confitébor tibi, Dómine.

Ant. 6. Dómine.

Dviſio Pſalmi 107.

UT liberentur dilecti tui, [Dómine:] * ſalvum fac déxterâ tuâ, & exaudi me.

Deus locútus eſt in ſancto ſuo: * exultábo, & dívidam Síchimam, & convallem tabernaculórum dimétiar.

Meus eſt Gálaad, & meus eſt Manaſſes; * & Ephraïm ſuſcéptio cápitis mei.

Juda rex meus: * Moab lebes ſpei meæ.

In Idumæam extendam calceamentum meum: * mihi alienígenæ amíci facti ſunt.

Quis dedúcet me in civitátem munítam? * quis dedúcet me uſque in Idumæam?

Nonne tu, Deus, qui repuliſti nos? * & non exíbis, Deus, in virtútibus noſtris?

Da nobis auxílium de tribulatióne, * quia vana ſalus hóminis.

In Deo faciémus virtútem: * & ipſe ad níhilum dedúcet inimícos noſtros.

Ant. Dómine, vana ſalus hóminis: in Deo faciémus virtútem.

Ant. 8. c. Deus.

In Feriis, CANTICUM ANNÆ. 1. *Reg.* 2.

Supremam Dei poteſtatem laudans de Eccleſia & Chriſto prophetat.

EXultávit cor meum in Dómino, * & exaltátum eſt cornu meum in Deo meo.

Dilatátum eſt os meum ſuper inimícos meos; * quia lætáta ſum in ſalutári tuo.

Non eſt ſanctus, ut eſt Dóminus; neque enim eſt álius extra te: * & non eſt fortis ſicut Deus noſter.

Nolíte multiplicáre loqui ſublímia, gloriantes: * recédant vétera de ore veſtro;

Quia Deus ſcientiárum Dóminus eſt, * & ipſi præparantur cogitatiónes.

Arcus fortium ſuperátus eſt; * & infirmi accincti ſunt róbore.

Repléti priùs pro pánibus ſe locavérunt; * & famélici ſaturáti ſunt:

Donec ſtérilis péperit plúrimos; * & quæ mul-

ıbébat fílios , infir-
eſt.
ninus mortíficat , &
at : * dedúcit ad ín-
& redúcit.
ninus páuperem fa-
: ditat : * humíliat ,
levat.
:itat de púlvere egé-
& de ſtércore éle-
ıperem ;
ſédeat cum princípi-
* & ſólium glóriæ
t.
mini enim ſunt cár-
terræ , * & póſuit
eos orbem.
les ſanctórum ſuórum
ɔit , & ímpii in téne-
conticeſcent ; * quia
n fortitúdine ſua ro-
ɔitur vir.
minum formidábunt
sárii ejus ; * & ſuper
in cœlis tonábit.
minus judicábit fines
, & dabit impérium
ùo , * & ſublimábit
ı chriſti ſui.
t. Deus ſcientiárum
inus eſt , & ipſi præ-
ıtur cogitatiónes.
'eſtis, CANTICUM.
1. *Paral.* 29.
nticum fidei de ſupre-
Dei majeſtate.
:nedíctus es, Dómine,
Deus Iſraël patris noſ-
* ab ætérno in æter-
.
ıa eſt , Dómine , mag-
éntia , & poténtia , &
a , atque victória ; *
bi laus.

Cuncta enim quæ in cœlo ſunt & in terra , * tua ſunt.

Tuum , Dómine , regnum ; * & tu es ſuper omnes príncipes.

Tuæ divítiæ , & tua eſt glória : * tu domináris ómnium.

In manu tua virtus & poténtia : * in manu tua magnitúdo , & impérium ómnium.

Nunc ígitur , Deus noſter , confitémur tibi , * & laudámus nomen tuum ínclytum.]

Ant. 5. a. Annuntiat Dóminus.

PSALMUS 147.

Laudandus Deus ob ſua in populum ſuum beneficia.

LAúda , Jerúſalem , Dóminum : * lauda Deum tuum , Sion ;

Quóniam confortávit ſeras portárum tuárum , * benedixit fíliis tuis in te ;

Qui póſuit fines tuos pacem , * & ádipe frumenti sátiat te.

Qui emittit elóquium ſuum terræ , * velóciter currit ſermo ejus ;

Qui dat nivem ſicut lanam , * nébulam ſicut cínerem ſpargit.

Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas : * ante fáciem frígoris ejus quis ſuſtinébit ?

Emittet verbum ſuum , & liquefáciet ea : * flabit ſpíritus ejus , & fluent aquæ.

Qui annúntiat verbum ſuum Jacob, * juſtítias & judícia ſua Iſraël;

Non fecit táliter omni natióni, * & judícia ſua non manifeſtávit eis.

Ant. Annúntiat Dóminus verbum ſuum Jacob, & judícia ſua Iſraël: non fecit táliter omni natióni.

CAPITULUM. 1. *Petr.* 2.

VOs genus electum, regále ſacerdótium, gens ſancta, pópulus acquiſitiónis; ut virtútes annuntiétis ejus qui de ténebris vos vocávit in admirábile lumen ſuum.

HYMNUS.

DIgnas, quis, ô Deus, tibi
Laudes rependat, qui tuo
Pellis tenébras lúmine,
Salútis & monſtras viam?
Tu, quam jubes, donas fidem;
Hæc cúltui præeſt tuo;
Hæc mentis errores fugat;
Hæc corda ſursùm dírigit.
Te deſtitúta ſpíritu
Nil pompa ſacrórum juvat:
Secréta puri blándiis
Tibi litábunt péctoris.
Vox indè cordi cónſona
Vectígal exolvet ſuum,
Et ad ſalútem líbero
Prométur ore véritas.
O, qui ſuperbos réſpuis,
Et símplices amas, Deus,
Ut creſcat in nobis fides,
Cordis tumórem cómprime.
Sit ſumma Patri glória:
Sit ſumma Nato, (
dem
Cruóre fundávit ſuo
Par ſit tibi laus, Sp
Amen.

℣. Declarátio ſerm tuórum illúminat, : intellectum dat pá *Pſ.* 118.

Ad Benedictus

Ant. 3. a. Tu, Prophéta Altíſſimi beris, ad dandam tiam ſalútis plebi eju: 1.

AD PRIMA

Ant. 3. *a.* Illúmin

PSALMUS (

Lumen fidei cuncti pulos ad Deum per tum adducet.

DEus miſereátı trî, & ben nobis: * i net vultum ſuum ſup & miſereátur noſtrî

Ut cognoſcámus ir viam tuam, * in ón géntibus ſalutáre tuı

Confiteantur tibi p Deus, confiteantur ti puli omnes: * læten exultent gentes.

Quóniam júdicas los in æquitáte, * & tes in terra dírigis.

Confiteantur tibi p Deus, confiteantuı pópuli omnes: * dedit fructum ſuum.

Benedícat nos, I Deus noſter, benedíc Deus; * & métuanı omnes fines terræ.

PSALMUS 89.

Inter hujus mundi viciſſitudines & adverſa, fides Deo æterno adhæret, & inde ſolatium ſumit.

DOmine, refúgium factus es nobis, * à generatióne in generatiónem.

Priuſquàm montes fierent, aut formarétur terra & orbis; * à ſéculo & uſque in ſæculum tu es Deus.

Ne avertas hóminem in humilitátem; * & dixiſti: Convertímini, fílii hóminum.

Quóniam mille anni ante óculos tuos, * tanquam dies heſterna quæ prætériit, & cuſtódia in nocte.

Quæ pro níhilo habentur, eórum anni erunt: * mane ſicut herba tránſeat.

Mane flóreat & tránſeat: * véſpere décidat, indúret & areſcat;

Quia defécimus in ira tua, * & in furóre tuo turbáti ſumus.

Poſuiſti iniquitátes noſtras in conſpectu tuo, * ſæculum noſtrum in illuminatióne vultûs tui;

Quóniam omnes dies noſtri defecérunt, & in ira tua defécimus: * anni noſtri ſicut aránea meditabuntur.

Dies annórum noſtrórum in ipſis ſeptuaginta anni; * ſi autem in potentátibus, octoginta anni:

Et ámplius eórum labor & dolor; * quóniam ſupervénit manſuetúdo, & corripiémur.

Diviſio Pſalmi 89.

QUis novit poteſtátem iræ tuæ, * & præ timóre tuo iram tuam dinumeráre?

Déxteram tuam ſic notam fac, * & erudítos corde in ſapiéntia.

Convértere, Dómine, úſquequò? * & deprecábilis eſto ſuper ſervos tuos.

Repléti ſumus mane miſericórdiâ tuâ; * & exultávimus, & delectáti ſumus ómnibus diébus noſtris.

Lætáti ſumus pro diébus quibus nos humiliaſti, * annis quibus vídimus mala.

Réſpice in ſervos tuos, & in ópera tua; * & dírige fílios eórum.

Et ſit ſplendor Dómini Dei noſtri ſuper nos: * & ópera mánuum noſtrárum dírige ſuper nos; * & opus mánuum noſtrárum dírige.

Ant. Illúminet Dóminus vultum ſuum ſuper nos; ut cognoſcámus in terra viam tuam, Dómine. *Pſ.* 66.

AD TERTIAM.

Ant. 4. E. Credo.

PSALMUS 26.

Deus in Chriſto fidelium lumen & ſalus. Auxilium ejus adversùs hoſtes poſcitur.

DOminus illuminátio mea, & ſalus mea; * quem timébo.

Dóminus protector vitæ meæ; * à quo trepidábo?

Dum appróniant ſuper me nocentes, * ut edant carnes meas.

Qui tríbulant me inimíci mei, * ipſi infirmáti ſunt & cecidérunt.

Si conſiſtant adversùm me caſtra, * non timébit cor meum.

Si exurgat adversùm me prælium, * in hoc ego ſperábo.

Unam pétii à Dómino, hanc requíram, * ut inhábitem in domo Dómini ómnibus diébus vitæ meæ;

Ut vídeam voluptátem Dómini, * & víſitem templum ejus.

Quóniam abſcondit me in tabernáculo ſuo: * in die malórum protexit me in abſcóndito tabernáculi ſui.

In petra exaltávit me: * & nunc exaltávit caput meum ſuper inimícos meos.

Circuívi & immolávi in tabernáculo ejus hóſtiam vociferatiónis: * cantábo, & pſalmum dicam Dómino.

Diviſio Pſalmi 26.

Exaudi, Dómine, vocem meam quâ clamávi ad te: * miſerére meî, & exaudi me.

Tibi dixit cor meum, Exquiſívit te fácies mea: * fáciem tuam, Dómine, requíram.

Ne avertas fáciem tuam à me: * ne declínes in ira à ſervo tuo.

Adjútor meus eſto, ne derelinquas me, * neque deſpícias me, Deus ſalutáris meus;

Quóniam pater meus & mater mea dereliquérunt me: * Dóminus autem aſſumpſit me.

Legem pone mihi, Dómine, in via tua; * & dírige me in ſémitam rectam propter inimícos meos.

Ne tradíderis me in ánimas tribulántium me; * quóniam inſurrexérunt in me teſtes iníqui, & mentíta eſt iníquitas ſibi.

Credo vidére bona Dómini * in terra vivéntium.

Expecta Dóminum, viríliter age; * & confortétur cor tuum, & ſúſtine Dóminum.

PSALMUS 83.

Æterna Dei tabernacula unicum animæ fidelis deſiderium.

Quàm dilecta tabernácula tua, Dómine virtútum! * concupiſcit & déficit ánima mea in átria Dómini.

Cor meum & caro mea * exultavérunt in Deum vivum.

Etenim paſſer invénit ſibi domum, * & turtur nidum ſibi, ubi ponat pullos ſuos.

Altária tua, Dómine virtútum, * Rex meus & Deus meus!

Beáti qui hábitant in domo tua, Dómine! * in

ſæcula ſeculórum laudábunt te.

Beátus vir cujus eſt auxílium abs te : * aſcenſiónes in corde ſuo diſpóſuit, in valle lacrymárum, in loco quem póſuit.

Etenim benedictiónem dabit legiſlátor, ibunt de virtúte in virtútem : * vidébitur Deus deórum in Sion.

Dómine Deus virtútum, exaudi oratiónem meam : * áuribus pércipe, Deus Jacob.

Protector noſter, áſpice, Deus, * & réſpice in fáciem chriſti tui ;

Quia mélior eſt dies una in átriis tuis * ſuper míllia. Elégi abjectus eſſe in domo Dei mei, * magis quàm habitáre in tabernáculis peccatórum ;

Quia miſericórdiam & veritátem díligit Deus : * grátiam & glóriam dabit Dóminus.

Non privábit bonis eos qui ámbulant in innocéntia : * Dómine virtútum, beátus homo qui ſperat in te.

Ant. Credo vidére bona Dómini in terra viventium. *Pſ.* 26.

CAPITULUM. *Hebr.* 11.

Est fides ſperandárum ſubſtántia rerum, argumentum non apparéntium.

℟. *br.* Quàm magna multitúdo dulcédinis tuæ, Dómine, * Quàm abſcondiſti timéntibus te ! Quàm magna. ℣. Perfeciſti eis * qui ſperant in te. * Quàm abſcondiſti. Glória Patri. Quàm magna. *Pſ.* 30.

℣. Narravérunt mihi iníqui fabulatiónes ; ℟. Sed non ut lex tua. *Pſ.* 118.

AD SEXTAM.

Ant. 8. *G.* Veníte, fílii.

PSALMUS 22.

Menſam in conſpectu fidelium ſuorum, paravit Deus.

Dominus regit me, & nihil mihi déerit : * in loco páſcuæ ibi me collocávit.

Super aquam refectiónis educávit me : * ánimam meam convertit.

Deduxit me ſuper ſémitas juſtítiæ, * propter nomen ſuum.

Nam & ſi ambulávero in médio umbræ mortis, non timébo mala ; * quóniam tu mecum es.

Virga tua & báculus tuus, * ipſa me conſoláta ſunt.

Paraſti in conſpectu meo menſam, * adversùs eos qui tríbulant me.

Impinguaſti in óleo caput meum : * & calix meus inébrians quàm præclárus eſt !

Et miſericórdia tua ſubſequétur me * ómnibus diébus vitæ meæ ;

Et ut inhábitem in domo Dómini, * in longitúdinem diérum.

PSALMUS 33.

Deus ſemper benedicendus : non eſt inopia timentibus eum.

BEnedícam Dóminum in omni témpore : * ſemper laus ejus in ore meo.

In Dómino laudábitur ánima mea : * áudiant manſuéti, & læténtur.

Magnificáte Dóminum mecum ; * & exaltémus nomen ejus in idipſum.

Exquiſívi Dóminum ; & exaudívit me, * & ex ómnibus tribulatiónibus meis erípuit me.

Accédite ad eum, & illuminámini ; * & fácies veſtræ non confundéntur.

Iſte pauper clamávit ; & Dóminus exaudívit eum, * & de ómnibus tribulatiónibus ejus ſalvávit eum.

Immittet ángelus Dómini in circúitu timéntium eum ; * & erípiet eos.

Guſtáte, & vidéte quóniam ſuávis eſt Dóminus : * beátus vir qui ſperat in eo.

Timéte Dóminum, omnes ſancti ejus ; * quóniam non eſt inópia timéntibus eum.

Dívites eguérunt & eſuriérunt ; * inquirentes autem Dóminum non minuentur omni bono.

Diviſio Pſalmi 33.

VEníte, fílii, audíte me : * timórem Dómini docébo vos.

Quis eſt homo qui vult vitam, * díligit dies vidére bonos ?

Próhibe linguam tuam à malo ; * & lábia tua ne loquantur dolum.

Diverte à malo, & fac bonum : * inquíre pacem, & perſéquere eam.

Oculi Dómini ſuper juſtos, * & aures ejus in preces eórum.

Vultus autem Dómini ſuper facientes mala, * ut perdat de terra memóriam eórum.

Clamavérunt juſti ; & Dóminus exaudívit eos ; * & ex ómnibus tribulatiónibus eórum liberávit eos.

Juxta eſt Dóminus iis qui tribuláto ſunt corde, * & húmiles ſpíritu ſalvábit.

Multæ tribulatiónes juſtórum ; * & de ómnibus his liberábit eos Dóminus.

Cuſtódit Dóminus ómnia oſſa eórum : * unum ex his non conterétur.

Mors peccatórum péſſima, * & qui odérunt juſtum, delinquent.

Rédimet Dóminus ánimas ſervórum ſuórum ; * & non delinquent omnes qui ſperant in eo.

Ant. Veníte, fílii, audíte me : timórem Dómini docébo vos. *Pſ.* 33.

CAPITULUM. *Jac.* 2.

SIcut corpus ſine ſpíritu mórtuum eſt, ita & fides ſine opéribus mórtua eſt.

℟. *br.* Greſſus meos dírige, Dómine, * Secundùm elóquium tuum. Greſſus meos. ℣. Ut cuſtódiam * mandáta tua, * Secundùm elóquium tuum. Glória Patri. Greſſus meos.

℣. Bonitátem, & diſciplínam, & ſciéntiam doce me; ℟. Quia mandátis tuis crédidi. *Pſ.* 118.

AD NONAM.

Ant. 1. a. Adjútor meus.

PSALMUS 69.

Inter adverſa hujus mundi, auxilium & ſalutem à Deo fides inſtanter petit.

DEus, in adjutórium meum intende: * Dómine, ad adjuvandum me feſtína.

Confundantur & revereantur, * qui quærunt ánimam meam.

Avertantur retrorsùm, & erubeſcant, * qui volunt mihi mala.

Avertantur ſtatìm erubeſcentes, * qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te; * & dicant ſemper, Magnificétur Dóminus, qui díligunt ſalutáre tuum.

Ego verò egénus & pauper ſum; * Deus, ádjuva me.

Adjútor meus & liberátor meus es tu; * Dómine, ne moréris.

PSALMUS 79.

Cunctarum hujus vitæ ærumnarum finem per Chriſti adventum fides poſcit.

QUi regis Iſraël, intende; * qui dedúcis velut ovem Joſeph.

Qui ſedes ſuper Chérubim, * manifeſtáre coram Ephraïm, Bénjamin, & Manaſſe.

Excita poténtiam tuam, & veni: * ut ſalvos fácias nos.

Deus, converte nos, & oſtende fáciem tuam; * & ſalvi érimus.

Dómine Deus virtútum,* quouſquè iraſcéris ſuper oratiónem ſervi tui?

Cibábis nos pane lacrymárum, * & potum dabis nobis in lácrymis in menſúra?

Poſuiſti nos in contradictiónem vicínis noſtris; * & inimíci noſtri ſubſannavérunt nos.

Deus virtútum, converte nos, & oſtende fáciem tuam; * & ſalvi érimus.

Diviſio Pſalmi 79.

[DOmine,] víneam de Ægypto tranſtuliſti: * ejeciſti gentes, & plantaſti eam.

Dux itíneris fuiſti in conſpectu ejus: * plantaſti radíces ejus, & implévit terram.

Opéruit montes umbra ejus, * & arbuſta ejus cedros Dei.

Extendit pálmites ſuos

uſquè ad mare, * & uſquè ad flumen propágines ejus.

Ut quid deſtruxiſti macériam ejus; * & vindémiant eam omnes qui prætergrediuntur viam?

Exterminávit eam aper de ſylva, * & singuláris ferus depaſtus eſt eam.

Deus virtútum, convértere: * réſpice de cœlo, & vide, & víſita víneam iſtam.

Et pérfice eam quam plantávit déxtera tua, * & ſuper fílium hóminis quem confirmaſti tibi.

Incenſa igni, & ſuffoſſa: * ab increpatióne vultûs tui períbunt.

Fiat manus tua ſuper virum déxteræ tuæ, * & ſuper fílium hóminis quem confirmaſti tibi.

Et non diſcédimus à te: * vivificábis nos, & nomen tuum invocábimus.

Dómine Deus virtútum, converte nos, & oſtende fáciem tuam; * & ſalvi érimus.

Ant. Adjútor meus & liberátor meus es tu: Dómine, ne moréris.

CAPITULUM. *Rom.* 4.

CRedenti in eum qui juſtíficat ímpium, reputátur fides ejus ad juſtítiam, ſecundùm propóſitum grátiæ Dei.

℟. *br.* Salvávit eos Dóminus, * Et credidérunt verbis ejus. Salvávit. ℣. Et laudavérunt * laudem ejus, * Et credidérunt. Glória Patri. Salvávit. *Pſ.* 105.

℣. In conſpectu gén
revelávit juſtítiam ſu
℟. Recordátus eſt mi
córdiæ ſuæ. *Pſ.* 97.

AD VESPERA

Ant. 1. Crédidi.

PSALMUS 11

Calix ſalutaris acci dus: vota Domino denda.

CRédidi, propter locútus ſum; * autem humil ſum nimìs.

Ego dixi in exceſſu m Omnis homo mendax.

Quid retríbuam D no * pro ómnibus qu tríbuit mihi?

Cálicem ſalutáris piam, * & nomen mini invocábo.

Vota mea Dómino dam coram omni pó ejus: * pretióſa in pectu Dómini mors S tórum ejus.

O Dómine, quia ſervus tuus: * ego ſ tuus, & fílius ancillæ

Dirupiſti víncula m tibi ſacrificábo hó laudis, & nomen Dó invocábo.

Vota mea Dómino dam in conſpectu o pópuli ejus, * in domûs Dómini, in m tuî, Jerúſalem.

Ant. Crédidi, pr quod locútus ſum; autem humiliátus ſu mìs.

Ant. 1. g. Confité

PSALMUS 137.

Dei miſericordia & veritas in populum ſuum celebrandæ.

CONfitébor tibi, Dómine, in toto corde meo; * quóniam audiſti verba oris mei.

In conſpectu Angelórum pſallam tibi: * adorábo ad templum ſanctum tuum,

Et confitébor nómini tuo ſuper miſericórdia tua & veritáte tua; * quóniam magnificaſti ſuper omne, nomen ſanctum tuum.

In quacumque die invocávero te, exaudi me: * multiplicábis in ánima mea virtútem.

Confiteantur tibi, Dómine, omnes reges terræ; * quia audiérunt ómnia verba oris tui.

Et cantent in viis Dómini, * quóniam magna eſt glória Dómini;

Quóniam excelſus Dóminus, & humília réſpicit, * & alta à longè cognoſcit.

Si ambulávero in médio tribulatiónis, vivificábis me: * & ſuper iram inimicórum meórum extendiſti manum tuam, & ſalvum me fecit déxtera tua.

Dóminus retríbuet pro me: * Dómine, miſericórdia tua in ſéculum: ópera mánuum tuárum ne deſpícias.

Ant. Confitébor nómini tuo, Dómine, ſuper miſericórdia tua & veritáte tua.

Ant. 7. d. Generátio.

PSALMUS 144.

Dei magnitudo & beneficentia celebrantur.

EXaltábo te, Deus meus rex; * & benedícam nómini tuo in ſéculum, & in ſéculum ſéculi.

Per ſíngulos dies benedícam tibi; * & laudábo nomen tuum in ſéculum, & in ſéculum ſéculi.

Magnus Dóminus, & laudábilis nimis; * & magnitúdinis ejus non eſt finis.

Generátio & generátio laudábit ópera tua, * & poténtiam tuam pronuntiábunt.

Magnificéntiam glóriæ ſanctitátis tuæ loquentur, * & mirabília tua narrábunt.

Et virtútem terribílium tuórum dicent, * & magnitúdinem tuam narrábunt.

Memóriam abundántiæ ſuavitátis tuæ eructabunt, * & juſtítiâ tuâ exultábunt.

Ant. Generátio & generátio laudábit ópera tua, & poténtiam tuam pronuntiábunt.

Ant. 4. *D.* Fidélis.

Diviſio Pſalmi 144.

MIſerátor & miséricors Dóminus; * pátiens, & multùm miſéricors.

Suávis Dóminus úniverſis, * & miſeratiónes ejus ſuper ómnia ópera ejus.

Confiteantur tibi, Dómine, ómnia ópera tua; * & ſancti tui benedícant tibi.

Glóriam regni tui dicent, * & poténtiam tuam loquentur;

Ut notam fáciant fíliis hóminum poténtiam tuam, * & glóriam magnificéntiæ regni tui.

Regnum tuum, regnum ómnium ſeculórum; * & dominátio tua in omni generatióne & generatióne.

Fidélis Dóminus in ómnibus verbis ſuis, * & ſanctus in ómnibus opéribus ſuis.

Allevat Dóminus omnes qui córruunt, * & érigit omnes eliſos.

Oculi ómnium in te ſperant, Dómine; * & tu das eſcam illórum in témpore opportúno.

Aperis tu manum tuam, * & imples omne ánimal benedictióne.

Ant. Fidélis Dóminus in ómnibus verbis ſuis, & ſanctus in ómnibus opéribus ſuis.

Ant. 8. c. Prope eſt Dóminus.

Altera diviſio Pſalmi 144.

JUſtus Dóminus in ómnibus viis ſuis, * & ſanctus in ómnibus opéribus ſuis.

Prope eſt Dóminus ómnibus invocántibus eum, * ómnibus invocántibus eum in veritáte.

Voluntátem timéntium ſe faciet, & deprecatiónem eórum exáudiet, * & ſalvos fáciet eos.

Cuſtódit Dóminus omnes diligentes ſe, & omnes peccatóres diſperdet.

Laudatiónem Dómini loquétur os meum: * & benedícat omnis caro nómini ſancto ejus in ſéculum, & in ſéculum ſéculi.

Ant. Prope eſt Dóminus ómnibus invocántibus eum in veritáte.

CAPITULUM. *Rom.* 10.

COrde créditur ad juſtítiam, ore autem conféſſio fit ad ſalútem; dicit enim Scriptúra: Omnis qui credit in illum, non confundétur. Non enim eſt diſtínctio Judæi & Græci: Nam idem Dóminus ómnium, dives in omnes qui invocant illum.

HYMNUS.

O Fortis, ô clemens Deus,
Salútis auctor, tu fidem
Noſtris potenter inſere,
Germen ſalútis, córdibus.
Hinc omne robur dúcimus:
Hæc arma nobis; hoc manus
Protecta ſcuto, flámmea
Retundet hoſtis ſpícula.
Hinc fúndimus preces tibi
Sacri ſub umbra nóminis,

Quo nítitur ſpes ómnium
Uno ſalútis pignore.
Placátus illo nómine,
Labántibus feres opem;
Dabiſque, ſanctam dége-
ner
Ne vita deturpet fidem.
Sit laus Patri, laus Fílio:
Par ſit tibi laus, Spíritus,
Infúſa per quem córdibus
Relúcet imis véritas.
Amen.

℣. Os meum annuntiábit juſtítiam tuam, ℞. Totâ die ſalutáre tuum. *Pſ.* 70.

Ad Magníficat.

Ant. 7. G. Potens eſt Dóminus, & ſanctum nomen ejus. *Luc.* 1.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 1. f. Salvum me fac, Dómine.

PSALMUS 11.

Juſtorum paucitas: eloquiorum Domini ſumma fidelitas.

SAlvum me fac, Dómine, quóniam defecit ſanctus; * quóniam diminútæ ſunt veritátes à fíliis hóminum.

Vana locúti ſunt unuſquiſque ad próximum ſuum: * lábia dolóſa, in corde & corde locúti ſunt.

Diſperdat Dóminus univerſa lábia dolóſa, * & linguam magníloquam;

Qui dixérunt: Linguam noſtram magnificábimus, lábia noſtra à nobis ſunt: * quis noſter dóminus eſt?

Propter miſériam ínopum, & gémitum páuperum, * nunc exurgam, dicit Dóminus.

Ponam in ſalutári: * fiduciáliter agam in eo.

Elóquia Dómini, elóquia caſta: * argentum igne examinátum, probátum terræ, purgátum ſéptuplum.

Tu, Dómine, ſervábis nos; * & cuſtódies nos à generatióne hac in æternum.

In circúitu ímpii ámbulant: * ſecundùm altitúdinem tuam multiplicaſti fílios hóminum.

PSALMUS 38.

Hujus vitæ vanitas & miſeria: Divinum poſtulatur ſubſidium.

DIxi: Cuſtódiam vias meas, * ut non delinquam in lingua mea.

Póſui ori meo cuſtódiam, * cùm conſíſteret peccátor adversùm me.

Obmútui, & humiliátus ſum, & ſílui à bonis; * & dolor meus renovátus eſt.

Concáluit cor meum intra me, & in meditatióne mea exardeſcet ignis: * locútus ſum in lingua mea.

Notum fac mihi, Dómine, finem meum, & númerum diérum meórum, quis eſt; * ut ſciam quid deſit mihi.

Ecce menſurábiles poſuiſti dies meos: * & ſubſtántia mea tanquam níhilum ante te.

Verúmtamen univerſa vá-

nitas, * omnis homo vivens.

Verúmtamen in imágine pertranſit homo; * ſed & fruſtrà conturbátur.

Theſaurízat, * & ignórat cui congregábit ea.

Et nunc quæ eſt expectátio mea? nonne Dóminus? * & ſubſtántia mea apud te eſt.

Diviſio Pſalmi 38.

AB ómnibus iniquitátibus meis érue me: * oppróbrium inſipienti dediſti me.

Obmútui, & non apérui os meum; * quóniam tu feciſti.

Amove à me plagas tuas: * à fortitúdine manûs tuæ ego deféci in increpatiónibus.

Propter iniquitátem corripuiſti hóminem, & tabeſcere feciſti ſicut aráneam ánimam ejus: * verúmtamen vanè corturbátur omnis homo.

Exaudi oratiónem meam, Dómine, & deprecatiónem meam: * áuribus pércipe lácrymas meas.

Ne ſíleas, quóniam ádvena ego ſum apud te, & peregrínus, * ſicut omnes patres mei.

Remitte mihi ut refrígerer: * priuſquàm ábeam, & ámpliùs non ero.

Ant. Salvum me fac, Dómine, quóniam diminútæ ſunt veritátes à fíliis hóminum. *Pſ.* 11.

FERIA SEXTA

Ad Officium Noct.

Invit. Deum adjutórem in tribulatiónibus, * Veníte, adorémus. *Pſ.* 45.

Pſ. 94. Veníte. 2.

Hymnus.

JAm ſánctius moves opus,
Tecum, Deus, delíberans:
Mundo recenti príncipem,
Tibíque præcónem paras.

Homo creátur: hunc ſacro
Cœleſtis oris hálitu
Succendis, & vivam tui
Spiráre das imáginem.

Ergo per omnes æquoris,
Tellúris omnes & ſinus
Regnábit: at memor ſui
Deo minórem ſe gerat.

Heu, cæca cordis právitas!
Jugum rebellis éxcutit;
Deo ſuperbus nec timet
Æquáre pulvis vérticem.

Hinc quanta lúctuum cohors
Incumbit orbi pérdito!
O Chriſte, ni feras opem,
Spes tota ſontes déſerat.

Qui nos creávit, laus Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Flamen labóres ſúblevans,
Par ſit tibi laus & decus.
Amen.

Ant. 7. b. Contriſtátus ſum.

Psalmus 51.

Iniquos manet interitus, juſtos gloria.

QUid gloriáris in malítia, * qui potens es in iniquitáte?

Totâ die injuſtítiam cogitávit lingua tua;

* ſicut novácula acúta feciſti dolum.

Dilexiſti malítiam ſuper benignitátem, * iniquitátem magis quàm loqui æquitátem.

Dilexiſti ómnia verba præcipitatiónis, lingua doloſa: * proptéreà Deus déſtruet te in finem.

Evellet te, & emigrábit te de tabernáculo tuo, * & radícem tuam de terra vivéntium.

Vidébunt juſti, & timébunt, & ſuper eum ridébunt; * & dicent: Ecce homo qui non póſuit Deum adjutórem ſuum;

Sed ſperávit in multitúdine divitiárum ſuárum, * & præváluit in vanitáte ſua.

Ego autem ſicut olíva fructífera in domo Dei: * ſperávi in miſericórdia Dei in æternum, & in ſéculum ſéculi.

Confitébor tibi in ſéculum, quia feciſti; * & expectábo nomen tuum, quóniam bonum eſt in conſpectu ſanctórum tuórum.

PSALMUS 54.

Juſtus ab iniquis vexatus & ab ipſis familiaribus maledictus, in Deo ſpem ſuam ponit.

EXaudi, Deus, oratiónem meam, & ne deſpéxeris deprecatiónem meam: * inténde mihi, & exaudi me.

Contriſtátus ſum in exercitatióne mea, * & conturbátus ſum à voce inimíci, & à tribulatióne peccatóris;

Quóniam declinavérunt in me iniquitátes, * & in ira moleſti erant mihi.

Cor meum conturbátum eſt in me, * & formído mortis cécidit ſuper me.

Timor & tremor venérunt ſuper me, * & contexérunt me ténebræ.

Et dixi: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ? * & volábo, & requieſcam.

Ecce elongávi fúgiens, * & manſi in ſolitúdine.

Expectábam eum qui ſalvum me fecit * à puſillanimitáte ſpíritûs & tempeſtáte.

Præcípita, Dómine, dívide linguas eórum; * quóniam vidi iniquitátem & contradictiónem in civitáte.

Die ac nocte circúmdabit eam ſuper muros ejus iníquitas; * & labor in médio ejus, & injuſtítia.

Et non defécit de platéis ejus * uſúra & dolus.

Quóniam ſi inimícus meus maledixiſſet mihi, * ſuſtinuiſſem útique;

Et ſi is qui óderat me, ſuper me magna locútus fuiſſet, * abſcondiſſem me fórſitan ab eo.

Tu verò, homo unánimis, * dux meus & notus meus,

Qui ſimul mecum dulces

capiébas cibos; * in domo Dei ambulávimus cum conſenſu.

Véniat mors ſuper illos, * & deſcendant in infernum viventes;

Quóniam nequítiæ in habitáculis eórum, * in médio eórum.

Ego autem ad Deum clamávi; * & Dóminus ſalvábit me.

Diviſio Pſalmi 54.

VEſpere, & mane, & merídie narrábo & annuntiábo; * & exáudiet vocem meam.

Rédimet in pace ánimam meam ab his qui appropinquant mihi; * quóniam inter multos erant mecum.

Exáudiet Deus, & humiliávit illos, * qui eſt ante ſécula.

Non enim eſt illis commutátio, & non timuérunt Deum: * extendit manum ſuam in retribuendo.

Contaminavérunt teſtamentum ejus, diviſi ſunt ab ira vultûs ejus; * & appropinquávit cor illíus.

Mollíti ſunt ſermónes ejus ſuper óleum; * & ipſi ſunt jácula.

Jacta ſuper Dóminum curam tuam; & ipſe te enútriet: * non dabit in æternum fluctuatiónem juſto.

Tu verò, Deus, * dedúces eos in púteum intéritûs.

Viri ſánguinum & dolóſi non dimidiábunt d * ego autem ſperáb Dómine.

Ant. Contriſtátu exercitatióne mea, turbátus ſum; quó clinavérunt in me tátes. *Pſ.* 54.

Ant. 2. Ab inſ bus in me.

PSALMUS

Chriſtus morti t Patrem ſuum orat incredulis diſperſio nuntians, regnumq ſuper gentes.

ERipe me de meis, Deus n & ab inſurgéntibu líbera me.

Eripe me de o bus iniquitátem, viris ſánguinum ſal

Quia ecce cepér mam meam: * i in me fortes.

Neque iníquita neque peccátum Dómine; * ſine in cucurri, & direxi.

Exurge in o meum, & vide; Dómine Deus vir Deus Iſraël.

Intende ad vi omnes gentes: * n reáris ómnibus qui tur iniquitátem.

Convertentur a ram; * & famem tur ut canes, & cir civitátem.

Ecce loquentur ſuo, & gládius i

eó

eórum ; * quóniam quis audívit ?

Et tu, Dómine, deridébis eos : * ad níhilum dedúces omnes gentes.

Fortitúdinem meam ad te cuſtódiam, quia Deus ſuſceptor meus es : * Deus meus, miſericórdia ejus prævéniet me.

Diviſio Pſalmi 58

DEus oſtendet mihi ſuper inimícos meos : * ne occídas eos, nequando obliviſcantur pópuli mei.

Diſperge illos in virtúte tua, * & depóne eos, protector meus, Dómine.

Delictum oris eórum, ſermónem labiórum ipſórum ; * & comprehendantur in ſupérbia ſua.

Et de execratióne & mendácio annuntiabuntur in conſummatióne ; * in ira conſummatiónis, & non erunt.

Et ſcient quia Deus dominábitur Jacob, * & fínium terræ.

Convertentur ad véſperam ; * & famem patientur ut canes, & circuíbunt civitátem.

Ipſi diſpergentur ad manducandum ; * ſi verò non fúerint ſaturáti, & murmurábunt.

Ego autem cantábo fortitúdinem tuam, * & exultábo mane miſericórdiam tuam ;

Quia factus es ſuſceptor meus & refúgium meum * in die tribulatiónis meæ.

Adjútor meus, tibi pſallam, quia Deus ſuſceptor meus es : * Deus meus, miſericórdia mea.

PSALMUS 60.

Spes noſtra Deus, turris fortitudinis à facie inimici.

EXaudi, Deus, deprecatiónem meam ; * intende oratióni meæ.

A fínibus terræ ad te clamávi, dum anxiarétur cor meum : * in petra exaltaſti me.

Deduxiſti me, quia factus es ſpes mea, * turris fortitúdinis à fácie inimíci.

Inhabitábo in tabernáculo tuo in ſécula : * prótegar in velamento alárum tuárum ;

Quóniam tu, Deus meus, exaudiſti oratiónem meam, * dediſti hæreditátem timéntibus nomen tuum.

Dies ſuper dies regis adjícies, * annos ejus uſque in diem generatiónis & generatiónis.

Pérmanet in æternum in conſpectu Dei : * miſericórdiam & veritátem ejus quis requíret ?

Sic pſalmum dicam nómini tuo in ſeculum ſéculi, * ut reddam vota mea de die in diem.

Ant. Ab inſurgéntibus in me líbera me, Dómine, quia irruérunt in me fortes. *Pſ.* 58.

Ant. 4. a. In conſpectu.

PSALMUS. 68.

Chriſti orantis in monte Oliveti agonia, & aliæ paſſionis ejus circumſtantiæ.

SAlvum me fac, Deus, * quóniam intravérunt aquæ uſque ad ánimam meam.

Infixus ſum in limo profundi, * & non eſt ſubſtántia.

Veni in altitúdinem maris, * & tempeſtas demerſit me.

Laborávi clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ: * defecérunt óculi mei, dum ſpero in Deum meum.

Multiplicáti ſunt ſuper capillos cápitis mei, * qui odérunt me gratìs.

Confortáti ſunt qui perſecúti ſunt me inimíci mei injuſtè: * quæ non rápui, tunc exolvébam.

Deus, tu ſcis inſipiéntiam meam; * & delicta mea à te non ſunt abſcóndita.

Non erubeſcant in me qui expectant te, Dómine, * Dómine virtútum.

Non confundantur ſuper me, * qui quærunt te, Deus Iſraël.

Quóniam propter te ſuſtínui oppróbrium, * opéruit confúſio fáciem meam.

Extráneus factus ſum frátribus meis, * & peregrínus fíliis matris meæ.

Quóniam zelus domûs tuæ comédit me, * & oppróbria exprobrántium tibi cecidérunt ſuper me.

Et opérui in jejúnio ánimam meam; * & factum eſt in oppróbrium mihi.

Et pósui veſtimentum meum cilícium: * & factus ſum illis in parábolam.

Adversùm me loquebantur qui ſedébant in porta; * & in me pſallébant qui bibébant vinum.

Ego verò oratiónem meam ad te, Dómine: * tempus benepláciti, Deus.

In multitúdine miſericórdiæ tuæ exaudi me, * in veritáte ſalútis tuæ.

Eripe me de luto, ut non infigar; * líbera me ab iis qui odérunt me, & de profundis aquárum.

Non me demergat tempeſtas aquæ, neque abſórbeat me profundum, * neque úrgeat ſuper me púteus os ſuum.

Diviſio Pſalmi 68.

EXaudi me, Dómine, quóniam benigna eſt miſericórdia tua: * ſecundùm multitúdinem miſerationum tuárum réſpice in me.

Et ne avertas fáciem tuam à púero tuo: * quóniam tríbulor, velóciter exaudi me.

Intende ánimæ meæ, & líbera eam : * propter inimícos meos éripe me.

Tu ſcis impropérium meum, & confuſiónem meam, * & reveréntiam meam.

In conſpectu tuo ſunt omnes qui tríbulant me : * impropérium expectávit cor meum, & miſériam.

Et ſuſtínui qui ſimul contriſtarétur, & non fuit, * & qui conſolarétur, & non invéni.

Et dedérunt in eſcam meam fel; * & in ſiti mea potavérunt me acéto.

Fiat menſa eórum coram ipſis in láqueum, * & in retributiónes, & in ſcándalum.

Obſcurentur óculi eórum, ne vídeant ; * & dorſum eórum ſemper incurva.

Effunde ſuper eos iram tuam ; * & furor iræ tuæ comprehendat eos.

Fiat habitátio eórum deſerta ; * & in tabernáculis eórum non ſit qui inhábitet.

Quóniam quem tu percuſſiſti, perſecúti ſunt ; * & ſuper dolórem vúlnerum meórum addidérunt.

Appóne iniquitátem ſuper iniquitátem eórum ; * & non intrent in juſtítiam tuam.

Deleantur de libro vivéntium ; * & cum juſtis non ſcribantur.

Altera diviſio Pſalmi 68.

Ego ſum pauper & dolens : * ſalus tua, Deus, ſuſcépit me.

Laudábo nomen Dei cum cántico, * & magnificábo eum in laude.

Et placébit Deo ſuper vítulum novellum, * cornua producentem & úngulas.

Vídeant páuperes, & lætentur : * quærite Deum, & vivet ánima veſtra ;

Quóniam exaudívit páuperes Dóminus, * & vinctos ſuos non deſpexit.

Laudent illum cœli & terra, * mare, & ómnia reptília in eis.

Quóniam Deus ſalvam fáciet Sion, * & ædificabuntur civitátes Juda.

Et inhabitábunt ibi, * & hæreditáte acquírent eam.

Et ſemen ſervórum ejus poſſidébit eam ; * & qui díligunt nomen ejus, habitábunt in ea.

Ant. In conſpectu tuo ſunt omnes qui tríbulant me : impropérium expectávit cor meum, & miſériam.

℣. Die ac nocte graváta eſt ſuper me manus tua ; ℟. Converſus ſum in ærumna mea, dum confígitur ſpina. *Pſ.* 31.

Pater noſter.

℣. *Sacerd.* Laudans invocábo Dóminum ; ℟. Et ab inimícis meis ſalvus ero. *Pſ.* 17.

AD LAUDES.

Ant. 1. a. Auribus.

PSALMUS 53.

Oratio juſti adversùs hoſtes animæ ſuæ.

DEus, in nómine tuo ſalvum me fac, * & in virtúte tua júdica me.

Deus, exaudi oratiónem meam; * áuribus pércipe verba oris mei;

Quóniam aliéni inſurrexérunt adversùm me & fortes quæſiérunt ánimam meam, * & non propoſuérunt Deum ante conſpectum ſuum.

Ecce enim Deus ádjuvat me; * & Dóminus ſuſceptor eſt ánimæ meæ.

Averte mala inimícis meis; * & in veritáte tua diſperde illos.

Voluntáriè ſacrificábo tibi; * & confitébor nómini tuo, Dómine, quóniam bonum eſt.

Quóniam ex omni tribulatióne eripuiſti me; * & ſuper inimícos meos deſpexit óculus meus.

Ant. Auribus pércipe, Dómine, verba oris mei; quóniam aliéni inſurrexérunt adversùm me.

Ant. 7. ç. Deus meus,

PSALMUS 70.

Plebs fidelis in ſe adimplens ea quæ deſunt paſſionum Chriſti, auxilium ſibi à Deo poſtulat.

IN te, Dómine, ſperávi; non confundar in æternum: * in juſtítia tua líbera me, & éripe me.

Inclína ad me aurem tuam, * & ſalva me.

Eſto mihi in Deum protectórem, & in locum munítum, ut ſalvum me fácias; * quóniam firmamentum meum & refúgium meum es tu.

Deus meus, éripe me de manu peccatóris, * & de manu contra legem agentis, & iníqui;

Quóniam tu es patiéntia mea, Dómine: * Dómine, ſpes mea à juventúte mea.

In te confirmátus ſum ex útero: de ventre matris meæ tu es protector meus; * in te cantátio mea ſemper.

Tanquam prodígium factus ſum multis, * & tu adjútor fortis.

Repleátur os meum laude, ut cantem glóriam tuam, * totâ die magnitúdinem tuam.

Ne projícias me in témpore ſenectútis, * cùm defécerit virtus mea, ne derelinquas me.

Quia dixérunt inimíci mei mihi; * & qui cuſtodiébant ánimam meam, consílium fecérunt in unum,

Dicentes: Deus derelíquit eum; perſequímini, & comprehéndite eum, * quia non eſt qui erípiat.

Deus, ne elongéris à me;

meus, in auxílium
réſpice.
ùndantur & defí-
detrahentes ánimæ
* operiantur con-
& pudóre qui quæ-
ala mihi.
autem ſemper ſpe-
* & adjíciam ſuper
laudem tuam.
Deus meus, éripe
manu peccatóris;
n tu es patiéntia

3. *a.* Lingua mea.
viſio Pſalmi 70.
neum annuntiábit
ítiam tuam, * totâ
táre tuum.
uiam non cognóvi
íram, introíbo in
as Dómini: * Dó-
memorábor juſtí-
ſolíus.
, docuiſti me à ju-
mea; * & uſque
onuntiábo mirabí-

que in ſenectam &
, * Deus, ne de-
as me;
c annúntiem brá-
uum * generatióni
uæ ventúra eſt,
ntiam tuam & juſ-
uam, Deus, uſque
ma quæ feciſti mag-
Deus, quis ſími-

tas oſtendiſti mihi
iónes multas, &
* & converſus,
ti me, & de abyſſis
rùm reduxiſti me.

Multiplicaſti magnificén-
tiam tuam; * & conver-
ſus, conſolátus es me.

Nam & ego confitébor tibi in vaſis pſalmi veritátem tuam, Deus: * pſallam tibi in cíthara, Sanctus Iſraël.

Exultábunt lábia mea, cùm cantávero tibi: * & ánima mea, quam redemiſti.

Sed & lingua mea totâ die meditábitur juſtitiam tuam, * cùm confúſi & revériti fúerint qui quærunt mala mihi.

Ant. Lingua mea totâ die meditábitur juſtítiam tuam, cùm confúſi & revériti fúerint qui quærunt mala mihi.

Ant. 8. G. Cùm irátus fúeris.

In Feriis, CANTICUM HABACUC. *Cap.* 3.

Prophetia de Chriſti & Eccleſiæ Paſſionibus & victoriis.

Domine, audívi auditiónem tuam, * & tímui.

Dómine, ópus tuum: * in médio annórum vivífica illud.

In médio annórum notum fácies: * cùm irátus fúeris, miſericórdiæ recordáberis.

Deus ab Auſtro véniet, * & Sanctus de monte Pharan.

Opéruit cœlos glória ejus, * & laudis ejus plena eſt terra.

Splendor ejus ut lux erit, córnua in mánibus ejus: * ibi abſcóndita eſt fortitúdo ejus.

Ante fáciem ejus ibit mors; * & egrediétur diábolus ante pedes ejus.

Stetit, & menſus eſt terram: * aſpexit, & diſſolvit gentes; & contríti ſunt montes ſéculi.

Incurváti ſunt colles mundi * ab itinéribus æternitátis ejus.

Pro iniquitáte vidi tentória Æthiópiæ: * turbabuntur pelles terræ Mádian.

Numquid in flumínibus irátus es, Dómine? * aut in flumínibus furor tuus? vel in mari indignátio tua?

Qui aſcendes ſuper equos tuos, * & quadrígæ tuæ ſalvátio;

Súſcitans ſuſcitábis arcum tuum: * juramenta tríbubus quæ locútus es.

Flúvios ſcindes terræ: vidérunt te, & doluérunt montes; * gurges aquárum tránſiit.

Dedit abyſſus vocem ſuam: * altitúdo manus ſuas levávit.

Sol & luna ſtetérunt in habitáculo ſuo: * in luce ſagittárum tuárum ibunt, in ſplendóre fulgurantis haſtæ tuæ.

In frémitu conculcábis terram: * & in furóre obſtupefácies gentes.

Egreſſus es in ſalútem pópuli tui, * in ſalútem cum chriſto tuo.

Percuſſiſti caput de domo ímpii; * denudaſti fundamentum ejus uſque ad collum.

Maledixiſti ſceptris ejus, cápiti bellatórum ejus, * veniéntibus ut turbo ad diſpergendum me.

Exultátio eórum, * ſicut ejus qui dévorat páuperem in abſcóndito.

Viam feciſti in mari equis tuis, * in luto aquárum multárum.

Audívi, & conturbátus eſt venter meus: * à voce contremuérunt lábia mea.

Ingrediátur putrédo in óſſibus meis, * & ſubter me ſcáteat;

Ut requieſcam in die tribulatiónis, * ut aſcendam ad pópulum accinctum noſtrum.

Ficus enim non florébit; * & non erit germen in víneis.

Mentiétur opus olívæ; * & arva non áfferent cibum.

Abſcindétur de ovíli pecus; * & non erit armentum in præſépibus.

Ego autem in Dómino gaudébo, * & exultábo in Deo Jeſu meo.

Deus Dóminus, fortitúdo mea; * & ponet pedes meos quaſi cervórum.

Et ſuper excelſa mea dedúcet me victor * in pſalmis canentem.

Ant. Cùm irátus fúeris,

, miſericórdiæ re-
is.
lis , CANTICUM.
Iſaïæ 26.
ſuperbos humilia-
ltabit humiles.
; fortitúdinis noſ-
Sion : * Salvátor
in ea murus &
-ále.
te portas , * & in-
r gens juſta , cuſ-
eritátem.
error ábiit : ſer-
cem ; * pacem ,
te ſperávimus.
ſtis in Dómino in
ternis , * in Dó-
o forti in perpé-

icurvábit habitan-
celſo , * civitátem
a humiliábit.
iábit eam uſque ad
* détrahet eam
púlverem.
cábit eam pes , *
ıperis , greſſus ege-

i juſti recta eſt , *
llis juſti ad ambu-

ſémita judiciórum
Dómine, ſuſtinúi-
* nomen tuum ,
iále tuum in deſi-
mæ.
mea deſiderávit te
; * ſed & ſpíritu
præcórdiis meis de
ilábo ad te.
ceris judícia tua in
juſtítiam diſcent
-es orbis.

Misereámur ímpio , & non diſcet juſtítiam : * in terra ſanctórum iníqua geſſit , & non vidébit glóriam Dómini.

Dómine , exaltétur manus tua ; * & non vídeant : Vídeant , & confundantur zelantes pópuli ; * & ignis hoſtes tuos dévoret.

Dómine , dabis pacem nobis ; * ómnia enim ópera noſtra operátus es nobis.]

Ant. 4. *D.* Laudábo.

PSALMUS 145.

Laudandus Deus , qui facit judicium injuriam patientibus.

LAuda , ánima mea , Dóminum : * laudábo Dóminum in vita mea ; pſallam Deo meo quámdiù fúero.

Nolíte confídere in princípibus ; * in fíliis hóminum , in quibus non eſt ſalus.

Exíbit ſpíritus ejus , & revertétur in terram ſuam : * in illa die períbunt omnes cogitatiónes eórum.

Beátus cujus Deus Jacob adjútor ejus , ſpes ejus in Dómino Deo ipsíus , * qui fecit cœlum & terram , mare , & ómnia quæ in eis ſunt.

Qui cuſtódit veritátem in ſéculum , facit judícium injúriam patiéntibus , * dat eſcam eſuriéntibus.

Dóminus ſolvit compedítos : * Dóminus illúminat cæcos.

Dóminus érigit eliſos, * Dóminus díligit juſtos.

Dóminus cuſtódit ádvenas: pupillum & víduam ſuſcípiet; * & vias peccatórum diſperdet.

Regnábit Dóminus in ſécula: * Deus tuus, Sion, in generatiónem & generatiónem.

Ant. Laudábo in vita mea Dóminum, qui facit judícium injúriam patiéntibus.

CAPITULUM. *Iſ.* 33.

DOmine, miserére noſtrî; te enim expectávimus: eſto bráchium noſtrum in mane, & ſalus noſtra in témpore tribulatiónis.

HYMNUS.

ULtrícibus nos úndiquè
Dum sáucias telis, Deus,
Quis ferre, te præter, queat
Mœréntibus ſolátium?

Mundus faceſſat: nihil opis
Favóre præſtat fútili:
Fallácibus quin áſperat
Alitque fomentis malum.

Flagella nos terrent tua;
Non illa ſpem demunt tamen:
Quæ ferre nos jubes, Pater,
Fiunt medéla vulnerum.

At impetus libídinum
Ferocientes cómprime:
Hæc vera nos vexant mala,
Sanáre quæ ſolus potes.

Quid ergo ceſſas? ingruunt
Intùs foriſque prælia;
Hoſti-ne præda mens erit
Chriſti redempta sánguine?

Audis precantes
Spes blanda jan
redit:
O Chriſte, tetros
Mortis pavóres di
Sit Trinitáti gl
Quæ ſic flagellis q
Exercet, ut clem
Rursùm recordét
Amen.

℣. Exultábo n
ſericórdiam tuam
factus es ſuſcepto
die tribulatiónis.

Ad Benedict

Ant. 8. *G.* P
misericórdiæ Dei
ſitávit nos Oriens
illumináre his qu
bris & in umbr
ſedent. *Luc.* 1.

AD PRIM

Ant. 3. g. Ex

PSALMU

Eccleſia priora
beneficia recolens
rioraque exponer
opem ſibi à Deo

DEus, áu
tris audív
tres noſtr
tiavérunt nobis *
operátus es in d
rum, & in diébu
Manus tua gent
didit, & planta
afflixiſti pópulos
liſti eos.

Nec enim in
poſſedérunt terra
bráchium eórum
vávit eos.

Sed déxtera tua
chium tuum, &

tio vultûs tui, * quóniam complacuiſti in eis.

Tu es ipſe rex meus, & Deus meus, * qui mandas ſalútes Jacob.

In te inimícos noſtros ventilábimus cornu, * & in nómine tuo ſpernémus inſurgentes in nobis.

Non enim in arcu meo ſperábo, & gládius meus non ſalvábit me.

Salvaſti enim nos de affligéntibus nos, * & odientes nos confudiſti.

Diviſio Pſalmi 43.

IN Deo laudábimur totâ die; * & in nómine tuo confitébimur in ſéculum.

Nunc autem repuliſti, & confudiſti nos; * & non egrédieris, Deus, in virtútibus noſtris.

Avertiſti nos retrorsùm poſt inimícos noſtros; * & qui odérunt nos, diripiébant ſibi.

Dediſti nos tanquam oves eſcárum, * & in géntibus diſperſiſti nos.

Vendidiſti pópulum tuum ſine prétio, * & non fuit multitúdo in commutatiónibus eórum.

Poſuiſti nos oppróbrium vicínis noſtris, * ſubſannatiónem & deriſum his qui ſunt in circúitu noſtro.

Poſuiſti nos in ſimilitúdinem géntibus, * commotiónem cápitis in pópulis.

Totâ die verecúndia mea contra me eſt, * & confúſio faciéi meæ coopéruit me,

A voce exprobrantis & obloquentis, * à fácie inimíci & perſequentis.

Hæc ómnia venérunt ſuper nos; nec oblíti ſumus te, * & iníquè non égimus in teſtamento tuo.

Et non receſſit retrò cor noſtrum, * & declinaſti ſémitas noſtras à via tua;

Quóniam humiliaſti nos in loco afflictiónis, * & coopéruit nos umbra mortis.

Altera diviſio Pſalmi 43.

SI oblíti ſumus nomen Dei noſtri, & ſi expándimus manus noſtras ad deum aliénum.

Nonne Deus requíret iſta? * ipſe enim novit abſcóndita cordis.

Quóniam propter te mortificámur totâ die, * æſtimáti ſumus ſicut oves occiſiónis.

Exurge, quare obdormis, Dómine? * exurge, & ne repellas in finem.

Quare fáciem tuam avertis? * oblivíſceris inópiæ noſtræ & tribulatiónis noſtræ?

Quóniam humiliáta eſt in púlvere ánima noſtra, * conglutinátus eſt in terra venter noſter.

Exurge, Dómine, ádjuva nos; * & rédime nos propter nomen tuum.

Ant. Exurge, quare ob-

dormis, Dómine? exurge, & ne repellas in finem.

AD TERTIAM.

Ant. 2. Circumdedérunt.

PSALMUS 39.

Chriſtus mortis & inferi victor Deo jam pro ſe gratias agit, pro membris ſuis preces offert.

EXpectans expectávi Dóminum, * & intendit mihi.

Et exaudívit preces meas, * & eduxit me de lacu miſériæ, & de luto fæcis.

Et ſtátuit ſuper petram pedes meos, * & direxit greſſus meos.

Et immíſit in os meum cánticum novum, * carmen Deo noſtro.

Vidébunt multi, & timébunt; * & ſperábunt in Dómino.

Beátus vir cujus eſt nomen Dómini ſpes ejus, * & non reſpexit in vanitátes & insánias falſas.

Multa feciſti tu, Dómine Deus meus, mirabília tua; * & cogitatiónibus tuis non eſt qui símilis ſit tibi.

Annuntiávi & locútus ſum: * multiplicáti ſunt ſuper númerum.

Sacrifícium & oblatiónem noluiſti; * aures autem perfeciſti mihi.

Holocauſtum & pro peccáto non poſtulaſti: * tunc dixi, Ecce vénio.

In cápite libri ſcriptum eſt de me, ut fácerem voluntátem tuam: * Deus meus, vólui, & legem tuam in médio cordis mei.

Diviſio Pſalmi 39.

ANnuntiávi juſtítiam tuam in eccléſia magna; * ecce lábia mea non prohibébo: Dómine, tu ſciſti.

Juſtítiam tuam non abſcondi in corde meo: * veritátem tuam & ſalutáre tuum dixi.

Non abſcondi miſericórdiam tuam & veritátem tuam * à concílio multo.

Tu autem, Dómine, ne longè fácias miſeratiónes tuas à me: * miſericórdia tua & véritas tua ſemper ſuſceperunt me.

Quóniam circumdedérunt me mala, quorum non eſt númerus; * comprehendérunt me iniquitátes meæ, & non pótui ut vidérem.

Multiplicátæ ſunt ſuper capillos cápitis mei; * & cor meum derelíquit me.

Compláceat tibi, Dómine, ut éruas me: * Dómine, ad adjuvandum me réſpice.

Confundantur & revereantur ſimul, * qui quærunt ánimam meam, ut áuferant eam.

Convertantur retrorsùm, & revéreantur, * qui volunt mihi mala.

Ferant confeſtim confuſiónem ſuam, * qui dicunt mihi: Euge, euge,

Exultent & lætentur ſu-

te omnes, quærentes te; dicant ſemper, Mag-étur Dóminus, qui dí-it ſalutáre tuum.
o autem mendícus ſum uper: * Dóminus ſol-is eſt mei.
jútor meus, & pro-r meus tu es: * Deus, ne tardáveris.

SALMUS 57.

riſtus inimicorum ſuo-injuſtitiam arguit, & indictam in ipſos præ-at.

verè útiquè juſtítiam uímini, recta ju-, fílii hóminum.
nim in corde iniqui-operámini; * in terra tias manus veſtræ nant.
náti ſunt peccatóres ra, erravérunt ab * locúti ſunt falſa.
r illis ſecundùm ſimi-em ſerpentis: * ſicut ſurdæ, & obturan-es ſuas;
: non exáudiet vo-incantántium, & :i incantantis ſapien-
is cónteret dentes eó-i ore ipſórum: * mo-num confringet Dó-.
nſhilum devénient im aqua decurrens: ndit arcum ſuum, infirmentur.
t cera quæ fluit, aufe-: * ſupercécidit ignis, vidérunt ſolem.

Priuſquàm intellígerent ſpinæ veſtræ rhamnum; * ſicut viventes, ſic in ira abſorbet eos.

Lætábitur juſtus, cùm víderit vindictam: * manus ſuas lavábit in ſánguine peccatóris.

Et dicet homo: Si útiquè eſt fructus juſto, * útiquè eſt Deus júdicans eos in terra.

Ant. Circumdedérunt me mala, quórum non eſt númerus: compláceat tibi, Dómine, ut éruas me. *Pſ.* 39.

CAPITULUM. 2. *Cor.* 1.

SUpra modum graváti ſumus ſupra virtútem, ita ut tædéret nos étiam vívere. Sed ipſi in nobiſmetipſis reſponſum mortis habúimus, ut non ſimus fidentes in nobis, ſed in Deo qui ſúſcitat mórtuos; qui de tantis perículis nos erípuit, & éruit; in quem ſperámus quóniam & adhuc erípiet.

℟. *br.* Multiplicáti ſunt, * Qui odérunt me gratis. Multiplicáti ſunt. ℣. Confortáti ſunt * qui perſecúti ſunt me injuſtè, * Qui odérunt me gratis. Glória Patri. Multiplicáti ſunt. *Pſ.* 68.

℣. Dómine, ne elongáveris auxílium tuum à me: ℟. Ad defenſiónem meam cónſpice. *Pſ.* 21.

AD SEXTAM.

Ant. 5. a Potum meum.

PSALMUS 101.

Eccleſiæ, inter hujus mundi adverſa, ſpes in Dei Verbo per quod omnia facta ſunt.

DOmine, exaudi oratiónem meam; * & clamor meus ad te véniat.

Non avertas fáciem tuam à me: * in quacumque die tríbulor, inclína ad me aurem tuam.

In quacumque die invocávero te, * velóciter exaudi me;

Quia defecérunt ſicut fumus dies mei, * & oſſa mea ſicut crémium aruérunt.

Percuſſus ſum ut fœnum, & áruit cor meum; * quia oblítus ſum comédere panem meum.

A voce gémitûs mei * adhæſit os meum carni meæ.

Símilis factus ſum pelicáno ſolitúdinis: * factus ſum ſicut nycticorax in domicílio.

Vigilávi, * & factus ſum ſicut paſſer ſolitárius in tecto.

Totâ die exprobrábant mihi inimíci mei; * & qui laudábant me, adversùm me jurábant.

Quia cínerem tanquam panem manducábam, * & potum meum cum fletu miſcébam.

A fácie iræ & indignatió-

nis tuæ; * quia

alliſiſti me.

Dies mei ſicut um

clinavérunt; * & e

fœnum árui.

Tu autem Dómi

æternum pérmanes

memoriále tuum in

tiónem & generati

Diviſio Pſalmi

TU exurgens

beris Sion,

tempus miſerendi

quia venit tempus;

Quóniam placuér

vis tuis lápides ejus

terræ ejus miſerebu

Et timébunt gen

men tuum, Dómin

omnes reges terræ g

tuam;

Quia ædificávit

nus Sion, * & vi

in glória ſua.

Reſpexit in ora

humílium, * & no

vit precem eórum.

Scribantur hæc in

ratióne áltera: *

pulus qui creábitur

dábit Dóminum;

Quia proſpexit de

ſancto ſuo: * Dóm

cœlo in terram a

Ut audíret gémitu

peditórum, * ut s

fílios interemptórur

Ut annúntient i

nomen Dómini, *

dem ejus in Jerúſale

In conveniendo p

in unum. & reges

ſérviant Dómino.

Reſpondit ei in vi

: * Paucitátem dié-
eórum núntia mihi.
évoces me in dimí-
rum meórum : * in
tiónem & genera-
anni tui.
diviſio Pſalmi 101.
tu, Dómine, ter-
fundaſti: * & ópera
n tuárum ſunt cœli.
períbunt ; * tu au-
manes:
anes ſicut veſtimen-
eraſcent; * & ſicut
ium mutábis eos,
buntur.
utem idem ipſe es,
i tui non defícient.
ſervórum tuórum
unt ; * & ſemen eó-
ſéculum dirigétur.
Potum meum cum
ſcébam, à fácie iræ
natiónis tuæ, Dó-

TULUM. Hebr. 12.
is, tanquam fíliis,
uitur [Deus] di-
ili mi, noli neglí-
ciplínam Dómini,
atigéris dum ab eo
: quem enim díli-
minus, caſtígat ;
t autem omnem fí-
em récipit. In diſ-
perſeveráte.
. Ego, Dómine, *
ella parátus ſum.
Et dolor meus * in
tu meo ſemper : *
ella. Glória Patri.
ómine.
ómine, ante te
eſidérium meum ;

℟. Et gémitus meus à te non eſt abſcónditus. Pſ. 37.

AD NONAM.

Ant. 6. Deus meus.

PSALMUS 21.

Chriſtus in cruce Patrem obſecrat ut ſibi pro nobis adſit.

DEus, Deus meus, réſpice in me: quare me dereliquiſti? * longè à ſalúte meâ verba delictórum meórum.

Deus meus, clamábo per diem, & non exáudies ; * & nocte, & non ad inſipiéntiam mihi.

Tu autem in ſancto hábitas, * laus Iſraël.

In te ſperavérunt patres noſtri : * ſperavérunt, & liberaſti eos.

Ad te clamavérunt, & ſalvi facti ſunt : * in te ſperavérunt, & non ſunt confúſi.

Ego autem ſum vermis, & non homo ; * oppróbrium hóminum, & abjéctio plebis.

Omnes videntes me, deriſérunt me : * locúti ſunt lábiis, & movérunt caput.

Sperávit in Dómino, erípiat eum ; * ſalvum fáciat eum, quóniam vult eum.

Quóniam tu es qui extraxiſti me de ventre ; * ſpes mea ab ubéribus matris meæ.

In te projectus ſum ex útero : * de ventre matris meæ Deus meus es tu.

Diviſio Pſalmi 21.

[DEus meus] ne diſcéſſeris à me, * quóniam tribulátio próxima eſt, quóniam non eſt qui ádjuvet.

Circumdedérunt me vítuli multi: * tauri pingues obſedérunt me.

Aperuérunt ſuper me os ſuum, * ſicut leo rápiens & rúgiens.

Sicut aqua effúſus ſum, * & diſperſa ſunt ómnia oſſa mea.

Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens * in médio ventris mei.

Aruit tanquam teſta virtus mea, & lingua mea adhæſit faucibus meis; * & in púlverem mortis deduxiſti me.

Quóniam circumdedérunt me canes multi; * concílium malignántium obſédit me.

Fodérunt manus meas & pedes meos: * dinumeravérunt ómnia oſſa mea.

Ipſi verò conſideravérunt & inſpexérunt me: * diviſérunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſérunt ſortem.

Tu autem, Dómine, ne elongáveris auxílium tuum à me: * ad defenſiónem meam cónſpice.

Erue à frámea, Deus, ánimam meam, * & de manu canis únicam meam.

Salva me ex ore leónis, * & à córnibus unicórnium humilitátem meam.

Narrábo nomen tuum frátribus meis: * in médio eccléſiæ laudábo te.

Altera diviſio Pſalmi 21.

QUi timétis Dóminum, laudáte eum; univerſum ſemen Jacob, glorificáte eum: * tímeat eum omne ſemen Iſraël.

Quóniam non ſprevit, neque deſpexit deprecatiónem páuperis; nec avertit fáciem ſuam à me: * & cùm clamárem ad eum, exaudívit me.

Apud te laus mea in eccléſia magna: * vota mea reddam in conſpectu timéntium eum.

Edent páuperes, & ſaturabuntur; & laudábunt Dóminum qui requírunt eum: * vivent corda eórum in ſéculum ſéculi.

Reminiſcentur & convertentur ad Dóminum univerſi fines terræ: * & adorábunt in conſpectu ejus univerſæ famíliæ géntium.

Quóniam Dómini eſt regnum, * & ipſe dominábitur géntium.

Manducavérunt & adoravérunt omnes pingues terræ: * in conſpectu ejus cadent omnes qui deſcendunt in terram.

Et ánima mea illi vivet; * & ſemen meum ſérviet ipſi.

Annuntiábitur Dómino generátio ventúra; * & annuntiábunt cœli juſti-

tiam ejus pópulo qui naſcé-tur, quem fecit Dóminus.

Ant. Deus meus, quare me dereliquiſti? longè à ſalúte meâ verba deliƈtó-rum meórum.

CAPITULUM. *Thren.* 5.

QUare in perpétuum oblivíſcéris noſtrî? de-relinques nos in lon-gitúdine diérum? Converte nos, Dómine, ad te, & convertémur: ínnova dies noſtros, ſicut à princípio; ſed projíciens repuliſti nos, irátus es contra nos vehe-menter.

℟. *br.* Uſquequò, Dó-mine, Oblivíſcéris me in finem? Uſquequò. ℣. Uſ-quequò exaltábitur * ini-mícus meus ſuper me? * Oblivíſcéris. Glória Patri. Uſquequò. *Pſ.* 12.

℣. Exurge, Dómine Deus, exaltétur manus tua: ℟. Ne oblivíſcáris páuperum. *Pſ.* 9.

AD VESPERAS.

Ant. 4. A. Supra dorſum.

PSALMUS 128.

Chriſti & Eccleſiæ prælia & victoriæ.

SÆpè expugnavérunt me à juventúte mea: * dicat nunc Iſraël.

Sæpè expugnavérunt me à juventúte mea; * étenim non potuérunt mihi.

Supra dorſum meum fa-bricavérunt peccatóres: * prolongavérunt iniquitá-tem ſuam.

Dóminus juſtus * con-cídit cervíces peccatórum.

Confundantur & conver-tantur retrorsùm * omnes qui odérunt Sion.

Fiant ſicut fœnum tectó-rum, * quod, priuſquàm evellátur, exáruit:

De quo non implévit ma-num ſuam, qui metit; * & ſinum ſuum, qui maní-pulos cólligit.

Et non dixérunt qui præ-teríbant: Benedíctio Dó-mini ſuper vos; * bene-díximus vobis in nómine Dómini.

Ant. Supra dorſum meum fabricavérunt peccatóres: prolongavérunt iniquitá-tem ſuam.

Ant. 2. Poſuiſti.

PSALMUS 138.

Dei ubiquè præſentis & omnia cognoſcentis mira-bilis ſcientia.

DOmine, probaſti me, & cognoviſti me: * tu cognoviſti ſeſſiónem meam, & reſurrectiónem meam.

Intellexiſti cogitatiónes meas de longè: * ſémitam meam & funículum meum inveſtigaſti.

Et omnes vias meas præ-vidiſti, * quia non eſt ſer-mo in lingua mea.

Ecce, Dómine, tu cog-noviſti ómnia, noviſſima & antíqua: * tu formaſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam.

Mirábilis facta eſt ſcién-tia tua ex me: * confor-

táta eſt, & non pótero ad eam.

Quò ibo à ſpíritu tuo ? * & quò à fácie tua fúgiam ?

Si aſcéndero in cœlum, tu illîc es : * ſi deſcéndero in infernum, ades :

Si ſúmpſero pennas meas dilúculo, * & habitávero in extrémis maris ;

Etenim illùc manus tua dedúcet me, * & tenébit me déxtera tua.

Et dixi : Fórſitan ténebræ conculcábunt me ; * & nox illuminátio mea in delíciis meis.

Quia ténebræ non obſcurabuntur à te ; & nox ſicut dies illuminábitur : * ſicut ténebræ ejus, ita & lumen ejus.

Quia tu poſſediſti renes meos : * ſuſcepiſti me de útero matris meæ.

Ant. Poſuiſti ſuper me manum tuam, Dómine : quò à fácie tua fúgiam ?

Ant. 6. Confitébor tibi.

Diviſio Pſalmi 138.

CONfitébor tibi, [Dómine] quia terribíliter magnificátus es ; * mirabília ópera tua, & ánima mea cognoſcit nimìs.

Non eſt occultátum os meum à te, quod feciſti in occulto ; * & ſubſtántia mea in inferióribus terræ.

Imperfectum meum vidérunt óculi tui ; & in libro tuo omnes ſcribentur : * dies formabuntur, & nemo in eis.

Mihi autem nimìs honorificáti ſunt amíci tui, Deus : * nimìs confortátus eſt principátus eórum.

Dinumerábo eos, & ſuper arénam multiplicabuntur : * exurrexi, & adhuc ſum tecum.

Si occíderis, Deus, peccatóres : * viri ſánguinum, declináte à me ;

Quia dícitis in cogitatióne : * Accípient in vanitáte civitátes tuas.

Nonne qui odérunt te, Dómine, óderam ? * & ſuper inimícos tuos tabeſcébam ?

Perfecto ódio óderam illos ; * & inimíci facti ſunt mihi.

Proba me, Deus, & ſcito cor meum : * intérroga me, & cognoſce ſémitas meas ;

Et vide ſi via iniquitátis in me eſt, * & deduc me in via æterna.

Ant. Confitébor tibi, Dómine, quia terribíliter magnificátus es ; ánima mea cognoſcit nimìs.

Ant. 3. b. Cuſtódi me, Dómine.

PSALMUS 139.

Se ab improbis defendi precatur Eccleſia.

ERipe me, Dómine, ab hómine malo : * à viro iníquo éripe me.

Qui cogitavérunt iniquitátes in corde : * totâ die conſtituébant prælia.

Acuérunt linguas ſuas ſi-

entis : * venénum
ſub lábiis eórum.
di me, Dómine,
ı peccatóris ; * &
nibus iníquis éripe

:ogitavérunt ſup-
greſſus meos : *
:runt ſuperbi lá-
nihi.
ıes extendérunt in
: * juxtà iter ſcán-
oſuérunt mihi.
5mino : Deus meus
exaudi, Dómine,
:precatiónis meæ.
Cuſtódi me, Dó-
: manu peccatóris.
. c. Dómine, Dó-

io Pſalmi 139.
iine, Dómine, vir-
ſalútis meæ, *
ıſti ſuper caput
ı die belli.
ıdas me Dómine,
io meo peccatóri :
vérunt contra me;
nquas me, ne fortè
ur.
circúitûs eórum ;
labiórum ipſórum
:os.
ıt ſuper eos carbó-
gnem dejícies eos;
:riis non ſubſiſtent.
ıguóſus non dirigé-
ra : * virum injuſ-
la cápient in inté-

ivi quia fáciet Dó-
dícium ínopis, *
tam páuperum.
:amen juſti confi-

tebuntur nómini tuo ; * & habitábunt recti cum vultu tuo.

Ant. Dómine, Dómine, virtus ſalútis meæ, ne derelinquas me.

CAPITULUM. *Hebr.* 12.

DEponentes omne pondus & circumſtans nos peccátum, per patiéntiam currámus ad propóſitum nobis certámen ; aſpicientes in auctórem fídei & conſummatórem Jeſum, qui, propóſito ſibi gáudio, ſuſtínuit crucem, confuſióne contemptâ.

HYMNUS.

LUgéte, pacis Angeli :
Mortális en ultrò Deus,
Culpæ gerens imáginem,
Pœnam nocentûm ſúſtinet.
Amóris ô miráculum !
O cordis humáni ſtupor !
Inſons Deus neci datur ;
Pigébit & ſontes pati !
Nos ſempiternis crux tua,
O Chriſte, flammis éruit :
Hîc ure vindex, hîc ſeca,
Parcas in æternum modò.
Caro reclámat ; ſed Patris
Urget voluntas : nos tuâ
Virtúte da fortes ſequi,
Jeſu, quod exemplo doces.
Livóre ſanátos tuo,
Tuóque lotos ſánguine,
Peccando ne novam ſinas
Paráre nos tibi crucem.
Qui Fílium tradit, Patri,
Natóque ſit laus víctimæ :
Par ſit tibi laus, qui ſacram
Succendis aram, Spíritus.
Amen.

℣. Clamávi ad te, Dó-

mine, totâ die ℟. Expandi ad te manus meas. *Pſ.* 87.

Ad Magníficat.

Ant. 1. D. Fecit Dóminus poténtiam in bráchio ſuo : diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. *Luc.* 1.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 2. Ne derelinquas me.

PSALMUS 37.

Mala hujus vitæ ſuſtinenda ad obtinendam peccatorum veniam.

DOmine, ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me;

Quóniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, * & confirmaſti ſuper me manum tuam.

Non eſt ſánitas in carne mea à fácie iræ tuæ : * non eſt pax óſſibus meis à fácie peccatórum meórum.

Quóniam iniquitátes meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum : * & ſicut onus grave gravátæ ſunt ſuper me.

Putruérunt & corruptæ ſunt cicatríces meæ, * à fácie inſipiéntiæ meæ.

Miſer factus ſum & curvátus ſum uſque in finem : * totâ die contriſtátus ingrediébar.

Quóniam lumbi mei impléti ſunt illuſiónibus ; * & non eſt ſánitas in carne mea.

Afflictus ſum & humiliátus ſum nimìs : * rug à gémitu cordis mei

Dómine, ante te deſidérium meum ; * mitus meus à te n abſcónditus.

Cor meum contur eſt, derelíquit me mea ; * & lumen rum meórum, & non eſt mecum.

Diviſio Pſalmi :

AMíci mei, & p mei * adversù appropinquavérunt térunt.

Et qui juxtà me de longè ſtetérunt ; * faciébant qui quæ ánimam meam.

Et qui inquirébant mihi, locúti ſunt v tes, * & dolos totâ d ditabantur.

Ego autem tanqua dus non audiébam, ſicut mutus non apéri ſuum.

Et factus ſum ſicut non áudiens, * & nc bens in ore ſuo redar nes.

Quóniam in te, I ne, ſperávi : * tu ex me, Dómine Deus m

Quia dixi : Neq ſupergáudeant mihi i mei ; * &, dum co ventur pedes mei, me magna locúti ſun

Quóniam ego in f parátus ſum ; * & meus in conſpectu ſemper.

Quóniam iniquitátem meam annuntiábo ; * & cogitábo pro peccáto meo.

Inimíci autem mei vivunt, & confirmáti ſunt ſuper me ; * & multiplicáti ſunt qui odérunt me iníquè.

Qui retríbuunt mala pro bonis, detrahébant mihi ; * quóniam ſequébar bonitátem.

Ne derelinqùas me, Dómine ; Deus meus, ne diſcésseris à me : * intende in adjutórium meum, Dómine Deus ſalútis meæ.

PSALMUS 55.

Anima fidelis in Deo ſperans, nihil ab homine timet.

MIſerére meî, Deus, quóniam conculcávit me homo : * totâ die impugnans tribulávit me.

Conculcavérunt me inimíci mei totâ die, * quóniam multi bellantes adversùm me.

Ab altitúdine diéi timébo ; * ego verò in te ſperábo.

In Deo laudábo ſermónes meos, in Deo ſperávi : * non timébo quid fáciat mihi caro.

Totâ die verba mea execrabantur : * adversùm me omnes cogitatiónes eórum in malum.

Inhabitábunt, & abſcondent : * ipſi calcáneum meum obſervábunt.

Sicut ſuſtinuérunt ánimam meam, pro níhilo ſalvos fácies illos : * in ira pópulos confringes.

Deus, vitam meam annuntiávi tibi : * poſuiſti lácrymas meas in conſpectu tuo, ſicut & in promiſſióne tua.

Tunc convertentur inimíci mei retrorsùm * in quacumque die invocávero te.

Ecce cognovi, * quóniam Deus meus es.

In Deo laudábo verbum : * in Dómino laudábo ſermónem.

In Deo ſperávi : * non timébo quid fáciat mihi homo.

In me ſunt, Deus, vota tua ; * quæ reddam laudatiónes tibi ;

Quóniam eripuiſti ánimam meam de morte, & pedes meos de lapſu ; * ut pláceam coram Deo in lúmine vivéntium.

Ant. Ne derelinquas me, Dómine ; Deus meus, ne diſcéſſeris à me. *Pſ.* 37.

SABBATO.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Remuneratórem inquiréntibus ſe Deum, * Veníte adorémus. *Hebr.* 11. *Pſ.* 94 Veníte. 2.

HYMNUS.

TAndem peractis, ô Deus,
Sexto diérum límite,
Ponis modum labóribus,
Orbíque plaudis cóndito.
At dum perenni ſéptimam

Lucem quiéti cónſecras,
En te repoſcit dénuò
Alter creatórem labor.
Te cuncta nempe prædicant;
Te terra, pontus, sídera
Cantu celébrant æmulo;
Peccátor unus díſſonat.
Tu pectus aufer sáxeum;
Tu cárneum pectus crea:
Et caritátis úberes
Fructus canent hymnum tibi.
Hæc te juvant præcónia,
Si facta voci cónſonent:
Sic efficáci fléctitur
Divína majeſtas prece.
Ætérna laus & glória
Uni ſit & trino Deo,
Qui cuncta nutu cóndidit,
Nutúque ſervat cóndita.
Amen.

Ant. 3. a. Propter innocéntiam.

PSALMUS 40.

Chriſtus propter nos egenus; morti traditus reſurrectionem ſuam petit & impetrat.

BEátus qui intélligit ſuper egénum & páuperem; * in die mala liberábit eum Dóminus.

Dóminus conſervet eum, & vivíficet eum, & beátum fáciat eum in terra, * & non tradat eum in ánimam inimicórum ejus.

Dóminus opem ferat illi ſuper lectum dolóris ejus: * univerſum ſtratum ejus verſaſti in infirmitáte ejus.

Ego dixi: Dómine, miſerére meî; * ſana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Inimíci mei dixérunt mala mihi: * Quando moriétur, & períbit nomen ejus?

Et ſi ingrediebátur ut vidéret, vana loquebátur: * cor ejus congregávit iniquitátem ſibi.

Egrediebátur foràs, * & loquebátur in idipſum.

Adversùm me ſuſurrábant omnes inimíci mei: * adversùm me cogitábant mala mihi.

Verbum iníquum conſtituérunt adversùm me: * numquid qui dormit, non adjíciet ut reſurgat?

Etenim homo pacis meæ, in quo ſperávi, qui edébat panes meos, * magnificávit ſuper me ſupplantatiónem.

Tu autem, Dómine, miſerére meî, & reſúſcita me; * & retríbuam eis.

In hoc cognóvi quóniam voluiſti me, * quóniam non gaudébit inimícus meus ſuper me.

Me autem propter innocéntiam ſuſcepiſti, * & confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum.

Benedictus Dóminus Deus Iſraël à ſéculo, & uſque in ſéculum: * fiat, fiat.

PSALMUS 48.

Homo de priſtino ſuo ſtatu per peccatum lapſus, divitiis non redimitur; nil contra infernum poſſunt opes.

AUdíte hæc, omnes gentes: * áuribus percípite, omnes qui habitátis orbem,

Quique terrígenæ, & fílii hóminum, * ſimul in unum dives & pauper.

Os meum loquétur ſapiéntiam, * & meditátio cordis mei prudéntiam.

Inclinábo in parábolam aurem meam: * apériam in pſaltério propoſitiónem meam.

Cur timébo in die mala? * iníquitas calcánei mei circúmdabit me.

Qui confídunt in virtúte ſua, * & in multitúdine divitiárum ſuárum gloriantur.

Frater non rédimit, rédimet homo: * non dabit Deo placatiónem ſuam, & prétium redemptiónis ánimæ ſuæ,

Et laborábit in æternum, & vivet adhuc in finem: * non vidébit intéritum, cùm víderit ſapientes morientes.

Simul insípiens & ſtultus períbunt, * & relinquent aliénis divítias ſuas.

Et ſepulcra eórum domus illórum in æternum; tabernácula eórum in progénie & progénie: * vocavérunt nómina ſua in terris ſuis.

Et homo, cùm in honóre eſſet, non intellexit: * comparátus eſt jumentis inſipiéntibus, & símilis factus eſt illis.

Hæc via illórum ſcándalum ipſis; * & póſteà in ore ſuo complacébunt.

Sicut oves in inferno póſiti ſunt: * mors depaſcet eos.

Et dominabuntur eórum juſti in matutíno; * & auxílium eórum veteraſcet in inferno à glória eórum.

Verúmtamen Deus rédimet ánimam meam de manu inferi, * cùm accéperit me.

Diviſio Pſalmi 48.

NE timúeris, cùm dives factus fúerit homo, * & cùm multiplicáta fúerit glória domûs ejus.

Quóniam, cùm interíerit, non ſumet ómnia; * neque deſcendet cum eo glória ejus.

Quia ánima ejus in vita ipsíus benedicétur: * confitébitur tibi, cùm beneféceris ei.

Introíbit uſque in progénies patrum ſuórum; * & uſque in æternum non vidébit lumen.

Homo, cùm in honóre eſſet, non intellexit: * comparátus eſt jumentis inſipiéntibus, & símilis factus eſt illis.

Ant. Propter innocéntiam ſuſcepiſti me, Deus;

& confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum. *Pſ.* 40.

Ant. 5. F. Tibi, Deus.

PSALMUS 61.

Fruſtrà oppugnatur, qui Deo ſubjectus, in ejus tutela manet.

NOnnè Deo ſubjecta erit ánima mea? * ab ipſo enim ſalutáre meum.

Nam & ipſe Deus meus, & ſalutáris meus: * ſuſceptor meus, non movébor ámpliùs.

Quouſque irrúitis in hóminem? * interfícitis univerſi vos tanquàm paríeti inclináto, & macériæ depulſæ?

Verúmtamen prétium meum cogitavérunt repéllere; cucurri in ſiti: * ore ſuo benedicébant, & corde ſuo maledicébant.

Verúmtamen Deo ſubjecta eſto, ánima mea; * quóniam ab ipſo patiéntia mea.

Quia ipſe Deus meus, & Salvátor meus; * adjútor meus, non emigrábo.

In Deo ſalutáre meum, & glória mea: * Deus auxílii mei: & ſpes mea in Deo eſt.

Speráte in eo, omnis congregátio pópuli; effúndite coram illo corda veſtra: * Deus adjutor noſter in æternum.

Verúmtamen vani fílii hóminum, mendáces fílii hóminum in ſtatéris, * ut decípiant ipſi de vanitáte in idipſum.

Nolíte ſperáre in iniquitáte, & rapínas nolíte concupíſcere: * divítiæ ſi áffluant, nolíte cor appónere.

Semel locútus eſt Deus, * duo hæc audívi:

Quia poteſtas Dei eſt, & tibi, Dómine, miſericórdia; * quia tu reddes unicuíque juxta ópera ſua.

PSALMUS 63.

Anima fidelis Dei juſtitiam contra iniquos deprecatur.

EXaudi, Deus, oratiónem meam, cùm déprecor: * à timóre inimíci éripe ánimam meam.

Protexiſti me à conventu malignántium, * à multitúdine operántium iniquitátem;

Quia exacuérunt ut gládium linguas ſuas: * intendérunt arcum, rem amáram, ut ſagittent in occultis immaculátum.

Súbitò ſagittábunt eum, & non timébunt: * firmavérunt ſibi ſermónem nequam.

Narravérunt ut abſcónderent láqueos: * dixérunt, Quis vidébit eos.

Scrutáti ſunt iniquitátes: * defecérunt ſcrutantes ſcrutínio.

Accédet homo ad cor altum, * & exaltábitur Deus.

Sagittæ parvulórum factæ ſunt plagæ eórum; * & in-

firmátæ ſunt contra eos linguæ eórum.

Conturbáti ſunt omnes qui vidébant eos ; * & tímuit omnis homo.

Et annuntiavérunt ópera Dei ; * & facta ejus intellexérunt.

Lætábitur juſtus in Dómino, & ſperábit in eo ; * & laudabuntur omnes recti corde.

PSALMUS 74.

Fruſtrà extollunt ſe iniqui : Deus judex eſt.

CONfitébimur tibi, Deus, confitébimur, & invocábimus nomen tuum : * narrábimus mirabília tua.

Cùm accépero tempus, * ego juſtítias judicábo.

Liquefacta eſt terra, & omnes qui hábitant in ea : * ego confirmávi columnas ejus.

Dixi iníquis, Nolíte iníquè ágere ; * & delinquéntibus, Nolíte exaltáre cornu.

Nolíte extóllere in altum cornu veſtrum : * nolíte loqui adversùs Deum iniquitátem ;

Quia neque ab oriente, neque ab occidente, * neque à deſertis móntibus.

Quóniam Deus judex eſt : * hunc humíliat, & hunc exaltat.

Quia calix in manu Dómini vini meri plenus mixto ; * & inclinávit ex hoc in hoc.

Verúmtamen fæx ejus non eſt exinaníta : * bibent omnes peccatóres terræ.

Ego autem annuntiábo in ſéculum : * cantábo Deo Jacob.

Et ómnia córnua peccatórum confringam ; * & exaltabuntur córnua juſti.

Ant. Tibi, Deus, confitébimur, & invocábimus nomen tuum : narrábimus mirabília tua. *Pſ.* 74.

Ant. 6. Tu terríbilis es.

PSALMUS 75.

Terribilis eſt Deus in judiciis ſuis ſuper iniquos.

NOtus in Judæa Deus : * in Iſraël magnum nomen ejus.

Et factus eſt in pace locus ejus, * & habitátio ejus in Sion.

Ibi confrégit poténtias árcuum, * ſcutum, gládium, & bellum.

Illúminans tu mirabíliter à móntibus æternis : * turbáti ſunt omnes inſipientes corde.

Dormiérunt ſomnum ſuum ; * & nihil invenérunt omnes viri divitiárum in mánibus ſuis.

Ab increpatióne tua, Deus Jacob, * dormitavérunt qui aſcendérunt equos.

Tu terríbilis es, & quis reſiſtet tibi ? * ex tunc ira tua.

De cælo audítum fecisti judícium : * terra trémuit, & quiévit,

Cùm exúrgeret in judícium Deus, * ut ſalvos

fáceret omnes manſuétos terræ.

Quóniam cogitátio hóminis confitébitur tibi; *& relíquiæ cogitatiónis diem feſtum agent tibi.

Vovéte, & réddite Dómino Deo veſtro, * omnes qui in circúitu ejus affertis munera:

Terríbili, & ei qui aufert ſpíritum príncipum; * terríbili apud reges terræ.

PSALMUS 82.

Infidelium adversùs Eccleſiam motus, ipſorumque confuſio & interitus.

DEus, quis símilis erit tibi? * ne táceas, neque compeſcáris, Deus;

Quóniam ecce inimíci tui ſonuérunt: * & qui odérunt te, extulérunt caput.

Super pópulum tuum malignavérunt consílium, * & cogitavérunt adversùs ſanctos tuos.

Dixérunt: Veníte, & diſperdámus eos de gente; * & non memorétur nomen Iſraël ultrà.

Quóniam cogitavérunt unanímiter: * ſimul adversùm te teſtamentum diſpoſuérunt tabernácula Idumæórum & Iſmahelítæ,

Moab, & Agaréni, Gebal, & Ammon, & Amalec; * alienígenæ cum habitántibus Tyrum.

Etenim Aſſur venit cum illis; * facti ſunt in adjutórium fíliis Lot.

Fac illis ſicut Mádian, & Síſaræ, * ſicut Jabin in torrente Ciſſon.

Diſperiérunt in Endor; * facti ſunt ut ſtercus terræ.

Pone príncipes eórum ſicut Oreb, & Zeb, * & Zébee, & Sálmana;

Omnes príncipes eórum, * qui dixérunt: Hæreditáte poſſideámus ſanctuárium Dei.

Diviſio Pſalmi 82.

DEus meus, pone illos ut rotam, * & ſicut ſtípulam ante fáciem venti.

Sicut ignis qui combúrit ſylvam, * & ſicut flamma combúrens montes;

Ita perſequéris illos in tempeſtáte tua, * & in ira tua turbábis eos.

Imple fácies eórum ignomíniâ; * & quærent nomen tuum, Dómine.

Erubeſcant & conturbentur in ſéculum ſéculi, * & confundantur, & péreant:

Et cognoſcant quia nomen tibi, Dóminus; * tu ſolus Altíſſimus in omni terra.

Ant. Tu terríbilis es, Deus Jacob, & quis reſiſtet tibi? *Pſ.* 75.

℣. Confiteantur tibi, Dómine, ómnia ópera tua;

℟. Et ſancti tui benedícant tibi. *Pſ.* 144.

Pater noſter.

℣. *Sacerd.* Repleátur os meum laude, ut cantem glóriam tuam, ℟. Totâ die magnitúdinem tuam. *Pſ.* 70.

AD

LAUDES.

4. a. Pérfice.

ALMUS 16.

i pro nobis patientis
um ſpe reſurgendi.

Eaudi, Dómine, juſ-
ſtiam meam : * in-
ende deprecatiónem

bus pércipe oratió-
eam, * non in lá-
lóſis.

vultu tuo judícium
pródeat ; * óculi
eant æquitátes.

aſti cor meum, &
i nocte : * igne me
aſti & non eſt in-
n me iníquitas.

on loquátur os meum
hóminum, * prop-
ba labiórum tuórum
ſtodívi vias duras.

ice greſſus meos in
tuis, * ut non mo-
r veſtígia mea.

clamávi, quóniam
ſti me, Deus : * in-
urem tuam mihi, &
verba mea.

ífica miſericórdias
* qui ſalvos facis
tes in te.

eſiſténtibus déxteræ
cuſtódi me ut pu-
óculi.

umbra alárum tuá-
rótege me * à fácie
um qui me afflixé-

Pérfice greſſus meos
itis tuis, Dómine,
moveantur veſtígia

Ant. 7. b. In juſtítia.

Diviſio Pſalmi 16.

INimíci mei ánimam meam circumdedérunt ; ádipem ſuum concluſérunt : * os eórum locútum eſt ſupérbiam.

Projicientes me nunc circumdedérunt me : * óculos ſuos ſtatuérunt declináre in terram.

Suſceperunt me ſicut leo parátus ad prædam, * & ſicut cátulus leónis hábitans in ábditis.

Exurge, Dómine, præveni eum, & ſupplanta eum : * éripe ánimam meam ab ímpio, frámeam tuam ab inimícis manûs tuæ.

Dómine, à paucis de terra dívide eos in vita eórum : * de abſcónditis tuis adimplétus eſt venter eórum.

Saturáti ſunt filiis ; * & dimiſérunt relíquias ſuas párvulis ſuis.

Ego autem in juſtítia apparébo conſpéctui tuo : * ſatiábor, cùm apparúerit glória tua.

Ant. In juſtítia apparébo conſpéctui tuo : ſatiábor, cùm apparúerit glória tua.

Ant. 1. *f.* Parátum.

PSALMUS 56.

Chriſti pro nobis patientis oratio ; reſurrectio & aſcenſio ejus prænuntiantur.

MIſerére meî Deus, miſerére meî * quóniam in te confídit ánima mea.

Et in umbra alárum tuárum ſperábo, * donec tránſeat iníquitas.

Clamábo ad Deum altíſſimum, * Deum qui benefécit mihi.

Miſit de cœlo, & liberávit me : * dedit in oppróbrium conculcantes me.

Miſit Deus miſericórdiam ſuam & veritátem ſuam ; * & erípuit ánimam meam de médio catulórum leónum : dormívi conturbátus.

Fílii hóminum, dentes eórum arma & ſagittæ ; * & lingua eórum gládius acútus.

Exaltáre ſuper cœlos, Deus ; * & in omnem terram glória tua.

Láqueum paravérunt pédibus meis ; * & incurvavérunt ánimam meam.

Fodérunt ante fáciem meam fóveam ; * & incidérunt in eam.

Parátum cor meum, Deus, parátum cor meum ; * cantábo & pſalmum dicam.

Exurge, glória mea ; exurge, pſaltérium & cíthara : * exurgam dilúculo.

Confitébor tibi in pópulis, Dómine : * & pſalmum dicam tibi in géntibus ;

Quóniam magnificáta eſt uſque ad cœlos miſericórdia tua, * & uſque ad nubes véritas tua.

Exaltáre ſuper cœlos, Deus ; * & ſuper omnem terram glória tua.

Ant. Parátum cor meum, Deus, parátum cor meum : cantábo, & pſalmum dicam.

Ant. 5. a. Date magnificéntiam.

In Feriis, ALTERUM MOYSI CANTICUM. *Deut.* 32.

Populi ſui infidelitatem, Deique vindictas & miſerationes prænuntiat.

AUdíte, cœli, quæ loquor : * áudiat terra verba oris mei.

Concreſcat ut plúvia doctrína mea : * fluat ut ros elóquium meum.

Quaſi imber ſuper herbam, * & quaſi ſtillæ ſuper grámina.

Quia nomen Dómini invocábo : * date magnificéntiam Deo noſtro.

Dei perfecta ſunt ópera, & omnes viæ ejus judícia : * Deus fidélis, & abſque ulla iniquitáte, juſtus & rectus.

Peccavérunt ei, & non fílii ejus in ſórdibus : * generátio prava atque perverſa.

Hæccine reddis Dómino, * pópule ſtulte & insípiens ?

Numquid non ipſe eſt pater tuus, * qui poſſédit te, & fecit, & creávit te.

Memento diérum antiquórum : * cógita generatiónes ſíngulas.

Intérroga patrem tuum,

:iábit tibi : * ma-
s & dicent tibi.
ɔ dividébat Altíſ-
ıtes , * quando ſe-
ïlios Adam ,
:uit términos po-
* juxta númerum
Iſraël.
ıtem Dómini pó-
s : * Jacob funí-
reditátis ejus.
t eum in terra de-
in loco horróris,
ſolitúdinis.
ıduxit eum , &
* & cuſtodívit
›illam óculi ſui.
áquila próvocans
lum pullos ſuos, *
eos vólitans ,
dit alas ſuas , &
: eum , * atque
in húmeris ſuis.
ıus ſolus dux ejus
& non erat cum eo
nus.
tuit eum ſuper ex-
rram , * ut comé-
ctus agrórum ,
geret mel de pe-
›leumque de ſaxo
› ;
ım de armento ,
e óvibus , * cum
norum & aríetum
Baſan ,
eos cum medulla
& sánguinem uvæ
neracíſſimum.
ſátus eſt dilectus ,
itrávit ; * incraſ-
npinguátus , dila-
quit Deum factó-

rem ſuum , * & receſſit à Deo ſalutári ſuo.

Provocavérunt eum in diis aliénis ; * & in abominatiónibus ad iracúndiam concitavérunt.

Immolavérunt dæmóniis, & non Deo ; * diis quos ignorábant.

Novi recenteſque venérunt , * quos non coluérunt patres eórum.

Deum qui te génuit , dereliquiſti ; * & oblítus es Dómini creatóris tui.

Vidit Dóminus , & ad iracúndiam concitátus eſt ; * quia provocavérunt eum fílii ſui , & fíliæ.

Et ait : abſcondam fáciem meam ab eis , * & conſiderábo noviſſima eórum ;

Generátio enim perverſa eſt , * & infidéles fílii.

Ipſi me provocavérunt in eo qui non erat deus , * & irritavérunt in vanitátibus ſuis.

Et ego provocábo eos in eo qui non eſt pópulus , * & in gente ſtulta irritábo illos.

Ignis ſuccenſus eſt in furóre meo , * & ardébit uſque ad inferni noviſſima ;

Devorabitque terram cum gérmine ſuo , * & móntium fundamenta combúret.

Congregábo ſuper eos mala ; * & ſagittas meas complébo in eis.

Conſumentur fame, * & devorábunt eos aves morſu amaríſſimo.

Dentes beſtiárum immittam in eos, cum furóre trahéntium ſuper terram, atque ſerpéntium.

Foris vaſtábit eos gládius, & intùs pavor, * júvenem ſimul ac vírginem, lactentem cum hómine ſene.

Dixi: Ubinàm ſunt? * ceſſáre faciam ex homínibus memóriam eórum.

Sed propter iram inimicórum dìſtuli, * ne fortè ſuperbírent hoſtes eórum;

Et dícerent: Manus noſtra excelſa, & non Dóminus, * fecit hæc ómnia.

Gens abſque conſílio eſt, & ſine prudéntia: * útinàm ſáperent, & intellígerent, ac noviſſima providérent!

Quómodò perſequátur unus mille, * & duo fugent decem míllia?

Nonnè ideò quia Deus ſuus véndidit eos, * & Dóminus conclúſit illos?

Non enim eſt Deus noſter ut dii eórum; * & inimíci noſtri ſunt júdices.

De vínea Sodomórum, vínea eórum, * & de ſuburbánis Gomorrhæ.

Uva eórum, uva fellis; * & botri amaríſſimi.

Fel dracónum vinum eórum, * & venénum áſpidum inſanábile.

Nonnè hæc cóndita ſunt apud me, * & ſignáta in theſauris meis?

Mea eſt últio, & ego retríbuam in témpore, * ut labátur pes eórum.

Juxtà eſt dies perditiónis, * & adeſſe feſtínant témpora.

Judicábit Dóminus pópulum ſuum, * & in ſervis ſuis miſerébitur.

Vidébit quòd infirmáta ſit manus, * & clauſi quoque defecérunt, reſidui quoque conſumpti ſunt.

Et dicet: Ubi ſunt dii eórum, * in quibus habébant fidúciam;

De quorum víctimis comedébant ádipes, * & bibébant vinum libáminum?

Surgant, & opitulentur vobis, * & in neceſſitáte vos prótegant.

Vidéte quòd ego ſim ſolus, * & non ſit álius Deus præter me.

Ego occídam, & ego vívere fáciam; percútiam, & ego ſanábo: * & non eſt qui de manu mea poſſit erúere.

Levábo ad cœlum manum meam, & dicam: * Vivo ego in æternum.

Si acúero ut fulgur gládium meum, * & arripúerit judícium manus mea;

Reddam ultiónem hóſtibus meis; * & his qui odérunt me, retríbuam:

Inebriábo ſagittas meas ſánguine, * & gládius meus devorábit carnes,

De cruóre occiſórum, * & de captivitáte, nudáti inimicórum cápitis.

Laudáte, gentes, pópulum ejus; * quia ſánguinem servórum ſuórum ulciſcétur:

Et vindíctam retríbuet in hoſtes eórum, * & propítius erit terræ pópuli ſui.

Ant. Date magnificéntiam Deo noſtro: Dei perfécta ſunt ópera.

[*In Feſtis*, CANTICUM. *Judith* 16.

Maria Chriſtum pariens inimicum noſtrum confodit.

INcípite Dómino in tympanis: cantáte Dómino in cymbalis.

Moduláminì illi pſalmum novum: * exaltáte, & invocáte nomen ejus.

Dóminus cónterens bella: * Dóminus nomen eſt illi.

Qui póſuit caſtra ſua in médio pópuli ſui, ut erípeeret nos de manu ómnium inimicórum noſtrórum.

Venit Aſſur ex móntibus ab Aquilóne, * in multitúdine fortitúdinis ſuæ:

Cujus multitúdo obturávit torrentes, * & equi eórum cooperuérunt valles.

Dixit ſe incenſúrum fines meos, * & júvenes meos occiſúrum gládio,

Infántes meos dare in prædam, * & vírgines in captivitátem.

Dóminus autem omnípotens nócuit eum, * & trádidit eum in manus féminæ, * & confódit eum.]

Ant. 2. Laudáte Dóminum.

PSALMUS 116.

Miſericordia & veritas Dei in populum ſuum à gentibus laudanda.

LAudáte Dóminum, omnes gentes: * laudáte eum, omnes pópuli.

Quóniam confirmáta eſt ſuper nos miſericórdia ejus, * & véritas Dómini manet in æternum.

Ant. Laudáte Dóminum, omnes pópuli; quóniam confirmáta eſt ſuper nos miſericórdia ejus.

CAPITULUM. *Coloſſ.* 1.

NOn ceſſámus pro vobis orantes, & poſtulantes ut impleámini agnitióne voluntátis Dei, in omni ſapiéntia & intelléctu ſpirituáli; ut ambulétis dignè Deo, per ómnia placentes, in omni ópere bono fructificantes, & creſcentes in ſciéntia Dei, in omni virtúte confortáti ſecundùm poténtiam claritátis ejus.

HYMNUS.

RErum Creátor ómnium,
Noſtros labóres ádjuva;
Ut caſta Chriſti nómine
Nos vita dignos árguat.

Tu nempe ſanctus & potens,
Placére das ſolus tibi:
Tu legis auctor das ſequi
Quod lege præmonſtras iter.

Cingunt iter perícula,
Tu lúbricos firma pedes;
Et certióre férvidi
Pergémus ad metam gradu.
O meta felix, pax ubì
Et vera nos manet quies;
Ubì voluptátis ſacro
Torrente potábis tuos!
Te mens, ô alma Trínitas,
Anhélat ardens, te ſitit:
Tuâ redemptis grátiâ
Æterna redde præmia.
Amen.

℣. Deduc me, Dómine, in via tua, & ingrédiar in veritáte tua: ℟. Lætétur cor meum, ut tímeat nomen tuum. *Pſ.* 85.

Ad Benedictus.

Ant. 8. G. Dírige pedes noſtros in viam pacis, Deus Iſraël. *Luc.* 1.

AD PRIMAM.

Ant. 7. *d.* Notam.

PSALMUS 87.

Juſtus ab inimicis vexatus & ab amicis derelictus, ſe Deo commendat.

DOmine Deus ſalútis meæ, * in die clamávi & nocte coram te.

Intret in conſpectu tuo orátio mea: * inclína aurem tuam ad precem meam;

Quia repléta eſt malis ánima mea, * & vita mea inferno appropinquávit.

Æſtimátus ſum cum deſcendéntibus in lacum: * factus ſum ſicut homo ſine adjutório, inter mórtuos liber:

Sicut vulneráti dor
tes in ſepulcris, qu
non es memor ámpli
& ipſi de manu tua r
ſunt.

Poſuérunt me in la
ferióri, * in teneb
& in umbra mortis.

Super me confirmá
furor tuus, * & omne
tus tuos induxiſti ſup

Longè feciſti noto
à me: * poſuérunt m
minatiónem ſibi.

Tráditus ſum, &
egrediébar: * ócu
languérunt præ inóp

Clamávi ad te, Dó
totâ die: * expand
manus meas.

Numquid mórtuis
mirabília? * aut 1
ſuſcitábunt, & c
buntur tibi?

Numquid narrábi
quis in ſepulcro miſ
diam tuam, * &
tem tuam in perditi

Numquid cognoſ
in ténebris mirabília
& juſtítia tua in terr
vionis?

Et ego ad te, Dó
clamávi; * & man
tio mea prævéniet t

Ut quid, Dómin
pellis oratiónem me
avertis fáciem tuam

Pauper ſum ego
in labóribus à juv
mea: * exaltátus a
humiliátus ſum & c
bátus.

In me tranſiéru

' & terróres tui con-
'érunt me.
umdedérunt me ſicut
otâ die ; * circum-
ınt me ſimul.
ngaſti à me amícum
ximum , * & notos
à miſéria.
; A L M U S 142.
tio Pœnitentis auxi-
& ſalutem à Deo
tis.
)mine , exaudi ora-
iónem meam : * áu-
pércipe obſecratió-
ıeam in veritáte tua ;
i me in tua juſtítia.
non intres in judí-
cum ſervo tuo ; *
non juſtificábitur in
eđu tuo omnis vi-

ua perſecútus eſt ini-
: ánimam meam : *
iávit in terra vitam
1.
locávit me in obſcú-
ut mórtuos ſéculi ; *
iátus eſt ſuper me ſpí-
meus : in me turbá-
ſt cor meum.
mor fui diérum anti-
m.: meditátus ſum in
)us opéribus tuis ; *
tis mánuum tuárum
ábar.
)andi manus meas ad
* ánima mea ſicut
ſine aqua tibi.
óciter exaudi me ,
ne , * defécit ſpíritus

ı avertas fáciem tuam
; * & símilis ero

deſcendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi mane miſericórdiam tuam ; * quia in te ſperávi.

Notam fac mihi viam in qua ámbulem ; * quia ad te levávi ánimam meam.

Diviſio Pſalmi 142.

ERipe me de inimícis meis , Dómine ; ad te confúgi : * doce me fácere voluntátem tuam , quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam : * propter nomen tuum , Dómine , vivificábis me in æquitáte tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam ; * & in miſericórdia tua diſperdes inimícos meos.

Et perdes omnes qui tríbulant ánimam meam , * quóniam ego ſervus tuus ſum.

Ant. Notam fac mihi viam in qua ámbulem ; quia ad te levávi ánimam meam , Dómine , *Pſ.* 142.

AD TERTIAM.

Ant. 4. a. Afferte Dómino.

PSALMUS 28.

Vox prædicationis Evangelicæ regnum Chriſti prænuntians.

AFferte Dómino , fílii Dei ; * afferte Dómino fílios aríetum.

Afferte Dómino glóriam & honórem ; afferte Dómino glóriam nómini ejus : * adoráte Dóminum in átrio ſancto ejus.

Vox Dómini ſuper aquas; Deus majeſtátis intónuit: * Dóminus ſuper aquas multas.

Vox Dómini in virtúte: * vox Dómini in magnificéntia.

Vox Dómini confringentis cedros; * & confringet Dóminus cedros Líbani,

Et commínuet eas tanquam vítulum Líbani; * & dilectus quemádmodùm fílius unicórnium.

Vox Dómini intercidentis flammam ignis: vox Dómini concutientis deſertum; * & commovébit Dóminus deſertum Cades.

Vox Dómini præparantis cervos, & revelábit condenſa; * & in templo ejus omnes dicent glóriam.

Dóminus dilúvium inhabitáre facit, * & ſedébit Dóminus rex in æternum.

Dóminus virtútem pópulo ſuo dabit: * Dóminus benedícet pópulo ſuo in pace.

PSALMUS 44.

Carmen nuptiale de Chriſti & Eccleſiæ dotibus.

ERuctávit cor meum verbum bonum: * dico ego ópera mea Regi.

Lingua mea * cálamus ſcribæ velóciter ſcribentis.

Speciósus formâ præ fíliis hóminum, diffúſa eſt grátia in lábiis tuis; * proptéreà benedixit te Deus in æternum.

Accíngere gládio tuo ſuper femur tuum, * Potentíſſime.

Spécie tuâ & pulchritúdine tuâ intende, * proſperè procéde,

Et regna propter veritátem, & manſuetúdinem, & juſtítiam; * & dedúcet te mirabíliter déxtera tua.

Sagittæ tuæ acútæ, pópuli ſub te cadent, * in corda inimicórum regis.

Sedes tua, Deus, in ſæculum ſæculi: * virga directiónis, virga regni tui.

Dilexiſti juſtítiam, & odiſti iniquitátem; * proptéreà unxit te, Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ præ conſórtibus tuis.

Myrrha, & gutta, & cáſia à veſtimentis tuis, à dómibus ebúrneis; * ex quibus delectavérunt te fíliæ regum in honóre tuo.

Aſtitit regína à dextris tuis in veſtítu deauráto, * circúmdata varietáte.

Audi, fília, & vide, & inclína aurem tuam; * & oblivíſcere pópulum tuum, & domum patris tui:

Et concupiſcet rex decórem tuum, * quóniam ipſe eſt Dóminus Deus tuus, & adorábunt eum.

Et fíliæ Tyri in munéribus: * vultum tuum deprecabuntur omnes dívites plebis.

Omnis glória ejus fíliæ regis ab intùs, * in fim-

rèis circumamicta
ibus.
:entur regi vírgines
n : * próximæ ejus
ur tibi.
:ntur in lætítia &
one ; * adducentur
lum regis.
pátribus tuis nati
i filii : * constítues
cipes ſuper omnem

ores erunt nóminis
omni generatióne
:atiónem.
óreà pópuli confité-
tibi in æternum, *
:ulum ſéculi.
L M U S 149.
ndus Deus qui exal-
nſuetos in ſalutem.
áte Dómino cánti-
novum : * laus
ecléſiâ ſanctórum.
ur Iſraël in eo qui
t ; * & fílii Sion
in rege ſuo.
nt nomen ejus in
* in tympano &
pſallant ei ;
beneplácitum eſt
in pópulo ſuo, *
ábit manſuétos in

tabunt ſancti in gló-
lætabuntur in cu-
ſuis.
atiónes Dei in gút-
um : * & gládii an-
n mánibus eórum,
ciendam vindíctam
nibus, * increpa-
n pópulis :
ligandos reges eó-

rum in compédibus, * & nóbiles eórum in mánicis férreis ;

Ut fáciant in eis judícium conſcriptum : * glória hæc eſt ómnibus ſanctis ejus.

Ant. Afferte Dómino glóriam & honórem. *Pſ.* 28.

CAPITULUM. *Coloſſ.* 3.

OMne quodcumque fácitis, in verbo aut in ópere, ómnia in nómine Dómini Jeſu Chriſti ; grátias agentes Deo & Patri per ipſum.

℟. *br.* Benedícam Dóminum * In omni témpore. Benedícam. ℣. Semper laus ejus * in ore meo, * In omni témpore. Glória Patri. Benedícam. *Pſ.* 33.

℣. Laudábo Dóminum in vita mea : ℟. Pſallam Deo meo, quámdiu fúero. *Pſ.* 145.

AD SEXTAM.

Ant. 1. *g.* Adjútor.

PSALMUS 45.

Eccleſia in ſe habens Deum inhabitantem non commovebitur.

DEus noſter refúgium & virtus ; * adjútor in tribulatiónibus quæ invenérunt nos nimis.

Proptéreà non timébimus, dum turbábitur terra, * & transferentur montes in cor maris.

Sonuérunt & turbátæ ſunt aquæ eórum : * conturbáti ſunt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus lætífi-

cat civitátem Dei : * ſanctificávit tabernáculum ſuum Altíſſimus.

Deus in médio ejus, non commovébitur : * adjuvábit eam Deus manè dilúculo.

Conturbátæ ſunt gentes, & inclináta ſunt regna : * dedit vocem ſuam, mota eſt terra.

Dóminus virtútum nobiſcum, * ſuſceptor noſter Deus Jacob.

Veníte, & vidéte ópera Dómini, quæ póſuit prodígia ſuper terram, * áuferens bella uſque ad finem terræ.

Arcum cónteret, & confringet arma, * & ſcuta combúret igni.

Vacáte, & vidéte quóniam ego ſum Deus : * exaltábor in géntibus, & exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobiſcum, * ſuſceptor noſter Deus Jacob.

PSALMUS 47.

Eccleſia Dei fruſtrà impugnatur : fundavit eam Deus in æternum.

MAgnus Dóminus, & laudábilis nimìs, * in civitáte Dei noſtri, in monte ſancto ejus.

Fundátur exultatióne univerſæ terræ mons Sion, * látera Aquilónis, cívitas Regis magni.

Deus in dómibus ejus cognoſcétur, * cùm ſuſcípiet eam.

Quóniam ecce reges terræ congregáti ſunt : * convenérunt in unum.

Ipſi videntes ſic admiráti ſunt, * conturbáti ſunt, commóti ſunt.

Tremor apprehendit eos : * ibi dolóres ut parturientis.

In ſpíritu vehementi * cónteres naves Tharſis.

Sicut audívimus, ſic vídimus in civitáte Dómini virtútum, in civitáte Dei noſtri : * Deus fundávit eam in æternum.

Suſcépimus, Deus, miſericórdiam tuam * in médio templi tui.

Secundùm nomen tuum, Deus, ſic & laus tua in fines terræ : * juſtítiâ plena eſt déxtera tua.

Lætétur mons Sion, & exultent fíliæ Judæ * propter judícia tua, Dómine.

Circúmdate Sion, & complectímini eam : * narráte in túrribus ejus.

Pónite corda veſtra in virtúte ejus, & diſtribúite domos ejus, * ut enarrétis in progénie áltera;

Quóniam hic eſt Deus, Deus noſter in æternum, & in ſéculum ſéculi : * ipſe reget nos in ſécula.

PSALMUS 86.

Eccleſiæ Dei dilatatio : ipſe fundavit eam Altiſſimus.

FUndamenta ejus in móntibus ſanctis : * díligit Dóminus portas Sion

mnia tabernácula

ſſa dicta ſunt de te,
s Dei.
or ero Rahab &
is, * ſciéntium

alienígenæ & Ty-
t pópulus Æthío-
* hi fuérunt il-

uid Sion dicet: Ho-
homo natus eſt in
t ipſe fundávit eam
us?
us narrábit in ſcrip-
pulórum & prínci-
horum qui fuérunt

lætántium, * óm-
abitátio eſt in te.
Adjútor noſter Deus;
eà non timébimus.

ULUM. 2. *Petr.* 1.

gite ut per bona ópe-
rtam veſtram voca-
& electiónem fa-
; hæc enim facien-
non peccábitis ali-
.
r. Quærite Dómi-
* Et confirmámini.
e. ℣. Quærite * fá-
jus ſemper, * Et
námini. Glória Pa-
ærite Dóminum. *Pſ.*

ccédite ad eum, &
ámini; ℟. Et fá-
ſtræ non confunden-
ſ. 33.

AD NONAM.

Ant. 8. c. Pauper.

PSALMUS 59.

Chriſtus mala gentis ſuæ deflet: regnique ſui dilatationem prænuntiat.

DEus, repuliſti nos, & deſtruxiſti nos: * irátus es, & miſertus es nobis.

Commoviſti terram, & conturbaſti eam: * ſana contritiónes ejus, quia commóta eſt.

Oſtendiſti pópulo tuo dura: * potaſti nos vino compunctiónis.

Dediſti metuéntibus te ſignificatiónem, * ut fúgiant à fácie arcûs.

Ut liberentur dilecti tui: * ſalvum fac déxterâ tuâ, & exaudi me.

Deus locútus eſt in ſancto ſuo: * lætábor, & partíbor Síchimam, & convallem tabernaculórum metíbor.

Meus eſt Gálaad, & meus eſt Manaſſes; * & Ephraïm fortitúdo cápitis mei.

Juda rex meus, * Moab olla ſpei meæ.

In Idumæam extendam calceamentum meum: * mihi alienígenæ ſúbditi ſunt.

Quis dedúcet me in civitátem munítam? * quis dedúcet me uſque in Idumæam?

Nonnè tu, Deus, qui repuliſti nos? * & non egrediéris, Deus, in virtútibus noſtris?

Da nobis auxilium de tribulatióne, * quia vana ſalus hóminis.

In Deo faciémus virtútem; * & ipſe ad níhilum dedúcet tribulantes nos.

PSALMUS 73.

Inter mundi hujus calamitates, refugium noſtrum in Deo ómnium Creatore.

UT quid, Deus, repuliſti in finem? * irátus eſt furor tuus ſuper oves páſcuæ tuæ?

Memor eſto congregatiónis tuæ, * quam poſſediſti ab inítio.

Redemiſti virgam hæreditátis tuæ: * mons Sion, in quo habitaſti in eo.

Leva manus tuas in ſupérbias eórum in finem: * quanta malignátus eſt inimícus in ſancto!

Et gloriáti ſunt qui odérunt te, * in médio ſolemnitátis tuæ.

Poſuérunt ſigna ſua, ſigna; & non cognovérunt: * ſicut in éxitu ſuper ſummum.

Quaſi in ſylva lignórum ſecúribus excidérunt jánuas ejus in idipſum: * in ſecúri & áſcia dejecérunt eam.

Incendérunt igni ſanctuárium tuum: * in terra polluérunt tabernáculum nóminis tui.

Dixérunt in corde ſuo cognátio eórum ſimul: * Quiéſcere faciámus omnes dies feſtos Dei à terra.

Signa noſtra non vídimus: jam non eſt prophéta; * & nos non cognoſcet ámpliùs.

Diviſio Pſalmi 73.

USquequò, Deus, improperábit inimícus? * irrítat adverſárius nomen tuum in finem?

Ut quid avertis manum tuam & déxteram tuam * de médio ſinu tuo in finem?

Deus autem, rex noſter ante ſécula, * operátus eſt ſalútem in médio terræ.

Tu confirmaſti in virtúte tua mare; * contribulaſti cápita dracónum in aquis.

Tu confregiſti cápita dracónis: * dediſti eum eſcam pópulis Æthíopum.

Tu dirupiſti fontes & torrentes: * tu ſiccaſti flúvios Ethan.

Tuus eſt dies, & tua eſt nox: * tu fabricátus es auróram & ſolem.

Tu feciſti omnes términos terræ: * æſtátem & ver, tu plaſmaſti ea.

Memor eſto hujus, inimícus impropérávit Dómino; * & pópulus inſípiens incitávit nomen tuum.

Ne tradas béſtiis ánimas confiténtes tibi; * & ánimas paúperum tuórum ne obliviſcáris in finem.

Réſpice in teſtamentum tuum; * quia repléti ſunt, qui obſcuráti ſunt terræ, dómibus iniquitátum.

Ne avertátur húmilis factus confúſus: * pauper

- laudábunt nomen

ge, Deus, júdica
tuam: * memor
mproperiórum tuó-
eórum quæ ab inſi-
ſunt totâ die.
bliviſcáris voces ini-
m tuórum: *ſupér-
um qui te odérunt,
it ſemper.
Pauper & inops lau-
nomen tuum, Dó-
Pſ. 73.
TULUM. *Philipp.* 4.
æcumque ſunt vera,
æcumque pudíca,
æcumque juſta, quæ-
e ſancta, quæcum-
abília, quæcumque
famæ, ſi qua vir-
qua laus diſciplínæ,
gitáte.
. Mandaſti juſtítiam
imónia tua. Man-
℣. Et veritátem
nimis. * Teſtimó-
. Glória Patri. Man-

eci judícium & juſtí-
℟. Non tradas me
iántibus me. *Pſ.* 118.
VESPERAS.
4. *D.* Beáti omnes.
ALMUS 127.
imendus: hinc Chriſ-
Eccleſiæ proſperi la-

áti omnes qui ti-
nent Dóminum, *
qui ámbulant in viis

óres mánuum tuá-
ia manducábis: *

beátus es, & benè tibi erit.

Uxor tua ſicut vitis abundans * in latéribus domûs tuæ.

Fílii tui ſicut novellæ olivárum * in circúitu menſæ tuæ.

Ecce ſic benedicétur homo, * qui timet Dóminum.

Benedícat tibi Dóminus ex Sion; * & vídeas bona Jerúſalem ómnibus diébus vitæ tuæ.

Et vídeas fílios filiórum tuórum, * pacem ſuper Iſraël.

Ant. Beáti omnes qui timent Dóminum, qui ámbulant in viis ejus.

Ant. 1. a. Surge, Dómine.

PSALMUS 131.

Eccleſiam ſuam elegit Deus, hanc per Chriſtum inhabitaturus in perpetuùm.

MEmento, Dómine, David, * & omnis manſuetúdinis ejus.

Sicut jurávit Dómino, * votum vovit Deo Jacob:

Si introíero in tabernáculum domûs meæ, * ſi aſcéndero in lectum ſtrati mei:

Si dédero ſomnum óculis meis, & pálpebris meis dormitatiónem, * & réquiem tempóribus meis,

Donec invéniam locum Dómino, * tabernáculum Deo Jacob.

Ecce audívimus eam in-

Ephráta : * invénimus eam in campis ſylvæ.

Introíbimus in tabernáculum ejus : * adorábimus in loco ubi ſtetérunt pedes ejus.

Surge, Dómine, in réquiem tuam ; * tu & arca ſanctificatiónis tuæ.

Sacerdótes tui induantur juſtítiam ; * & ſancti tui exultent.

Propter David ſervum tuum, * non avertas fáciem Chriſti tui.

Ant. Surge, Dómine, in réquiem tuam ; & ſancti tui exultent.

Ant. 7. ç. Sion réquies mea.

Diviſio Pſalmi 131.

JUrávit Dóminus David veritátem, & non fruſtrábitur eam : * De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.

Si cuſtodíerint fílii tui teſtamentum meum, * & teſtimónia mea hæc quæ docébo eos ;

Et filii eórum uſque in ſéculum * ſedébunt ſuper ſedem tuam.

Quóniam elégit Dóminus Sion : * elégit eam in habitatiónem ſibi.

Hæc réquies mea in ſéculum ſéculi : * hîc habitábo, quóniam elégi eam.

Víduam ejus benedícens benedícam : * páuperes éjus ſaturábo pánibus.

Sacerdótes ejus índuam ſalutári ; * & ſancti ejus exultatióne exultábunt.

Illùc prodúcam cornu David : * parávi lucernam Chriſto meo.

Inimícos ejus índuam confuſióne ; * ſuper ipſum autem efflorébit ſanctificátio mea.

Ant. Sion réquies mea in ſéculum ſéculi : ſancti ejus exultatióne exultábunt.

Ant. 2. Deus meus.

PSALMUS 143.

Chriſtus pro populo ſibi ſubdito gratias agit : Eccleſia ſibi opem poſtulat.

BEnedictus Dóminus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, * & dígitos meos ad bellum.

Miſericórdia mea, & refúgium meum ; * ſuſceptor meus, & liberátor meus.

Protector meus, & in ipſo ſperávi : * qui ſubdit pópulum meum ſub me.

Dómine, quid eſt homo, quia innotuiſti ei ? * aut fílius hóminis, quia réputas eum ?

Homo vanitáti símilis factus eſt : * dies ejus ſicut umbra prætéreunt.

Dómine, inclína cœlos tuos, & deſcende : * tange montes, & fumigábunt.

Fúlgura coruſcatiónem, & diſſipábis eos : * emitte ſagittas tuas, & conturbábis eos.

Emitte manum tuam de alto : éripe me, & líbera me de aquis multis, * de manu filiórum alienórum,

m os locútum eſt
m ; * & déxtera
déxtera iniquitá-

Deus meus, miſe-
mea, & ſuſceptor

t. 6. Beátus.

ſio Pſalmi 143.

s, cánticum novum
ntábo tibi : * in
decachordo pſal-
i.
as ſalútem régibus ;
demiſti David ſer-
ım de gládio ma-
ripe me,
ie me de manu filió-
enórum, quorum
um eſt vanitátem ;
tera eórum, déx-
quitátis :
um fílii ſicut novel-
tatiónes * in juven-
s.
eórum compóſitæ,
mornátæ ut ſimili-
mpli.
ptuária eórum ple-
ructántia ex hoc in

órum fœtóſæ, abun-
in egréſſibus ſuis ;*
órum craſſæ.
eſt ruína macériæ,
tránſitus, * neque
in platéis eórum.
um dixérunt pópu-
i hæc ſunt : * beátus
s, cujus Dóminus
ejus.
Beátus, pópulus, cu-
minus Deus ejus.

CAPITULUM. *Tit.* 2.

SAlvátor noſter Jeſus Chriſtus dedit ſemetipſum pro nobis, ut nos redímeret ab omni iniquitáte, & mundáret ſibi pópulum acceptábilem, ſectatórem bonórum óperum.

HYMNUS.

SUpréme motor córdium,
Tu ſanctitátis frúgibus
Juſtos ab orbe cóndito
Tenóre ditas pérpeti.
Hîc ſpes, fides & cáritas
Dulci cohærent vínculo :
Præſentis ævi poſt diem,
Manébit una cáritas.
O cáritas ! ô véritas !
O lux perennis ! en erit,
Poſt tot labóres, ut tuo
Tandem fruámur Sábbato.
Hîc mille per diſcrímina
Semen gementes ſpárgimus
Illîc ovante ſpléndidam
Geſtábimus meſſem manu.
Tu trine, tu, potens Deus,
Fructus adauge quos petis :
Mox dona, juſtus árbiter,
Cœlo coronábis tua. Amen.

℣. Beneplácitum eſt Dómino in pópulo ſuo ; ℟. Et exaltábit manſuétos in ſalútem. *Pſ.* 149.

Ad Magníficat. *Antiph. & Oratio, ut in Proprio.*

AD COMPLETORIUM.

Ant. 8. G. Miſerére meî.

PSALMUS 50.

Animæ pœnitentis oratio : Eccleſiæ bona deſideranda.

MIſerére meî, Deus, * ſecundùm magnam miſericórdiam tuam.

Et ſecundùm multitúdinem miſeratiónum tuárum * dele iniquitátem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitáte mea, * & à peccáto meo munda me;

Quóniam iniquitátem meam ego cognoſco, * & peccátum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccávi, & malum coram te feci; * ut juſtificéris in ſermónibus tuis, & vincas cùm judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus conceptus ſum, * & in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexiſti: * incerta & occulta ſapiéntiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

Aſperges me hyſſópo, & mundábor: * lavábis me, & ſuper nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium & lætítiam; * & exultábunt oſſa humiliáta.

Averte fáciem tuam à peccátis meis, * & omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus; * & ſpíritum rectum ínnova in viſcéribus meis.

Ne projícias me à fácie tua; * & Spíritum ſanctum tuum ne áuferas à me.

Redde mihi lætítiam ſalutáris tui; * & ſpíritu principáli confirma me.

Docébo iníquos vias tuas; * & ímpii ad te co[...]tentur.

Líbera me de ſang[...]bus, Deus, Deus ſ[...] meæ; * & exultábi[...]gua mea juſtítiam tua[...]

Dómine, lábia me[...]ries; * & os meum a[...]tiábit laudem tuam.

Quóniam ſi voluiſſ[...]crifícium, dediſſem ut[...] * holocauſtis non de[...]beris.

Sacrifícium Deo ſp[...] contribulátus: * co[...] trítum & humiliát[...] Deus, non deſpícies[...]

Benignè fac, Dómi[...] bona voluntáte tua S[...] * ut ædificentur muri[...]ſalem.

Tunc acceptábis ſa[...]cium juſtítiæ, oblat[...] & holocauſta; * tun[...] pónent ſuper altáre[...] vítulos.

PSALMUS 8[...]

Chriſtus in anguſtia[...] tis à Deo Patre ſibi pr[...] bis ſalutem poſcit.

INclína, Dómine [...]rem tuam, & e[...] me; * quóniam ino[...] pauper ſum ego.

Cuſtódi ánimam m[...] quóniam ſanctus ſum[...] ſalvum fac ſervum t[...] Deus meus, ſperant[...] te.

Miſerére meî, Dó[...] * quóniam ad te cla[...] totâ die.

Lætífica ánimam [...] tui; * quóniam ad

ne , ánimam meam
.
iniam tu , Dómine ,
& mitis ; * & multæ
córdiæ ómnibus in-
tibus te.
ibus pércipe , Dómi-
ratiónem meam ; *
ende voci deprecatió-
eæ.
lie tribulatiónis meæ
vi ad te , * quia
iſti me.
n eſt ſímilis tuî in
Dómine ; * & non
undùm ópera tua.
es gentes , quaſcum-
ciſti , vénient & ado-
t coram te , Dómi-
& glorificábunt no-
tuum ;
óniam magnus es tu ,
iens mirabília : * tu
us ſolus.
iviſio Pſalmi 85.
Educ me , Dómine , in
ia tua , & ingrédiar
itáte tua : * lætétur
eum , ut tímeat no-
uum.
nfitébor tibi , Dómine Deus meus , in toto corde meo , * & glorificábo nomen tuum in æternum ;

Quia miſericórdia tua magna eſt ſuper me , * & eruiſti ánimam meam ex inferno inferióri.

Deus , iníqui inſurrexérunt ſuper me , & ſynagóga poténtium quæſiérunt ánimam meam ; * & non propoſuérunt te in conſpectu ſuo.

Et tu , Dómine , Deus miſerátor & miſéricors , * pátiens , & multæ miſericórdiæ , & verax.

Réſpice in me , & miſerére meî : * da impérium tuum púero tuo , & ſalvum fac fílium ancillæ tuæ.

Fac mecum ſignum in bonum , ut vídeant qui odérunt me , & confundantur ; * quóniam tu , Dómine , adjuviſti me , & conſolátus es me.

Ant. Miſerére meî , Dómine ; quóniam ad te clamávi totâ die. *Pſ.* 85.

IN FERIIS PER ANNUM.

AD LAUDES.

In Feriis Adventûs, dicuntur flexis genibus PRECES *ſequentes.*

KYrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Pater noſter. *ſecretò.*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Ego dixi: Dómine, miſerére meî: ℟. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi. *Pſ.* 40.

℣. Convértere, Dómine: úſquequò? ℟. Et deprecábilis eſto ſuper ſervos tuos. *Pſ.* 89.

℣. Fiat miſericórdia tua, Dómine, ſuper nos; ℟. Quemádmodùm ſperávimus in te. *Pſ.* 32.

℣. Sacerdótes tui induantur juſtítiam; ℟. Et ſancti tui exultent. *Pſ.* 131.

℣. Orémus pro ſummo Pontífice noſtro *N.* ℟. Paſcat hæreditátem Dómini in innocéntia cordis ſui. *Pſ.* 77.

℣. Pro Paſtóre noſtro *N.* ℟. Dóminus corſervet eum, & vivíficet eum. *Pſ.* 40.

℣. Pro univerſa Eccléſia, ℟. Memor eſto congregatiónis tuæ, Dómine, quam poſſediſti ab inítio. *Pſ.* 73.

℣. Pro Rege noſtro *N.* ℟. Dómine, ſalvum fac regem, & exaudi nos in die quâ invocavérimus te. *Pſ.* 19.

℣. Pro cuncto pópulo. ℟. Salvum fac pópulum tuum, Dómine, & bénedic hæreditáti tuæ. *Pſ.* 27.

℣. Rogáte quæ ad pacem ſunt Jerúſalem: ℟. Fiat pax in virtúte tua, & abundántia in túrribus tuis. *Pſ.* 121.

℣. Orémus pro frátribus noſtris abſéntibus. ℟. Bénefac, Dómine, bonis & rectis corde. *Pſ.* 124.

℣. Pro infirmis, afflictis, & captívis. ℟. Líbera, Deus, Iſraël ex ómnibus tribulatiónibus ſuis. *Pſ.* 24.

℣. Pro cunctis fidélibus defunctis. ℟. Edúcat eos Dóminus in lucem, & vídeant juſtítiam ejus. *Mich.* 7.

Deindè dicitur Pſalmus De profundis. *qui habetur* *ſuprà p.* 96 *& in fine*, Glória Patri.

[*In Veſperis, ejus loco dicitur Pſ.* Miſerére. *ſuprà, p.* 159, *cum* Glória Patri.]

Finito Pſalmo dicitur:

℣. Dómine Deus virtútum, converte nos: ℟. Et

fáciem tuam, &
ius. *Pſ.* 79.
rge, Dómine, ád-
; ℟. Et rédime
ter nomen tuum.

mine, exaudi ora-
neam ; ℟. Et cla-
us ad te véniat.

óminus vobiſcum.
m ſpíritu tuo.
itur *Oratio conve-*
uando propria non
r, dicitur de Do-
ræcedenti.
enedicámus. *ſi fa-*
it Commemoratio
Sancto, ſit eo loco
einde fiunt.

FRAGIA,
nemorationes com-
(in Officio Feriali
ut ſequitur.

NCTA CRUCE.
ccáta noſtra Chriſ-
lit in córpore ſuo
num ; ut peccátis
juſtítiæ vivámus.
2.
ſe rédimet Iſraël,
mnibus iniquitáti-
Pſ 129.
Orémus.
tuâ nos, quæſu-
, Dómine, pace
quos per lignum
rucis redímere dig-
; Qui vivis & reg-
s. ℟. Amen.
tatur Officium par-
Mariæ, tunc ſit in-
clusio : Qui vivis
s cum Deo Patre
in unitáte Spíritûs ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

℣. Dóminus vobiſcum, &c.

℣. Benedicámus Dóm. &c.

Deindè inchoatur Officium parvum.]

Si verò non dicitur, ſit continuò Suffragium ſequens.

DE OMNIBUS SANCTIS.

Ant. Fulgébunt juſti ſicut ſol in regno patris eórum. *Matt.* 13.

℣. Beáti qui hábitant in domo tua, Dómine. ℟. In ſécula ſeculórum laudábunt te. *Pſ.* 83.

Orémus.

[*Ubi dicitur Officium parvum, omittuntur verba quæ includuntur duplici parentheſi.*]

A Cunctis nos, quæſumus Dómine, mentis & córporis defende perículis ; & intercedéntibus (beátâ & glorióſâ ſemper Vírgine Dei genitríce Maríâ,) beátis Apóſtolis tuis Petro & Paulo, atque beát. N. & ómnibus Sanctis, ſalútem nobis tríbue benignus & pacem : ut deſtructis adverſitátibus & erróribus univerſis, Eccléſia tua ſecúrâ tibi ſérviat libertáte ; Per (eumdem) Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, &c.

[*Nomina Angelorum, Sancti Joannis Baptiſtæ & S. Joſeph, (ſi nominandi*

ſint,) præponuntur Apoſtolis.]

℣. Dóminus vobiſcum, &c.

℣. Benedicámus Dómino, &c.

Si aliud Officium non ſequatur, dicitur ſecretò: Fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requieſcant in pace. Amen.

Deindè, Pater. *& ſic ad alias Horas.*

Antè Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, & Veſperas, ubi ſeparantur ab Hora præcedenti, ut & antè Laudes cùm Officium Nocturnum immediatè non ſequuntur, dicitur ſecretò, Pater *&* Ave.

AD PRIMAM.

℣. Deus, † in adjutórium, &c.

HYMNUS.

Jam lucis orto ſídere,
Deum precémur ſúpplices,
Noſtras ut ipſe dírigat,
Lux increáta, ſémitas.

Nil lingua, nil peccet manus;
Nil mens ináne cógitet:
In ore ſimplex véritas,
In corde regnet cáritas.

Incœpta dum fluet dies,
O Chriſte, cuſtos pérvigil,
Quas ſævus hoſtis óbſidet,
Portas tuére ſénſuum.

Præſta diurnus ut tuæ
Subſérviat laudi labor:
Auctóre quæ te cœpimus,
Da te favente próſequi.

Superba ne nimìs caro
Menti licenter ímperet,
Carnis domet ſupérbiam
Potûs cibíque párcitas.

Qui nos creávit, ſit Patri;
Laus, qui redémit, Fílio;
Qui caritáte nos foves,
Par ſit tibi laus, Spíritus.
Amen.

[*In Feriali Officio, Pſalmi & Antiph. dicuntur ſecundùm Feriam, ut ſingulis diebus aſſignantur.*

In Feſtis verò, Antiph. ſemper ſumitur de Proprio, vel de Communi, & Pſalmi tantùm dicuntur de Feria, niſi aliter notetur.]

CAPITULUM. *Epheſ.* 5.

Vidéte, fratres, quómodò cautè ambulétis, non quaſi inſipientes, ſed ut ſapientes; redimentes tempus, quóniam dies mali ſunt.

℟. *br.* Chriſte, Fili Dei vivi, * Miſerére nobis. *Repet.* Chriſte, Fili Dei vivi, * Miſerére nobis. ℣. Qui ſedes * ad déxteram Patris, [*Hic verſus ſæpè mutandus eſt, ut notatur in Proprio, & in Communi.*] * Miſerére nobis. Glória Patri, & Fílio, * & Spirítui ſancto. *Repet.* Chriſte, Fili Dei vivi, * Miſerére nobis. *Matth.* 16. *Tob.* 8. *Hebr.* 1.

℣. Exurge, Dómine, ádjuva nos; ℟. Et rédime nos propter nomen tuum. *Pſ.* 43.

In Feſtis Simplicibus, & ſuprà, necnon intrà Octa-

inuò dicitur : Dó-
biſcum. *vel* Dó-
audi. *& Oratio.*
Deus, *infrà, p.* 167.
iis verò adduntur
ſ
RECES.
o ad Laudes dictæ
ces , hæ dicuntur
nibus.
e, eléiſon. Chriſte,
ſon. Kyrie, eléiſon.
noſter. *ſecretò.*
ne nos indúcas in
nem ; ℟. Sed lí-
s à malo.
t ego ad te , Dó-
clamávi ; ℟. Et
rátio mea prævé-
Pſ. 87.
epleátur os meum
℟. Ut cantem gló-
im, totâ die magni-
i tuam. *Pſ.* 70.
rerte fáciem tuam à
s meis ; ℟. Et om-
uitátes meas dele.

or mundum crea in
eus ; ℟. Et ſpíritum
ínnova in viſcéribus
Pſ. 50.
e projícias me à fá-
; ℟. Et Spíritum
i tuum ne áuferas à
. 50.
edde mihi lætítiam
s tui ; ℟. Et ſpíritu
áli confirma me.

ando Preces dicun-
tis genibus , addun-
uentes ℣℣. *antè* Ad-
m.

℣. Eripe me, Dómine, ab hómine malo : ℟. A viro iníquo éripe me. *Pſ.* 139.

℣. Eripe me de inimícis meis, Deus meus ; ℟. Et ab inſurgéntibus in me líbera me. *Pſ.* 58.

℣. Eripe me de operántibus iniquitátem ; ℟. Et de viris sánguinum ſalva me. *Pſ.* 58.

℣. Sic pſalmum dicam nómini tuo in ſéculum ſéculi, ℟. Ut reddam vota mea de die in diem. *Pſ.* 60.

℣. Dírige me, Dómine, in véritáte tua, & doce me ; ℟. Quia tu es Deus ſalvátor meus. *Pſ.* 24.

℣. Reminíſcere miſeratiónum tuárum, Dómine, ℟. Et miſericordiárum tuárum quæ à ſéculo ſunt. *Pſ.* 24.

℣. Bénedic, ánima mea, Dómino ; ℟. Et ómnia quæ intra me ſunt, nómini ſancto ejus. *Pſ.* 102.

℣. Bénedic, ánima mea Dómino ; ℟. Et noli oblivíſci omnes retributiónes ejus. *Pſ.* 102.

℣. Qui propitiátur ómnibus iniquitátibus tuis ; ℟. Qui ſanat omnes infirmitátes tuas. *Pſ.* 102.

℣. Qui rédimit de intéritu vitam tuam ; ℟. Qui corónat te in miſericórdia & miſeratiónibus. *Pſ.* 102.

℣. Qui replet in bonis deſidérium tuum : ℟. Re-

novábitur ut áquilæ juventus tua. *Pſ.* 102.]

Deindè ſignando ſe ſigno crucis:

℣. Adjutórium noſtrum † in nómine Dómini, ℟. Qui fecit cœlum & terram. *Pſ.* 123.

Hebdomadarius facit Confeſſionem, mediocri voce dicens:

Confíteor Deo omnipotenti, beátæ Maríæ ſemper vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joanni Baptiſtæ, ſanctis Apóſtolis Petro & Paulo, ómnibus Sanctis, [& vobis, fratres:] quia peccávi nimis cogitatióne, verbo & ópere, [*ad ſequentia verba ter percutitur pectus:*] meâ culpâ, meâ culpâ, meâ maximâ culpâ. Ideò precor beátam Maríam ſemper vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joannem Baptiſtam, ſanctos Apóſtolos Petrum & Paulum, omnes Sanctos, [& vos, fratres,] oráre pro me ad Dóminum Deum noſtrum.

Chorus dicit:

Miſereátur tui omnípotens Deus; &, dimiſſis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam. *Hebdomadarius reſpondet,* Amen.

Deindè Chorus facit Confeſſionem; & ubi dictum eſt vobis, fratres, *&* vos, fratres, *dicit* tibi, pater, *&* te, pater.

[*Mulieres in ſuis Conventibus, loco* fratres, pater, *dicunt,* ſoróres, mater.]

Factâ Confeſſione à Choro Hebdomadarius dicit:

Miſereátur veſtrî omnipotens Deus; & dimiſſis peccátis veſtris perdúcat vos ad vitam ætérnam. ℟. Amen.

[*Qui ſolus recitat, ſemel dicit*, Confíteor. *omiſſis vocibus quæ clauduntur parentheſi, & additâ particulâ* &, *antè voces* ómnibus *&* omnes.

Deindè. Miſereátur. *ſemèl, ad quod dicit,* noſtrî noſtris, nos.]

Deindè ſignando ſe ſigno crucis.

Indulgéntiam, † abſolutiónem, & remiſſiónem peccatórum noſtrórum tríbuat nobis omnípotens & miséricors Dóminus. ℟. Amen.

Elevans vocem, dicit:

℣. Exaudi nos, Deus, ſalutáris noſter, ℟. Spes ómnium fínium terræ. *Pſ.* 64.

℣. Miſerére noſtrî, Dómine, ℟. Miſerére noſtrî. *Pſ.* 122.

℣. Fiat misericórdia tua, Dómine, ſuper nos, ℟. Quemádmodùm ſperávimus in te. *Pſ.* 32.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101.

℣. Dóminus vobiſcum, &c.
Orémus.

DOmine Deus omnípotens, qui ad princípium hujus diéi nos pervenire feciſti, tuâ nos hódiè ſalva virtúte; ut ad nullum declinémus peccátum, ſed ſemper ad tuam juſtítiam faciendam noſtra procédant elóquia, dirigantur cogitatiónes & ópera; Per Dóminum noſtrum.

℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.
℣. Benedicámus Dómino. ℟. Deo grátias.

Si dicenda ſit Prima de Officio Parvo B. Mariæ, præponitur Off. Capituli.

AD OFFICIUM CAPITULI.

Primò fit lectio Martyrologii, in cujus fine nihil reſpondetur; ſed ſtatim Hebdomadarius dicit quæ ſequuntur.

Si verò non legatur Martyrologium, Officium Capituli incipitur abſolutè ſic:

℣. Pretióſa in conſpectu Dómini, ℟. Mors Sanctórum ejus. *Pſ.* 115.

SAncta María, ✠ & omnes Sancti ádjuvent nos in oratiónibus ſuis pro nobis ad Deum; ut ſecundùm eum qui vocávit nos, Sanctum, & ipſi in omni converſatióne ſancti ſimus. *Rom.* 15. 1. *Petr.* 1.
℟. Amen.

Deindè legitur Necrologium, ſi legendum ſit: & poſt ejus lectionem dicitur Suffragium ſequens pro defunctis.

Si verò nullum legendum ſit Necrologium, ſtatim poſt præcedentem Orationem de Sanctis, fit Suffragium pro defunctis ſic:

Dicitur Pſ. De profundis. *p.* 96. *& in fine*, Réquiem. *cum* ℣℣. Requieſcant in pace. Dómine, exaudi. Dóminus vobiſcum.

Orémus.

ABſolve, quæſumus, Dómine, ánimas famulórum famularumque tuárum ab omni vínculo delictórum: ut in reſurrectiónis glória, inter Sanctos & Electos tuos reſuſcitáti reſpírent; Per eum qui ventúrus eſt judicáre vivos & mórtuos, & ſéculum per ignem. ℟. Amen.

[*In Feriis & Feſtis à populo non feriatis dicuntur ſequentes*

PRECES
ad opus manuum.

℣. Deus, in adjutórium meum intende; ℟. Dómine, ad adjuvandum me feſtína. *Pſ.* 69.

℣. Sit ſplendor Dómini Dei noſtri ſuper nos; ℟. Et ópera mánuum noſtrárum dírige. *Pſ.* 69.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101.

Orémus.

DIrígere & ſanctificáre, régere & gubernáre dignare, Dómine Deus,

Rex cœli & terræ, hódiè corda & córpora noſtra, ſenſus, ſermónes & actus noſtros, in lege tua, & in opéribus mandatórum tuórum: ut hîc, & in ætérnum, te auxiliante, ſalvi & líberi eſſe mereámur, Salvátor mundi; Qui vivis & regnas in ſécula ſeculórum. ℟. Amen.]

Hîc denique fit lectio Cononis, ſic:

Lector: Jube, domne, benedícere. [*Lectrix dicit*, domna. *ſolus vel ſola recitans dicit abſolutè*] *Bened.* Det Dóminus leges ſuas in mentem noſtram, & in corde noſtro ſuperſcríbat eas. *Hebr.* 8. ℟. Amen.

Tùm legitur Canon, qui pro ſingulis diebus habetur ad calcem; in cujus fine dicitur: Tu autem, Dómine, miſerére noſtri. ℟. Deo grátias.

Poſt lectionem, Hebdomadarius dicit ſignando ſe ſigno crucis: Adjutórium noſtrum † in nómine Dómini, ℟. Qui fecit cœlum & terram. *Pſ.* 123.

Submiſſiori voce dicit: Benedícite. *Lector verſus ad eum*, Deus. *Hebd.* Deus pacis aptet nos in omni bono, ut faciámus ejus voluntátem, fáciens in nobis quod pláceat coram ſe, per Jeſum Chriſtum, cui eſt glória in ſécula ſeculórum. *Hebr.* 13. *Lector*, Amen.

Poſt quamlibet Horam, *ſi alud Officium quatur, dicitur*

Fidélium ánimæ p ricórdiam Dei req in pace. Amen.

Pater noſter.

AD TERTI

℣. Deus, † in rium, &c.

HYMNU

O Fons amóris, S
O ſancte donó rens,
Tuas refúſus íntim
Accende flammas c
Qui caritátis vír
Cum Patre nectis]
Et nos amóris mút
Arctis coapta néxi

Doxologia in Pro

[*In Feriali Officio & Antiphonæ dicu cundùm Feriam, u lis diebus aſſignantu*

In Feſtis verò, A per ſumitur de P vel de Communi, & tantùm dicuntur de niſi aliter notetur.]

Capit. & ℟. breve tur ubi ſumitur Anti per Pſalmos; & ſic a Horas.

PRECE

Quando ad Laude ſunt Preces, tunc a tiam, Sextam, & N hæ dicuntur flexis g

Kyrie, eléiſon. C éleiſon. Kyrie, e Pater noſter. *ſecretò.* ne nos indúcas in te nem: ℟. Sed líbera malo.

nine Deus virtú-
verte nos; ℟. Et
íciem tuam, &
ius. *Pſ.* 79.
rge, Dómine, ád-
, ℟. Et rédime
ter nomen tuum.

nine, exaudi ora-
ieã; ℟. Et clamor
te véniat. *Pſ.* 101.
minus vobiſcum,
m ſpíritu tuo.
io conveniens.
minus vobiſcum,
um ſpíritu tuo.
dicámus Dómino.
grátias.
EXTAM.
eus, † in adjutó-
&c.
YMNUS.
lis excelſum jubar
coruſcat lúmine;
riſte, tu mundum
á
is accendis face.
lena noſtris fúlgeat
itátis méntibus;
ra plenam cáritas
do ſurgat ad diem.
logia in Proprio.
Pſalmi, Capit. ℟.
Preces, ſi dicendæ
icuntur ut ſuprà ad
i.
tio conveniens.
NONAM.
eus, † in adjutó-
&c.
HYMNUS.
mo volútus ímpetu,
clínat in noctem
es;

Sic vita ſuprémam cito
Feſtínat ad metam gradu.
O Chriſte, dùm fixus cruci
Expandis orbi bráchia,
Amáre da crucem; tuo
Da nos in ampléxu mori.

Doxologia in Proprio.

Ant. Pſalmi, Capit. ℟. *br. & Preces, ſi dicendæ ſint, dicuntur ut ſuprà ad Tertiam.*

Oratio conveniens.

AD VESPERAS.

Preces, ſi dicendæ ſint, habentur ſuprà ad Laudes. 162. *In iis, loco Pſal.* De profundis. *dicitur Pſ.* Miſerére. *pag.* 159.

SUFFRAGIA, in Officio Feriali tantùm.

DE SANCTA CRUCE.

Ant. Mihi abſit gloriári, niſi in cruce Dómini noſtri Jeſu Chriſti. *Galat.* 6.

℣. In Deo ſalutáre meum, ℟. Et glória mea. *Pſal.* 61.

Orémus.

PErpétuâ nos, quæſumus, Dómine, pace cuſtódi, quos per lignum ſanctæ Crucis redímere dignátus es; Qui vivis & regnas Deus. ℟. Amen.

[*Si ſequantur Veſperæ de B. Maria, tunc ſit integra concluſio:* Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritûs ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum. ℟. Amen. *& poſt* Benedicámus. *dicitur,*

Deus, † in adjutórium.]

Si verò non dicatur Officium parvum, fit continuò Suffragium ſequens.

De omnibus Sanctis.

Ant. Hi ſunt ante thronum Dei, & ſérviunt ei die ac nocte in templo ejus, & qui ſedet in throno, habitábit ſuper illos. *Apoc.* 7.

℣. In æternum exultábunt; ℟. Et habitábis in eis. *Pſ.* 5.

Orémus.

[*Ubi dicitur Officium parvum, omittuntur verba quæ includuntur duplici parentheſi.*]

A Cunctis nos, quæſumus, Dómine, mentis & córporis defende perículis; & intercedéntibus (beátâ & glorióſa ſemper Vìrgine Dei genitríce Maríâ,) beátis Apóſtolis tuis Petro & Paulo, atque beát. *N.* & ómnibus Sanctis, ſalútem nobis tríbue benignus & pacem: ut deſtructis adverſitátibus & erróribus univerſis, Eccléſia tua ſecúrâ tibi ſérviat libertáte; Per (eundem) Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit, & regnat in unitáte Spíritûs ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

[*Nomina Angelorum, S. Joann. Bapt. & S. Joſeph, (ſi nominandi ſint,) præponuntur Apoſtolis.*]

℣. Dóminus v
℟. Et cum ſpíriti
℣. Benedicámus]
Secretò : Fidél
Pater. *ſi Completo*
mediatè non ſequa
AD COMPLET
Lector : Jube,
benedícere. *Bene*
dormiérimus, c
nos (ſermónes Dó
evigilantes loquár
eis. *Prov.* 6. ℟. Ar
Tùm fit lectio N
tamenti, ut hab
ſingulis diebus ad
Breviarii; in fine
nis, dicitur; Tu
Dómine, miſerér
℟. Deo grátias.
Signando pollic
Habdomadarius d
Converte nos, †
lutáris noſter; ℟. E
iram tuam à nobis.
Hic facienda eſt
ſio peccatorum, ut
ſuprà ad Primam
166. *ſcilicèt medioc*
Confíteor, &c.
Poſtea elevans v
℣. Deus, † in
rium.
Ant. ut in Propri
mi de Pſalterio.
Hymnus ut in Pr
Capitulum. 1. *P*
S Obrii eſtóte,
láte; quia adv
veſter diábolus, t
leo rúgiens, círcu
rens quem dévore
reſíſtite fortes in fi
℟. *br.* In manus

, *· Commendo
meum. In manus.
místi me, Dómi-
Deus veritátis. *
do. Glória Patri.
s. *Pſ.* 30.
tódi me, Dómine,
am óculi: ℟. Sub
árum tuárum pró-
Pſ. 16.
ut in Proprio.
CUM SIMEONIS.
Luc. 2.
alvatoris adventu
m actio.
dimittis ſervum
m, Dómine, *
n verbum tuum,
;
idérunt óculi mei*
tuum,
paraſti * ante fá-
nium populórum,
n ad revelatiónem
, * & glóriam
æ Iſraël.
lis Simplicibus, &
necnon intrà Octa-
tinuò dicitur: Dó-
obiſcum. *vel* Dó-
xaudi. *& Oratio*
frà.
iis verò adduntur
:
R E C E S.
lò dictæ ſunt Pre-
ſperis, hæ dicun-
s genibus.
:, eléiſon. Chriſte,
ón. Kyrie, eléiſon.
ſecretò. ℣. Et ne
as in tentatiónem;
ibera nos à malo.
nedictus es, Dó-

mine, Deus patrum noſtrórum; ℟. Et laudábilis, & glorióſus, & ſuperexaltátus in ſécula. *Dan.* 3.

℣. Benedictum nomen glóriæ tuæ ſanctum; ℟. Et laudábile, & ſuperexaltátum in ómnibus ſéculis. *Dan.* 3.

℣. Benedictus es in firmamento cœli; ℟. Et laudábilis, & glorióſus in ſécula. *Dan.* 3.

℣. Benedícat nos Deus, Deus noſter: ℟. Benedícat nos Deus. *Pſ.* 66.

℣. Exaudi nos, Deus ſalutáris noſter, ℟. Spes ómnium fínium terræ. *Pſ.* 64.

℣. Miſerére noſtri, Dómine; ℟. Miſerére noſtri. *Pſ.* 122.

℣. Fiat miſericórdia tua, Dómine, ſuper nos, ℟. Quemádmodum ſperávimus in te. *Pſ.* 32.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101.

℣. Dóminus vobiſcum, ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

Viſita, quæſumus, Dómine, habitatiónem noſtram, & omnes inſídias inimíci ab ea longè repelle: Angeli tui ſancti hábitent in ea, qui nos in pace cuſtódiant; & benedíctio tua ſit ſuper nos ſemper; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum

vivit & regnat in unitáte Spíritûs ſancti Deus, per ómnia ſǽcula ſeculórum.

℟. Amen.

℣. Dóminus vobiſcum,

℟. Et cum ſpíritu tuo.

℣. Benedicámus Dómino.

℟. Deo grátias.

Finito Completorio, ſubmiſſâ voce dicitur ſignando ſe ſigno crucis: Grátia Dómini noſtri Jeſu Chriſti, † & cáritas Dei, & communicátio ſancti Spíritûs ſit cum ómnibus vobis. 2. *Cor.* 13. ℟. Amen.

Secretò, Fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requieſcant in pace. Amen.

Poſteà dicitur una ex Antiphonis de B. Maria, ut ſequitur.

Antiphonæ de Beata.

In Adventu.

Alma Redemptóris mater, quæ pérvia cœli
Porta manes, & ſtella maris, ſucurre cadenti,
Súrgere qui curat, pópulo: tu quæ genuiſti,
Natúrâ mirante, tuum ſanctum genitórem:
Virgo priùs ac poſtériùs, Gabriélis ab ore
Sumens illud Ave, peccatórum miſerére.

℣. Deus in médio ejus: ℟. Non commovébitur. *Pſ.* 45.

Orémus.

Grátiam tuam, quæſumus, Dómine, méntibus noſtris infunde; ut qui, Angelo nuntiante, Chriſti Fílii tui incarnatiónem cognóvimus, per paſſiónem ejus & crucem ad reſurrectiónis glóriam perducámur: Per eúmdem Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

A Completorio Vigil. Natalis Domini ad Præſentationem ejuſdem incluſivè,

Ant. Alma. *ſuprà.*

℣. Véritas de terra orta eſt, ℟. Et juſtítia de cœlo proſpéxit. *Pſ.* 84.

Orémus.

Deus, qui ſalútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fœcundâ, humáno géneri præmia præſtitiſti: tríbue, quæſumus, ut ipſam pro nobis intercédere ſentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ ſuſcípere Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum.

℟. Amen.

A craſtino Præſentationis Domini ad Feriam III. majoris Hebdomadæ,

Ave, Regína cœlórum,
Ave, dómina Angelórum:
Salve, radix; ſalve, porta
Ex qua mundo lux eſt orta:
Gaude, Virgo glorióſa,
Super omnes ſpecióſa:
Vale, ô valdè decóra,
Et pro nobis Chriſtum exóra.

℣. Elégit eam Dóminus,

℟. In habitatiónem ſibi. *Pſ.* 131.

rémus.
e , miſéricors
, fragilitáti noſ-
ſídium ; ut qui
i Genitrícis me-
gimus , interceſ-
s auxílio à noſtris

iniquitátibus reſurgámus ; Per eumdem Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

Poſt completum Officium dicitur ſecretò, Pater. Ave. Credo.

ABSOLUTIONE
ET BENEDICTIONES

Dicendæ in Officio Nocturno ante Lectio

DOMINICA,
Et in Officiis ix. Lectionum, quæ non ſunt de Sanctis.
IN I. NOCTURNO.
Et pro II. & V. Feria.
Abſolutio. 2. Mach. 1.

ADapériat Deus cor noſtrum in lege ſua & in præceptis ſuis.
℟. Amen.
Sic reſpondetur ad ſingulas Abſolutiones & Benedictiones.

BENEDICTIONES.
1. Deus Dómini noſtri Jeſu Chriſti, Pater glóriæ, det nobis ſpíritum ſapiénitæ. *Epheſ.* 1. ℟. Amen.
2. Fílius Dei det nobis ſenſum, ut cognoſcámus verum Deum. 1. *Joan.* 5.
3. Spíritus veritáts dóceat nos omnem veritátem. *Joan.* 16.

IN II. NOCTURNO.
Et pro III. & VI. Feria.
Aſolutio. 3. Reg. 8.

DEus noſter inclínet corda noſtra ad ſe, ut cuſtodiámus mandáta ejus.

BENEDICTIONES.
4. Pater Dómini noſtri Jeſu Chriſti benedícat nos in omni benedictióne ſpirituáli. *Epheſ.* 1.
5. Sciámus ſupereminentem ſciéntiæ caritátem Chriſti, ut imple in omnem plenitúd Dei. *Epheſ.* 3.
6. Unctio quam accé à Deo, máneat in n & dóceat nos de ó bus. 1. *Joan.* 2.

IN III. NOCTUR
Abſolutio. 2. Mach

DEus det nobis co nibus, ut col eum, & faciámus eju luntátem corde mag ánimo volenti.

BENEDICTIONI
7. Evangélium virtu ſit in ſalútem omn denti. *Rom.* 1.
8. Occurrámus omn unitátem fídei, & tiónis Fílii Dei non circumferámur vento doctrínæ. *Ep*
9. Deus ſpei réplea omni gáudio & p credendo; ut abunc in ſpe & virtúte Sp ſancti. *Rom.* 15.

Si pro ultima Lectio gatur aliud Evang. Homilia, tunc non nedictio erit : Ev lium non ſit in ſe tantùm, ſed & i túte. 1. *Theſſ.* 1. 5.
Si tria legantur Evan ſeptima Benedictio

lium virtus Dei
alútem omni cre-
om. 1.
élium non ſit in
: tantùm, ſed &
te. 1. *Theſſ.* 1. 5.
neámus in fide
, & immóbiles à
ngélii. *Coloſſ.* 1.
ctio ſit de Sancto,
tio erit : Digni
ur regno Dei,
nerit in Sanctis
nirábilis fíeri. 2.
.
o D. Archiepiſco-
Epiſcopus Lectio-
rus eſt, poſtquàm
niſit ex more,
nne, benedícere.
ſt ipſum dicit illi :
obis, Pater. *Ipſe*
rchiepiſcopus, vel
reſpondet : Oro
: veſtra magis ac
indet in ſciéntia
i ſenſu. *Philipp.* 1.
, ℟. Amen.
obſervatur, ubi
Presbyter.]
. ET SABBATO.
io. 2. Mach. 1.
let nobis cor óm-
, ut colámus eum,
is ejus voluntá-
magno & ánimo

ent.
DICTIONES.
ómini noſtri Jeſu
let nobis Chriſ-
itáre per fidem in
noſtris. *Epheſ.* 3.
ámus omnes in

unitátem fídei, & agnitiónis Fílii Dei ; ut non circumferámur omni vento doctrínæ. *Epheſ.* 4.

3. Deus ſpei répleat nos omni gáudio & pace in credendo ; ut abundémus in ſpe & virtúte Spíritûs ſancti. *Rom.* 15.

Si tertia Lectio ſit de Evangelio, tunc tertia Benedictio erit : Evangélium non ſit in ſermóne tantùm, ſed & in virtúte. 1. *Theſſ.* 1. 5.

Eadem dicitur in omni Feria, quando pro iij. Lectione legendum erit Evangelium cum Homilia.

IN FESTIS B. MARIÆ V. quæ ſunt ix. Lectionum.

Abſolut. & Benedict. dicuntur in I. & III. Nocturno, ut ſuprà : in II. verò Nocturno, ut ſequitur.

Abſolutio. Judith 13.

NObiſcum ſit Deus, qui in Ancilla ſua adimplévit miſericórdiam ſuam, quam promíſit dómui Iſraël.

BENEDICTIONES.

4. Deus, à quo miſſus eſt Angelus Gábriël ad Vírginem Maríam, mittat nobis de cœlis ſapiéntiam. *Luc.* 1. *Sap.* 9.

5. Fílius Altíſſimi, quem Virgo concépit & péperit, det nobis fílios Dei fíeri. *Luc.* 1. *Joan.* 1.

6. Spíritus ſanctus, de quo eſt, quod in María natum eſt, ſanctíficet nos

per ómnia. *Matth.* 1. *Theſſ.* 5.

Eædem Abſolut. & Benedictiones dicuntur in omni Officio trium Lectionum B. M. V.

In Feriis Adventûs, & à Septuageſima ad Quadrageſimam, diebus intrà octavas Domini, ac B. Mariæ, nec-non Anniverſarii Dedicationis, ſi tertia Lectio ſit de Sancto, tunc tertia Benedictio erit:

Digni habeámur regno Dei, cùm vénerit in Sanctis ſuis admirábilis fieri. 2. *Theſſ.* 1.

In Festis Sanctorum, quæ ſunt ix. Lectionum.

Abſol. & Bened. dicuntur in I. & III. Nocturno, ut ſuprà; in II. autem, ut ſequitur.

Abſolutio. 3. Reg. 8.

Deus noſter inclínet corda noſtra ad ſe, ut cuſtodiámus mandáta ejus.

℟. Amen.

Benedictione
4. Deus det nobis ill
nátos óculos cordis
ſciámus quæ ſit ſpe
catiónis ejus in Sa
Epheſ. 1.
5. Dignos nos fáciat i
tem fortis Sanctó
qui erípuit nos de
táte tenebrárum. *Co*
6. Aperiantur óculi n
ut convertámur à
bris ad lucem, &
cipiámus ſortem
Sanctos. *Act.* 26.

In Festis Sancto
quæ ſunt trium Le
tionum tantùm.
Abſolutio dicitur
dùm Feriam; Bened
nes verò ut ſequitur.
1. Deus det, &c.
2. Dignos nos, &c.
3. Aperiantur, &c. *ut*
Si pro tertia Le
legendum ſit Evang
cum Homilia, tunc
Benedictio erit.
Evangélium non ſit i
móne tantùm, ſed
virtúte. 1. *Theſſ.* 1

PROPRIUM DE TEMPORE.

PARS HYEMALIS.

A primis Vesperis Dominicæ I. Adventûs usquè ad Veſperas diei 14. Decembris incluſivè, & à Laudibus ejuſdem Dominicæ uſquè ad Laudes diei 23. ejuſdem menſis incluſivè, (exceptis Solemnibus & ſuprà, eorumque Octavis,) poſt Commemorationes Sanctorum, ſi quæ occurrant, fit Commemoratio de Virgine Deum paritura, ut infrà.

[*Ex quo autem incœptæ ſunt Antiphonæ majores* O. *nulla ſit in Veſperis Commemoratio de Feſt. Simpl.*]

AD VESPERAS.

Ant. Ecce Virgo concípiet & páriet Fílium, & vocábitur nomen ejus Emmánuel. *Iſ.* 7.

℣. Jurávit Dóminus David veritátem, & non fruſtrábitur eam: ℟. De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. *Pſ.* 131.

Orémus.

DEus, qui de beátæ Maríæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem ſuſcípere voluiſti: præſta ſupplícibus tuis, ut, qui verè eam genitrícem Dei crédimus, ejus apud te interceſſiónibus adjuvémur; Per eumdem Dóminum noſtrũ Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

AD LAUDES.

Ant. María, ecce concípies in útero, & páries Fílium; & vocábis nomen ejus Jeſum. *Luc.* 1.

℣. Elégit eam Dóminus; ℟. In habitatiónem ſibi. *Pſ.* 131.

Orémus.

DEus, qui de beátæ Maríæ Vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem ſuſcípere voluiſti: præſta ſupplícibus tuis, ut, qui verè eam genitrícem Dei crédimus, ejus apud te interceſſiónibus adjuvémur; Per eumdem Dóminum noſtrũ Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs ſancti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

SABBATIS
Ante Dominicas Adventûs.
AD VESPERAS.
Pſalmi de Pſalterio.

Ant. 4. E. DOmine exercítuū, úſquequò tu non miſeréberis Jeruſalem & úrbium Juda, quibus irátus es? Iſte jam ſeptuagéſimus annus eſt. *Zach.* 1.

Ant. 8. c. Numquid projíciens abjeciſti Judam? aut Sion abomináta eſt ánima tua? *Jerem.* 14.

Ant. 3. a. Expectávimus pacem, & non eſt bonum: peccávimus tibi; ne des nos in oppróbrium propter nomen tuum. *Jerem.* 14.

Ant. 7. c. Recordáre, Dómine, quid accíderit nobis: intuére, & réſpice oppróbrium noſtrū. *Thren.* 5.

Ant. 5. a. Erue nos in mirabílibus tuis; & da glóriam nómini tuo, Dómine. *Dan.* 3.

[*Eædem Antiphonæ dicuntur ad Veſperas diei* 15. *Decembris, niſi incidat in Dominicam.*]

Capitulum ut infrà in unoquoque Sabbato.

HYMNUS.

CReátor alme síderum,
Intende votis súpplicum:
Tuæ memor cleméntiæ,
Veni, Redemptor ómnium.
Delúſus hoſtis fráudibus,
Mundus jacébat pérditus:
Quid non tuus poteſt amor!
Fis pérditi mundi ſalus,
Ut tu piáres ſánguine
Quod nos ſcelus commíſimus,
Te Vírginis claudis ſinu
Patri Deo par víctima.
Salútis auctor vix ades,
Et cœlites & ínferi,
Tremente curváti genu,
Subdunt tuo ſe Número.
Te deprecámur ſéculi
Olìm futúrum júdicem;
Tuâ potenti grátiâ
Duc per tuas nos ſémitas.
Qui liberátor ádvenis,
Fili, tibi laus máxima,
Cum Patre & almo Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

℣. *& Ant. ad* Magníficat *ut infrà in unoquoque Sabbato, cum Oratione Dominicæ ſequentis.*

AD COMPLETORIUM.
Pſalmi ut in Pſalterio.

Ant. 6. Bonum eſt præſtolári cum ſiléntio ſalútare Dei. *Thren.* 3.

HYMNUS.

IN noctis umbra déſides
Dùm ſomnus artus óccupat;
Ad te, Deus, fidélibus
Mens éxcubat ſuſpíriis.
Deſideráte géntibus,
Verbum Patris, mundi ſalus,
Audi preces geméntium,
Tandèmque lapſos éxcita.
Adſis, Redemptor, & tuæ
Plebis relaxans crímina,
Adæ ſcelus quas cláuſerat
Reclúde cœleſtes domos,

berátor ádvenis,
bi laus máxima,
ıtre & almo Spí-
ı,
ıiterna ſécula.
ıen.
ulum & ℟. breve,
ſalterio pro Feriis.
;. a. Salutáre tuum.
ICUM SIMEONIS.
Luc. 2.
Salvatoris adventu
ım actio.
ıc dimittis ſervum
ım, Dómine, *
ım verbum tuum, in

vidérunt óculi mei *
: tuum,
l paraſti * ante
ómnium populó-

en ad revelatiónem
n, * & glóriam
tuæ Iſraël.
Salutáre tuum ex-
), Dómine.
Dóminus vobiſcum,
Et cum ſpíritu tuo.
Orémus.
a, quæſumus, Dó-
ıne, habitatiónem
n; & omnes inſí-
ıimíci ab ea longè
: Angeli tui ſancti
nt in ea, qui nos
e cuſtódiant; & be-
io tua ſit ſuper nos
r; Per Dóminum
m Jeſum Chriſtum
ı tuum, qui tecum
& regnat in unitáte
ûs ſancti Deus, per
ı ſécula ſeculórum.

℣. Dóminus vobiſcum,
℟. Et cum ſpíritu tuo.
℣. Benedicámus Dómino.
℟. Deo grátias.
Finito Completorio, ſubmiſſâ voce dicitur ſignando ſe ſigno Crucis:
Grátia Dómini noſtri Jeſu Chriſti, † & cáritas Dei, & communicátio ſancti Spíritûs ſit cum ómnibus vobis. 2. *Cor.* 13.
℟. Amen.
[*Qui ſolus recitat, loco* vobis, *dicit* nobis.]
Fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requieſcant in pace. Amen.
Poſtea dicitur Antiphona de B. Maria, Alma Redemptóris mater. ℣. Deus in médio. *Oratio,* Grátiam tuam, quæſumus, Dómine, méntibus noſtris infunde, ut qui Angelo nuntiante Chriſti, &c. *ſuprà.* 172.
Poſt completum Officium, dicitur ſecretò, Pater. Ave. Credo.

DOMINICIS
Adventûs.

AD OFFIC. NOCT.

Invitatorium. Dóminum Deum qui ventúrus eſt, * Veníte, adorémus. *Apoc.* 1.
Pſ. 94. Veníte. 2.

HYMNUS.

INſtantis adventum Dei
Poſcámus ardenti prece;
Feſtiſque munus ínclytum
Præoccupémus cánticis.
Æterna Proles féminæ

Non horret inclúdi ſinu :
Fit ipſe ſervus, ut jugo
Nos ſervitútis éximat.
Manſuétus & clemens venit,
Occurre, feſtína, Sion :
Ultrò tibi quam pórrigit,
Ne dura pacem réſpuas.
Mox nube clarâ fúlgurans
Mundi redíbit árbiter
Suíque membra córporis
Cœlo triumphátor vehet.
Fœtus tenebrárum, die
Cedant propinquo crímina;
Adam reformétur vetus;
Imágo ſuccédat novi.
Qui liberátor ádvenis,
Fili, tibi laus máxima,
Cum Patre & almo Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

Pſalmi de Pſalterio.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 2. Ad Dóminum aſpíciam: expectábo Deum ſalvatórem meum. *Mich.* 7.

Ant. 1. a. Expectábo Dóminum, qui abſcóndit fáciem ſuam à domo Jacob, & præſtolábor eum. *Iſ.* 8.

Ant. 8. G. Deus judícii Dóminus: beáti omnes qui expectant eum. *Iſ.* 30.

℣. Anima noſtra ſúſtinet Dóminum, ℟. Quóniam adjútor & protector noſter eſt. *Pſ.* 32.

Lectiones ut infrà.

℟. *j.* Audíte, domus David: dabit Dóminus ipſe vobis ſignum: Ecce virgo concipiet, & páriet fílium; * Et vocábitur nomen ejus Emmánu[el]. Ne tímeas, María concípies in útero, [pa]ries fílium. * Et v[oca]tur. *Iſ.* 7. *Luc.* 1.

℟. *ij.* Egrediétur de radíce Jeſſe, & [flos de] radíce ejus aſcendet [et] requieſcet ſuper eu[m Spi]ritus Dómini. ℣. Sc[riptura] dicit: Quia ex [ſemine] David, venit Chri[ſtus]. Et requieſcet. *Iſa[i].* *Joan.* 7.

℟. *iij.* Vox clam[antis in] deſerto: Paráte via[m Do]mini: omnis vallis [exalta]bitur, & omnis m[ons et] collis humiliábitur [et] revelábitur glória D[ómini], & † Vidébit omn[is caro] páriter quòd os D[ómini] locútum eſt. ℣. Sc[riptum] eſt: Erunt prava [in di]recta, & áſpera i[n vias] planas; * Et revel[ábitur] Glória. † Vidébit. *Luc.* 3.

IN II. NOCTU[RNO.]

Ant. 4. a. Miſ[erére] Deus, plebi tuæ [...] Sion inenarrabílibu[s ver]bis tuis, & glóriâ t[ua po]pulum tuum. *Eccli.*

Ant. 3. a. Da te[stimó]nium his qui ab iníti[o crea]túræ tuæ ſunt, & [ſúſcita] prædicatiónes quas [locúti] ſunt in nómine tu[o pro]phétæ prióres. *Eccli.*

Ant. 6. Da me[rcédem] ſuſtinéntibus te, u[t pro]phétæ tui fidéles [inve]niantur; & exaud

ervórum tuórum.
6.
djútor meus & li-
meus es tu : ℟.
:, ne moréris. *Pſ.* 69.
tiones ut infrà.
. Ecce ſervus meus,
m eum ; electus
complácuit ſibi in
na mea : * Dedi
ı meum ſuper eum.
eſt fílius meus di-
in quo mihi com-
* Dedi. *Iſaïæ* 42.
. Quàm pulchri ſu-
ntes pedes annun-
& prædicantis pa-
ınuntiantis bonum,
ntis ſalútem : di-
ion : * Regnábit
uus. ℣. Hic erit
, & Fílius Altíſſi-
bitur, & regnábit
ıo Jacob in æter-
Regnábit. *Iſ.* 52.

Omnes ſitientes,
ad aquas ; & qui
ıbétis argentum,
te, émite & comé-
Ecce teſtem pópu-
eúm, ducem ac
órem géntibus. ℣.
t, véniat ; & qui
ccípiat aquam vitæ
* Ecce. Glória. *
ſ. 55. *Apoc.* 22.
I. NOCTURNO.
7. d. Quarè mœróre
ıeris, fília Sion ?
id Rex non eſt tibi ?
ſiliárius tuus périit ?
ı.

Ant. 5. a. Liberáberis ; rédimet te Dóminus de manu inimicórum tuórum. *Mich.* 4.

Ant. 8. c. Scies quia ego Dóminus, ſuper quo non confundentur qui expectant eum. *Iſ.* 49.

℣. Propè eſt Dóminus ómnibus invocántibus eum. ℟. Omnibus invocántibus eum, in veritáte. *Pſ.* 144.

Lectiones & ℟℟. ut infrà in qualibet Dominica. Non dicitur Te Deum.

℣. *Sacerdotalis proprius unicuique Dominicæ, infrà.*

AD LAUDES.

Antiphonæ propriæ unicuique Dominicæ ut infrà. Pſalmi de Pſalterio. Loco Cantici Benedícite. *dicitur Canticum ſequens.*

CANTICUM. *Sophoniæ* 3.
De Salvatoris adventu ſpes & lætitia.

LAuda, fília Sion ; júbila, Iſraël ; * lætáre & exulta in omni corde, fília Jerúſalem.

Abſtulit Dóminus judícium tuum ; * avertit inimícos tuos.

Rex Iſraël, Dóminus in médio tuî : * non timébis malum ultrà.

In die illa dicétur Jerúſalem : Noli timére : * Sion, non diſſolvantur manus tuæ.

Dóminus Deus tuus in médio tuî : * Fortis, ipſe ſalvábit.

Gaudébit ſuper te in lætítia ; ſilébit in dilectióne ſua : * exultábit ſuper te in laude.

Glória Patri.

[*Dicitur tantùm in Offic. de Tempore.*]

Capitulum proprium unicuique Dominicæ, infrà.

HYMNUS.

JOrdánis oras prævia
Vox ecce Baptiſtæ quatit :
Præcónis ad grandes ſonos
Ignávus abſcédat ſopor.

Auctóris adventum ſui
Tellus, & æther, & mare
Prægeſtiente ſéntiunt,
Et jam ſalútant gáudio.

Mundémus & nos péctora :
Deo propinquanti viam
Sternámus : & dignam domum
Tanto parémus hóſpiti.

Tu noſtra, tu Jeſu, ſalus ;
Tu robur & ſolátium :
Arens ut herba, te ſine
Mortále tabeſcit genus.

Ægris ſalutárem manum
Extende : proſtrátos leva :
Oſtende vultum, jam ſuus
Mundo refloreſcet decor.

Qui liberátor ádvenis,
Fili, tibi laus máxima,
Cum Patre & almo Spíritu
In ſempiterna ſécula.
Amen.

℣. *Ant. ad* Benedictus. *& Oratio, ut infrà in qualibet Dominica.*

AD HORAS.

Hymni ut in Pſalterio præter Doxologiam ſequentem.

Qui liberátor Adveni
Fili, tibi laus máxima,
Cum Patre & almo Spírit
In ſempiterna ſécula.
Amen.

Pſalmi ut in Pſalterio. Cetera ut notantur infrà i qualibet Dominica.

AD VESPERAS.

Pſalmi ut in Pſalterio. Antiphonæ & Capitulum ut infrà in qualibet Dominica.

HYMNUS.

STatúta decréto Dei
Tandèm propinqua tempora :
Emptus tot annórum mo
Affulget è cœlo dies.

Patris nefando crímin
Proles jacébat ſáucia :
In mortis umbra cónditu
Sedébat humánum genus.

Morti ſecundæ débito
Et ſempiternis ígnibus
Horrenda juſti Júdicis
Manébat expectátio.

Heu ! quis ruínæ tà gravis
Sarcíre damna, quæ man
Afferre tàm grandi que
Parem medélam vúlneri ?

Tu, Chriſte, tu ſolus tu
Delapſus è throno Deus
Imágini potes tuæ
Formam decuſque rédden

Roráte, cœli, déſuper
Juſtumque fœcundo ſin
Complexa tellus pérdit
Orbi ſalútem gérminet.

mpiterna laus tibi,
n Patris factum
ro,
atre, cumque Spí-
u,
& per omne ſécu-
n.
l.
Ant. Ad Magníſi-
opria cuilibet Do-
infrà.

)MPLETORIUM.

i ut in Pſalterio.
5. Bonum eſt præſ-
um ſiléntio ſalutáre
ren. 3.

[YMNUS.

ctis umbra déſides
ſomnus artus óc-
at;
Deus, fidélibus
cubat ſuſpíriis.
ráte géntibus
Patris, mundi
s,
eces geméntium,
que lapſos éxcita.
, Redemptor, &

laxans crímina,
lus quas clǎuſerat
cœleſtes domos.
iberátor ádvenis,
i laus máxima,
tre & almo Spí-
,
iterna ſécula.
n.
lum & ℟. breve,
it.
Nunc dimittis.
. a. Salutáre tuum

expectábo, Dómine. *Gen.* 49.

Cetera ut in Pſalterio.

FERIIS
Adventûs.

AD OFFICIUM NOCT.

Invitatorium & Hymnus ut ſuprà in Dominicis. 178.
Pſalmi ut in Pſalterio.
Antiphonæ ℣. & ℟℟℟. ex Officio Dominicarum præcedenti: ſcilicet,
Feriâ II. IV. & VI. è primo Nocturno Dominicarum.
Feriâ III. V. & Sabbato, è ſecundo Noct.
Non dicitur Te Deum.
℣. *Sacerd.* Miſerére noſtrî, Deus ómnium, & réſpice nos; ℟. Et oſtende nobis lucem miſeratiónum tuárum. *Cantic. Eccli.* 36.

AD LAUDES.

Pſalmi de Pſalterio, cum Cantico, Lauda. *ut ſuprà in Dominicis, ſub ſola Antiphona ſequenti.*
Ant. 5. a. Dícite puſillánimis: Confortámini; Deus ipſe véniet, & ſalvábit vos. *Iſ.* 35.

CAPITULUM. *Zach.* 6.

HÆc ait Dóminus exercítuum, dicens: Ecce vir, Oriens nomen ejus; & ſubter eum oriétur, & ædificábit templum Dómino.
Hymnus, ut ſuprà in Dominicis. 180.
℣. Tu exurgens, Dó-

mine, miſeréberis Sion; ℟. Quia tempus miſerendi ejus, quia venit tempus. *Pſ.* 101.

Ad Benedictus. *Antiphona propria ut infrà in qualibet Feriâ.*

Preces, flexis genibus, ut ſuprà 162.

Oratio Dominicæ præcedentis, niſi propria aſſignetur.

AD HORAS.

Doxologia, Qui liberátor ádvenis. *ut ſuprà in Dominicis.* 180.

[*Dicitur etiam in Offic. SS. ad Horas, præterquam in Offic. B. Mariæ Virg.*]

AD PRIMAM.

Ant. 2. Conſurge, conſurge, indúere fortitúdinem, bráchium Dómini; conſurge ſicut in diébus antíquis. *Iſ.* 57.

In ℟. *br.* ℣. Qui ventúrus es in mundum. *Joan.* 6.

[*Hic* ℣. *dicitur tantùm in Officio de Tempore.*]

Preces, flexis genibus, ut ſuprà. 165.

AD TERTIAM.

Ant. 1. g. Obſecro, Dómine, mitte quem miſſúrus es. *Exod.* 4.

CAPITULUM. *Iſaïæ* 62.

PRopter Sion non tacébo, & propter Jerúſalem non quieſcam, donec egrediátur ut ſplendor Juſtus ejus, & Salvátor ejus ut lampas accendátur.

℟. *br.* Memento noſtrî, Dómine, * In beneplácito pópuli tui. Memen Víſita nos * in ſ tuo. * In. Glória. M to. *Pſ.* 105.

℣. Adjuva nos, ſalutáris noſter, propter glóriam n tui, Dómine, líbe: *Pſ.* 78.

Preces, flexis ge ut ſuprà. 168.

AD SEXTA

Ant. 3. c. Oſtende mine, fáciem tuan clína, Deus meus, tuam, & audi; ápe los tuos, & vide. *D*

CAPITULUM. *Iſai*

AUdíte me, duro qui longè eſtis à tia: propè feci ju meam; non elongá & ſalus mea non m tur.

℟. *br.* Oſtende Dómine, * Miſeric tuam. Oſtende. ℣. lutáre tuum * da * Miſericórdiam. Oſtende. *Pſ.* 84.

℣. Miríſica miſ dias tuas, ℟. Qui facis ſperantes in te.

Preces, flexis ge ut ſuprà. 168.

AD NONA

Ant. 1. f. Expectá raël, ſalvátor ejus i pore tribulatiónis, relinquas nos. *Jerem*

CAPITULUM. *Jere*

IN témpore illo, minus, quærétu quitas Iſraël, & no

tum Juda, & non
ur; quóniam pro-
ro eis quos relí-

. Propè timentes
m, * Salutáre ip-
pè. ℣. Ut inhábitet
in terra noſtra,
re. Glória. Propè.
uſtítia ante eum
it, ℟. Et ponet
eſſus ſuos. *Pſ.* 84.
, *flexis genibus*,
. 168.

VESPERAS.

i ut in Pſalterio
Antiphona ſequenti.
6. Exaudi, Dó-
lacáre, Dómine,
& fac: ne moréris
temetipſum, Deus
an. 9.

ULUM. *Habacuh* 2.
rébit in finem, &
mentiétur: ſi mo-
rit, expecta illum;
iens véniet, &
dábit.
us, ut ſuprà in
is. 180.
ljútor meus, &
r meus tu es; ℟.
eus, ne tardáve-
19.
Magníficat. *Ant.*
, ut infrà in qua-
ia.
, *flexis genibus*,
. 162.

MPLETORIUM.

i ut in Pſalterio,
Hymnus ut ſuprà
nicis. 181.
lum & ℟. br. ut in
Pſalterio. Ad Nunc dimit-
tis, *Ant. ut ſuprà in Do-*
minicis. 181.

Preces, flexis genibus,
& cetera ut in Pſalterio,
171.

SABBATO

Ante Dominicam I. Adventûs.

AD VESPERAS.

Pſalm. Beáti omnes. *cum*
ceteris de Pſalterio. 157.

Ant. Dómine exercí-
tuum, *ut ſuprà in Sabba-*
tis Adventûs. 177.

CAPITULUM. *Jerem.* 23.

Ecce dies véniunt, di-
cit Dóminus, & ſuſ-
citábo David germen juſ-
tum; & regnábit rex, &
sápiens erit, & fáciet ju-
dícium & juſtítiam in terra.
℟. Deo grátias.

℟. Roráte, cœli, de-
ſuper, & nubes pluant
Juſtum: * Aperiátur ter-
ra, & gérminet Salvató-
rem; & juſtítia oriátur
ſimul. ℣. Spíritus & ſpon-
ſa dicunt; Veni: & qui
audit, dicat, Veni. * Ape-
riátur. Glória Patri. *
Aperiátur. *Iſ.* 45. *Apoc.* 22.

Hymnus, Creátor. *ut*
ſuprà in Sabbatis Adven-
tûs. 177.

℣. Oriétur in diébus
ejus juſtítia, ℟. Et abun-
dántia pacis. *Pſ.* 71.

Ad Magníficat.

Ant. J. Sicut terra pro-
fert germen ſuum, & ſicut
hortus ſemen ſuum gérmi-
nat; ſic Dóminus Deus

germinábit juſtítiam & laudem coram univerſis géntibus. *Iſ. 61.*

Oratio, ut infrà ad Laudes.

COMPLETORIUM, *ut dictum eſt ſuprà pro Sabbatis Adventûs.*

DOMINICA PRIMA AVENTUS.

AD OFFICIUM NOCT.

Invitatorium & Hymnus ut ſuprà in Dominicis Adventûs. 178.

Pſalmi de Dominica, ut in Pſalterio.

IN I. NOCTURNO.

Antiphonæ & ℣. ut ſuprà in Dominicis Adventûs.

Pater noſter. *Abſol. & Benedict. ut ſuprà poſt Pſalterium.*

Incipit liber Iſaíæ Prophétæ.

Lectio j. Cap. 1.

VIſio Iſaíæ fílii Amos, quam vidit ſuper Judam & Jerúſalem in diébus Ozíæ, Jóathan, Achaz, & Ezechíæ, regum Juda. Audíte, cœli; & áuribus pércipe, terra, quóniam Dóminus locútus eſt: Fílios enutrívi, & exaltávi; ipſi autem ſprevérunt me. Cognóvit bos poſſeſſórem ſuum, & áſinus præſépe dómini ſui; Iſraël autem me non cognóvit, & pópulus meus non intelléxit. Væ genti peccatríci, pópulo gravi iniquitáte, ſémini nequam, fíliis ſcelerátis: dereliquérunt Dóminum, blaſphemavérunt Sanctum Iſraël, abalienáti ſunt retrorsùm. Super quo percútiam vos ultrà, addentes prævaricatiónem? Omne caput lánguidum, & omne cor mœrens. A planta pedis uſque ad vérticem, non eſt in eo ſánitas: vulnus, & livor, & plaga tumens, non eſt circumligáta, nec curáta medicámine, neque fota óleo. Terra veſtra deſerta; civitátes veſtræ ſuccenſæ igni: regiónem veſtram coram vobis aliéni dévorant, & deſolábitur ſicut in vaſtitáte hoſtíli. Et derelinquétur fília Sion, ut umbráculum in vínea, & ſicut tugúrium in cucumerário, & ſicut cívitas quæ vaſtátur. ¶ Hæc dicit Dóminus Deus: convertímini ad me, & ſalvi éritis.

[*Sic terminantur omnes Lectiones ex Iſaïa, per Adventum, nihil reſpondendo.*]

Hodiè tantùm dicitur ℟. ſequens.

℟. Attende, Dómine, de cœlo, & vide de habitáculo ſancto tuo: * Tu enim pater noſter, & Abraham neſcívit nos: † Tu, Dómine, redemptor noſter; § A ſéculo nomen tuum: ¶ Utinàm dirúmperes cœlos, & deſcénderes! ℣. Adjuva nos, miſertus noſtrî, Dómine: * Tu enim pater noſter,

& Abraham neſcívit nos : tu , Dómine , redemptor noſter ; à ſéculo nomen tuum : útinàm dirúmperes cœlos , & deſcénderes ! ℣. Non áliud nomen eſt ſub cœlo datum , in quo opórteat nos ſalvos fieri. † Tu , Dómine , redemptor noſter ; à ſéculo nomen tuum : útinàm dirúmperes cœlos , & deſcénderes ! ℣. Nos credídimus & cognóvimus quia tu es Fílius Dei ; § A ſéculo nomen tuum : útinàm dirúmperes cœlos , & deſcénderes ! ℣. Glória Patri , & Fílio , & Spirítui ſancto. ¶ Utinàm dirúmperes cœlos , & deſcénderes ! *Repetitur* ℟. Attende. *uſque ad primum* ℣. *Iſ.* 63. *&* 64. *Marc.* 9. *Act.* 4. *Joan.* 6.

Lectio ij.

NIſi Dóminus exercítuum reliquiſſet nobis ſemen , quaſi Sódoma fuiſſémus , & quaſi Gomorrha ſímiles eſſémus. Audíte verbum Dómini , príncipes Sodomórum : percípite áuribus legem Dei noſtri , pópulus Gomorrhæ. Quò mihi multitúdinem victimárum veſtrárum , dicit Dóminus ? plenus ſum : holocauſta aríetum , & ádipem pínguium , & ſánguinem vitulórum , & agnórum , & hircórum nólui. Cùm venirétis ante conſpectum meum , quis quæſívit hæc de mánibus veſtris , ut ambularétis in átriis meis ? Ne offerátis ultrà ſacrifícium fruſtrà : incenſum abominátio eſt mihi. Neoméniam , & ſábbatum , & feſtivitátes álias non feram ; iníqui ſunt cœtus veſtri. Calendas veſtras & ſolemnitátes veſtras odívit ánima mea : facta ſunt mihi moleſta , laborávi ſúſtinens. Et cùm extendéritis manus veſtras , avertam óculos meos à vobis : & cùm multiplicavéritis oratiónem , non exáudiam : manus enim veſtræ ſánguine plenæ ſunt. Lavámini , mundi eſtóte , auferte malum cogitatiónum veſtrárum ab óculis meis : quiéſcite ágere perversè , díſcite benefácere : quærite judícium , ſubveníte oppreſſo , judicáte pupillo , defendite víduam. Et veníte , & argúite me , dicit Dóminus : ſi fúerint peccáta veſtra ut cóccinum , quaſi nix dealbabuntur ; & ſi fúerint rubra quaſi vermículus , velut lana alba erunt. Si voluéritis , & audiéritis me , bona terræ comedétis. Quòd ſi noluéritis , & me ad iracúndiam provocavéritis , gládius devorábit vos ; quia os Dómini locútum eſt. Hæc dicit.

℟. Egrediétur. *ſuprà in Dominicis Adventûs.* 178.

Lectio iij.

QUómodò facta eſt méretrix cívitas fidélis, plena judícii? juſtítia habitávit in ea, nunc autem homicídæ. Argentum tuum verſum eſt in ſcóriam: vinum tuum mixtum eſt aquâ. Príncipes tui infidéles, ſócii furum: omnes díligunt múnera, ſequuntur retributiónes. Pupillo non júdicant; & cauſa víduæ non ingréditur ad illos. Propter hoc ait Dóminus Deus exercítuum, Fortis Iſraël: Heu, conſolábor ſuper hóſtibus meis, & vindicábor de inimícis meis. Et convertam manum meam ad te, & éxcoquam ad purum ſcóriam tuam, & áuferam omne ſtannum tuum. Et reſtítuam júdices tuos ut fuérunt priùs, & conſiliários tuos ſicut antíquitùs: poſt hæc vocáberis cívitas juſti, urbs fidélis. Sion in judício redimétur, & redúcent eam in juſtítia. Hæc dicit.

℟. Vox clamantis. 178.

In II. NOCTURNO.

Antiphonæ & ℣. ut ſuprà in Dominicis Adventûs.

Sermo ſancti Bernardi Abbátis.

Serm. 4. n. 1. 4. & 5. de Adv. Domini. Lectio iv.

DIgnum eſt, fratres, ut totâ cum devotióne Dómini celebrétis Adventum, delectáti tantâ conſolat
ſtupefacti tantâ dig
ne, inflammáti tan
lectióne. Nec verò
cogitétis adventum
venit quærere & ſ
fácere quod períerat
& illum nihilóminù
véniet & aſſúmet n
ſeipſum. Utinàm cir
duos adventus jugi
tatióne verſémini,
nantes in córdibus
quantùm in prióre
terit, quantùm pr
rit in ſecundo. Adv
enim Salvátor refo
corpus humilitátis
træ, configurátum c
claritátis ſuæ, ſi
priùs fúerit cor re
tum, & configurát
militáti cordis ipſíus
ter quod & dicébat
cite à me quia mit
& húmilis corde.
illam virtútum ſ
teneámus, quam
& exemplo comm
Chriſtus præſens in
síquidèm omnis virt
tra tàm longè eſt
virtúte, quàm lo
ab ea forma. ¶
tem, Dómine, n
noſtrî. ℟. Deo gr

[*Sic terminant*
tiones per annum,
ter notetur.]

℟. Ecce ſervus
179.

Sermo 5. n. 1. Le

TÉrtius quidam
tus eſt médiu

illos, in quo deleƈtabíliter dórmiunt qui eum nôrunt. Illi enim duo maniſeſti ſunt, ſed non iſte. In prióri quidèm. In terris viſus, & cum homínibus converſátus eſt, quandò, ſicut ipſe teſtátur, & vidérunt eum, & odérunt. In poſterióre verò, Vidébit omnis caro ſalutáre Dei noſtri; &, Vidébunt in quem transfixérunt. Médius occultus eſt, in quo ſoli eum in ſeipſis vident electi, & ſalvæ fiunt ánimæ eórum. In primo ergò venit in carne & infirmitáte; in hoc médio, in Spíritu & virtúte; in último, in glória & majeſtáte. Per virtútem enim pervenítur ad glóriam, quia Dóminus virtútum ipſe eſt rex glóriæ; & adventus iſte médius via quædam eſt per quam à primo venítur ad último. In primo Chriſtus fuit redémptio noſtra; in último apparébit vita noſtra; in iſto réquies eſt & conſolátio noſtra.

℟. Quàm pulchri. 179. *n.* 2. & 3. *Lectio vj.*

DE hoc adventu médio ipſum audíte: Si quis díligit me, inquit, ſermónes meos ſervábit; & Pater meus díliget eum, & ad eum veniémus. Legi álibi: Qui timet Deum, fáciet bona; ſed plùs áliquid dictum ſéntio de diligente, quia ſermónes Dei ſervábit. Ubi ergò ſervandi ſunt? Haud dúbium quin in corde, ſicut ait Prophéta: In corde meo abſcondi elóquia tua, ut non peccem tibi. Sic ſerva ſermónem Dei, quómodò méliùs ſerváre potes cibum córporis tui. Nam & ille panis vivus eſt, & cibus mentis. Ergò trajiciátur in víſcera quædam ánimæ tuæ, tránſeat in affectiónes tuas & in mores tuos. Si ſic verbum Dei ſerváveris, haud dúbium quin ab eo ſervéris. Véniet enim Fílius ad te cum Patre: véniet Prophéta magnus, qui renovábit Jerúſalem; & ille nova fáciet ómnia. Hoc enim fáciet hic adventus; ut ſicut portávimus imáginem terréni, ſic portémus & imáginem cœleſtis. Sicut fuit vetus Adam effúſus per totum hóminem, & totum occupávit; ita modò totum obtíneat Chriſtus, qui totum creávit, totum redémit, totum & glorificábit.

℟. Omnes ſitientes. 179.

IN III. NOCTURNO.

Antiphonæ & ℣. ut ſuprà in Dominicis Adventûs.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lectio vij. Cap. 21.

IN illo témpore; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis: Erunt ſigna in ſole, &

lúna, & ſtellis; & in terris preſſúra géntium. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

Homilia 1. in Evang.

DOminus ac Redemptor noſter, fratres caríſſimi, parátos nos inveníre deſíderans, ſeneſcentem mundum quæ mala ſequantur denúntiat, ut nos ab ejus amóre compeſcat. Appropinquantem ejus términum quantæ percuſſiónes prævéniant, innoteſcit; ut ſi Deum metúere in tranquillitáte nólumus, vicínum ejus judícium, vel percuſſiónibus attríti timeámus. Hæc nos, fratres caríſſimi, idcircò dícimus, ut ad cautélæ ſtúdium veſtræ mentes evígilent, ne ſecuritáte, tórpeant, ne ignorántiâ languéſcant, ſed ſemper eas & timor ſollícitet, & in bono ópere ſollicitúdo confirmet, penſantes hoc quod Redemptóris noſtri voce ſubjúngitur: Areſcéntibus homínibus præ timóre & expectatióne, quæ ſupervénient univerſo orbi.

℟. Erunt ſigna in ſole, & luna, & ſtellis; & in terris preſſúra géntium: * Tunc vidébunt Fílium hóminis venientem in nube cum poteſtáte magna & majeſtáte. ℣. Sol convertétur in ténebı
luna in ſánguinen
tequàm véniat die
ni magnus & ho
* Tunc. *Luc. 21.*

Lectio viij.

VIrtútes cœlórı
vebuntur. Qı
nim Dóminus Virt
lórum, niſi Ange
chángelos, Thron
minatiónes, Pri
& Poteſtátes ap
quæ in adventu
Júdicis noſtris tun
viſibíliter apparéb
diſtrictè tunc à n
gant hoc, quòd n
inviſíbilis Cóndit
nímiter portat. Ub
ditur: Et tunc
Fílium hóminis ve
in núbibus cum
magna & majeſtá
apertè diceretur:
teſtáte & majeſtá
ſunt, quem in hı
póſitum audíre no
ut virtútem ejus ta
diſtríctiùs ſentiant
nunc cervícem c
ejus patiéntiam nc
nant. Sed quia h
trà réprobos dict
mox ad electórum
latiónem verba v
Nam & ſúbditur:
tem fíeri incipié
reſpícite, & levát
veſtra; quóniam
pinquat redémptic

℟. Deus manif
niet, Deus noſter
ſilébit. Ignis in c

ejus exardeſcet : advocábit cœlum & terram diſcérnere pópulum ſuum. * Congregáte illi ſanctos ejus. ℣. Timéte Dóminum, & date illi honórem ; quia venit hora judícii ejus : * Congregáte. *Pſ.* 49. *Apoc.* 14.

Lectio ix.

LEváre cápita eſt mentes noſtras ad gáudia pátriæ cœleſtis erígere. Qui ergò Deum díligunt, ex mundi fine gaudère atque hilaréſcere jubentur ; quia vidélicèt eum quem amant, mox invéniunt, dùm tranſit is quem non amavérunt. Abſit enim ut fidélis quiſque qui Deum vidére deſíderat, de mundi percuſſiónibus lúgeat, quem finíri eiſdem ſuis percuſſiónibus non ignórat. Scriptum namque eſt : Quicumque volúerit amícus eſſe ſéculi hujus, inimícus Dei conſtitúitur. Qui ergò appropinquante mundi fine non gaudet, amícum ſe illíus eſſe teſtátur, atque per hoc inimícus Dei eſſe convíncitur. Sed abſit hoc à fidélium córdibus ; abſit ab his qui & eſſe áliam vitam per fidem credunt, & eam per operatiónem díligunt. Ex mundi enim deſtructióne lugére eórum eſt, qui radíces cordis in ejus amóre plantavérunt, qui ſequentem vitam non quærunt, qui illam neque eſſe ſuſpicantur. Nos autem qui cœleſtis pátriæ gáudia æterna cognóvimus, feſtináre ad ea quantóciùs debémus.

℟. Lætentur cœli, & exultet terra, & dicant in natiónibus : Dóminus regnávit. * Tunc laudábunt ligna ſaltûs coram Dómino ; quia venit judicáre terram. ℣. Expectátio creatúræ revelatiónem filiórum Dei expectat ; quia & ipſa creatúra liberábitur à ſervitúte corruptiónis. * Tunc. Glória. 1. *Paral.* 16. *Rom.* 8. ¶ *Repetitur* ℟. Lætentur. *uſque ad* ℣. Expectátio.

[*Is ritus obſervatur in omni Officio ix. Lect. in quo non dicitur* Te Deum.]

℣. *Sacerd.* Surge, Deus, júdica terram ; ℟. Quóniam tu hæreditábis in ómnibus géntibus. *Pſ.* 81.

AD LAUDES.

Pſalmi de Dominica.

Ant. 1. D. ECce cum núbibus cœli quaſi Fílius hóminis veniébat ; & Antíquus diérum dedit ei poteſtátem, & honórem, & regnum. *Dan.* 7.

Ant. 3. a. Omnes pópuli, tribus, & linguæ ipſi ſérvient. *Dan.* 7.

Ant. 7. *d.* Poteſtas ejus, poteſtas æterna quæ non auferétur, & regnum ejus quod non corrumpétur. *Dan.* 7.

Ant. 5. C. Fluent ad eum pópuli, & judicábit inter pópulos multos, & corri-

piet gentes fortes uſque in longinquum. *Mich.* 4.

Ant. 4. *E.* Ambulábimus in nómine Dómini Dei noſtri ; & regnábit Dóminus in monte Sion, ex hoc nunc, & uſque in æternum. *Mich.* 4.

CAPITULUM. 1. *Tim.* 6.

ADventum Dómini noſtri Jeſu Chriſti ſuis tempóribus oſtendet beátus & ſolus potens, Rex regum, & Dóminus dominántium : qui ſolus habet immortalitátem, & lucem inhábitat inacceſſíbilem : quem nullus hóminum vidit, ſed nec vidére poteſt : cui honor, & impérium ſempiternum.

Hymn. Jordánis oras prævia. *ſuprà.* 180.

℣. Intende, próſperè procéde, & regna, ℟. Propter veritátem, & manſuetúdinem, & juſtítiam. *Pſ.* 44.

Ad Benedictus.

Ant. 8. G. Scitóte quóniam propè eſt regnum Dei : amen dico vobis, quia non præteríbit generátio hæc, donec ómnia fiant. *Luc.* 21.

Oratio.

EXcita, quæſumus, Dómine, poténtiam tuam, & veni ; ut ab imminéntibus peccatórum noſtrórum perículis, te mereámur protegente éripi, te liberante ſalvári : Qui vivis & regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritûs ſancti Deus ; per ómnia ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

Oratio cujuſlibet Dominicæ Adventûs dicitur ad Horas per Hebdomadam, niſi aliter notetur.

AD HORAS,

Doxologia, ut ſuprà. 180.

Antiphonæ ſumuntur ex Laudibus, quartâ prætermiſſâ ; quod ſemper obſervatur, niſi aliter notetur.

AD PRIMAM.

Ant. 1. D. Ecce.

In ℟. *br.* ℣. Qui ventúrus es in mundum. *Joan.* 6.

Cetera ut in Pſalterio.

AD TERTIAM.

Ant. 3. a. Omnes pópuli.

CAPITULUM. *Zach.* 14.

ERit Dóminus rex ſuper omnem terram : in die illa erit Dóminus unus, & erit nomen ejus unum.

℟. *br.* Timébunt gentes *Nomen tuum, Dómine. Timébunt. ℣. Et omnes reges terræ * glóriam tuam, * Nomen. Glória Patri. Timébunt. *Pſ.* 101.

℣. Omnes gentes quaſcumque feciſti, vénient, ℟. Et adorábunt coram te, Dómine. *Pſ.* 85.

AD SEXTAM.

Ant. 7. *d.* Poteſtas ejus.

CAPITULUM. *Dan.* 7.

JUdícium ſedébit ut auferátur poténtia, & conterátur, & diſpéreat uſque in finem : regnum autem, & poteſtas, &

lo regni quæ eſt
mne cœlum , de-
ılo ſanctórum Al-
cujus regnum ,
ſempiternum eſt.
·. Regnum tuum ,
, * Regnum óm-
culórum. Régnum
℣. Et dominátio
omni generatióne
:atiónem , * Reg-
ılória Patri. Reg-
Pſ. 144.
óminus in cœlo pa-
dem ſuam , ℟. Et
ipsíus ómnibus
bitur. *Pſ.* 102.

N O N A M.

. *E.* Ambulábimus.
TULUM. *Ezech.* 39.
am glóriam meam
géntibus : & vidé-
omnes gentes judí-
ıeum quod fécerim ,
um meam quam po-
ſuper eos ; & ſcient
Iſraël quia ego Dó-
Deus eórum à die
c deinceps.
r. Lætentur & exul-
:entes ; * Quóniam
; pópulos in æqui-
Lætentur. ℣. Et gen-
ı terra dírigis; * Quó-
Glória Patri. Læ-
. *Pſ.* 66.
Jubiláte in conſpectu
Dómini ; ℟. Quó-
venit judicáre ter-
Pſ. 97.

V E S P E R A S.

lmi de Dominica.

ECce Dóminus
Deus in fortitú-
dine véniet , & bráchium
ejus dominábitur , alle-
lúia. *Iſ.* 40.

Ant. 5. C. Ecce merces
Dómini cum eo , & opus
illíus coram illo , allelúia.
Iſ. 40.

Ant. 7. a. De Jerúſalem
dabit vocem ſuam Dómi-
nus ſpes pópuli ſui , &
fortitúdo filiórum Iſraël ,
allelúia. *Joel.* 3.

Ant. 3. a. Replébitur ter-
ra , ut cognoſcant gló-
riam Dómini , allelúia. *Ha-
bac.* 2.

Ant. 4. *D.* Omnis qui in-
vocáverit nomen Dómini ,
ſalvus erit ; quia in monte
Sion erit ſalvátio , alle-
lúia. *Joel.* 2.

CAPITULUM. *Apocal.* 22.

QUi juſtus eſt juſtificé-
tur adhuc , & ſanc-
tus ſanctificétur adhuc.
Ecce vénio citò , & mer-
ces mea mecum eſt , réd-
dere unicuíque ſecundùm
ópera ſua.

Hymn. Statúta. *ſuprà* ,
180.

℣. Éxcita poténtiam
tuam , & veni , ℟. Ut ſal-
vos fácias nos. *Pſ.* 79.

Ad Magníficat.

Ant. 6. Vigiláte , omni
témpore orantes ; ut digni
habeámini ſtare ante Fí-
lium hóminis , allelúia.
Luc. 21.

Oratio , *ut ſuprà ad
Laudes.*

FERIA SECUNDA.

De Iſaía Prophéta.

Lectio j. Cap. 9.

ERit in noviſſimis diébus præparátus mons domûs Dómini in vértice móntium, & elevábitur ſuper colles; & fluent ad eum omnes gentes. Et ibunt pópuli multi, & dicent : Veníte, & aſcendámus ad montem Dómini, & ad domum Dei Jacob : & docébit nos vias ſuas, & ambulábimus in ſémitis ejus ; quia de Sion exíbit lex, & verbum Dómini de Jerúſalem. Et judicábit gentes, & árguet pópulos multos, & conflábunt gládios ſuos in vómeres, & lánceas ſuas in falces : non levábit gens contrà gentem gládium, nec exercebuntur ultrà ad prælium. Domus Jacob, veníte, & ambulémus in lúmine Dómini. Projeciſti enim pópulum tuum, domum Jacob ; quia repléti ſunt ut olim, & áugures habuérunt ut Philíſthiim, & púeris aliénis adhæſérunt. Hæc dicit.

℟. Audíte. 178.

Lectio ij. Cap. 3.

ECce dominátor Dóminus exercítuum áuferet à Jerúſalem & à Juda válidum & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ : fortem, & virum bellatórem, júdicem, & prophétam, & aríolum, & ſenem ; príncipem ſuper quinquaginta, & honorábilem vultu, & conſiliárium, & ſapientem de architectis, & prudentem elóquii myſtici. Et dabo púeros príncipes eórum, & effemináti dominabuntur eis. Hæc dicit.

℟. Egrediétur. 178.

Lectio iij. Cap. 4.

IN die illa erit germen Dómini in magnificentia & glória, & fructus terræ ſublímis, & exultátio his qui ſalváti fúerint de Iſraël. Et erit : Omnis qui relictus fúerit in Sion, & resíduus in Jerúſalem, ſanctus vocábitur, omnis qui ſcriptus eſt in vita in Jerúſalem : ſi ablúerit Dóminus ſordes filiárum Sion, & sánguinem Jerúſalem laverit de médio ejus in ſpíritu judícii, & ſpíritu ardóris. Et creábit Dóminus ſuper omnem locum montis Sion, & ubì invocátus eſt, nubem per diem, & fumum & ſplendórem ignis flammantis in nocte ; ſuper omnem enim glóriam protéctio. Hæc dicit.

℟. Vox clamantis. 178.

Ad Benedictus.

Ant. 2. Non tardat Dóminus promiſſiónem ſuam: advéniet dies Dómini. 2. *Petr.* 3.

Ad Magníficat.

Ant. 8. *G.* Ecce prædixi vobis ómnia : cùm vidéritis hæc fíeri, ſcitóte quòd in

›róximo ſit in hóſtiis.
rc. 13.

ERIA TERTIA.

De Iſaía Prophéta.

Lectio j. Cap. 5.

Antábo dilecto meo cánticum patruélis mei víneæ ſuæ. Víneа facta eſt dilecto meo in nu fílio ólei. Et ſepívit a, & lápides elégit ex , & plantávit eam elec- a, & ædificávit turrim médio ejus ; & tórcular ſtruxit in ea ; & expectávit ut fáceret uvas, & it labruſcas. Nunc ergò, bitatóres Jerúſalem, & i Juda, judicáte inter & víneam meam. Quid quod débui ultrà fácere eæ meæ, & non feci An quòd expectávi ut eret uvas, & fecit labruſcas ? Hæc dicit.

℟. Ecce ſervus meus. 179.

Lectio ij.

T nunc oſtendam vobis quid ego fáciam eæ meæ : Auferam ſe- a ejus, & erit in direp- iem ; díruam macériam s, & erit in conculcanem. Et ponam eam ertam : non putábitur, non fodiétur ; & aſcen- it vepres & ſpinæ : núbibus mandábo ne ant ſuper eam imbrem. nea enim Dómini exer- uum domus Iſraël eſt, vir Juda germen ejus lectábile : & expectávi t fáceret judícium, & ecce iníquitas ; & juſtítiam, & ecce clamor. Væ qui conjúngitis domum ad domum, & agrum agro copulátis uſque ad términum loci ; numquid habitábitis vos ſoli in médio terræ ? In áuribus meis ſunt hæc, dicit Dóminus exercítuum. Hæc dicit.

℟. Quàm pulchri. 179.

Lectio iij.

VÆ qui conſúrgitis mane ad ebrietátem ſectandam, & potandum uſque ad véſperam, ut vino æſtuétis. Cíthara, & lyra, & tympanum, & tíbia, & vinum in convíviis veſtris, & opus Dómini non reſpícitis, nec ópera mánuum ejus conſiderátis. Proptéreà captívus ductus eſt pópulus meus, quia non hábuit ſciéntiam ; & nóbiles ejus interiérunt fame, & multitúdo ejus ſiti exáruit. Proptéreà dilatávit infernus ánimam ſuam, & apéruit os ſuum abſque ullo término ; & deſcéndent fortes ejus, & pópulus ejus, & ſublímes, glorioſíque ejus ad eum. Et incurvábitur homo, & humiliábitur vir, & óculi ſublímium deprimentur. Et exaltábitur Dóminus exercítuum in judício, & Deus ſanctus ſanctificábitur in juſtítia. Hæc dicit.

℟. Omnes ſitientes. 179.

Ad Benedictus.

Ant. 1. a. Quales opor-

ret vos eſſe in ſanctis converſatiónibus, expectantes & próperantes in adventum diéi Dómini ? 2. *Petr.* 3.

Ad Magníficat.

Ant. 7. *d.* Atténdite ne graventur corda véſtra in crápula, & ebrietáte, & curis hujus vitæ. *Luc.* 21.

FERIA QUARTA.

De Iſaía Prophéta.

Lectio j. Cap. 5.

VÆ qui tráhitis iniquitátem in funículis vanitátis, & quaſi vínculum plauſtri peccátum: qui dícitis: Feſtínet, & citò véniat opus ejus, ut videámus; & apprópiet, & véniat conſílium Sancti Iſraël, & ſciémus illud. Væ qui dícitis malum bonum, & bonum malum: ponentes ténebras lucem, & lucem ténebras: ponentes amárum in dulce, & dulce in amárum. Væ qui ſapientes eſtis in óculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes. Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietátem: qui juſtificátis ímpium pro munéribus, & juſtítiam juſti aufertis ab eo. Hæc dicit.

℟. Audíte. 178.

Lectio ij.

PRopter hoc, ſicut dévorat ſtípulam lingua ignis, & calor flammæ exúrit; ſic radi[x]
quaſi favilla erit,
men eórum ut p[ulvis aſ]
cendet. Abjecérun[t]
legem Dómini exe[rcituum]
& elóquium Sanct[i Iſraël]
blaſphemavérunt. [Ideo irá]
tus eſt furor Dó[mini in]
pópulum ſuum, & [extendit]
manum ſuam ſupe[r eum,]
& percuſſit eum;
turbáti ſunt mon[tes, &]
facta ſunt mortic[ina eo-]
rum quaſi ſtercus [in mé-]
dio plateárum. In [his óm-]
nibus non eſt aver[ſus furor]
ejus, ſed adhuc [manus]
ejus extenta. Et [levábit]
ſignum in natióni[bus pro-]
cul, & ſibilábit [ad eum]
de fínibus terræ:
feſtínus velóciter [véniet.]
Hæc dicit.

℟. Egrediétur. 1

Lectio iij. C[ap. 8.]

DOminum exe[rcituum,]
ipſum ſanct[ificáte:]
ipſe pavor veſter,
terror veſter. Et
bis in ſanctificatió[nem:]
lápidem autem of[fenſiónis,]
& in petram ſcán[dali duó-]
bus dómibus Iſra[ël, in]
láqueum & in ru[inam ha-]
bitántibus Jeruſal[em. Et]
offendent ex eis [plúrimi,]
& cadent, & c[onterén-]
tur; & irretientu[r, & ca-]
pientur. Liga[teſtimó-]
nium, ſigna lege[m in di-]
ſcípulis meis. Et e[xpectábo]
Dóminum qui a[bſcóndit]
fáciem ſuam à d[omo Jacob]

k præſtolábor eum.
cit.
Vox clamantis. 178.
l Benedictus.
1. g. Satágite im-
ti & inviolati ei in-
n pace. 2. *Petr.* 3.
l Magníficat.
3. c. Vos símiles
bus expectántibus
am ſuum ; ut, cùm
, conféſtim apé-
i. *Luc.* 12.

IA QUINTA.
Iſaía Prophéta.
io j. Cap. 10.

T erit in die illa :
non adjíciet reſí-
duum Iſraël, & hi
erint de domo Ja-
inníti ſuper eo qui
it eos ; ſed innitétur
Dóminum Sanctum
n veritáte. Relíquiæ
tentur, relíquiæ,
a, Jacob ad Deum
. Si enim fúerit pó-
uus Iſraël quaſi aré-
is, relíquiæ conver-
ex eo : conſummátio
iáta inundábit juſtí-
Conſummatiónem
& abbreviatiónem
ius Deus exercítuum
in médio omnis ter-
opter hoc, hæc dicit
nus Deus exercí-
: Noli timére, pó-
meus, habitátor
ab Aſſur : in virga
iet te, & báculum
levábit ſuper te in
gypti. Adhuc enim
lum modicùmque, & conſummábitur indig-
nátio & furor meus ſuper
ſcelus eórum. Hæc dicit.

℟. Ecce ſervus. 179.

Lectio ij. Cap. 11.

IN die illa radix Jeſſe, qui ſtat in ſignum po-
pulórum, ipſum gentes deprecabuntur ; & erit ſe-
pulcrum ejus glorióſum. Et erit in die illa : Adjí-
ciet Dóminus ſecundò ma-
num ſuam ad poſſidendum reſíduum pópuli ſui, quod
relinquétur ab Aſſyriis, & ab Ægypto, & à Phetros,
& ab Æthiópia, & ab Elam, & à Sénnaar, & ab
Æmath, & ab ínſulis ma-
ris. Et levábit ſignum in natiónes, & congregábit
prófugos Iſraël, & diſper-
ſos Juda cólliget à quátuor plagis terræ. Hæc dicit.

℟. Quàm pulchri. 179.

Lectio iij. Cap. 14.

MIſerébitur Dóminus Jacob, & éliget ad-
huc de Iſraël ; & requiéſ-
cere eos fáciet ſuper hu-
mum ſuam : adjungétur ádvena ad eos, & adhæ-
rébit dómui Jacob. Et te-
nébunt eos pópuli, & ad-
dúcent eos in locum ſuum : & poſſidébit eos domus Iſ-
raël ſuper terram Dómini in ſervos & ancillas ; &
erunt capientes eos qui ſe céperant, & ſubjícient exac-
tóres ſuos. Et erit in die illa : cùm réquiem déde-
rit tibi Deus à labóre tuo, & à concuſſióne tua, &

à ſervitúte dura quâ antè ſerviſti, ſumes parábolam iſtam contrà regem Babylónis, & dices: Quómodò ceſsávit exactor, quiévit tribútum? Contrívit Dóminus báculum impiórum, virgam dominántium, cædentem pópulos in indignatióne, plagâ inſanábili, ſubjicientem in furóre gentes, perſequentem crudéliter. Conquiévit & ſíluit omnis terra, gavíſa eſt & exultávit. Hæc dicit.

℟. Omnes ſitientes. 179.

Ad Benedictus.

Ant. 4. A. Grátia vobis & pax à Deo, ut nihil vobis deſit in ulla grátia expectántibus revelatiónem Dómini noſtri Jeſu Chriſti. 1. *Cor.* 1.

Ad Magníficat.

Ant. 5. F. Ecce vénio: beátus qui vígilat, & cuſtódit veſtimenta ſua, ne nudus ámbulet. *Apoc.* 16.

FERIA SEXTA.

De Iſaía Prophéta.

Lectio j. Cap. 16.

EMitte Agnum, Dómine, dominatórem terræ, de petra deſerti ad montem fíliæ Sion. Et erit; Sicut avis fúgiens, & pulli de nido avolantes, ſic erunt fíliæ Moab in tranſcenſu Arnon. Ini consílium, coge concílium: pone quaſi noctem umbram tuam in merídie. Abſconde fugientes, & vagos ne prodas. Habitábunt apud te prófugi mei; Moab, eſto latíbulum eórum à fácie vaſtatóris: finítus eſt enim pulvis, conſummátus eſt miſer: defécit qui conculcábat terram. Et præparábitur in miſericórdia ſólium, & ſedébit ſuper illud in veritáte in tabernáculo David, júdicans & quærens judícium, & velóciter reddens quod juſtum eſt. Hæc dicit.

℟. Audíte. 178.

Lectio ij. Cap. 17.

ET erit in die illa: Attenuábitur glória Jacob, & pinguédo carnis ejus marceſcet. Et erit ſicut congregans in meſſe quod reſtíterit, & bráchium ejus ſpicas leget: & erit ſicut quærens ſpicas in valle Ráphaïm. Et relinquétur in eo ſicut racémus, & ſicut excúſſio óleæ duárum vel trium olivárum in ſummitáte rami, ſive quátuor aut quinque in cacumínibus ejus, fructus ejus, dicit Dóminus Deus Iſraël. In die illa inclinábitur homo ad factórem ſuum, & óculi ejus ad Sanctum Iſraël reſpícient; & non inclinábitur ad altária quæ fecérunt manus ejus; & quæ operáti ſunt dígiti ejus, non reſpíciet, lucos & delúbra. Hæc dicit.

℟. Egrediétur. 178.

io iij. Cap. 19.
die illa erit altáre
mini in médio terræ
ti ; & títulus Dómi-
tà términum ejus erit
num & in teſtimó-
Dómino exercítuum
ra Ægypti. Clamá-
nim ad Dóminum à
tribulantis, & mit-
s ſalvatórem & pro-
tórem, qui líberet
Et cognoſcétur Dó-
ab Ægypto, & cog-
it Ægyptii Dómi-
n die illa, & colent
n hóſtiis & in muné-
: & vota vovébunt
no, & ſolvent. Et
iet Dóminus Ægyp-
plagâ, & ſanábit
& revertentur ad
num ; & placábitur
& ſanábit eos. In die
rit via de Ægypto
ſyrios, & intrábit
us in Ægyptum, &
tus in Aſſyrios, &
it Ægyptii Aſſur. In
a erit Iſraël tértius
tio & Aſſyrio : bene-
in médio terræ, cui
ixit Dóminus exer-
i, dicens : Bene-
pópulus meus Ægyp-
opus mánuum meá-
Aſſyrio : hæréditas
mea Iſraël. Hæc

Vox clamantis. 178.
Ad Benedictus.
. 1. D. Integer ſpíri-
ſter, & ánima, &
ſine queréla in ad-
ventu Dómini noſtri Jeſu
Chriſti ſervétur. 1. *Theſſ.* 5.

Ad Magníficat.

Ant. 5. C. Sicut fulgur coruſcans de ſub cœlo in ea quæ ſub cœlo ſunt, ſulget ; ita erit Fílius hóminis in die ſua. *Luc.* 17.

SABBATO.

De Iſaía Prophéta.

Lectio j. Cap. 28.

IN die illa erit Dóminus exercítuum coróna glóriæ, & ſertum exultatiónis resíduo pópuli ſui : & ſpíritus judícii ſedenti ſuper judícium, & fortitúdo reverténtibus de bello ad portam. Verùm hi quoque præ vino neſciérunt, & præ ebrietáte erravérunt : ſacerdos & prophéta neſciérunt præ ebrietáte, abſorpti ſunt à vino, erravérunt in ebrietáte, neſciérunt videntem, ignoravérunt judícium. Omnes enim menſæ replétæ ſunt vómitu, ſordiumque, ita ut non eſſet ultrà locus. Quem docébit ſciéntiam ? & quem intellígere fáciet audítum ? ablactátos à lacte, avulſos ab ubéribus. Hæc dicit.

℟. Ecce ſervus. 179.

Lectio ij.

PRopter hoc audíte verbum Dómini, viri illuſóres, qui dominámini ſuper pópulum meum qui eſt in Jerúſalem. Dixiſtis enim : Percúſſimus fœdus cum morte, & cum infer-

no fécimus pactum. Flagellum inundans cùm tranſíerit, non véniet ſuper nos; quia poſúimus mendácium ſpem noſtram, & mendácio protecti ſumus. Idcircò hæc dicit Dóminus Deus: Ecce ego mittam in fundamentis Sion lápidem, lápidem probátum, angulárem, pretióſum, in fundamento fundátum: qui credíderit, non feſtínet. Et ponam in póndere judícium, & juſtítiam in menſúra: & ſubvertet grando ſpem mendácii, & protectiónem aquæ inundábunt. Et delébitur fœdus veſtrum cum morte, & pactum veſtrum cum inferno non ſtábit: flagellum inundans cùm tranſíerit, éritis ei in conculcatiónem. Hæc dicit.

℟. Quàm pulchri. 179.

Lectio iij. Cap. 29.

VÆ qui profundi eſtis corde, ut à Dómino abſcondátis consílium; quorum ſunt in ténebris ópera, & dicunt: Quis videt nos & quis novit nos? Perverſa eſt hæc veſtra cogitátio: quaſi ſi lutum contrà fígulum cógitet, & dicat opus factóri ſuo: Non feciſti me; & figmentum dicat fictóri ſuo: non intélligis. Nonnè adhuc in módico & in brevi convertétur Líbanus in Charmel, & Charmel in ſaltum reputábitur? Et áudient in die illa ſurdi verba libri, & de ténebris & calígine óculi cæcórum vidébunt. Et addent mites in Dómino lætítiam, & páuperes hómines in Sancto Iſraël exultábunt; quóniam defécit qui prævalébat, conſummátus eſt illúſor, & ſuccíſi ſunt omnes qui vigilábant ſuper inquitátem. Hæc dicit.

℟. Omnes ſitientes. 179.

Ad Benedictus.

Ant. 3. a. Exaltábitur Dóminus exercítuum in judício, & Deus ſanctus ſanctificábitur in juſtítia. *Iſ.* 5.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Pſalterio. Ant. Dómine exercítuum, *ut ſuprà in Sabbatis Adventûs.*

CAPITULUM. *Deut.* 18.

PRophétam de gente tua, & de frátribus tuis ſicut me, ſuſcitábit tibi Dóminus Deus tuus: ipſum áudies.

Hymnus, Creátor. 177.

℣. Accédite ad eum, & illuminámini; ℟. Et fácies veſtræ non confundentur. *Pſ.* 33.

Ad Magníficat.

Ant. 2. Míſerans miſerébitur tuî Dóminus, & non fáciet avoláre à te ultrà doctórem tuum; & erunt óculi tui videntes præceptórem tuum. *Iſ.* 30.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

MINICA II.
DVENTUS.
FFICIUM NOCT.
ia ut ſuprà in Do-
Adventûs, additis
quuntur.
. *NOCTURNO.*
Iſaía Prophéta.
j. Cap. 32.
Cce in juſtítia reg-
nábit rex; & prínci-
pes in judício præ-
ct erit vir ſicut qui
ditur à vento, &
e à tempeſtáte, ſi-
ri aquárum in ſiti,
ra petræ prominen-
terra deſerta. Non
unt óculi vidén-
& aures audién-
diligenter oſcultá-
Et cor ſtultórum
et ſciéntiam, & lin-
bórum velóciter lo-
, & planè. Non vo-
ultrà is qui inſí-
ſt, princeps; ne-
audulentus appellá-
najor. Hæc dicit.
udíte. 178.
ij. Cap. 33.
íte, qui longè eſtis,
æ fécerim; & cog-
, vicíni, fortitú-
meam. Contérriti
Sion peccatóres,
t tremor hypócri-
uis póterit habitáre
is cum igne devo-
Quis habitábit ex
cum ardóribus ſem-
? Qui ámbulat in
, & lóquitur veri-
qui prójicit ava-

rítiam ex calúmnia, & éxcutit manus ſuas ab omni múnere: qui obtúrat aures ſuas ne áudiat ſánguinem, & claudit óculos ſuos ne vídeat malum; iſte in excelſis habitábit, munimenta ſaxórum ſublímitas ejus: panis ei datus eſt, aquæ ejus fidéles ſunt. Regem in decóre ſuo vidébunt óculi ejus, cernent terram de longè. Hæc dicit.

℟. Egrediétur. 178.

Lectio iij. Cap. 35.

LÆtábitur deſerta & ínvia, & exultábit ſolitúdo, & florébit quaſi lílium. Gérminans germinábit, & exultábit lætabunda & laudans: glória Líbani data eſt ei: decor Carméli & Saron. Ipſi vidébunt glóriam Dómini, & decórem Dei noſtri. Confortáte manus diſſolútas, & génua debília roboráte. Dícite puſillánimis: Confortámini, & nolíte timére: ecce Deus veſter ultiónem addúcet retributiónis: Deus ipſe véniet, & ſalvábit vos. Tunc aperiéntur óculi cæcórum, & aures ſurdórum patébunt. Tunc ſáliet ſicut cervus, claudus, & aperta erit lingua mutórum; quia ſciſſæ ſunt in deſerto aquæ, & torrentes in ſolitúdine. Et quæ erat árida, erit in ſtagnum; & ſítiens, in fon-

tes aquárum. Hæc dicit.

℟. Vox clamantis in deſerto. 178.

IN II. NOCTURNO.

Sermo ſancti Leónis Papæ.

Serm. 11. de Jejunio decimi menſis, & Collectis, 1.

Lectio iv.

SI fidéliter, dilectíſſimi, atque ſapienter creatiónis noſtræ intelligámus exórdium, inveniémus hóminem ideò ad imáginem Dei cónditum, ut imitator ſui eſſet auctoris: & hanc eſſe naturálem noſtri géneris dignitatem, ſi in nobis quaſi in quodam ſpéculo divínæ benignitatis forma reſpléndeat. Ad quam quotídiè nos útiquè réparat grátia Salvatóris, dùm quod cécidit in Adam primo, erígitur in ſecundo. Cauſa autem reparatiónis noſtræ non eſt niſi miſericórdia Dei, quem non diligerémus, niſi nos prior ipſe dilígeret, & ténebras ignorántiæ noſtræ, ſuæ veritátis luce diſcúteret.

℟. Ecce ſervus. 179.

Lectio. v.

QUod quómodò implétum ſit, Joannes Apóſtolus commémorat, dicens: Scimus quóniam Fílius Dei venit, & dedit nobis ſenſum, ut cognoſcámus verum Deum, & ſimus in vero Fílio ejus. Et iterum: Nos ergò diligámus Deum, quóniam ipſe prior diléxit nos. Diligendo ítaque nos Deus, ad imáginem ſuam nos réparat; & ut in nobis formam ſuæ bonitátis invéniat, dat undè ipſi quoque quod operátur, operémur: accendens ſcílicet méntium noſtrárum lucernas, & igne nos ſuæ caritátis inflammans; ut non ſolùm ipſum, ſed étiam quidquid díligit, diligámus. Nam ſi inter hómines ea demùm firma amicítia eſt, quam morum ſimilitúdo ſociârit, cùm tamen parílitas voluntátum ſæpè in réprobos tendat affectus; quantùm nobis optandum atque nitendum eſt, ut in nullo ab iis quæ Deo ſunt plácita, diſcrepémus? De quo dicit Prophéta: Quóniam ira in indignatióne ejus, & vita in voluntáte ejus; quia non áliter in nobis erit dígnitas divínæ majeſtátis, niſi imitátio fúerit voluntátis.

℟. Quàm pulchri. 179.

Cap. 2. *Lectio vj.*

DIcente ítaque Dómino, Díliges Dóminum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua; &, Díliges próximum tuum ſicut teipſum: ſuſcípiat fidélis ánima auctóris ſui atque rectóris immarceſcíbilem caritátem, totamque ſe étiam ejus ſubjíciat voluntáti, in cujus opéribus atque judí-

:hil vacat à veritáte
æ, nihil à miſeratió-
leméntiæ. Quóniam
nagnis quis labóribus
ltis fatigétur incóm-
, bona eſt illi cauſa
ndi, qui ſe adverſis
rrigi intélligit, vel
ri. Caritátis verò iſ-
pietas perfecta eſſe
óterit, niſi diligá-
próximus. Quo nó-
ıon ii tantùm intelli-
ſunt qui nobis ami-
aut propinquitáte
ntur, ſed omnes pror-
ómines, cum quibus
natúra commúnis eſt,
lli hoſtes ſint, ſive
ſive líberi, ſive ſervi.
enim nos Cónditor
, unus nos Creátor
ivit. Dedit autem no-
ajóres diligendi pró-
:auſas chriſtiánæ grá-
ıtitúdo.

Omnes ſitientes. 179.

III. NOCTURNO.

ɔ ſancti Evangélii ſe-
ıdùm Matthæum.

tio vij. Cap. 11.

illo témpore; Joan-
ı cùm audiſſet in vín-
ópera Chriſti, mit-
luos de diſcípulis ſuis,
i: Tu es qui ventú-
:s, an álium expec-
s? Et réliqua.

ſlia ſancti Hierónymi
, Presbyteri.

Matth. Lib. 2. C. 11.

Ɔannes non quaſi ig-
ıórans intérrogat;
pſe enim céteris ig-
norántibus demonſtráverat, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi; & Patris vocem audíerat intonantis: Hic eſt Fílius meus dilectus, in quo mihi complácui. Sed quómodò Salvátor intérrogat ubi ſit póſitus Lázarus, ut qui locum ſepulchri indicábant, ſaltèm ſic pararentur ad fidem, & vidérent mórtuum reſurgentem; ſic & Joannes interficiendus ab Heróde, diſcípulos ſuos mittit ad Chriſtum, ut per hanc occaſiónem videntes ſigna atque virtútes, créderent in eum, & magiſtro interrogante ſibi díſcerent.

℟. Deus ipſe véniet, & ſalvábit vos: tunc aperientur óculi cæcórum, & aures ſurdórum patébunt: tunc * Sáliet ſicut cervus, claudus; & aperta erit lingua mutórum. ℣. Cæci vident, claudi ámbulant, lepróſi mundantur, ſurdi áudiunt. * Sáliet. *Iſ.* 35. *Matth.* 11.

Lectio viij.

Joannes interrogáverat per diſcípulos, Tu es qui ventúrus es, an álium expectámus? Chriſtus ſigna demonſtrat; non ad ea reſpondens quæ interrogátus fúerat, ſed ad ſcándalum nuntiórum. Ite, inquit, & dícite Joanni ſigna quæ cérnitis; cæcos viden-

tes, & claudos ambulantes, & réliqua. Et quod his non minus eſt, Páuperes evangelizantur. Vel páuperes ſpíritu, vel certè ópibus páuperes; ut nulla inter nóbiles & ignóbiles, inter dívites & egénos, in prædicatióne diſtántia ſit. Hæc magiſtri rigórem, hæc præceptóris cómprobant veritátem; quandò omnis apud eum qui ſalvári poteſt, æquális eſt. Quòd autem ait: Et beátus qui non fúerit ſcandalizátus in me; internúntios pércutit, ſicut in conſequéntibus demonſtrábitur.

℟. Audient in die illa ſurdi verba libri, & * De ténebris & calígine óculi cæcórum vidébunt; & páuperes hómines in Sancto Iſraël exultábunt. ℣. Mórtui reſurgunt, páuperes evangelizantur: * De ténebris. *Iſ.* 29. *Matth.* 11.

Lectio ix.

SI ſupérior ſenténtia contrà Joannem proláta fúerat in eo quod ait, Beátus eſt qui non fúerit ſcandalizátus in me, quómodò nunc Joannes tantis láudibus prædicátur? Sed quia turba circumſtans interrogatiónis myſtérium neſciébat, & putábat Joannem dubitáre de Chriſto, quem ipſe monſtráverat dígito; ut intellígerent Joannem non ſibi interrogaſſe, ſed diſcípulis ſuis: Quid, inquit, exiſtis in deſertum? Numquid ob hoc, ut hóminem videntis cálamo ſímilem, qui omni vento circumfertur, & levitáte mentis de eo ambígeret, quem ántea prædicârat? An fórſitan ſtímulis contrà me invíſis cógitur, & prædicátio ejus vanam ſectátur glóriam, ut ex ea quærat lucra? Cur divítias cúpiat? ut áffluat dápibus? Locuſtis véſcitur, & melle ſylveſtri. An ut móllibus veſtiátur? Pili camelórum tegmen ejus ſunt. Iſtiúſmodi cibus & veſtis cárceris hoſpítio recipiuntur; & prædicátio veritátis tale habet habitáculum. Qui autem adulatóres ſunt, & ſectantur lucra, & quærunt divítias, & delíciis áffluunt, & móllibus veſtiuntur; iſti in dómibus regum ſunt. Ex quo oſténditur rígidam vitam & auſtéram prædicatiónem vitáre debére aulas regum, & móllium hóminum palátia declináre. Sed quid exiſtis vidére? prophétam? Etiam dicò vobis, & pluſquàm Prophétam. In eo Joannes Prophétis céteris major eſt quòd quem illi prædicáverant eſſe ventúrum, hic veniſſe dígito demonſtrávit.

℟. Beátus homo qui audit me: qui me invénerit, invéniet vitam, &

ſáuriet ſalútem à Dómino; * Qui autem in me peccáverit, lædet ánimam ſuam. ℣. Beátus qui non fúerit ſcandalizátus in me. * Qui autem. Glória. *Repet.* ℟. Beátus homo, *uſque ad* ℣. *Prov.* 8. *Matth.* 11.

℣. *Sacerd.* Audítam fac mihi manè miſericórdiam tuam; ℟. Quia in te ſperávi. *Pſ.* 142.

AD LAUDES.

Ant. 1. Dominus formans me ex útero ſervum ſibi, ut redúcam Jacob ad eum, dixit: Ecce dedi te in lucem géntium. *Iſ.* 49.

Ant. 8. c. Evangelizáre paupéribus miſit me, prædicáre captívis remiſſiónem, & cæcis viſum. *Luc.* 4.

Ant. 3. g. Miſit me ut prædicárem annum placábilem Dómino, ut conſolárer omnes lugentes. *Iſ.* 61.

Ant. 4. *D.* Ducam cæcos in viam quam néſciunt; & in ſémitis quas ignoravérunt, ambuláre eos fáciam. *Iſ.* 42.

Ant. 5. a. Ponam ténebras coram eis in lucem, & prava in recta. *Iſ.* 42.

CAPITULUM. *Iſaïæ* 50.

Quis ex vobis timens Dóminum, áudiens vocem ſervi ſui? Qui ambulávit in ténebris, & non eſt lumen ei; ſperet in nómine Dómini, & innitátur ſuper Deum ſuum.

Hymn. Jordánis *ſuprà*, 180.

℣. Emitte lucem tuam, Deus, ℟. Et veritátem tuam. *Pſ.* 42.

Ad Benedictus.

Ant. 1. D. Multos curávit Jeſus à languóribus, & plagis, & ſpirítibus malis, & cæcis multis donávit viſum, & dixit: Euntes renuntiáte Joanni quæ audiſtis & vidiſtis, allelúia. *Luc.* 7.

Oratio.

Excita, Dómine, corda noſtra ad præparandas Unigéniti tui vias, ut per ejus adventum, purificátis tibi méntibus ſervíre mereámur; Qui tecum.

AD PRIMAM.

Ant. 1. Dóminus.

In ℟. *br.* ℣. Qui ventúrus es * in mundum. *Joan.* 6.

AD TERTIAM.

Ant. 8. c. Evangelizáre.

CAPITULUM. *Iſ.* 48.

Hæc dicit Dóminus redemptor tuus Sanctus Iſraël: Ego Dóminus Deus tuus docens te utilia, gubernans te in via quâ ámbulas.

℟. *br.* Audiam quid loquátur in me * Dóminus Deus. Audiam. ℣. Quóniam loquétur pacem * in plebem ſuam. * Dóminus Deus. Glória, Audiam. *Pſ.* 84.

℣. Díriget manſuétos in judício; ℟. Docébit mites vias ſuas. *Pſ.* 24.

AD SEXTAM.

Ant. 3. g. Miſit me.

CAPITULUM. *Iſaïæ* 54.

POnam univerſos fílios tuos doctos à Dómino, & multitúdinem pacis fíliis tuis, & in juſtítia fundáberis.

℟. *br.* Benedíctus es, Dómine, * Doce me juſtificatiónes tuas. Benedíctus es. ℣. In via teſtimoniórum tuórum * delectátus ſum. * Doce me. Glória. Benedíctus es.

℣. Miſericórdiâ tuâ, Dómine, plena eſt terra: ℟. Juſtificatiónes tuas doce me. *Pſ.* 118.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Pónam.

CAPITULUM. *Iſaïæ* 60.

ERit tibi Dóminus in lucem ſempiternam, & complebuntur dies luctûs tui. Pópulus autem tuus omnes juſti: in perpétuum hæreditábunt terram, germen plantatiónis meæ, opus manûs meæ ad glorificandum.

℟. *br.* Qui ſperant in te, Dómine, * In æternum exultábunt. Qui. ℣. Et habitábis * in eis. * In. Glória. Qui. *Pſ.* 5.

℣. In lúmine vultûs tui ambulábunt, ℟. Et in nómine tuo exultábunt totâ die. *Pſ.* 88.

AD VESPERAS.

Ant. 1. f. ECce ego mitto Angelum meum, & præparábit viam ante fáciem meam: & ſtatim véniet Dominátor, allelúia. *Malach.* 3.

Ant. 5. C. Ecce ſuper montes pedes evangelizantis & annuntiantis pacem: célebra, Juda, feſtivitátes tuas, & redde vota tua, allelúia. *Nahum* 1.

Ant. 2. Præparábitur in miſericórdia ſólium, & ſedébit ſuper illud in veritáte in tabernáculo David, júdicans & velóciter reddens quod juſtum eſt, allelúia. *Iſ.* 16.

Ant. 4. E. Dóminus diléxit eum, fáciet voluntátem ſuam. Ego, ego adúxi eum, & directa eſt via ejus, allelúia. *Iſ.* 48.

Ant. 7. a. Veníte in conſpectu ejus: commoveátur à fácie ejus omnis terra, quia venit, allelúia. 1. *Paral.* 16.

CAPITULUM. *Iſaïæ* 40.

SUper montem excelſum aſcende tu, qui evangelízas Sion: exalta in fortitúdine vocem tuam, qui evangelízas Jeruſalem: exalta, noli timére. Dic civitátibus Juda: Ecce Deus veſter.

Hymnus, Statúta. 180.

℣. Juſtítia & judícium præparátio ſedis tuæ, Dómine: ℟. Miſericórdia & véritas præcédent fáciem tuam. *Pſ.* 88.

Ad Magníficat.

Ant. 1. D. Dixit Jeſus ad turbas de Joanne: Hic

quo ſcriptum eſt,
:o mitto Angelum
ınte fáciem tuam,
parábit viam tuam
, allel. *Matth.* 11.
ut ſuprà ad Laudes.
A SECUNDA.
Iſaía Prophéta.
j. Cap. 41.
Iceant ad me ínſu-
æ, & gentes mu-
:ent fortitúdinem :
ıt, & tunc loquan-
ıul ad judícium pro-
nus. Quis ſuſcitá-
oriente juſtum, vo-
ım ut ſequerétur ſe?
in conſpectu ejus
, & reges obtiné-
bit quaſi púlverem
ejus, ſicut ſtípulam
raptam árcui ejus.
ıétur eos, transíbit
, ſémita in pédibus
ın apparébit. Quis
erátus eſt & fecit,
generatiónes ab
ı? Ego Dóminus,
& noviſſimus ego
læc dicit.
.udíte. 178.

Lectio ij.

tu, Iſraël, ſerve
:us, Jacob quem
, ſemen Abraham
nei, in quo appre-
e ab extrémis terræ,
nginquis ejus vocávi
dixi tibi : Servus
:s tu, elégi te, &
ıjéci te. Ne tímeas,
:go tecum ſum : ne
:s, quiá ego Deus
confortávi te, & auxiliátus ſum tibi, & ſuſcépit te déxtera Juſti mei. Ecce confundentur & erubeſcent omnes qui pugnant adversùm te : erunt quaſi non ſint, & períbunt viri qui contradícunt tibi. Quæres eos, & non invénies, viros rebelles tuos; erunt quaſi non ſint; & véluti conſúmptio, hómines bellantes adversùm te. Hæc dicit.

℟. Egrediétur. 178.

Lectio iij.

EGo Dóminus Deus tuus, apprehendens manum tuam, dicenſque tibi : ne tímeas, ego adjúvi te. Noli timére, vermis Jacob, qui mórtui eſtis ex Iſraël : ego auxiliátus ſum tibi, dicit Dóminus, & redemptor tuus, Sanctus Iſraël. Ego póſui te quaſi plauſtrum tritúrans novum, habens roſtra ſerrántia : triturábis montes, & comminues; & colles quaſi púlverem pones. Ventilábis eos, & ventus tollet, & turbo diſperget eos; & tu exultábis in Dómino, in Sancto Iſraël lætáberis. Hæc dicit.

℟. Vox clamantis. 178.

Ad Benedictus.

Ant. 8. G. In die ſalútis auxiliátus ſum tuî; & dedi te in fœdus pópuli, ut díceres his qui in ténebris : Revelámini. *Iſ.* 49.

Ad Magníficat.

Ant. 5. a. Dedi te in lu-

cem géntium, ut edúceres de domo cárceris ſedentes in ténebris. *Iſ.* 42.

FERIA TERTIA.

De Iſaía Prophéta.

Lectio j. Cap. 42.

ECce ſervus meus, ſuſcípiam eum: electus meus, compláicuit ſibi in illo ánima mea: dedi Spíritum meum ſuper eum; judícium géntibus próferet. Non clamábit, neque accípiet perſónam, nec audiétur vox ejus forìs. Cálamum quaſsátum non cónteret, & linum fúmigans non extinguet: in veritáte edúcet judícium. Non erit triſtis, neque turbulentus, donec ponat in terra judícium; & legem ejus ínſulæ expectábunt. Hæc dicit Dóminus Deus, creans cœlos, & extendens eos: firmans terram, & quæ gérminant ex ea: dans ſtatum pópulo qui eſt ſuper eam, & ſpíritum calcántibus eam. Hæc dicit.

℞. Ecce ſervus meus. 179.

Lectio ij.

EGo Dóminus vocávi te in juſtítia, & apprehendi manum tuam, & ſervávi te. Et dedi te in fœdus pópuli, in lucem géntium; ut aperíres óculos cæcórum, & edúceres de concluſióne vinctum, de domo cárceris ſedentes in ténebris. Ego Dóminus, hoc eſt nomen glóriam meam ál dabo, & laudem ſculptílibus. Qu fuérunt, ecce ve nova quoque ego tio: ántequàm or audíta vobis fácian táte Dómino c novum, laus ejus trémis terræ: cénditis in mare, nitúdo ejus; inſi habitatóres eárum dicit.

℞. Quàm pulch

Lectio iij.

ET ducam cæ viam quam né & in ſémitis quas vérunt, ambuláre ciam, ponam ténel ram eis in lucem, va in recta: hæc feci eis, & non d eos. Converſi ſunt sùm: confundant fuſióne qui confíd ſcúlptili, qui dicu flátili: Vos dii noſt di, audíte; & cæc tuémini ad videndun cæcus, niſi ſervus & ſurdus, niſi ad núntios meos miſi cæcus, niſi qui ven tus eſt? & quis c niſi ſervus Dómini dicit.

℞. Omnes ſitiente

Ad Benedictus.

Ant. 3. a. Cong eos ab extrémis terr ter quos erunt cæ

quia factus ſum
iter. *Jerem.* 31.
Magníficat.
. *G.* Salvábo clau-
i, & dabo vos in
cùm convértero
tem veſtram, di-
inus. *Sophon.* 3.
A QUARTA.
ſaía Prophéta.
j. Cap. 43.
nunc hæc dicit
minus créans te,
ob, & formans
l: Noli timére,
mi te, & vocávi
e tuo; meus es
n transíeris per
ecum ero, & flú-
n opérient te:
uláveris in igne,
buréris, & flam-
rdébit in te. Quia
ninus Deus tuus
Iſraël, Salvátor
li propitiatiónem
yptum, Æthió-
Saba pro te. Ex
orábilis factus es
meis, & glorió-
diléxi te; &
nines pro te, &
pro ánima tua.

líte. 178.
Lectio ij.
timére, quia ego
m ſum: ab orien-
am ſemen tuum,
idente congregá-
licam aquilóni:
uſtro: Noli pro-
affer fílios meos
quo, & fílias

meas ab extrémis terræ. Et omnem qui ínvocat nomen meum, in glóriam meam creávi eum, formávi eum, & feci eum. Educ foràs pópulum cæcum, & óculos habentem; ſurdum, & aures ei ſunt. Hæc dicit.

℟. Egrediétur. 178.

Lectio iij.

EGo ſum, ego ſum Dóminus, & non eſt abſque me ſalvátor. Ego annuntiávi & ſalvávi: audítum feci, & non fuit in vobis aliénus. Vos teſtes mei, dicit Dóminus, & ego Deus. Et ab inítio ego ipſe, & non eſt qui de manu mea éruat: operábor, & quis avertet illud? Hæc dicit Dóminus redemptor veſter, Sanctus Iſraël: Propter vos miſi in Babylónem, & detráxi vectes univerſos, & Chaldæos in návibus ſuis gloriantes. Ego Dóminus, Sanctus veſter; creans Iſraël, Rex veſter. Hæc dicit.

℟. Vox clamantis. 178.

Ad Benedictus.

Ant. 8. c. Derelinquam in médio tui pópulum páuperem & egénum; & ſperábunt in nómine Dómini. *Sophon.* 3.

Ad Magníficat.

Ant. 4. A. Ego Dóminus exáudiam páuperes: Deus Iſraël, non derelinquam eos. *Iſ.* 41.

FERIA QUINTA.

De Iſaía Prophéta.

Lectio j. Cap. 44.

ET nunc audi, Jacob ſerve meus, Iſraël quem elégi. Hæc dicit Dóminus fáciens & formans te, ab útero auxiliátor tuus: Noli timére, ſerve meus Jacob, & rectíſſime quem elégi. Effundam enim aquas ſuper ſitientem, & fluenta ſuper áridam: effundam Spíritum meum ſuper ſemen tuum, & benedictiónem meam ſuper ſtirpem tuam. Et germinábunt inter herbas quaſi sálicès juxtà præterfluentes aquas. Iſte dicet: Dómini ego ſum: & ille vocábit in nómine Jacob; & hic ſcribet manu ſuâ: Dómino; & in nómine Iſraël aſſimilábitur. Hæc dicit.

℟. Ecce ſervus meus. 179.

Lectio ij.

HÆc dicit Dóminus redemptor tuus, & formátor tuus ex útero: Ego ſum Dóminus, fáciens ómnia, extendens cœlos ſolus, ſtabíliens terram, & nullus mecum; írrita fáciens ſigna divinórum, & aríolos in furórem vertens; convertens ſapientes retrorsùm, & ſciéntiam eórum ſtultam fáciens; ſúſcitans verbum ſervi ſui, & consílium nuntiórum ſuórum complens; qui dico Jerúſalem: I beris; & civitátibu Ædificabímini, & ejus ſuſcitábo; qu profundo: Deſolan flúmina tua arefáciai dico Cyro: Paſtoi es, & omnem volu meam complébis; qu Jerúſalem: Ædifica & templo: Fund Hæc dicit.

℟. Quàm pulchr

Lectio iij. Cap

EGo ſuſcitávi e juſtítiam, & vias ejus dírigam ædificábit civitátem & captivitátem me mittet, non in pré que in munéribus, Dóminus Deus tuum. Hæc dicit nus: Labor Ægypt negotiátio Æthióp Sábaïm, viri ſubli te transíbunt, & tui poſt te ambulábunt, mánicis pergent; adorábunt, teque cabuntur. Tantùm eſt Deus, & non que te Deus. Verè Deus abſcónditus, Iſraël Salvátor. C ſunt, & erubuérun nes: ſimul abiérunt i fuſiónem fabricatór rum. Iſraël ſalvátus Dómino ſalúte æt non confundémini, erubeſcétis uſque in lum ſéculi. Hæc dic

℟. Omnes ſitient

Ad Benedictus.

Ant. 6. Domus Jacob, venite, & ambulémus in lúmine Dómini. *Iſ.* 2.

Ad Magníficat.

Ant. 7. ç. De Sion egrediétur lex, & verbum Dómini de Jerúſalem. *Mich.* 4.

FERIA SEXTA.

De Iſaía Prophéta.

Lectio j. Cap. 46.

CONfractus eſt Bel, contrítus eſt Nabo: facta ſunt ſimulácra eórum béſtiis & jumentis, onera veſtra gravi póndere uſque ad laſſitúdinem. Contabuérunt, & contríta ſunt ſimul: non potuérunt ſalváre portantem, & ánima eórum in captivitátem ibit. Audíte me domus Jacob, & omne resíduum domûs Iſraël, qui portámini à meo útero, qui geſtámini à mea vulva. Uſque ad ſenectam ego ipſe, & uſque ad canos ego portábo: ego feci, & ego feram: ego portábo, & ſalvábo. Cui aſſimilaſtis me, & adæquaſtis, & comparaſtis me, & feciſtis ſímilem? Hæc dicit.

℟. Audíte. 178.

Lectio ij.

REdíte prævaricatóres ad cor. Recordámini prióris ſéculi, quóniam ego ſum Deus, & non eſt ultrà Deus, nec eſt ſímilis mei: annúntians ab exórdio noviſſimum, & ab inítio quæ necdùm facta ſunt, dicens: Consílium meum ſtabit, & omnis voluntas mea fiet: vocans ab Oriente avem, & de terra longinqua virum voluntátis meæ, & locútus ſum, & addúcam illud: creávi, & fáciam illud. Audíte me duro corde, qui longè eſtis à juſtítia. Propè feci juſtítiam meam, non elongábitur, & ſalus mea non morábitur. Dabo in Sion ſalútem, & in Iſraël glóriam meam. Hæc dicit.

℟. Egrediétur. 178.

Lectio iij. Cap. 47.

REdemptor noſter, Dóminus exercítuum nomen illíus, ſanctus Iſraël. Sede tacens, & intra in ténebras fília Chaldæórum: quia non vocáberis ultrà dómina regnórum. Irátus ſum ſuper pópulum meum, contaminávi hæreditátem meam, & dedi eos in manu tua: non poſuiſti eis miſericórdias: ſuper ſenem aggravaſti jugum tuum valdè. Et dixiſti: In ſempiternum ero dómina: non poſuiſti hæc ſuper cor tuum, neque recordáta es noviſſimi tui. Et nunc audi hæc delicáta, & hábitans confidenter, quæ dicis in corde tuo: Ego ſum, & non eſt præter me ámpliùs: non ſedébo vídua, & ignorábo ſterilitátem. Vénient tibi duo hæc ſúbitò in die una, ſterílitas & vidúitas. Hæc dicit.

℟. Vox clamantis. 178.

Ad Benedictus.

Ant. 5. C. Fílii Sion, exultáte & lætámini in Dómino Deo veſtro; quia dedit vobis doctórem juſtítiæ. *Joel.* 2.

Ad Magníficat.

Ant. 1. a. Ecce teſtem pópulis dedi eum, ducem ac præceptórem géntibus. *Iſ.* 55. [*Niſi dicenda ſit Antiph.* O Sapiéntia.]

SABBATO.

De Iſaía Prophéta.

Lectio j. Cap. 48.

AUdíte hæc domus Jacob, qui vocámini nómine Iſraël, & de aquis Juda exiſtis, qui jurátis in nómine Dómini, & Dei Iſraël recordámini non in veritáte, neque in juſtítia. De civitáte enim ſancta vocáti ſunt, & ſuper Deum Iſraël conſtabilíti ſunt: Dóminus exercítuum nomen ejus. Prióra ex tunc annuntiávi, & ex ore meo exiérunt, & audíta feci ea: repentè operátus ſum, & venérunt. Scivi enim quia durus es tu, & nervus férreus cervix tua, & frons tua ærea. Prædíxi tibi ex tunc: ántequàm venírent indicávi tibi, ne fortè díceres: Idóla mea fecérunt hæc, & ſculptília mea, & conflatília mandavérunt iſta. Hæc dicit.

℟. Ecce ſervus. 179.

Lectio ij.

AUdi me Jacob
raël quem eg
ego ipſe, ego pri
ego noviſſimus. M
que mea fundávit
& déxtera mea n
cœlos: ego voca
& ſtabunt ſimul.
gámini omnes vo
díte: quis de eis
vit hæc? Dómin
eum, fáciet vo
ſuam in Babylóne
chium ſuum in
Ego, ego locútu
vocávi eum: add
& directa eſt via
dicit.

℟. Quàm pulc

Lectio. ii

HÆc dicit Dó
demptor tu
Iſraël: Ego Dóm
tuus docens te ut
bernans te in via
bulas. Utinàm a
mandáta mea: fa
ſicut flumen pax
juſtítia tua ſicut
maris, & fuiſſet q
ſemen tuum, & ſ
tui ut lapilli ejus
teriſſet, & non fu
tum nomen ejus
mea. Egredímini
lóne, fúgite à C
in voce exultatió
tiáte: audítum fa
& efferte illud
extréma terræ. D
démit Dóminus
ſuum Jacob. Hæ

℟. Omnes ſitie

Si incæptæ fuerint Ant. majores O. tunc ad Laudes & per Horas dicuntur Antiphonæ propriæ, ut ordinantur infrà, ante Officium Vigiliæ Natalis Domini.

Ad Benedictus.

Ant. 7. ç. Ponam verba mea in ore ejus; loqueturque ad eos ómnia quæ præcépero illi. *Deuteron.* 18.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Pſalterio.

Ant. Dómine exercítuum. *ut ſuprà in Sabbatis Adventûs.*

CAPITULUM. *Iſaiæ* 59.

Timébunt qui ab occidente, nomen Dómini; & qui ab ortu ſolis, glóriam ejus; cùm vénerit quaſi flúvius violentus quem Spíritus Dómini cogit, & vénerit Sion Redemptor.

Hymnus, Creátor. 177.

℣. Viſitaſti terram, Dómine. ℟. Et inebriaſti eam. *Pſ.* 64.

Ad Magníficat.

Ant. 5. a. Hauriétis aquas in gáudio de fóntibus Salvatóris, & dicétis in die illa: Confitémini Dómino, & invocáte nomen ejus. *Iſ.* 12. [*Niſi dicenda ſit Ant.* O.]

Oratio, ut infrà ad Laudes.

DOMINICA III. ADVENTUS.

AD OFFICIUM NOCT.

Omnia ut ſuprà in Dominicis Adventûs, additis quæ ſequuntur.

IN I. NOCTURNO.

De Iſaía Prophéta.

Lectio j. Cap. 49.

Udíte, ínſulæ, & atténdite, pópuli de longè: Dóminus ab útero vocávit me, de ventre matris meæ recordátus eſt nóminis mei. Et póſuit os meum quaſi gládium acútum: in umbra manus ſuæ protéxit me, & póſuit me ſicut ſagittam electam, in pháretra ſua abſcondit me. Et dixit mihi: Servus meus es tu, Iſraël, quia in te gloriábor. Hæc dicit.

℟. Audíte. 178.

Lectio ij.

Et nunc dicit Dóminus, formans me ex útero ſervum ſibi, ut redúcam Jacob ad eum, & Iſraël non congregábitur: & glorificátus ſum in óculis Dómini, & Deus meus factus eſt fortitúdo mea. Et dixit: Parùm eſt ut ſis mihi ſervus ad ſuſcitandas tribus Jacob, & fæces Iſraël convertendas. Ecce dedi te in lucem géntium, ut ſis ſalus mea uſque ad extrémum terræ. Hæc dicit Dóminus redemptor Iſraël, Sanctus ejus, ad contemptíbilem ánimam,

ad abominátam gentem, ad ſervum dominórum: Reges vidébunt, & conſurgent príncipes, & adorábunt propter Dóminum, quia fidélis eſt, & Sanctum Iſraël qui elégit te. Hæc dicit.

℞. Egrediétur. 178.

Lectio iij.

HÆc dicit Dóminus: In témpore plácito exaudívi te, & in die ſalútis auxiliátus ſum tuî: & ſervávi te, & dedi te in fœdus pópuli, ut ſuſcitáres terram, & poſſidéres hæreditátes diſſipátas: ut díceres his qui vincti ſunt: Exíte; & his qui in ténebris: Revelámini. Super vias paſcentur, & in ómnibus planis páſcua eórum. Non eſúrient, neque ſítient, & non percútiet eos æſtus & ſol; quia miſerátor eórum reget eos, & ad fontes aquárum potábit eos. Et ponam omnes montes meos in viam, & ſémitæ meæ exaltabuntur. Hæc dicit.

℞. Vox clamantis. 178.

IN II. NOCTURNO.

Sermo ſancti Leónis Papæ.

Serm. 16. de Jejunio decimi menſis, & de Eleemoſynis, 6.

Lectio iv.

EVangélicis ſanctiónibus, dilectíſſimi, multùm auctoritátis præbet doctrína legális; cùm quædam de mandáto véteri ad novam obſervántiam transferuntur; & ex ipſa eccleſiáſtica devotióne demonſtrátur, quod Dóminus Jeſus Chriſtus non venit legem ſólvere, ſed adimplére. Ceſſántibus enim ſignificatiónibus quibus Salvatóris noſtri nuntiabátur adventus, & perfactis figúris quas ábſtulit ipſa præſéntia veritátis; ea quæ vel ad régulas morum, vel ad símplicem Dei cultum rátio pietátis inſtítuit, in eádem apud nos forma in qua ſunt cóndita, perſevérant: & quæ utríque teſtamento erant cóngrua, nullâ ſunt commutatióne variáta. Ex iis autem eſt étiam décimi menſis ſolemne jejúnium, quod à nobis nunc ánnuum eſt conſuetúdine celebrándum; quia plenum juſtítiæ eſt atque pietátis, grátias, divínæ ágere largitáti, pro frúctibus quos in uſus hóminum ſecundùm ſummæ providéntiæ temperamentum terra prodúxit. Quod ut prompto ánimo nos fácere monſtrémus, non ſolùm continéntiam jejúnii, ſed étiam eleemoſynárum curâ oportet aſſúmi; ut de terra quoque cordis noſtri germen juſtítiæ & fructus caritátis oriátur, & miſericórdiam Dei, páuperum ipsíus miſerendo, mereámur.

℟. Ecce ſervus meus. 179.

Lectio v.

EFficaciſſima enim eſt ad exorandum Deum poſtulátio, cui pietátis ópera ſuffragantur; quóniam qui ſuum ab ínope non avertit ánimum, citò ad ſe Dómini convertit audítum, dicente Dómino: Eſtóte miſericordes, ſicut & Pater veſter miſéricors eſt: Dimíttite, & dimittétur vobis. Quid hâc juſtitiâ benígnius? Quid hâc retributióne cleméntius, ubi ſenténtia judicatúri in poteſtáte pónitur judicandi? Date, inquit, & dábitur vobis. Quàm citò diffidéntiæ ſollicitúdo, & avarítiæ eſt amputáta cunctátio; ut quod reddítúram ſe promittit véritas, ſecúra expendat humánitas! Conſtans eſto, chriſtiáne largítor: da quod accípias, ſere quod metas, ſparge quod cólligas. Noli metúere diſpéndium, noli de dúbio ſuſpiráre proventu. Subſtántia tua, cùm benè erogátur, augétur; & concupíſcere juſtum miſericórdiæ lucrum, æterni quæſtûs eſt ſectári commércium.

℟. Quàm pulchri. 179.

Lectio vj.

QUi ergò pecúnias amat, & multiplicáre opes ſuas immódicis optat augmentis, hoc pótiùs ſanctum fenus exérceat, & hâc uſurárum arte diteſcat, ut non hóminum laborántium captet neceſſitátes. Sacratíſſimus prophéta Dávid cùm díceret: Dómine, quis habitábit in tabernáculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? reſponſo divínæ vocis inſtrúitur, & eum ad æternam réquiem pertinére cognoſcit, qui inter álias piæ converſatiónis régulas pecúniam ſuam non dedit ad uſúram: & à tabernáculo Dei oſténditur aliénus, & à ſancto monte ejus extráneus, qui dolóſum quæſtum de pecúniæ ſuæ captat uſúris: & dùm per aliéna cupit damna ditári, æternâ dignus eſt egeſtáte puníri. Vos itaque, dilectíſſimi, qui ex toto corde promiſſiónibus Dómini credidiſtis, fugientes avarítiæ lepram immundíſſimam, donis Dei piè & ſapienter utímini. Et quóniam de ipsíus largitáte gaudétis, date óperam ut poſsítis gaudiórum veſtrórũ habére conſortes. Multis enim, quæ vobis ſúppetunt, deſunt; & in quorumdam indigéntia, matéria vobis data eſt divínæ bonitátis imitandæ; ut per vos étiam in álios beneficia divína transírent, & benè diſpenſantes temporália, acquirerétis æterna.

℟. Omnes ſitientes. 179.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Joannem.

Lectio vij, Cap. 1.

IN illo témpore ; Miſérunt Judæi ab Jeroſólymis Sacerdótes & Levítas ad Joannem, ut interrogárent eum : Tu quis es ? Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

Homil. 7. in Evang.

EX hujus nobis lectiónis verbis, fratres caríſſimi, Joannis humílitas commendátur : qui cùm tantæ virtútis eſſet, ut Chriſtus credi potuiſſet, elégit ſólidè ſubſíſtere in ſe, ne humánâ opinióne raperétur inániter ſuper ſe. Nam confeſſus eſt, & non negávit ; & confeſſus eſt : Quia non ſum ego Chriſtus. Sed quia dixit, Non ſum ; negávit planè quod non erat, ſed non negávit quod erat ; ut veritátem loquens, ejus membrum fieret, cujus ſibi nomen falláciter non uſurpáret. Cùm ergò non vult appétere nòmen Chriſti, factus eſt membrum Chriſti ; quia, dùm infirmitátem ſuam ſtúduit humíliter agnóſcere, illíus celſitúdinem méruit veráciter obtinére.

℟. Hoc eſt teſtimónium Joannis, quandò miſérunt Judæi ad eum : * Non ſum ego Chriſtus, .
Elías, non ſum]
℣. Dómine, noı
tátum cor meum
eláti ſunt óculi
Non ſum. *Joan.* 1

Lectio vii

INquisítus à
Dóminus de]
ventu, reſpondit
jam venit, & no
vérunt eum, ſed
in eum quæcumqı
runt. Et, ſi vul
Joannes ipſe eſt E
quisítus autem Jo
cit : Non ſum Elí
eſt hoc, fratres c
quia quod Véritas
hoc Prophéta Vér
gat ? Sed ſi ſubt
ritas ipſa requirát
quod inter ſe coı
ſónuit, quómodò
rium non ſit, iı
Ad Zacharíam na
Joanne Angelus di
præcédet ante illuı
ritu & virtúte El
idcircò ventúrus iı
& virtúte Elíæ c
quia ſicut Elías ſe
Dómini adventum
niet, ita Joannes
nit primum. Sic
præcurſor ventúrus
dicis, ita iſte præcı
factus Redemptóri
nes ígitur in ſpíritı
erat, in perſóna El
erat. Quod ergò D
fatétur de ſpíritu, hc
nes dénegat de perſ

℟. Confeſſus eſt

nes, & non negávit ; & confeſſus eſt : Quia non ſum ego Chriſtus. * Ipſe eſt qui poſt me ventúrus eſt, qui ante me factus eſt. ℣. Ante Dóminum qui elégit me, vílior fiam pluſquàm factus ſum : * Ipſe eſt. *Joan.* 1. 2. *Reg.* 6.

Lectio ix.

JOannes vocem ſe eſſe ásſerit, quia Verbum præcédit. Adventum ítaque Domínicum præcurrens, Vox dícitur ; quia per ejus miniſtérium Patris Verbum ab homínibus audítur. Qui étiam in deſerto clamat ; quia derelictæ deſtitutæque Júdææ ſolátium Redemptóris annúntiat. Quid autem clamet insínuat, cùm ſubjungit : Dirígite viam Dómini, ſicut dixit Iſaías prophéta. Via Dómini ad cor dirígitur, cùm veritátis ſermo humíliter audítur. Via Dómini ad cor dirígitur, cùm ad præceptum illíus vita præparátur. Undè ſcriptum eſt : Si quis díligit me, ſermónem meum ſervábit, & Pater meus díliget eum ; & ad eum veniémus, & manſiónem apud eum faciémus.

℟. Vos mihi teſtimónium perhibétis quòd díxerim : Non ſum ego Chriſtus ; ſed quia * Miſſus ſum ante illum. Qui accépit ejus teſtimónium, ſignávit quia Deus verax eſt. ℣. Præparáte viam, planum fácite iter : ecce Salvátor venit : * Miſſus ſum. Glória. *Repet.* ℟. Vos. *uſque ad* ℣. *Joan.* 3. *Iſ.* 62.

℣. *Sacerd.* Exultábit cor meum in ſalutári tuo : ℟. Cantábo Dómino qui bona tríbuit mihi. *Pſ.* 12.

AD LAUDES.

Ant. 1. D. VEniet ex Sion qui erípiat, & avertat impietátem à Jacob : & hoc illis à me teſtamentum, cùm abſtúlero peccáta eórum. *Rom.* 11.

Ant. 2. Dabo eis cor unum & viam unam, ut tímeant me univerſis diébus, & benè ſit eis. *Jerem.* 32.

Ant. 3. *a.* Fériam eis pactum ſempiternum, & non déſinam eis benefácere : & timórem meum dabo in corde eórum, ut non recédant à me. *Jerem.* 32.

Ant. 4. *D.* Salvos eos fáciam, & emundábo eos ; & erunt mihi pópulus, & ego ero eis Deus. *Ezech.* 37.

Ant. 5. a. Paſtor unus erit ómnium eórum : in judíciis meis ambulábunt, & mandáta mea cuſtódient, & fácient ea. *Ezech.* 37.

CAPITULUM. *Jerem.* 30.

REvertétur Jacob, & quieſcet, & cunctis áffluet bonis, & non erit quem formídet ; quóniam

tecum ego ſum, ait Dóminus, ut ſalvem te.

Hymnus, Jordánis. 180.

℣. Deus in dómibus Sion cognoſcétur, ℟. Cùm ſuſcípiet eam. *Pſ.* 47.

Ad Benedictus.

Ant. 7. G. Ego baptízo in aqua; médius autem veſtrûm ſtetit, quem vos neſcítis: ipſe eſt qui poſt me ventúrus eſt. *Joan.* 1.

Oratio.

EXcita, Dómine, quæſumus, poténtiam tuam, & veni; ut hi qui in tua pietáte confídunt, ab omni cítiùs adverſitáte liberentur; Qui vivis.

AD PRIMAM.

Ant. 1. D. Véniet ex Sion.

In ℟. *br.* ℣. Qui ventúrus es * in mundum. *Joan.* 6.

AD TERTIAM.

Ant. 2. Dabo eis.

Capitulum. *Jerem.* 33.

ERit mihi in nomen, & in gáudium, & in laudem, & in exultatiónem cunctis géntibus terræ, quæ audíerint ómnia bona quæ ego factúrus ſum eis: & pavébunt & turbabuntur in univerſis bonis, & in ómni pace quam ego fáciam eis.

℟. *br.* Emittes ſpíritum tuum, Dómine, * & creabuntur. Emittes. ℣. Et renovábis * fáciem terræ. * Et creabuntur. Glória. Emittes. *Pſ.* 103

℣. Pópulus qui
tur, laudábit Dó
℟. Quia proſpéxi
celſo ſancto ſuo. *P*

AD SEXT

Ant. 3. *a.* Féria

Capitulum. *H*

HOc eſt teſta
quod diſpónam
Iſraël poſt dies illo
Dóminus: Dand
meas in mentem
& in corde eórum
ſcríbam eas; & er
Deum, & ipſi eru
in pópulum.

℟. *br.* Cùm con
Deus captivitátem
ſuæ, * Exultábit
Cùm. ℣. Et lætábit
raël. * Exultábit.
Cùm. *Pſ.* 52.

℣. Converte, D
captivitátem noſt
℟. Sicut torrens in
Pſ. 125.

AD NONA

Ant. 5. a. Paſto

Capitulum. *Mi*

COngregatióne
gábo, Jacob,
te: in unum condúc
líquias Iſraël; pári
nam illum quaſi gre
ovíli, quaſi pecus
dio caulárum: tum
buntur à multitúdi
minum.

℟. *br.* Qui regis
intende: * Qui dedú
lut ovem Joſeph. Q
gis. ℣. Qui ſedes
Chérubim, * manif

ledúcis. Glória. Qui.

Nos pópulus tuus ,
res páſcuæ tuæ ,
onfitébimur tibi in
m. *Pſ.* 78.

VESPERAS.

DIcit Dóminus re-
demptor tuus ,
: Ego ſum Dómi-
úſcitans verbum ſer-
, & consílium nun-
a ſuórum complens ,
a. *Iſ.* 44.

. 1. D. Locútus ſum
Prophétas , & ego
em multiplicávi , &
nu Prophetárum aſſi-
is ſum , allelúia. *Oſ.*

. 5. C. Propter hoc
ópulus meus nomen
in die illa ; quia ego
ui loquébar , ecce
, allelúia. *Iſ.* 52.

. 4. A. Bonas fácite
eſtras , & ſtúdia veſ-
& habitábo vobiſ-
allelúia. *Jerem.* 7.

. 6. Scient omnes
quia eſt qui rédi-
& líberet Iſraël ,
a. 1. *Mach.* 4.

ULUM. 1. *Mach.* 4.
nc clamémus in cœ-
im ; & miſerébitur
Dóminus , & me-
erit teſtamenti pa-
noſtrórum.

nnus , Statúta. 180.
Miſericórdia Dómini
erno & uſque in æter-
, ℟. His qui ſervant
ientum ejus. *Pſ.* 102.
ars Hiemalis.

Ad Magníficat.

Ant. 3. *a.* Qui poſt me
ventúrus eſt , ante me fac-
tus eſt ; cujus ego non ſum
dignus ut ſolvam ejus cor-
rígiam calceamenti. *Joan.*
1. [*Niſi dicatur Ant.* O.]

FERIA SECUNDA.

De Iſaía Prophéta.

Lectio j. Cap. 49.

HÆc dicit Dóminus
Deus : Ecce levábo
ad gentes manum
meam , & ad pópulos exal-
tábo ſignum meum. Et
áfferent fílios tuos in ulnis,
& fílias tuas ſuper húme-
ros portábunt. Et erunt
reges nutrítii tui , & regí-
næ nutríces tuæ : vultu in
terram demiſſo , adorá-
bunt te , & púlverem pe-
dum tuórum lingent. Et
ſcies quia ego Dóminus,
ſuper quo non confunden-
tur qui expectant eum.
Numquid tollétur à forti
præda ? aut quod captum
fúerit à robuſto , ſalvum
eſſe póterit ? Quia hæc di-
cit Dóminus : Equidèm ,
& captívitas à forti tollé-
tur ; & quod ablátum fúe-
rit à robuſto , ſalvábitur.
Eos verò qui judicavérunt
te , ego judicábo ; & fílios
tuos ego ſalvábo. Hæc di-
cit.

℟. Audíte. 178.

Lectio ij. Cap. 50.

HÆc dicit Dóminus :
Quis eſt hic liber re-
púdii matris veſtræ , quo
dimíſi eam ? aut quis eſt

créditor meus, cui véndidi vos ? Ecce in iniquitátibus veſtris vénditi eſtis, & in ſceléribus veſtris dimíſſi matrem veſtram. Quia veni, & non erat vir: vocávi, & non erat qui audíret. Numquid abbreviáta & párvula facta eſt manus mea, ut non poſſim redímere ? aut non eſt in me virtus ad liberandum ? Ecce in increpatióne mea deſertum fáciam mare, ponam flúmina in ſiccum: computreſcent piſces ſine aqua, & morientur in ſiti. Hæc dicit.

℟. Egrediétur. 178.

Lectio iij.

JUxtà eſt qui juſtíficat me, quis contradícet mihi ? Stemus ſimul, quis eſt adverſárius meus ? Accédat ad me. Ecce Dóminus Deus auxiliátor meus, quis eſt qui condemnet me ? Ecce omnes quaſi veſtimentum conterentur, tínea cómedet eos. Quis ex vobis timens Dóminum, áudiens vocem ſervi ſui ? Qui ambulávit in ténebris, & non eſt lumen ei, ſperet in nómine Dómini, & innitátur ſuper Deum ſuum. Hæc dicit.

℟. Vox clamantis. 178.

Ad Benedictus.

Ant. 4. A. Reverſus ſum ad Sion, & habitábo in médio Jeruſalem; & creábitur cívitas veritátis, *Zach.* 8.

Ad Mag
Ant. 4. c.
terram elect
quiſiérunt n
dereliquiſtis
omnes corru
FERIA
Lectio j.
AUdíte
mini
eſt, &
minum : att
tram undè e
ad cavernam
præcíſi eſtis.
Abraham pat
& ad Saram
vos ; quia
eum, & be
multiplicávi
lábitur ergò D
& conſolábit
nas ejus : &
tum ejus qua
ſolitúdinem e
tum Dómini.
lætítia inveni
gratiárum ác
laudis. Attén
pópule meus
mea, me aud
à me éxiet,
meum in luc
rum requieſce
Juſtus meus,
Salvátor meu
chia mea póp
bunt ; me ínſ
bunt, & brác
ſuſtinébunt. L
lum óculos ve
déte ſub ter
quia cœli ſic
queſcent, &

ıtum atterétur, &
ıres ejus ſicut hæc
nt : Salus autem
ſempiternum erit,
a mea non defíciet.
it.
ce ſervus. 179.
Lectio ij.
te me, qui ſcitis
ım; pópulus meus,
in corde eórum :
imére oppróbrium
n, & blaſphémias
ıe metuátis. Sicut
eſtimentum, ſic
: eos vermis; & ſi-
m, ſic devorábit
ea. Salus autem
ſempiternum erit,
ia mea in genera-
eneratiónum. Con-
onſurge, indúere
inem, bráchium
: conſurge ſicut in
ntíquis, in genera-
ſeculórum. Num-
ı tu percuſſiſti ſu-
, vulneraſti dracó-
ımquid non tu ſic-
re, aquam abyſſi
tis : qui poſuiſti
ım maris viam, ut
t liberáti ? Hæc

ıàm pulchri. 179.
Lectio iij.
ıutem ſum Dómi-
Deus tuus, qui
mare, & intu-
fluctus ejus : Dó-
ercítuum nomen
óſui verba mea in
& in umbra ma-
protéxi te, ut

plantes cœlos, & fundes terram, & dicas ad Sion : Pópulus meus es tu. Elevá-re, eleváre, conſurge, Jerúſalem, quæ bibiſti de manu Dómini cálicem iræ ejus : uſque ad fundum cálicis ſopóris bibiſti, & potaſti uſque ad fæces. Non eſt qui ſuſtentet eam ex ómnibus fíliis quos génuit ; & non eſt qui apprehendat manum ejus ex ómnibus fíliis quos enutrívit. Duo ſunt quæ occurrérunt tibi : quis contriſtábitur ſuper te ? Váſtitas & contrítio, & fames & gládius : quis conſolábitur te ? Hæc dicit.

℟. Omnes ſitientes. 179.

Ad Benedíctus.

Ant. 5. C. Ego, ego ipſe conſolábor vos : Dóminus exercítuum nomen meum. *Iſ.* 51.

Ad Magníficat.

Ant. 1. *a.* Clama ad me, & exáudiam te : & ſuſcitábo verbum bonum quod locútus ſum ad domum Iſraël. *Jerem.* 33. [*Niſi dicatur Ant.* O.]

FERIA QUARTA.
QUATUOR TEMPORUM.

De Iſaía Prophéta.

Lectio j. Cap. 51.

AUdi hoc, paupércula, & ébria non à vino. Hæc dicit dominátor tuus Dóminus, & Deus tuus, qui pugnábit pro pópulo ſuo : Ecce tuli de manu tua cálicem

ſopóris, fundum cálicis indignatiónis meæ; non adjícies ut bibas illum ultrà. Et ponam illum in manu eórum qui te humiliavérunt, & dixérunt ánimæ tuæ, Incurváre, ut tranſeámus; & poſuiſti ut terram corpus tuum, & quaſi viam tranſeuntibus. Hæc dicit.

℟. Jejúnium décimi erit dómui Juda in gaúdium & in ſolemnitátes præcláras: * Veritátem & pacem dilígite. ℣. Spíritu ſancto orantes, voſmetipſos in dilectióne Dei ſerváte, expectantes miſericórdiam Dómini noſtri Jeſu Chriſti. * Veritátem. *Zach. 8. Ep. Jud.*

Lectio ij. Cap. 52.

QUàm pulchri ſuper montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem, annuntiantis bonum, prædicantis ſalútem, dicentis Sion: Regnábit Deus tuus! Vox ſpeculatórum tuórum; levavérunt vocem, ſimul laudábunt; quia óculo ad óculum vidébunt, cùm convérterit Dóminus Sion. Gaudéte, & laudáte ſimul, deſerta Jeruſalem, quia conſolátus eſt Dóminus pópulum ſuum, redémit Jeruſalem. Parávit Dóminus bráchium ſanctum ſuum in óculis ómnium géntium: & vidébunt omnes fines terræ Salutáre Dei noſtri. Recédite, recédite, exíte indè, pollútum nolíte tángere; exíte de médio ejus, mundámini qui fertis vaſa D[ómini.] Quóniam non in t[umultu] exíbitis, nec in fu[ga] perábitis; præcéde[t enim] vos Dóminus, & c[on]gábit vos Deus Iſraël. [Ecce] intélliget ſervus [meus,] exaltábitur, & e[levabi]tur; & ſublímis eri[t valde.] Sicut obſtupuérunt [super] te multi, ſic inglóri[us erit] inter viros aſpectus [ejus,] & forma ejus inte[r filios] hóminum. Iſte a[spergit] gentes multas, ſup[er ip]ſum continébunt re[ges os] ſuum: quia quibu[s non] eſt narrátum de eo, [vide]runt; & qui non [audie]runt, contempláti [sunt.] Hæc dicit.

℟. Hoc eſt je[junium,] quod elégi, dicit [Domi]nus: Frange eſurie[nti pa]nem tuum, & egé[nos va]goſque induc in d[omum] tuam; * Tunc invo[cabis,] & Dóminus exáudie[t: cla]mábis, & dicet: E[cce ad]ſum. ℣. Date ele[emosy]nam, & ecce ómni[a mun]da ſunt vobis. * [Tunc.] *Iſ. 58. Luc. 11.*

Léctio ſancti Evan[gelii] ſecundùm Luca[m.]

Lectio iij. Ca[p. 1.]

IN illo témpore; [missus] eſt Angelus Gá[briel a] Deo in civitátem Ga[lilææ,] cui nomen Názaret, [ad] vírginem deſponsát[am]

nomen erat Jo-
domo David ; &
ginis, María. Et

venerábilis Bedæ
reſbyteri.
t. Luc. in Feſto
ıtiat. tom. 7.
ium noſtræ re-
tiónis, fratres ca-
hodierna nobis
ıngélii léctio com-
quæ Angelum à
œlis miſſum nar-
irginem ; ut no-
arne nativitátem
prædicáret ; per
s, abjectâ vetuſ-
l, renovári atque
os Dei computári
Aptum profec-
næ reſtauratiónis
n fuit, ut An-
eo mitterétur ad
partu conſecran-
no ; quia prima
is humánæ fuit
im ſerpens à diá-
ebátur ad mulíe-
u ſupérbiæ deci-
: imò ipſe in ſer-
bolus veniébat,
humánum, de-
ıéntibus primis,
itátis glóriâ nu-

:, grátiâ plena ;
tecum : * Spíri-
is ſupervéniet in
virtus Altíſſimi
oit tibi. Ideóque
d naſcétur ex te
vocábitur Fílius
Creávit Dóminus

novum ſuper terram : Fémina circúmdabit virum. * Spíritus ſanctus. Glória Patri. † Quod. *Luc.* 1. *Jerem.* 31.

Ad Benedictus.

Ant. 8. *G.* Ne tímeas, María ; concípies in útero, & páries Fílium : hic erit magnus, & Fílius Altíſſimi vocábitur. *Luc.* 1.

Preces, ut in Pſalterio, 162.

Oratio.

PRopè eſto, Dómine, ómnibus expectántibus te in veritáte ; ut in adventu Fílii tui Dómini noſtri, plácitis tibi áctibus præſentemur ; Per eumdem. *Et dicitur ad Laudes & ad Horas tantùm.*

Ad Magníficat.

Ant. 1. f. Dabit illi Dóminus Deus ſedem David patris ejus : & regnábit in domo Jacob in æternum ; & regni ejus non erit finis. *Luc.* 1. [*Niſi dicatur Ant.* O.]

Oratio Dominicæ præcedentis.

FERIA QUINTA.

De Iſaía Prophéta.

Lectio j. Cap. 54.

LAuda, ſtérilis, quæ non paris : decanta laudem, & hinni, quæ non pariébas ; quóniam multi fílii deſertæ magis quàm ejus quæ habet virum, dicit Dóminus. Diláta locum tentórii tui, & pelles taberna-

culórum tuórum extende, ne parcas: longos fac funículos tuos, & clavos tuos conſólida. Ad déxteram enim & ad lævam penetrábis: & ſemen tuum gentes hæreditábit, & civitátes deſertas inhabitábit. Hæc dicit.

℟. Ecce ſervus meus. 179.

Lectio ij.

NOli timére, quia non confundéris, neque erubeſces: non enim te pudébit, quia confuſiónis adoleſcéntiæ tuæ oblivíſcéris, & oppróbrii viduitátis tuæ non recordáberis ámpliùs. Quia dominábitur tuî qui fecit te: Dóminus exercítuum nomen ejus; & redemptor tuus, Sanctus Iſraël, Deus omnis terræ vocábitur. Quia ut mulíerem derelictam & mœrentem ſpíritu vocávit te Dóminus, & uxórem ab adoleſcéntia abjectam, dixit Deus tuus. Ad punctum in módico derelíqui te, & in miſeratiónibus magnis congregábo te. In momento indignatiónis abſcondi fáciem meam parumper à te, & in miſericórdia ſempiterna miſertus ſum tuî, dixit Redemptor tuus Dóminus. Hæc dicit.

℟. Quàm pulchri. 179.

Lectio iij.

SIcut in diébus Noë iſtud mihi eſt, cui jurávi ne indúcerem aquas Noë ultrà ſupra terram; ſic juravi ut non iraſcar tibi, & non increpem te. Montes enim commovebuntur, & colles contremiſcent; miſericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non movébitur, dixit miſerátor tuus Dóminus. Paupércula, tempeſtáte convulſa, abſque ulla conſolatióne. Ecce ego ſternam per órdinem lápides tuos, & fundábo te in ſapphíris; & ponam jaſpidem propugnácula tua, & portas tuas in lápides ſculptos, & omnes términos tuos in lápides deſiderábiles, univerſos fílios tuos doctos à Dómino, & multitúdinem pacis fíliis tuis, & in juſtítia fundáberis. Hæc dicit.

℟. Omnes ſitientes. 179.

Ad Benedictus.

Ant. 7. G. Ecce ego vénio, ait Dóminus: & applicabuntur gentes multæ ad Dóminum, & erunt mihi in pópulum. *Zach.* 2.

Ad Magníficat.

Ant. 2. O. *ut infrà ante Officium Vigiliæ Natalis Domini.*

FERIA SEXTA.
QUATUOR TEMPORUM.

De Iſaía Prophéta.

Lectio j. Cap. 54.

REcéde procul à calúmnia, quia non timébis: & à pavóre, quia non appropinquábit tibi. Ecce áccola ve-

qui non erat mecum, ia quondàm tuus ad- tur tibi. Ecce ego i fabrum ſufflantem ie prunas, & profe- m vas in opus ſuum, o creávi interfectó- d diſperdendum. Om- as, quod fictum eſt à te, non dirigétur: nnem linguam reſiſ- m tibi in judício, ju- is. Hæc eſt hærédítas rum Dómini: & juſ- eórum apud me, dicit inus. Hæc dicit.

Jejúnium. 220.

*hâc die occurrat Feſ- ſancti Thomæ, ſe- : Lectio dividitur in , diviſione factâ ad * iſcum.*

tio ij. Cap. 55.

Uærite Dóminum, dùm inveníri poteſt: áte eum, dùm pro- ſt. Derelinquat ím- viam ſuam, & vir us cogitatiónes ſuas, vertátur ad Dómi- , & miſerébitur ejus: Deum noſtrum, quó- multus eſt ad ignoſ- m. Non enim cogi- es meæ, cogitatió- eſtræ; neque viæ veſ- viæ meæ, dicit Dó- s. Quia ſicut exaltan- eli à terra, ſic exal- ſunt viæ meæ à viis s, & cogitatiónes à cogitatiónibus veſ- * Et quómodò deſ- t imber & nix de cœlo, & illùc ultrà non revértitur, ſed inébriat terram, & infundit eam, & germináre eam facit, & dat ſemen ſerenti, & pa- nem comedenti; ſic erit verbum meum quod egre- diétur de ore meo: non revertétur ad me vácuum, ſed fáciet quæcumque vó- lui, & proſperábitur in iis ad quæ miſi illud. Quia in lætítia egrediémini, & in pace deducémini: montes & colles cantábunt coram vobis laudem, & ómnia ligna regiónis plaudent manu. Pro ſaliunca aſcen- det ábies, & pro urtíca creſcet myrtus: & erit Dó- minus nominátus in ſig- num æternum, quod non auferétur. Hæc dicit.

℟. Hoc eſt jejúnium. 220.

Léctio ſancti Evangélii ſe- cundùm Lucam.

Lectio iij. Cap. 1.

EXurgens María in dié- bus illis, abiit in mon- tána cum feſtinatióne in civitátem Juda; & intrá- vit in domum Zacharíæ, & ſalutávit Eliſabeth. Et réliqua.

Homília ſancti Ambróſii Epíſcopi.

In Luc. lib. 2.

COntuendum eſt quia ſu- périor venit ad inferió- rem, ut inférior adjuvétur; María ad Eliſabeth, Chriſ- tus ad Joannem. Déniquè étiam póſteà, ut ſanctifi- cáret baptiſmum Joannis,

Dóminus venit ad baptiſmum. Citò quoque adventûs Maríæ & præſéntiæ Domínicæ benefícia declarantur. Simul enim ut audívit ſalutatiónem Maríæ Eliſabeth, exultávit infans in útero ejus; & repléta eſt Spíritu ſancto. Vide diſtinctiónem, ſingulorumque verbórum proprietátes. Vocem prior Eliſabeth audívit, ſed Joannes prior grátiam ſenſit. Illa natúræ órdine audívit, iſte exultávit ratióne myſtérii; illa Maríæ, iſte Dómini ſenſit adventum. Iſtæ grátiam loquuntur, illi intùs operantur, pietatiſque myſtérium maternis adoriuntur profectibus; duplicíque miráculo prophétant matres ſpíritu parvulórum. Exultávit infans, repléta eſt mater. Non priùs mater repléta quàm fílius; ſed cùm fílius eſſet replétus Spíritu ſancto, replévit & matrem.

℟. Undè hoc mihi ut véniat mater Dómini mei ad me? * Et beáta quæ credidiſti, quóniam † Perficientur ea quæ dicta ſunt tibi à Dómino. ℣. Benedictus Dóminus, qui te diréxit in vúlnera cápitis príncipis inimicórum noſtrórum; * Et beáta. Glória Patri. † Perficientur. *Luc.* 1. *Judith* 13.

AD LAUDES & per Horas, Antiphonæ propriæ, ut infrà ante Offi gíliæ Natalis Do ſic in ſequentibus

Ad Benedict

Ant. 4. A. Be inter mulíeres, dictus fructus v *Luc.* 1.

Oratio.

AUrem tuam mus, Dómi cibus noſtris acc & mentis noſtra grátiâ tuæ viſitat tra; Qui vivis.

Ad Magnífic

Ant. 2. O. *in Oratio Dominic dentis.*

SABBA

QUATUOR TE

De Iſaía Pro

Lectio j. C

HÆc dicit Cuſtodíte & fácite j quia juxtà eſt ſal véniat, & juſtít revelétur. Beátu facit hoc & fíliu qui apprehende cuſtódiens ſább pólluat illud; manus ſuas, ne ne malum. Et no lius ádvenæ qui Dómino, dicens tióne dívidet me à pópulo ſuo. Et eunúchus: Ecce num áridum. Q cit Dóminus e Qui cuſtodíerin mea, & elégerin

tenúerint fœdus
abo eis in domo
n muris meis lo-
nomen melius à
liábus : nomen
um dabo eis ,
ı perîbit. Hæc

inium. 220.
die occurrat Feſ-
ti Thomæ , ſe-
ctio dividitur in
iſione factâ ad *
ı.
ectio ij.
ios ávdenæ qui
ent Dómino , ut
ı, & díligant no-
ıt ſint ei in ſervos;
uſtodientem ſáb-
pólluat illud , &
fœdus meum ;
eos in montem
neum , & lætifi-
in domo oratió-
Holocauſta eó-
ctimæ eórum pla-
ıihi ſuper altári
a domus mea do-
iónis vocábitur
pulis. * Ait Dó-
eus qui cóngre-
ſos Iſraël : Adhuc
ıo ad eum con-
ejus. Omnes béſ-
veníte ad devo-
univerſæ béſtiæ
peculatóres ejus
nes , neſciérunt
canes muti non
latráre , viden-
, dormientes , &
ſómnia. Et ca-
lentíſſimi neſcié-

runt ſaturitátem : ipſi paſtóres ignoravérunt intelligéntiam : omnes in viam ſuam declinavérunt, unuſquiſque ad avarítiam ſuam à ſummo uſque ad novíſſimum. Hæc dicit.

℟. Hoc eſt jejúnium. 220.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Marcum.

Lectio iij. Cap. 1.

INítium Evangélii Jeſu Chriſti Fílii Dei, ſicut ſcriptum eſt in Iſaía prophéta : Ecce ego mitto Angelum meum ante fáciem tuam , qui præparábit viam tuam ante te. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

Hom. 6. in Evang.

QUod Græcè Angelus, hoc Latínè núntius dícitur. Rectè ergò qui nuntiáre ſupernum Júdicem míttitur, Angelus vocátur ; ut dignitátem ſervet in nómine quam explet in operatióne. Altum quidèm nomen eſt , ſed vita nómine inférior non eſt. Utinàm , fratres caríſſimi, non ad judícium noſtrum dicámus ; quia omnes qui ſacerdótii nómine cenſentur , Angeli vocantur , Prophétâ atteſtante qui ait : Lábia ſacerdótis cuſtódiunt ſciéntiam , & legem requírunt ex ore ejus; quia Angelus Dómini exercítuum eſt. Sed hujus altitúdinem nóminis étiam vos,

ſi vultis, poteſtis meréri. Nam unuſquiſque veſtrûm in quantùm ſúfficit, in quantùm grátiam ſupernæ aſpirationis accépit, ſi à pravitáte próximum révocat, ſi exhortári ad benè operandum curat, ſi ætérnum regnum vel ſupplícium erranti denúntiat, cùm ſanctæ annuntiatiónis verba impendit, profectò Angelus exiſtit.

℟. Fuit Joannes in deſerto baptízans, & prædicans baptiſmum pœniténtiæ in remiſſiónem peccatórum: * Et egrediebátur ad eum omni Judææ régio, & Jeroſolymítæ univerſi. ℣. Ipſe eſt directus divínitùs in pœniténtiam gentis: * Et. Glória. * Et. *Marc.* 1. *Eccli.* 49.

Ad Benedictus.

Ant. 8. c. Prædicábat Joannes, dicens: Venit fórtior me poſt me, cujus non ſum dignus procumbens ſólvere corrígiam calceamentórum ejus. *Marc.* 1.

Oratio.

DEus, qui cónſpicis quia ex noſtrâ pravitáte afflígimur: concéde propítius, ut ex tua viſitatióne conſolémur. Qui vivis & regnas.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Pſalterio.

Antiphonæ Laudum hujus Sabbati, id eſt, quæ habentur infrà pro Sabbato incidente poſt 15. Decembr.

CAPITULUM. *Gen*

NOn auferétur ſc de Juda, & du more ejus, donec qui mittendus eſt; erit expectátio gent

Hymnus, Creáto

℣. Virgam virtú emittet Dóminus e

℟. Domináre in mé micórum tuórum. A

Ad Magnífica

Ant. O. 238. *Orati* ta quæſumus. *ut in* *Laudes.*

DOMINICA

ADVENTU

AD OFFICIUM N

Omnia ut ſuprà *minicis Adventûs*, *quæ ſequuntur.*

IN I. NOCTUR

De Iſaía Prophé

Lectio j. Ca

JUſtus perit, & qui recógitet in ſuo: & viri miſ diæ colliguntur, qu eſt qui intélligat, à enim malítiæ collec juſtus. Véniat pax, r cat in cubíli ſuo qui lávit in directióne ſu autem accédite hù auguratrícis: ſemen teri, & fornicáriæ. quem luſiſtis? ſuper dilataſtis os, & ej linguam? numquic vos fílii ſceleſti, mendax? Qui conſol in diis ſubter omn num frondóſum, i lantes párvulos in t

ſubter eminentes
? In pártibus tor-
pars tua, hæc eſt
a : & ipſis effudiſti
n, obtúliſti ſacrifí-
numquid ſuper his
dignábor ? Hæc di-

Audíte. 178.
Lectio ij.
quo ſollícita ti-
miſti, quia mentíta
meî non es recor-
neque cogitaſti in
tuo ? quia ego ta-
& quaſi non videns,
oblíta es. Ego an-
bo juſtítiam tuam,
ra tua non próde-
ibi. Cùm clamáve-
erent te congregáti
omnes eos áuferet
, tollet aura : Qui
fidúciam habet meî,
tábit terram, &
bit montem ſanc-
neum. Et dicam :
ácite, præbéte iter,
ite de sémita, au-
ffendícula de via pó-
i. Hæc dicit.
Egrediétur. 178.
Lectio iij.
a hæc dicit excelſus,
ſublímis hábitans
átem : & ſanctum
ejus in excelſo &
to hábitans, & cum
o & húmili ſpíritu :
ficet ſpíritum humí-
t vivíficet cor contri-
Non enim in ſem-
m litigábo, neque
ad finem iraſcar : quia ſpíritus à fácie mea egrediétur, & flatus ego fáciam. Propter iniquitátem avarítiæ ejus irátus ſum, & percuſſi eum : abſcondi à te fáciem meam, & indignátus ſum : & ábiit vagus in via cordis ſui. Vias ejus vidi, & ſanávi eum, & redúxi eum, & réddidi conſolatiónes ipſi, & lugéntibus ejus. Creávi fructum labiórum pacem, pacem ei, qui longè eſt, & qui propè, dixit Dóminus, & ſanávi eum. Impii autem quaſi mare fervens, quod quiéſcere non poteſt, & redundant fluctus ejus in conculcatiónem & lutum. Non eſt pax ímpiis, dicit Dóminus Deus. Hæc dicit.

℟. Vox clamantis. 178.

IN II. NOCTURNO.

Ex libro ſancti Cypriáni Epíſcopi & Mártyris.
De Idolorum vanitate.
Lectio iv.

QUòd Chriſtus ſit, & quómodò per ipſum nobis ſalus vénerit, ſic eſt ordo, ſic rátio. Judæis primùm erat apud Deum grátia : ſic olim juſti erant, ſic majóres eórum religiónibus obediébant. Indè illis & regni ſublímitas flóruit, & géneris magnitúdo provénit. Sed illi negligentes & indiſciplináti & ſuperbi póſtmodùm facti, & fidúciâ pa-

trum infláti, dùm pivína præcepta contemnunt, datam ſibi grátiam perdidérunt. Quàm verò fúerit illis profána vita, quæ contracta ſit violátæ religiónis offenſa, ipſi quoque teſtantur, qui etſi voce tacent, éxitu confitentur. Diſperſi & palabundi vagantur, ſoli & cœli ſui prófugi per hoſpítia aliéna jactantur. Necnon Deus antè prædíxerat fore ut, vergente ſéculo, & mundi fine jam próximo, ex omni gente & pópulo & loco cultóres ſibi allégeret Deus multò fideliόres & melióris obſéquii, qui indulgéntiam de divínis munéribus haurſrent, quam acceptam Judæi, contemptis religiónibus, perdidiſſent. Hujus ígitur grátiæ diſciplinæque árbiter & magiſter, Sermo & Fílius Dei míttitur, qui per Prophétas omnes retrò illuminátor & doctor humáni géneris prædicabátur.

℟. Ecce ſervus. 179.

Lectio v.

HIc eſt virtus Dei, hic rátio, hic ſapiéntia ejus & glória. Hic in Vírginem illábitur; carnem, Spíritu ſancto cooperante, indúitur. Deus cum hómine miſcétur. Hic Deus noſter, hic Chriſtus eſt, qui mediátor duórum, hóminem índuit, quem perdúcat ad Patrem. Quod homo eſt, eſſe Chriſtus vóluit, ut & homo poſſit eſſe quod Chriſtus eſt. Sciébant & Judæi Chriſtum eſſe venturum: nàm hic illis ſemper, Prophétis ad monéntibus, annuntiabátur; ſed ſignificáto dúplici ejus adventu, uno qui exercítio & exemplo hóminis fungerétur, áltero qui Deum faterétur, non intelligendo primum adventum qui in paſſióne præceſſit occultus, unum tantùm credunt qui erit in poteſtáte manifeſtus. Quòd autem hoc Judæórum pópulus intellígere non pótuit, delictórum méritum fuit. Sic erant ſapiéntiæ & intelligéntiæ cæcitáte multáti, ut qui vitâ indigni eſſent, habérent vitam ante óculos, nec vidérent.

℟. Quàm pulchri. 179.

Lectio vj.

ITaque cùm Chriſtus Jeſus, ſecundùm à Prophétis antè prædicta, verbo & vocis império dæmónia de homínibus excúteret, paralyticos reſtríngeret, lepróſos purgáret, illumináret cæcos, claudis greſſum daret, mórtuos rursùs animáret, cógeret ſibi elementa famulári, ſervire ventos, mária obedíre, ínferos cédere; Judæi qui illum credíderant hóminem tantùm de humilitáte carnis & córporis, exiſtimábant magnum de licéntia poteſtátis. Hoc eos factúros & ipſe prædíxerat,

& Prophetárum ómnium teſtimónium ſic antè præcéſſerat, oportére illum pati, non ut ſentíret tantùm mortem, ſed ut vínceret; & cùm paſſus eſſet, ad ſúperos dénuò régredi, ut vim divínæ majeſtátis oſténderet. Fidem ítaque rerum curſus implévit. Hunc comitámur, hunc ſéquimur, hunc habémus itíneris ducem, lucis príncipem, ſalútis auctórem, cœlum páriter & Patrem quæréntibus, & credéntibus pollicentem. Quod eſt Chriſtus, érimus Chriſtiáni, ſi Chriſtum ſuérimus imitáti.

℟. Omnes ſitientes. 179.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lectio vij. Cap. 3.

ANno quinto-décimo impérii Tibérii Cæſaris, procurante Póntio Piláto Judæam. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

Homil. 20. *in Evang.*

REdemptóris noſtri Præcurſor quo témpore prædicatiónis verbum accéperit, memoráto Románæ Reipúblicæ príncipe, & Judææ régibus, deſignátur. Quia enim illum prædicáre veniébat, qui & ex Judæa quoſdam, & multos ex Géntibus redemptúrus erat, per regem Géntium & príncipes Judæórum prædicatiónis ejus témpora deſignantur. Quia autem gentílitas colligenda erat, & Judæa pro culpa perfídiæ diſpergenda, ipſa quoque deſcriptio terréni principátûs oſtendit; quóniam & in Románа República unus præfuiſſe deſcríbitur, & in Judææ regno per quartam partem plúrimi principabantur. Voce étenim Redemptóris noſtri dícitur: Omne regnum in ſeipſum divíſum deſolábitur. Liquet ergò quòd ad finem regni Judæa pervénerat, quæ tot régibus divíſa ſubjacébat. Aptè quoque non ſolùm quibus régibus, ſed étiam quibus ſacerdótibus actum ſit, demonſtrátur: quia illum Joannes Baptiſta prædicáret, qui ſimul rex & ſacerdos exíſteret, Lucas Evangeliſta prædicatiónis ejus témpora per regnum & ſacerdótium deſignávit.

℟. Suſcitábit Deus cœli regnum quod in æternum non diſſipábitur: * Commínuet autem & conſúmet univerſa regna. ℣. Factum eſt regnum hujus mundi, Dómini noſtri & Chriſti ejus; & regnábit in ſécula ſeculórum: * Commínuet. *Dan.* 2. *Apoc.* 11.

Lectio viij.

ET venit in omnem regiónem Jordánis, prædicans baptiſmum pœniténtiæ in remiſſiónem pec-

catórum. Cunctis legentibus liquet, quia Joannes non ſolùm baptiſmum pœniténtiæ prædicávit, verùm étiam quibuſdam dedit; ſed tamen baptiſmum ſuum in remiſſiónem peccatórum dare non pótuit. Remíſſio étenim peccatórum in ſolo nobis baptiſmo Chriſti tribúitur. Notandum ítaque quod dícitur: Prædicans baptiſmum pœniténtiæ in remiſſiónem peccatórum; quóniam baptiſmum quod peccáta ſólveret, quia dare non póterat, prædicábat: ut ſicut incarnátum Verbum Patris præcurrébat verbo prædicatiónis, ita baptiſmum pœniténtiæ quo peccáta ſolvuntur, præcúrreret ſuo baptíſmate quo peccáta ſolvi non poſſunt.

℟. Conſurge, conſurge, indúere fortitúdine tuâ, Sion: * Indúere veſtimentis glóriæ tuæ, Jerúſalem cívitas Sancti; quia non adjíciet ultrà ut pertránſeat per te immundus. ℣. Deus ſecundùm promiſſiónem edúxit Iſraël Salvatórem Jeſum, prædicante Joanne antè fáciem adventûs ejus baptiſmum pœniténtiæ: * Indúere. *Iſ.* 52 *Act.* 13.

Lectio ix.

SIcut ſcriptum eſt in libro ſermónum Iſaíæ Prophétæ: Vox clamantis in deſerto, Paráte viam Dómini, rectas fácite ſemitas ejus. Omnis qui ſidem rectam & bona ópera prædicat, quid áliud quàm venienti Dómino ad corda audiéntium viam parat? Ut hæc vis grátiæ pénetret, ut lumen veritátis illuſtret. Omnis vallis implébitur, & omnis mons & collis humiliábitur. Quid hoc loco vállium nómine, niſi húmiles? quid móntium & cóllium, niſi ſuperbi hómines deſignantur? In adventu ergò Redemptóris valles implétæ, montes verò & colles humiliáti ſunt; quia nimírùm in fide Mediatóris Dei & hóminum hóminis Chriſti Jeſu, & Gentílitas plenitúdinem grátiæ accépit, & Judæa per errórem perfídiæ hoc undè tumébat, pérdidit. Et erunt prava in directa, & áſpera in vias planas. Prava directa ſunt, cùm malórum corda per injuſtítiam detorta, ad juſtítiæ régulam diriguntur: & áſpera in vias planas immutantur, cùm immítes atque iracundæ mentes per infuſiónem ſupernæ grátiæ ad lenitátem manſuetúdinis rédeunt.

℟. Conſtítuit Deus humiliáre omnem montem excelſum, & convalles replére in æqualitátem terræ; * Ut ámbulet Iſraël diligenter in honórem Dei

riptum eſt in libro
num Iſaíæ prophétæ:
prava in directa,
era in vias planas;
Glória Patri. Ut.
itur ℟. Conſtítuit.
ad ℣. *Baruch* 5.
l.
Sacerd. Exaudi nos,
ſalutáris noſter,
oes ómnium fínium
Pſ. 64.

LAUDES.

LAudáte, cœli:
jubiláte, extré-
rræ: reſonáte, mon-
laudatiónem; quó-
redémit Dóminus
, & Iſraël gloriábi-
alleluia. *Iſ.* 44.
. 1. D. Ego levávi
n meam, ut ramos
iétis, & fructum af-
pópulo meo; propè
eſt ut véniat, quia
go ad vos, allelúia.
36.
5. a. Erit ibi ſémita
& via ſancta vocá-
: non transíbit per
ollútus; & ambulá-
ui liberáti fúerint,
a. *Iſ.* 35.
2. Omnia ligna re-
plaudent manu; &
óminus nominátus
um æternum, quod
uferétur, allelúia.

3. a. Revelábitur
Dómini; & vidébit
caro páriter quòd os
ii locútum eſt, alle-
ſ. 40.

CAPITULUM. *Iſaïæ* 62.

VIdébunt gentes Juſtum tuum, & cuncti reges Inclytum tuum; & vocábitur tibi nomen novum quod os Dómini nominábit.

Hymnus, Jordánis. 180.
℣. Ibunt de virtúte in virtútem: ℟. Vidébitur Deus deórum in Sion. *Pſ.* 83.

Ad Benedictus.

Ant. 4. d. Vidébit omnis caro Salutáre Dei. *Luc.* 3.

Oratio.

EXcita, quæſumus, Dómine, poténtiam tuam, & veni & magnâ nobis virtúte ſuccurre; ut per auxílium grátiæ tuæ, quod noſtra peccáta præpédiunt, indulgéntia tuæ propitiatiónis accéleret; Qui vivis & regnas.

AD PRIMAM.

Ant. 7. d. Laudáte, cœli.
In ℟. *br.* ℣. Qui ventúrus es * in mundum. *Joan.* 6.

AD TERTIAM.

Ant. 1. D. Ego.

CAPITULUM. *Iſaïæ* 35.

SOlitúdo gérminans germinábit, & exultábit lætabunda & laudans: glória Líbani data eſt ei, decor Carméli & Saron: ipſi vidébunt glóriam Dómini, & decórem Dei noſtri.

℟. *br.* Gaudébunt campi: * Exultábunt ligna ſylvárum. Gaudébunt. ℣. A fácie Dómini, * quia venit. * Exultábunt. Glória.

Patri. Gaudébunt. *Pſ.* 95.

℣. Flúmina plaudent manu, ℟. Simul montes exultábunt à conſpectu Dómini. *Pſ.* 97.

AD SEXTAM.

Ant. 5. a. Erit ibi.

CAPITULUM. *Jerem.* 4.

SI revérteris, Iſraël, ait Dóminus, ad me convértere. Si abſtúleris offendícula tua à fácie mea, non commovéberis; & jurábis, vivit Dóminus, in veritáte, & in judício, & in juſtítia; & benedícent eum gentes, ipſumque laudábunt.

℟. *br.* Apud Dóminum miſericórdia, * Et copióſa apud eum redémptio. Apud. ℣. Et ipſe rédimet * Iſraël. * Et. Glória. Apud. *Pſ.* 129.

℣. Líbera, Deus, Iſraël, ℟. Ex ómnibus tribulatiónibus ſuis. *Pſ.* 24.

AD NONAM.

Ant. 3. a. Revelábitur.

CAPITULUM. *Philipp.* 4.

GAudéte in Dómino ſemper: íterùm dico, Gaudéte. Modéſtia veſtra nota ſit ómnibus homínibus; Dóminus propè eſt.

℟. *br.* Lætámini in Dómino, * Et exultáte, juſti. Lætámini. ℣. Et gloriámini, * omnes recti corde. * Et. Glória. Lætámini. *Pſ.* 31.

℣. Exultáte, juſti, in Dómino: ℟. Rectos decet collaudátio. *Pſ.* 32.

AD VESPER

Ant. 1. D. AUdíte me mus Jacol portámini à meo ego feci, & ego f ego portábo, & ſal allelúia. *Iſ.* 46.

Ant. 3. a. Ego ſc gitatiónes quas ego ſuper vos, cogita pacis, & non afflict allelúia. *Jerem.* 29.

Ant. 7. a. Cùm ritis me in toto cor tro, invéniar à vob redúcam captivitáte tram, allelúia. *Jere*

Ant. 4. A. Congr vos de univerſis gé & de cunctis locis, verti vos fáciam, a *Jerem.* 29.

Ant. 5. C. Vol ſum ego, ut ſalvos ciam: & dabo vobi ricórdias, & mi veſtrî, allelúia. *Jere*

CAPITULUM. *Ezec*

IN odórem ſuavitá cípiam vos, cùm ro vos de pópulis, gregávero vos de t quas diſperſi eſtis, tificábor in vobis in natiónum.

Hymnus, Statúta

℣. Salvos nos fac mine Deus noſter, cóngrega nos de n bus. *Pſ.* 105.

Ad Magníficat

Ant. 1. O. *ut infra*

Oratio, *ut ſup* *Laudes.*

A SECUNDA.
[I]ſáia Prophéta.
[Lectio] *j.* Cap. 58.
[Cl]ama, ne ceſſes :
[q]uaſi tuba exalta vo-
[c]em tuam, & annún-
[ti]a populo meo ſcélera eó-
[rum], & dómui Jacob pec-
[cata] eórum. Me étenim de
[d]iem quærunt, &
[vi]as meas volunt,
[g]ens quæ juſtítiam
, & judícium Dei
dereliquerit. Ro-
• judícia juſtítiæ;
[app]ropinquáre Deo vo-
[Q]uarè jejunávimus,
[non a]ſpexiſti; humiliá-
[vimus a]nimas noſtras, &
! Ecce in die jejú-
[nii vestr]i invenítur volun-
[t]a, & omnes de-
veſtros repétitis.
lites & contentió-
[jejun]átis, & percútitis
[im]piè. Hæc dicit.
[Au]díte. 178.
Lectio ij.
[Nolit]e jejunáre ſicut
[usq]ue ad hanc diem,
[vox ve]ſtr in excelſo cla-
[mo]r. Numquid tale
[jejun]ium quod elégi,
[per diem] affligere hómi-
[nem a]nimam ſuam? Num-
[quid c]orquére quaſi cír-
[culum ca]put ſuum, & ſac-
[cum et c]inerem ſtérnere?
iſtud vocávi je-
& diem acceptá-
[bilem D]ómino? Nonnè
magìs jejúnium
[elegi]? Diſſolve colli-
[gationes i]mpietátis, ſolve
faſcículos deprimentes;
dimitte eos qui confracti
ſunt, líberos, & omne
onus dirumpe. Hæc dicit.
℟. Egrediétur. 178.

Lectio iij.

FRange eſurienti panem tuum, & egénos vagoſque induc in domum tuam: cùm víderis nudum, óperi eum, & carnem tuam ne deſpéxeris. Tunc erumpet quaſi mane lumen tuum, & ſánitas tua cítiùs oriétur, & anteíbit fáciem tuam juſtítia tua, & glória Dómini cólliget te. Tunc invocábis, & Dóminus exáudiet; clamábis, & dicet: Ecce adſum. Si abſtúleris de médio tuî caténam, & desíeris exténdere dígitum, & loqui quod non prodeſt. Cùm effúderis eſurienti ánimam tuam, & ánimam afflictam repléveris, oriétur in ténebris lux tua, & ténebræ tuæ erunt ſicut merídies. Hæc dicit.
℟. Vox clamantis. 178.

Ad Benedictus.

Ant. 1. D. Próteget Dóminus Jerúſalem, prótegens & líberans, tránſiens & ſalvans. *Iſ.* 31.

Ad Magníficat.

Ant. 2. O. *ut infrà*, 238.

FERIA TERTIA.
De Iſaía Prophéta.
Lectio j. Cap. 59.

ECce non eſt abbreviáta manus Dómini ut ſalváre néqueat,

neque aggraváta eſt auris ejus, ut non exáudiat: ſed iniquitátes veſtræ diviſérunt inter vos & Deum veſtrum, & peccáta veſtra abſcondérunt fáciem ejus à vobis ne exaudíret. Manus enim veſtræ pollútæ ſunt ſánguine, & dígiti veſtri iniquitáte: lábia veſtra locúta ſunt mendácium, & lingua veſtra iniquitátem fatur. Non eſt qui ínvocet juſtítiam, neque eſt qui júdicet verè: ſed confídunt in níhilo, & loquuntur vanitátes: concepérunt labórem, & peperérunt iniquitátem. Hæc dicit.

℟. Ecce ſervus meus. 179.

Lectio ij.

COnverſum eſt retrorsùm judícium, & juſtítia longè ſtetit: quia córruit in platéa véritas, & æquitas non pótuit íngredi. Et facta eſt véritas in obliviónem: & qui receſſit à malo, prædæ pátuit: & vidit Dóminus, & malum appáruit in óculis ejus, quia non eſt judícium: & vidit quia non eſt vir: & aporiátus eſt, quia non eſt qui occurrat: & ſalvávit ſibi bráchium ſuum, & juſtítia ejus ipſa confirmávit eum. Indutus eſt juſtítiâ ut loricâ, & gálea ſalútis in cápite ejus: indútus eſt veſtimentis ultiónis, & opertus eſt quaſi pállio zeli. Sicut ad vir quaſi ad retributiói dignatiónis hóſtibu & viciſſitúdinem i ſuis: ínſulis vicem Hæc dicit.

℟. Quàm pulch

Lectio iij.

ET timébunt qu cidente, nome mini: & qui ab ort glóriam ejus: cùm quaſi flúvius viol quem ſpíritus Dóm git: & vénerit Si demptor, & eis, deunt ab iniquitáte ob, dicit Dómini fœdus meum cum ei Dóminus: Spíritus qui eſt in te, & verl quæ póſui in ore tu recédent de ore tuo ore féminis tui, & féminis féminis tui Dóminus, ámodò in ſempiternum. cit.

℟. Omnes ſitient

Ad Benedictu

Ant. 5. a. Dab nomen & in lauden bus pópulis terræ, ci vértero captivitát tram. *Sophon.* 3.

Ad Magnífic

Ant. 2. O. *ut inf.*

FERIA QUA

De Iſaía Prop

Lectio j. Ca

SPíritus Dómi me, eò quò rit Dóminus annuntiandum m

miſit me, ut medérer contrítis corde, & prædicárem captívis indulgéntiam, & clauſis apertiónem; ut prædicárem annum placábilem Dómino, & diem ultiónis Deo noſtro; ut conſolárer omnes lugentes; ut pónerem lugéntibus Sion, & darem eis corónam pro cínere, óleum gáudii pro luctu, pállium laudis pro ſpíritu mœróris: & vocabuntur in ea fortes juſtítiæ, plantátio Dómini ad glorificandum. Et ædificábunt deſerta à ſéculo, & ruínas antíquas érigent, & inſtaurábunt civitátes deſertas, diſſipátas in generatiónem & generatiónem. Hæc dicit.

℟. Audíte. 178.

Lectio ij.

ET ſtabunt aliéni, & paſcent pécora veſtra: & filii peregrinórum agrícolæ & vinitóres veſtri erunt. Vos autem ſacerdótes Dómini vocabímini: Miniſtri Dei noſtri, dicétur vobis. Fortitúdinem géntium comedétis, & in glória eárum ſuperbiétis. Pro confuſióne veſtra dúplici & rubóre, laudábunt partem ſuam: propter hoc in terra ſua duplícia poſſidébunt, lætítia ſempitérna erit eis. Quia ego Dóminus díligens judícium, & ódio habens rapínam in holocauſto; & dabo opus eórum in veritáte, & fœdus perpétuum fériam eis.

℟. Egrediétur. 178.

Lectio iij.

ET ſcient in Géntibus ſemen eórum, & germen eórum in médio populórum: omnes qui víderint eos, cognoſcent illos; quia iſti ſunt ſemen, cui benedíxit Dóminus. Gaudens gaudébo in Dómino, & exultábit ánima mea in Deo meo; quia índuit me veſtimentis ſalútis, & indumento juſtítiæ circúmdedit me, quaſi ſponſum decorátum corónâ, & quaſi ſponſam ornátam monílibus ſuis. Sicut enim terra profert germen ſuum, & ſicut hortus ſemen ſuum gérminat, ſic Dóminus Deus germinábit juſtítiam & laudem coram univerſis géntibus. Hæc dicit.

℟. Vox clamantis. 178.

Ad Benedictus.

Ant. 4. *D.* Captívitas à forti tollétur; & quod ablátum fúerit à robuſto, ſalvábitur. *Iſ.* 49.

Ad Magníficat.

Ant. 2. O. *ut infrà*, 238.

FERIA QUINTA.

De Iſaía Prophéta.

Lectio j. Cap. 62.

PRopter Sion non tacébo, & propter Jeruſalem non quieſcam, donec egrediátur ut ſplendor juſtus ejus, & ſalvátor ejus ut lampas accendátur. Et vidébunt

Gentes juſtum tuum, & cuncti reges ínclytū tuum: & vocábitur tibi nomen novum, quod os Dómini nominábit. Et eris coróna glóriæ in manu Dómini, & diadéma regni in manu Dei tui. Non vocáberis ultrà Derelícta: & terra tua non vocábitur ámpliùs Desoláta: ſed vocáberis Voluntas mea in ea, & terra tua Inhabitáta: quia complácuit Dómino in te: & terra tua inhabitábitur. Habitábit enim júvenis cum vírgine, & habitábunt in te fílii tui. Et gaudébit ſponſus ſuper ſponſam, & gaudébit ſuper te Deus tuus. Hæc dicit.

℟. Ecce ſervus meus. 179.

Lectio ij.

SUper muros tuos Jerúſalem conſtítui cuſtódes totâ die, & totâ nocte in perpétuum non tacébunt. Qui reminiſcímini Dómini, ne taceátis, & ne detis ſiléntium ei, donec ſtabíliat, & donec ponat Jerúſalem laudem in terra. Jurávit Dóminus in déxtera ſua, & in bráchio fortitúdinis ſuæ: Si dédero tríticum tuum ultrà cibum inimícis tuis: & ſi bíberint fílii aliéni vinum tuum, in quo laboraſti. Quia qui cóngregant illud, cómedent, & laudábunt Dóminum: & qui comportant illud, bibent in átriis ſanctis meis. Hæc dicit.

℟. Quàm pulchri. 179.

Lectio iij.

TRanſíte, tranſíte per portas, præparáte viam pópulo, planum fácite iter, elígite lápides, & eleváte ſignum ad pópulos. Ecce Dóminus audítum fecit in extrémis terræ, dícite fíliæ Sion: Ecce ſalvátor tuus venit: ecce merces ejus cum eo, & opus ejus coram illo. Et vocábunt eos: Pópulus ſanctus, redempti à Dómino. Tu autem vocáberis: Quæsíta cívitas, & non derelícta. Hæc dicit.

℟. Omnes ſitientes. 179.

Ad Benedíctus.

Ant. 4. E. Pópulus Dei, citò vidébis perditiónem inimíci tui. *Baruch* 4.

Ad Magníficat.

Ant. 2. O. *ut infrà*, 238.

FERIA SEXTA.

De Iſaía Prophéta.

Lectio j. Cap. 63.

QUis eſt iſte qui venit de Edom, tinctis véſtibus de Boſra? Iſte formóſus in ſtola ſua, grádiens in multitúdine fortitúdinis ſuæ. Ego qui loquor juſtítiam, & propugnátor ſum ad ſalvandum. Quarè ergò rubrum eſt indumentum tuum, & veſtimenta tua ſicut calcántium in torculári? Tórcular calcávi ſolus, & de géntibus non eſt vir me-

:alcávi eos in furóre
k conculcávi eos in
a : & aſperſus eſt
eórum ſuper veſti-
mea , & ómnia in-
:a mea inquinávi.
ıim ultiónis in corde
ınnus redemptiónis
enit. Circumſpéxi ,
erat auxiliátor :
i , & non fuit qui
:et ; & ſalvávit mihi
ım meum ; & indig-
ıea ipſa auxiliáta eſt
Et conculcávi pópu-
uróre meo , & ine-
eos in indignatióne
k detráxi in terram
m eórum. Hæc dicit.
ludíte. 178.

Lectio ij.

ſeratiónum Dómini
ecordábor , laudem
ıi ſuper ómnibus quæ
t nobis Dóminus ,
er multitúdinem bo-
ı dómui Iſraël, quæ
ıs eſt eis ſecundùm
éntiam ſuam , & ſe-
n multitúdinem mi-
diárum ſuárum. Et
Verúmtamen pópu-
ıus eſt, fílii non ne-
ı ; & factus eſt eis
or. In omni tribula-
eórum non eſt tribu-
, & Angelus faciéi
ılvávit eos : in dilec-
ſua , & in indulgén-
a ipſe redémit eos , &
vit eos , & elevávit
unctis diébus ſéculi.
ıutem ad iracúndiam
ocavérunt , & afflixé-
runt Spíritum Sancti ejus ;
& converſus eſt eis in ini-
mícum , & ipſe debellávit
eos. Hæc dicit.

℟. Egrediétur. 178.

Lectio iij.

ET recordátus eſt dié-
rum ſéculi Móyſi , &
pópuli ſui. Ubi eſt qui edú-
xit eos de mari cum paſtó-
ribus gregis ſui ? ubi eſt qui
póſuit in médio ejus ſpíri-
tum Sancti ſui ? Qui edúxit
ad déxteram Móyſen brá-
chio majeſtátis ſuæ ; qui
ſcidit aquas ante eos , ut
fáceret ſibi nomen ſempi-
ternum ; qui edúxit eos per
abyſſos , quaſi equum in
deſerto non impingentem ?
Quaſi ánimal in campo
deſcendens , Spíritus Dó-
mini ductor ejus fuit : ſic
adduxiſti pópulum tuum ,
ut fáceres tibi nomen gló-
riæ. Hæc dicit.

℟. Vox clamantis. 178.

Ad Benedictus.

Ant. 4. *E.* Dominábitur
tuî, qui fecit te , & re-
demptor tuus Sanctus Iſ-
raël , Deus omnis terræ
vocábitur. *Iſ.* 54.

ANTIPH. MAJORES.

Inchoantur die 15. *De-
cembris veſpere ; & una-
quæque dicitur ter* , 1. *ante*
Magníficat. 2. *ante* Glória.
3. *poſt* Sicut erat.

*Si Veſperæ fiant de Feſto,
tunc pro Commemoratione
Adventûs , dicitur Ant.* O.
*occurrens , hoc modo : Ant.
integrè dicitur : tum* Glo-

ria Patri. *ſine* Sicut erat. *Iterùm Ant. deindè* Sicut erat. *Tertiò deniquè dicitur Ant. cum ℣.* Adjútor. *ſi ſit Feria; vel cum ℣. proprio, ſi ſit Sabbatum aut Dominica, & Oratione convenienti. Ex quo autem inceptæ ſunt hæ Antiphonæ majores, hoc eſt, à die 15. Decembris, omittuntur Preces ad Veſperas, & ad Completorium; ſed dicuntur ad Laudes, &c.*

DIE XV. DECEMBRIS.
Antiph. 2.

O Sapiéntia, quæ ex ore Altíſſimi prodiiſti, attingens à fine uſque ad finem fórtiter, ſuaviterque diſpónens ómnia; veni ad docendū nos viam prudéntiæ. *Eccli.* 24. *Sap.* 8. *Iſ.* 40.

DIE XVI. *Ant.* 2.

O Adónaï, & dux domûs Iſraël, qui Móyſi in igne flammæ rubri apparuiſti, & ei in Sina legem dediſti; veni ad redimendum nos in bráchio excelſo. *Exod.* 6. *&* 15. *Act.* 7. *Exod.* 15.

DIE XVII. *Ant.* 2.

O Radix Jeſſe, qui ſtas in ſignum populórum, ſuper quem continébunt reges os ſuum, quem gentes deprecabuntur; veni ad congregandum pópulum tuum à quátuor plagis terræ. *Iſ.* 11. *&* 52.

DIE XVIII. *Ant.* 2.

O Clavis David qui áperis, & nemo claudit; claudis, & nemo áperit; veni, ut emittas in ſánguine teſtamenti tui vinctos tuos de lacu in quo non eſt aqua. *Iſ.* 22. *Zach.* 9.

DIE XIX. *Ant.* 2.

O Oriens, candor lucis æternæ, & ſol juſtítiæ; veni, & illúmina ſedentes in ténebris & umbra mortis. *Zach.* 3. *Sap.* 7. *Malach.* 4. *Pſ.* 12. *&* 109.

DIE XX. *Ant.* 2.

O Sancte Sanctórum; ſpéculum ſine mácula Dei majeſtátis, & imágo bonitátis illíûs; veni, ut deleátur iníquitas, & adducátur juſtítia ſempitérna. *Dan.* 9. *Sap.* 7.

DIE XXI. *Ant.* 2.

O Rex Géntium, Deus Iſraël, & ſalvátor, lapiſque anguláris, qui facis útraque unum; veni, ad reconciliandum pópulos ambos in uno córpore Deo. *Jerem.* 10. *Iſ.* 45. *&* 28. *Epheſ.* 2.

DIE XXII. *Ant.* 2.

O Emmánuël, Rex & légifer noſter, expectátio gentium, & deſiderátus eárum; veni, ut des legem tuam in viſcéribus noſtris, & in corde noſtro ſcribas eam. *Iſ.* 8. *&* 33. *Gen.* 49. *Agg.* 2. *Jer.* 31.

DIE XXIII. *Ant.* 2.

O Paſtor Iſraël, & dominátor, in domo David, cujus egreſſus ab

inítio, à diébus æternitátis; veni, ut paſcas pópulum tuum in fortitúdine, & regnes in juſtítia & judício. *Mich.* 5. *Ezech.* 34. *Iſ.* 32.

Die decimâ-ſextâ Decembris, manè inchoantur Antiphonæ Laudum ferialium propriæ (quæ etiam dicuntur ad Horas, quartâ prætermiſsâ) inchoando ab his Antiphonis quæ aſſignantur Feriæ, 16. die occurrenti, ſive fuerit Feria tertia, aut alia, ſive Sabbatum. Si verò fuerit Dominica, inchoantur poſtridiè. Quæ autem occurrunt die quâ fit Officium de ſancto Thoma, dicuntur in prævigilia Natalis Domini, ſcilicet 23. die Decembris. Quòd ſi hâc die occurrerit Dominica IV. omittuntur eo anno.

Ad Veſperas autem in his Feriis reſumentur Antiphonæ Laudum.

FERIA SECUNDA
poſt XV. Decembris.

AD LAUDES.

Ant. 3. c. Reſpice, Dómine, de domo ſancta tua in nos, & inclína aurem tuam, & exaudi nos. *Baruch* 2.

Ant. 8. c. Dómine, pater noſter es tu: ecce réſpice, pópulus tuus omnes nos. *Iſ.* 64.

Ant. 2. Miserére Iſraël, quem coæquaſti primogénito tuo: miserére civitáti ſanctificatiónis tuæ Jerúſalem. *Eccli.* 36.

Ant. 7. d. Deus cœlórum, exaudi memento, Dómine, teſtamenti tui, ut omnes gentes agnoſcant quia tu es Deus. *Judith* 9.

Ant. 4. a. Salva, Dómine, pópulum tuum, relíquias Iſraël. *Jerem.* 31.

FERIA TERTIA
poſt XV. Decembris.

AD LAUDES.

Ant. 3. a. Recordáre, Dómine, oppróbrium noſtrum; ſervi domináti ſunt noſtrî: non fuit qui redímeret de manu eórum. *Thren.* 5.

Ant. 4. E. Tu, Dómine, pater noſter, redemptor noſter: convértere propter ſervos tuos. *Iſ.* 63.

Ant. 7. c. Quarè in perpétuum oblivíſcéris noſtrî? derelinques nos in longitúdine diérum? *Thren.* 5.

Ant. 1. g. Ne tradas nos in perpétuum, & ne diſſipes teſtamentum tuum, neque áuferas miſericórdiam tuam à nobis. *Dan.* 3.

Ant. 2. Dabis, Deus, veritátem Jacob, miſericórdiam Abraham; quæ juraſti pátribus noſtris à diébus antíquis. *Mich.* 7.

FERIA QUARTA
poſt XV. Decembris.

AD LAUDES.

Ant. 2. Recordáre, Dómine, ne írritum fácias fœdus tuum nobiſcum: nonnè tu es Deus

noſter quem expectávimus? *Jerem.* 14.

Ant. 8. G. Vetus error ábiit : ſervábis pacem, Dómine ; pacem , quia in te ſperávimus. *Iſ.* 26.

Ant. 7. *d.* Cùm féceris judícia tua in terra, juſtítiam diſcent habitatóres orbis : Dómine , exaltétur manus tua. *Iſ.* 26.

Ant. 1. f. Dómine Deus noſter , poſſedérunt nos dómini abſque te : tantùm in te recordémur nóminis tui. *Iſ.* 26.

Ant. 6. Inclína , Dómine , aurem tuam , & audi : áperi , Dómine , óculos tuos, & vide : Deus noſter , ſalva nos. *Iſ.* 37.

FERIA QUINTA
poſt xv. Decembris.
AD LAUDES.

Ant. 1. *a.* Mitte , Dómine , ſapiéntiam de cœlis ſanctis tuis , & à ſede magnitúdinis tuæ. *Sap.* 9.

Ant. 6. Nunc ſéquimur te , Dómine , in toto corde, & timémus te, & quærimus fáciem tuam : ne confundas nos. *Dan.* 3.

Ant. 7. c. Dómine rex omnípotens , non eſt qui poſſit tuæ reſíſtere voluntáti , ſi decréveris ſalváre Iſraël. *Eſther* 13.

Ant. 3. c. Erue nos in mirabílibus tuis, & da glóriam nómini tuo ; & confundantur qui oſtendunt ſervis tuis mala. *Dan.* 3.

Ant. 2. Cóngrega omnes tribus Jacob ; ut cogn[...] cant quia non eſt D[...] niſi tu , & enarrent m[...] nália tua. *Eccli.* 36.

FERIA SEXT[...]
poſt xv. Decembris.
AD LAUDES.

Ant. 4. A. Emitte Agnum, [...] mine, domina[...] rem terræ , de petra [...] ſerti ad montem filiæ Si[...] *Iſ.* 16.

Ant. 8. c. Non eſt tempore hoc ſacrifici[...] coram te, ut poſſímus i[...] veníre miſericórdiam tua[...] ſed in ánimo contríto, ſpíritu humilitátis ſuſcipi[...] mur. *Dan.* 3.

Ant. 5. a. Si iniquitát[...] noſtræ reſpónderint nobi[...] Dómine ; fac propter n[...] men tuum , quóniam ti[...] peccávimus. *Jerem.* 14.

Ant. 3. c. Dómine, n[...] men tuum invocátum [...] ſuper nos ; ne derelinqu[...] nos. *Jerem.* 14.

Ant. 7. *d.* Cùm irát[...] fúeris , miſericórdiæ rec[...] dáberis : Deus ab auſt[...] véniet, & Sanctus de mon[...] Pharan. *Habac.* 3.

SABBATO
poſt xv. Decembris.
AD LAUDES.

Ant. 8. *G.* Eleváre , elevár[...] Jeruſalem , q[...] bibiſti de manu Dómi[...] cálicem iræ ejus. *Iſ.* 51.

Ant. 5. a. Ecce tuli manu tua cálicem ſop[...] ris , fundum cálicis ind[...] natiónis meæ : non ad[...]

c[...]

bibas illum ultrà.

, 2. Noli timére, on confundéris; quia ábitur tuî; qui fecit 54.

. 7. b. Ad punctum dico derelíqui te, & ſeratiónibus magnis egábo te. *Iſ.* 54.

. 4. A. Miſericórdia non recédet à te, & pacis meæ non mo- ur. *Iſ.* 54.

XXIV. DECEMBRIS.

I VIGILIA
'ALIS DOMINI.

venerit in Dominica, umſit hoc modo:

OFFICIUM NOCT.

'it. de Vigilia, ut in- Iymnus, Inſtantis ad- im. *ut ſuprà,* 178. *.Pſalmi.*℣℣.&℟℟℟. *uprà, in Dominicis ntûs.*

I. & II. Noct. Lectio- e Dominicâ IV. Ad- ls.

II. Nocturno, ℣. Pro- *. ut infrà. Lectiones omilia Vigiliæ, divi- us factis ad ** Aſte- ; & nihil legitur de lia Dóminicæ.*

vij. Quod in María. Glória Patri. ℟. *viij.* psâ horâ. ℟. *ix.* Sanc- *. cum* Glória Patri. *, ut in Vigilia. Et re- ir.* ℟. Sanctífica. *uſ- d* ℣. *excluſivè.*

n dicitur Te Deum.

℣. *Sacerd-* Deus. *infrà* 243. *Reliqua de Vigilia, ſine Commem. Dominicæ.*

Ad LAUDES & HORAS, Pſ. de Dominica, omiſſo tamen ad Primam Symbolo Quicumque. *Ant. Capit. &* ℟℟℟. *brev. cum Verſic. ut infrà.*]

¶ *Si autem Vigilia iſta venerit in Feriis, Officium fit ut ſequitur.*

AD OFFICIUM NOCT.
Simplex.

Invit. Dóminus propè eſt: * Veníte, adorémus. *Philip.* 4. *Pſ.* 94. Veníte. 2.

Hymnus, Inſtantis. 178.

Antiph. è Feriis Adventûs & Pſalmi de Feria.

℣. Propè es tu, Dómine; ℟. Et omnes viæ tuæ véritas. *Pſ.* 118.

De Iſaía Prophéta.
Lectio j. Cap. 63.

ATtende de cœlo, & vide de habitáculo ſancto tuo, & glóriæ tuæ: ubi eſt zelus tuus, & fortitúdo tua, multitúdo víſcerum tuórum, & miſeratiónum tuárum? Super me continuérunt ſe. Tu enim pater noſter, & Abraham neſcívit nos, & Iſraël ignorávit nos: tu, Dómine, pater noſter, redemptor noſter, à ſéculo nomen tuum. Quarè erráre nos feciſti, Dómine, de viis tuis: induraſti cor noſtrum, ne timerémus te? Convértere propter ſervos tuos, tribus hære-

℟. Hâc ipsâ horâ quæ nunc eſt, * Cras mittam ducem ſuper pópulum meum, & ſalvábit pópulum meum; venit enim clamor eórum ad me. ℣. Dedit Deus palàm fácere ſervis ſuis quæ oportet fieri citò: * Cras mittam. 1. *Reg.* 9. *Apoc.* 1.

Lectio ij. Cap. 64.

ET nunc, Dómine, pater noſter es tu, nos verò lutum: & fictor noſter tu, & ópera mánuum tuárum omnes nos. Ne iraſcáris, Dómine, ſatis, & ne ultrà memíneris iniquitátis noſtræ: ecce réſpice, pópulus tuus omnes nos. Cívitas Sancti tui facta eſt deſerta, Sion deſerta facta eſt, Jerúſalem deſoláta eſt. Domus ſanctificatiónis noſtræ & glóriæ noſtræ, ubi laudavérunt te patres noſtri, facta eſt in exuſtiónem ignis, &

cundùm Matthæ

Lectio iij. C

CUm eſſet deſ
mater Jeſu Ma
ſeph, ántequàm c
rent, inventa eſt i
habens de Spíritu
Et réliqua.

Homília ſancti Hie
Presbyteri.

Lib. 1. *Comment. in Matth.*

QUærat díligens
& dicat: Cùm
non ſit pater Dóm
vatóris, quid per
Dóminum generati
do deductus uſque
ſeph? Cui reſpond
primùm, non eſſe
túdinis Scripturáru
mulíerum in gene
bus ordo texátur;
ex una tribu fuiſſe
& Maríam: undè
eam accípere cogeb
propinquam; & q
mul cenſentur in

autem vir ejus, cùm eſſet juſtus, & nollet eam tradúcere, vóluit occultè dimíttere eam. Si quis fornicáriæ conjúngitur, unum corpus efficitur. Et in lege præceptum eſt, non ſolùm reos, ſed & cónſcios críminum obnóxios eſſe peccáti: quómodò Joſeph, cùm crimen celet uxóris, juſtus ſcríbitur? Sed hoc teſtimónium Mariæ eſt, quòd Joſeph ſciens illíus caſtitátem, & admírans quod evénerat celat ſiléntio cujus myſtérium neſciébat. [**] Joſeph fili David, noli timére accípere Maríam cónjugem tuam. Jam & ſuprà díximus ſponſas uxóres appellári, quod pléniùs liber adversùs Helvídium docet; & blandientis affectu, ei per ſómnium Angelus lóquitur, ut juſtítiam ſiléntii comprobáret. Simulque notandum quòd Joſeph fílius eſſe dícitur David, ut María quoque de ſtirpe David monſtrarétur. Et vocábis nomen ejus Jeſum. Jeſus Hebráico ſermónes Salvátor dícitur. Etymológiam ergò nóminis ejus Evangeliſta ſignávit, dicens: Vocábis nomen ejus Jeſum; quia ipſe ſalvum fáciet pópulum ſuum.

℟. Quod in María natum eſt, de Spíritu ſancto eſt: páriet autem Fílium, & vocábis nomen ejus Jeſum; * Ipſe enim † Salvum fáciet pópulum ſuum à peccátis eórum.

℣. Júbila, fília Jerúſalem: ecce Rex tuus véniet tibi juſtus & Salvátor. * Ipſe. [*Cùm Officium ſit in Feriis*, Glória. † Salvum.] *Matth.* 1. *Zach.* 9.

℣. *Sacerd.* Deus illúminet vultum ſuum ſuper nos, ℟. Et miſereátur noſtrî. *Pſ.* 66.

AD LAUDES.

Semiduplex.

Pſalmi de Feria; & ſic ad alias Horas.

Ant. 1. g. Confidenter ſtate, & vidébitis auxílium Dómini ſuper vos, ô Juda & Jerúſalem. 2. *Paral.* 20.

Ant. 8. c. Véſperè ſciétis quòd Dóminus edúxerit vos; & manè vidébitis glóriam Dómini. *Exod.* 16.

Ant. 6. Nolíte timére, nec paveátis; cras egrediémini, & Dóminus erit vobiſcum. 2. *Paral.* 20.

Canticum de Adventu.

Ant. 7. c. Cánticum erit vóbis ſicut nox ſanctificátæ ſolemnitátis, & lætítia cordis. *Iſ.* 30.

Ant. 5. a. Sanctificámini: cras enim fáciet Dóminus inter vos mirabília. In hoc ſciétis quòd Dóminus Deus vivens in médio veſtrî eſt. *Joſ.* 3.

CAPITULUM. *Oſ.* 6.

Sciémus, ſequemurque ut cognoſcámus Dómi-

num : quaſi dilúculum præparátus eſt egreſſus ejus, & véniet quaſi imber nobis temporáneus & ſerótinus terræ.

Hymnus, Jordánis. ℣. Tu exurgens. 180.

Ad Benedictus.

Ant. 8. *G.* Chriſti generátio ſic erat : Cùm eſſet deſponsáta mater Jeſu María Joſeph, ántequàm convenírent, inventa eſt in útero habens de Spíritu ſancto. *Matth.* 1.

Oratio.

DEus, qui nos redemptiónis noſtræ ánnuâ expectatióne lætíficas : præſta, ut Unigénitum tuum, quem redemptórem læti ſuſcípimus, veniéntem quoque júdicem ſecúri videámus Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum : Qui tecum vivit.

AD HORAS.

Duplex-minus.

AD PRIMAM.

Ant. 1. g. Confidenter.

In ℟. *br.* ℣. Qui ventúrus es * in mundum.

AD TERTIAM.

Ant. 8. c. Véſperè.

CAPITULUM. *Amos* 4.

PRæparáre in occurſum Dei tui, Iſraël ; quia ecce formans montes, & creans ventum, & annúntians hómini elóquium ſuum.

℟. *br.* Veni, Dómine, * Ut ſalvos fácias nos. Veni.

℣. Oſtende * fác

* Ut. Glória.

79.

℣. Quæ eſt

mea ? ℟. Nonnè

Pſ. 38.

AD SEX

Ant. 6. Nolíte

CAPITULUM.

DIcit Deus :

inhabitábo

inambulábo inte

illórum Deus, &

mihi pópulus.

℟. *br.* Exurge

Deus, * Exalté

tua. Exurge. ℣.

cáris * páuperum

tétur. Glória Pat

Pſ. 9.

℣. Citò antíc

miſericórdiæ tuæ

páuperes facti ſu

Pſ. 78.

AD NON

Ant. 5. a. Sanct

CAPITULUM.

STabit, & paſ

titúdine Dóm

blimitáte nómin

Dei ſui : & conv

quia nunc mag

uſque ad termin

erit iſte pax.

℟. *br.* Exulte

tentur * Qui qu

Dómine. Exulte

dicant ſemper : *

cétur Dóminus. *

ria Patri. Exulte

℣. Dóminus vir

pulo ſuo dabit :

nus benedícet p

in pace. *Pſ.* 28.

DIE XXV. DECEMBRIS.

IN NATALI DOMINI.

ANNUALE.

IN I. VESPERIS.

Pſalmi de Feria.

Ant. 1. *D.* LEváte cápita veſtra; quóniam appropinquat redémptio veſtra. *Luc.* 21.

Ant. 2. Antíqua ne intueámini; ecce ego fácio nova, & nunc oriéntur. *Iſ.* 43.

Ant. 6. Nolíte timére: ſtate & vidéte magnália Dómini quæ factúrus eſt hódiè. *Exod.* 14.

Ant. 5. C. Póſuit David púero ſuo excitáre regem ex ipſo fortíſſimum, & in throno honóris ſedentem in ſempitérnum. *Eccli.* 24.

Ant. 7. a. Erípiet vos de manu inimicórum: redúcet autem vos cum gáudio & jucunditáte in ſempitérnum. *Baruch* 4.

CAPITULUM. *Agg.* 2.

HÆc dicit Dóminus exercítuum: Adhuc unum módicum eſt, & ego commovébo cœlum & terram, & mare & áridam: & movébo omnes gentes: & véniet deſiderátus cunctis géntibus.

℟. Ecce Deus noſter iſte: expectávimus eum, & ſalvábit nos; iſte Dóminus, * Suſtinúimus eum; † Exultábimus & lætábimur in ſalutári ejus. ℣. Gaudéte in Dómino, gaudéte; Dóminus propè eſt: * Suſtinúimus. Glória Patri. † Exultábimus. *Repetit.* ℟. Ecce. *uſque ad* ℣. *Iſ.* 25. *Philipp.* 4.

HYMNUS.

MIſſum Redemptórem polo,
Novumque totus, quà patet,
Adóret orbis Príncipem
Natum Maríâ vírgine.

Rerum Creátor ómnium
Servíle corpus índuit;
Ut carne carnem líberans,
Ne pérderet quos cóndidit.

Quod ante mundi témpora
Verbum Patris prodit ſinu,
Obnóxius nunc témpori
Mortális infans náſcitur.

Fœno cubáre ſúſtinet.
Præſépe non horret Deus,
Et índiget lactis cibo
Cibus perennis Cœlitûm.

Quæ cárdines mundi ro-
tant,
Manus ligantur fáſciis:
Imbellis & plorans jacet,
Ut nos jacentes érigat.
Judex futúrus ſéculi,
Nunc blandus ad cunas vo-
cat;
Amóre tanto, mútui
Amóris expoſcit vices.
Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória
Cum Patre, cumque Spí-
ritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

℣. Expectans expectávi Dóminum, ℟. Et intendit mihi. *Pſ.* 39.

Ad Magníficat.

Ant. J. *duplicanda.* Béthlehem Ephratha, párvulus es in míllibus Juda: ex te mihi egrediétur qui ſit dominátor in Iſraël; & egreſſus ejus ab inítio, à diébus æternitátis. *Mich.* 5.

Oratio.

Concéde, quæſumus, omnípotens Deus, ut nos Unigéniti tui nova per carnem Natívitas líberet, quos ſub peccáti jugo vetuſta ſérvitus tenet; Per eumdem.

AD COMPLETORIUM.

Pſalmi & Capitulum de Feria.

Ant. 1. *f.* Conſurge, fília Sion; lauda in nocte, in princípio vigiliárum, alleluia. *Thren.* 2.

Hymnus, Mundi ſalus. *infrà poſt II. Veſperas.*

Ad Nunc dimit

Ant. 3. a. Egredi
ſplendor Juſtus Si
Salvátor ejus ut lam
cendátur, allelúia.

AD OFFICIUM N

Invit. Chriſtus n
nobis: * Veníte,
mus. *Luc.* 2.

Pſ. 94. Veníte.

HYMNUS

Jam déſinant ſuſp
Audívit ex alto
Cœli pateſcunt; en
Promiſſa pax mortá
Profunda noctis
Cœleſtis abrumpit c
Natumque feſto cán
Annúntiat terris D
Specum ſacrátam
gil
Dum turba paſtórum
Eámus, & caſtis p
Cunis ferámus óſcul
At quale nobis p
Intrántibus ſpectác
Præſépe, fœnum,
Parens inops, infan
Tu-ne ille, Chriſ
lius
Et ſplendor æterni
Illum-ne cerno qui
Orbem pugillo ſúſti
Sic eſt: verend
lates,
Fides penétrat núbi
Agnoſco quem pr
dent,
Tremunt, adórant
Agis magiſtrum
cens:
Ex hac cathédra n
Vitáre quod carni
Caro quod horret

s amóres nútriens,
tumentes ſpíritus,
, noſtris, ô Puer,
liis innáſcere.
ıen.

NOCTURNO.

ı. Quarè fremué-
,
hus Filius Dei, Rex
& in omnes gentes.
8. c. Dóminus dixit
Fílius meus es tu,
diè génui te.
:œli enarrant. *cum*
ıſione, 58.
lus ſol juſtitiæ : lex
'ica commendatur.
8. G. Tanquàm
; Dóminus procé-
: thálamo ſuo.
:ructávit. 152.
us ſponſus Eccleſiæ :
:jus celebratur.
ı. D. Speciòſus
præ fíliis hóminum:
eſt grátia in lábiis

Recordátus eſt miſe-
ſuæ & veritátis
℟. Dómui Iſraël.

r noſter, &c.
lutiones & Benedic-
, *ſuprà poſt Pſalte-*

Iſaía Prophéta.
:o j. Cap. 9.
:imo témpore alle-
'iáta eſt terra Zabú-
on, & terra Néph-
& novíſſimo aggra-
ſt via maris trans
em Galilææ gén-
Pópulus qui ambu-

lábat in ténebris; vidit lucem magnam : habitántibus in regióne umbræ mortis, lux orta eſt eis. Multiplicaſti gentem, non magnificaſti lætítiam. Lætabuntur coram te, ſicut qui lætantur in meſſe, ſicut exultant victóres captâ prædâ, quandò dívidunt ſpólia. Jugum enim óneris ejus, & virgam húmeri ejus, & ſceptrum exactóris ejus ſuperaſti ſicut in die Mádian. Quia omnis violenta prædátio cum tumultu, & veſtimentum miſtum ſánguine erit in combuſtiónem, & cibus ignis. Párvulus enim natus eſt nobis, & Fílius datus eſt nobis; & factus eſt principátus ſuper húmerum ejus: & vocábitur nomen ejus, Admirábilis, Conſiliárius, Deus, Fortis, Pater futúri ſéculi, Princeps pacis. Multiplicábitur ejus impérium, & pacis non erit finis : ſuper ſólium David, & ſuper regnum ejus ſedébit; ut confirmet illud, & corróboret in judício & juſtítia, ámodò & uſque in ſempiternum. Tu autem.

℟. Per víſcera miſericórdiæ Dei noſtri, viſitávit nos Oriens ex alto; * Illumináre his qui in ténebris & in umbra mortis ſedent. ℣. Pópulus qui ambulábat in ténebris, vidit lucem magnam : habitántibus in regióne umbræ,

compléta eſt malítia ejus, dimíſſa eſt iníquitas illíus: ſuſcépit de manu Dómini duplícia pro ómnibus peccátis ſuis. Vox clamantis in deſerto: Paráte viam Dómini, rectas fácite in ſolitúdine ſémitas Dei noſtri. Omnis vallis exaltábitur, & omnis mons & collis humiliábitur; & erunt prava in directa, & áſpera in vias planas. Et revelábitur glória Dómini, & vidébit omnis caro páriter quòd os Dómini locútum eſt. Vox dicentis: Clama. Et dixi; Quid clamábo? Omnis caro fœnum, & omnis glória ejus quaſi flos agri. Exſiccátum eſt fœnum, & cécidit flos, quia Spíritus Dómini ſufflávit in eo. Verè fœnum eſt pópulus: Exſiccátum eſt fœnum, & cécidit flos; verbum au-

jíciet ultrà ut pertr
per te incircumcíſus
mundus. Excútere, d
vere, conſurge, ſede
rúſalem: ſolve víncu
tui, captíva fília
Quia hæc dícit Dó
Gratis venúmdati eſ
ſine argento redim
Quia hæc dícit Dó
Deus: In Ægyptum
cendit pópulus m
princípio, ut colón
ibi; & Aſſur abſque
cauſa calumniátus e
Et nunc quid mi
hic, dicit Dóminus
niam ablátus eſt p
meus gratis? Domin
ejus iníquè agunt,
Dóminus; & júgite
die nomen meum
phemátur. Propter
ſciet pópulus meus n
meum in die illa; q
ipſe qui loquébar

Repetitur ℟. Pro-
uſque ad ℣. *Iſ.* 52.

. *NOCTURNO.*
ȝnus Dóminus, 154.
iæ dotes, *in cujus*
ëricordia Dei ſuſci-

5. C. Suſcépimus,
iiſericórdiam tuam
o templi tui.
eus, judícium. *cum*
ſione, 59.
i regnum, *in cujus*
abundantia pacis
itur.
3. a. Oriétur in dié-
ómini abundántia
k dominábitur.
ı. Benedixiſti, 63.
vitas averſa : veri-
,
7. *d.* Véritas de
:ta eſt, & juſtítia
proſpéxit.
ericórdia & véritas
runt ſibi : ℟. Juſtí-
ıax oſculátæ ſunt.

ancti Leónis Papæ.
t. *de Nat. Domini.*
Lectio iv.
'átor noſter, dilec-
mi, hódiè natus
: gaudeámus. Ne-
n locum fas eſt ibi
ítiæ, ubi natális eſt
ıæ conſumpto mor-
timóre, íngerit no-
romiſſa æternitáte
. Nemo ab hujus
:is participatióne
ur. Una cunctis læ-
mmúnis eſt rátio;

quia Dóminus noſter, peccáti mortiſque deſtructor, ſicut nullum à reátu líberum réperit, ita pro liberandis ómnibus venit. Exultet ſanctus, quia propinquat ad palmam : gáudeat peccátor, quia invitátur ad véniam : animétur Gentílis, quia vocátur ad vitam. Dei namque Fílius ſecundùm plenitúdinem témporis, quàm divíni consílii inſcrutábilis altitúdo diſpóſuit, reconciliándam Auctóri ſuo natúram géneris aſſumpſit humáni; ut inventor mortis diábolus, per ipſam, quam vícerat, vinceré́tur.

℟. Sic Deus diléxit mundum ut Fílium ſuum unigénitum daret; * Ut omnis qui credit in eum, non péreat, ſed hábeat vitam ætérnam. ℣. Egreſſus es in ſalútem pópuli tui, Dómine, in ſalútem cum Chriſto tuo; * Ut. Glória. * Ut. *Joan.* 3. *Habac.* 3.

Lectio v.

IN quo conflictu pro nobis ínitio, magno & mirábili æquitátis jure certátum eſt, dùm omnípotens Dóminus cum ſæviſſimo hoſte, non in ſua majeſtáte, ſed in noſtra congréditur humilitáte, objíciens ei eamdem formam, eamdemque natúram, mortalitátis quidèm noſtræ partícipem, ſed peccáti totíus expertem. Aliénum quippè

ab hac nativitáte eſt, quod de ómnibus légitur : Nemo mundus à ſorde, nec infans cujus eſt uníus diéi vita ſuper terram. Nihil ergò in iſtam ſingulárem nativitátem de carnis concupiſcéntia transívit, nihil de peccáti lege manávit. Virgo régia Davídicæ ſtirpis elígitur, quæ ſacro gravidanda fœtu, divínam humanamque prolem priùs concíperet mente, quàm córpore. Et ne ſuperni ignára consílii ad inuſitátos pavéret effectus, quod in ea operandum erat à Spíritu ſancto, collóquio diſcit angélico : nec damnum credit pudóris, Dei génitrix mox futúra.

℟. Qui ſanctíficat, & qui ſanctificantur, ex uno omnes : * Undè † Débuit per ómnia frátribus ſimilári, ut miſéricors fieret, ut repropitiáret delicta pópuli. ℣. Deus in terris viſus eſt, & cum homínibus converſátus eſt : * Undè. Glória Patri. † Débuit. *Hebr.* 2. *Baruch* 3.

Lectio vj.

AGámus ergò, dilectíſſimi, grátias Deo Patri, per Fílium ejus in Spíritu ſancto : qui propter multam miſericórdiam ſuam, quâ diléxit nos, miſertus eſt noſtrî : & cùm eſſémus mórtui peccátis, convivificávit nos Chriſto ; ut eſſémus in ipſo nova creatúra novumque figmentum. Deponámus ergò véterem hóminem cum áctibus ſuis. & adepti participatiónem generatiónis Chriſti, carnis renuntiémus opéribus. Agnoſce, ô Chriſtiáne, dignitátem tuam ; & divínæ conſors factus natúræ, noli in véterem vilitátem degéneri converſatióne redíre. Meménto, cujus cápitis & cujus córporis ſis membrum. Reminíſcere, quia érutus de poteſtáte tenebrárum, tranſlátus es in Dei lumen & regnum.

℟. Deus ipſe prior diléxit nos, & miſit Fílium ſuum propitiatiónem pro peccátis noſtris ; * Et nos cognóvimus, & credídimus caritáti quam habet Deus in nobis. ℣. Dixit Dóminus : Pópulus meus eſt, & factus eſt eis ſalvátor ; in dilectióne ſua ipſe redémit eos :* Et nos. Glória Patri. * Et nos. *Repetitur.* ℟. Deus. *uſque ad* ℣. 1. *Joan.* 4. *Iſ.* 62.

IN III. NOCTURNO.

Pſ. Cantáte . . . . omnis terra 49.

In Deo lætandum ob Chriſti adventum.

Ant. 4. A. Lætentur cœli, & exultet terra à fácie Dómini, quóniam venit.

Pſ. Dóminus regnávit.... lætentur. 64.

Chriſtus mundum ingreditur : lux oritur juſto.

. Lux orta eſt juſ-
ctis corde lætítia ,

ıntáte Dómino . . .
.
laudandus ob Sal-
ıdventum.
i. Notum fecit Dó-
ılutáre ſuum , alle-

ıus rex noſter ante
℟. Operátus eſt
in médio terræ. Pſ.

noſter , &c.
ſancti Evangélii
ıdùm Lucam.
·vij. Cap. 2.
ɔ témpore ; Exiit
ım à Cæſare Auguſ-
deſcriberétur uni-
rbis. Et réliqua.
ia ſancti Gregórii
Papæ.
il. 8. in Evang.
Uia , largiente Dó-
mino , Miſſárum ſo-
lémnia ter hódiè
celebratúri ſumus,
ù de evangélica lec-
on póſſumus. Sed
ıuid vel bréviter dí-
ledemptóris noſtri
as ipſa compellit.
ſt quòd naſcitúro
o mundus deſcríbi-
ſi hoc quod appertè
ítur , quia ille ve-
in carne , qui elec-
ı aſcríberet in æter-
! Quò contrà de ré-
per Prophétam dí-
Deleantur de libro
um , & cum juſtis

non ſcribantur. Qui benè étiam in Béthlehem náſcitur : Béthlehem quippè domus panis interpretátur. Ipſe namque eſt qui ait : Ego ſum panis vivus , qui de cœlo deſcendi. Locus ergò in quo Dóminus náſcitur , domus panis ánteà vocatus eſt ; quia futúrum profectò erat ut ille ibi per matériam carnis apparéret , qui electórum mentes internâ ſatietáte refíceret. Qui non in parentum domo , ſed in via náſcitur ; ut profectò oſténderet quia per humanitátem ſuam quam aſſúmpſerat , quaſi in aliéno noſcebátur.

℟. Impléti ſunt dies Maríæ ut páreret ; * Et pépe-rit fílium ſuum primogénitum , & pannis eum involvit , & reclinávit eum in præſépio. ℣. Audíte , domus David : Ecce virgo páriet fílium. * Et. Glória Patri. * Et. Luc. 2. Iſ. 7.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lectio viij. Cap. 2.

IN illo tempore , Paſtóres loquebantur ad ínvicèm : Tranſeámus uſque Béthlehem , & videámus hoc verbum quod factum eſt, quod Dóminus oſtendit nobis. Et réliqua.

Homília ſancti Ambróſii Epíſcopi.

In Luc. lib. 2. n. 53.

VIdes feſtináre paſtóres ; nemo enim cum

deſídia Chriſtum requírit. Vides paſtóres Angelo credidiſſe; & tu Patri, Fílio, Spirítui ſancto, Angelis, Prophétis, & Apóſtolis crede. Vide quàm ſignátè Scriptúra ſingulórum libret momenta verbórum: Feſtínant, inquit, Verbum vidére. Etenim cùm caro Dómini vidétur, Verbum vidétur, quod eſt Fílius. Non mediócre fídei tibi hoc videátur exemplum, non vilis perſóna paſtórum. Certè quò vílior ad prudéntiam, eò pretióſior ad fidem. Non gymnáſia choris referta ſapientûm, ſed plebem Dóminus ſímplicem requiſívit, quæ phaleráre audíta & fucáre neſcíret. Simplícitas enim quæritur, non ambítio deſiderátur. Nec contemnenda putes quaſi vília verba paſtórum: à paſtóribus étiam María fidem cólligit: à paſtóribus pópulus ad Dei reveréntiam congregátur.

℟. Natus eſt vobis hódiè ſalvátor, qui eſt Chriſtus Dóminus, in civitáte David; & hoc vobis ſignum: * Inveniétis infantem pannis involútum, & póſitum in præſépio. ℣. Nolíte metúere, quia Dóminus Deus veſter in médio veſtrî eſt, ut éruat vos: * Inveniétis infantem pannis. Glória Patri. * Inveniétis. *Luc.* 2. *Deut.* 20.

Léctio ſancti Evan[gelii ſe]cundùm Joann[em.]

Lectio ix. C[ap. 1.]

IN princípio er[at Ver]bum, & Verb[um erat] apud Deum, & D[eus erat] Verbum. Et réliqu[a.]

Homília ſancti Au[guſtini] Epíſcopi.

Ep. ad Honor. 14[0. al.] 120. *C.* 3. &

QUem Fílium I[...] ſerit, fieríque [...] líere volúerit [...] tus ille Deus ſit, q[...] humilitátem pro ſ[...] délium ſuſcípere d[...] fúerit, ut agnoſca[s,] attende Evangéliu[m. In] princípio erat Verb[um, &] Verbum erat apud [Deum,] & Deus erat Verbu[m. Hoc] ergò Deus Verbum [...] per quod facta ſu[nt om]nia, Fílius Dei eſ[t. Ut] eſſet Fílius Dei, [...] fíeret fílius hómini[s, do]naretque nobis qui [eramus] fílii hóminum, fíl[ios Dei] fíeri. Deſcendit er[go,] ut nos aſcenderému[s, et] participátâ natúrâ ſ[ua] hóminum, ad part[icipan]dam étiam ſuam n[aturam] adoptáret fílios hó[minum.] Quapropter cùm d[iceret:] Dedit eis poteſtáte[m filios] Dei fíeri, modum [...] junxiſſet, ne carn[alis in]telligerétur natívita[s, ſub]ſcílicèt eis id præſ[...] qui credunt in [...] ejus, & per grátiam [...] cuntur ſpiritálem [...]

commendávit quaſi hujus viciſſitúdinis ſacramentum. Tamquàm enim miráti tantum bonum non auderémus optáre, ſtatìm ſubjunxit; Et Verbum caro factum eſt, & habitávit in nobis, tanquàm díceret: O hómines, nolíte deſperáre vos fieri poſſe fílios Dei; quia & ipſe Fílius Dei, hoc eſt, Verbum Dei, caro factum eſt, & habitávit in nobis. Réddite vicem: efficímini ſpíritus, & habitáte in illo qui caro factus eſt, & habitávit in nobis. Neque enim jam deſperandum eſt participatióne Verbi fieri poſſe hómines fílios Dei, quandò Fílius Dei participatióne carnis factus eſt fílius hóminis.

℟. Verbum caro factum eſt, & habitávit in nobis: * Et vídimus glóriam ejus; glóriam quaſi Unigéniti à Patre, plenum grátiæ & veritátis. ℣. Cùm nox in ſuo curſu médium iter habéret, omnípotens Sermo tuus, Dómine, de cœlo à regálibus ſédibus proſilívit: * Et vídimus. Glória Patri. * Et vídimus. *Repetitur* ℟. Verbum. *uſque ad* ℣. *Joan.* 1. *Sap.* 18.

Poſt ℟. *dicitur, juxtà morem antiquum, Genealogia Domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundùm Matthæum, ut ſequitur.*

℣. Dóminus vobiſcum, ℟. Et cum ſpíritu tuo.

[*Solus recitans incipit abſolutè:*]

Initium ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

℟. Glória tibi Dómine.

Liber generatiónis Jeſu Chriſti fílii David, fílii Abraham. Abraham génuit Iſaac. Iſaac autem génuit Jacob. Jacob autem génuit Judam & fratres ejus. Judas autem génuit Phares & Zaram de Thamar. Phares autem génuit Eſron. Eſron autem génuit Aram. Aram autem génuit Amínadab. Amínadab autem génuit Naaſſon. Naaſſon autem génuit Salmon. Salmon autem génuit Booz de Rahab. Booz autem génuit Obed ex Ruth. Obed autem génuit Jeſſe. Jeſſe autem génuit David regem. David autem rex génuit Salomónen ex ea quæ fuit Uríæ. Sálomon autem génuit Róboam. Róboam autem génuit Abíam. Abías autem génuit Aſa. Aſa autem génuit Jóſaphat. Jóſaphat autem génuit Joram. Joram autem génuit Ozíam. Ozías autem génuit Jóatham. Joatham autem génuit Achas. Achas autem génuit Ezechíam. Ezechías autem génuit Manaſſen. Manaſſes autem génuit Amon. Amon autem génuit Josíam. Josías autem génuit Jechoníam, & fratres ejus in Traſmigra-

tióne Babylónis. Et poſt Tranſmigratiónem Babylónis: Jechonías génuit Saláthiel. Saláthiel autem génuit Zoróbabel. Zoróbabel autem génuit Abíud. Abíud autem génuit Elíacim. Elíacim autem génuit Azor. Azor autem génuit Sadoc. Sadoc autem génuit Achim. Achim autem génuit Elíud. Elíud autem génuit Eleázar. Eleázar autem génuit Mathan. Mathan autem génuit Jacob. Jacob autem génuit Joſeph virum Maríæ, de qua natus eſt Jeſus, qui vocátur Chriſtus.

Poſteà dicitur Te Deum. *quo finito ſine* ℣. *Sacerd. celebratur Miſſa in galli cantu : & factâ communione Sacerdotis, inchoantur Laudes abſolutè ab impoſitione Antiphonæ* Paſtóres. *ut infrà, Sacerdote interìm juxtà altare remanente.*

AD LAUDES.

Pſalmi de Dominica.

Ant. 4. E. PAſtóres erant vigilantes, & cuſtodientes vigílias noctis ſuper gregem ſuum; & ecce Angelus Dómini ſtetit juxtà illos, allelúia. *Luc.* 2.

Ant. 3. a. Cláritas Dei circumfulſit illos, & timuérunt timóre magno; & dixit illis Angelus: Nolíte timére, allelúia. *Luc.* 2.

Ant. 5. a. Ecce evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit o[mni] pulo; quia natus [est] hódiè Salvátor, Luc. 2.

Ant. 7. d. Fact[a]

CANTICUM. *Iſa*[iæ]

De Salvatoris a[...]

COnfitébor tib[i Dó]mine, quónia[m irátus] es mihi: * conv[ersus est] furor tuus, & co[nsolátus] es me.

Ecce Deus [salvátor] meus: * fiduciálit[er agam,] & non timébo.

Quia fortitúdo [mea, et] laus mea Dómin[us: et] factus eſt mihi in [salútem.]

Hauriétis aquas [in gáu]dio de fóntibus [salvató]ris; * & dicétis in [die illa:] Confitémini Dóm[ino, et] invocáte nomen ej[us.]

Notas fácite in [pópulis] adinventiónes ejus [: me]mentóte quóniam [excél]ſum eſt nomen eju[s.]

Cantáte Dómin[o, quó]niam magníficè fec[it: an]nuntiáte hoc in [univérsa] terra.

Exulta & lauda[, habi]tátio Sion: * quia [magnus] in médio tuî ſanct[us Israel.]

Ant. Facta eſt c[um An]gelo multitúdo mi[litiæ cæ]leſtis laudántium [Deum,] & dicéntium: Gló[ria in al]tíſſimis Deo, & [in terra] pax homínibus b[onæ vo]luntátis, allelúia.

Ant. 8. G. Paſ[tóres lo]quebantur ad [invicem:] Tranſeámus uſqu[e]

& videámus hoc
quod factum eſt,
ninus oſtendit no-
l. *Luc.* 2.
iſtâ Ant. incipit
ad altare Anti-
ſequentem.
Benedictus.
1. D. *duplicanda.*
t paſtóres feſtinan-
invenérunt Ma-
Joſeph, & Infan-
itum in præſépio.
autem, cognové-
verbo quod dictum
s de Púero, alle-
c. 2.
Oratio.
s, qui panem An-
lórum in præſépi
e cibum feciſti fidé-
da nobis, quæſu-
præſenti ſéculo de-
cœléſtium dulcédi-
udiórum; ut in fu-
rdúcas nos ad ſatie-
eternórum præmió-
Per eundem Dómi-

odiè *dicuntur Lau-*
tiam extrà Chorum.
HORAS,
Doxologia.
natus es de Vírgine,
tibi ſit glória,
Patre, cumque Spí-
tu,
piterna ſécula.
men.
lmi de Dominicâ cum
le Laudibus.
Tertiam, Sextam &
m, Oratio Concéde,
rà ad Veſperas, 257.

AD PRIMAM.

Ant. 4. E. Paſtóres.
Non dicitur Symbolum Quicumque.
In ℟. *br.* ℣. Qui natus es * de María Vírgine. *Matth.* 1.

AD TERTIAM.

Ant. 3. a. Cláritas.
Capitulum. *Hebr.* 1.

Cum iterùm introdúcit Deus Primogénitum in orbem terræ, dicit: Et adórent eum omnes Angeli Dei.

℟. *br.* Adoráte eum, * omnes Angeli ejus: * Allelúia, allelúia. Adoráte. ℣. Audívit, * & lætáta eſt Sion: * Allelúia. Glória Patri. Adoráte. *Pſ.* 96.

℣. Jubiláte Deo, omnis terra: ℟. Cantáte, & exultáte, & pſállite. *Pſ.* 97.

AD SEXTAM.

Ant. 5. a. Ecce.
Capitulum. 1. *Tim.* 1.

Fidélis ſermo, & omni acceptióne dignus, quòd Chriſtus Jeſus venit in hunc mundum peccatóres ſalvos fácere.

℟. *br.* In humilitáte noſtra * memor fuit noſtri Dóminus: * Allelúia, allelúia. In humilitáte. ℣. Et redémit nos * ab inimícis noſtris: * Allelúia. Glória. In humilitáte.

℣. Confitémini Dómino, quóniam bonus, ℟. Quóniam in ætérnum miſericórdia ejus. *Pſ.* 135.

AD NONAM.

Ant. 8. G. Paſtóres.

CAPITULUM. *Galat.* 4.

CUM eſſémus párvuli, ſub elementis mundi erámus ſervientes : at ubi venit plenitúdo témporis, miſit Deus Fílium ſuum factum ex mulíere, factum ſub lege ; ut eos qui ſub lege erant, redímeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus.

℟. *br.* Dóminus virtútum * nobiſcum : * Allelúia, allelúia. Dóminus. ℣. Suſceptor noſter * Deus Jacob : * Allelúia. Glória Patri. Dóminus. *Pſ.* 45.

℣. Confiteantur tibi pópuli, Deus : ℟. Terra dedit fructum ſuum. *Pſ.* 66.

AD II. VESPERAS.

Pſ. Dixit Dóminus. 28.

Chriſti divinitas, regnum & ſacerdotium.

Ant. 1. D. TEcum princípium in die virtútis tuæ in ſplendóribus ſanctórum: ex útero ante lucíferum génui te.

Pſ. Confitébor . . . . in concílio, 29.

Laus Deo ob Redemptoris adventum.

Ant. 2. Redemptiónem miſit Dóminus pópulo ſuo; mandávit in æternum teſtamentum ſuum.

Pſ. Beátus vir. 29.

Chriſti laus, quo adveniente, lux oritur.

Ant. 5. C. Exortum eſt in ténebris lumen rectis corde miſéricors, & miſerátor, & juſtus Dóminus.

Pſ. De profundis. 96.

Spes pœnitentis copioſa per Chriſtum redemptio.

Ant. 4. E. Apud Dóminum miſericórdia, & copióſa apud eum redémptio.

Pſ. Memento. *cum ſua diviſione*, 157.

Eccleſiam ſuam elegit Deus, ipſam inhabitaturus per Chriſtum Davidi promiſſum.

Ant. 6. c. De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.

CAPITULUM. 1. *Joan.* 4.

IN hoc appáruit cáritas Dei in nobis, quóniam Fílium ſuum unigénitum miſit Deus in mundum, ut vivámus per eum.

Allelúia, allelúia. ℣. Verbum caro factum eſt, & habitávit in nobis. Allelúia. *Joan.* 1.

HYMNUS.

JEſu, Redemptor ómnium,
Summi Parentis únice,
Qui ſolus ante ſécula
Patri Deo par náſceris.

Tu noſtra pax & glória,
Spes una tu mortálium,
Intende quas tibi preces
De cordis ara fundimus.

Qui córporis noſtri volens
Naſcendo formam ſúſcipis,
Divinitátis nos ſimul
Das eſſe conſortes tuæ.

Ad illud eveƈtos decus
Tuére fratres; dégener
Ne vita fontes príſtinam
In vilitátem déprimat.
Hoc ſanƈta te poſcit dies,
Ortûs dies tui mémor,
Quá lúcido ſurgens thoro
Sol verus orbem víſitas.
Nunc ergò terra, nunc polus,
Vaſtíque traƈtus æquoris,
Qui te dedit feſtis Patrem
Laudáre certant cánticis.
Et nos, perennis ô quibus
Salútis auƈtor náſceris,
Fauſtum triumphâli juvat
Ornáre concentu diem.
Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória
Cum Patre, cumque Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

℣. Hic eſt Deus, Deus noſter in æternum: ℟. Ipſe reget nos in ſécula. *Pſ.* 47.

Ad Magníficat.

Ant. 3. E. *duplicanda.* Fílius Dei venit, & dedit nobis ſenſum, ut cognoſcámus verum Deum; & ſimus in vero Fílio ejus: hic eſt verus Deus, & vita ætérna, allelúia. 1. *Joan.* 5.

Oratio.

Concéde, quæſumus, omnípotens Deus, ut nos Unigéniti tui nova per carnem Natívitas líberet, quos ſub peccáti jugo vetuſta ſervitus tenet; Per eumdem Dóminum.

Pro Commemoratione ſanƈti Stephani. Ant. Mitto ad vos prophétas, & ſapientes: & ex illis occidétis & flagellábitis in ſynagógis veſtris, & perſequémini; ut véniat ſuper vos omnis ſanguis juſtus qui effúſus eſt ſuper terram. *Matth.* 23.

℣. Miſit Deus ante eos virum: ℟. Elóquium Dómini inflammávit eum. *Pſ.* 104.

Oratio.

Da nobis, quæſumus, Dómine, imitári quod cólimus, ut diſcámus & inimícos dilígere, quia ejus natalítia celebrámus, qui novit étiam pro perſecutóribus exoráre Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum; Qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs ſanƈti Deus, per ómnia ſécula ſeculórum.

AD COMPLETORIUM.

Pſalmi & Capitulum de Dominica.

Ant. 2. Ego lux in mundum veni, ut omnis qui credit in me, in ténebris non máneat, allelúia. *Joan.* 12.

HYMNUS.

Mundi ſalus qui náſceris,
Jeſu puer, nos réſpice:
Da móribus caſtis tuam
Referre nos infántiam.
Feſſos diurno dùm levat
Labóre noƈturnus ſopor,

Defende, Paſtor, béſtiis
Tuas ab infeſtis oves.
O Virgo, quæ paris
Deum,
Foveſque lactentem ſinu,
Hunc flecte nobis quâ va-
les,
Benigna Mater, grátiâ.
Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória

Cum Patre, cumq
ritu
In ſempiterna ſécul
Amen.
Ad Nunc dimit
Ant. 1. g. Erat l
quæ illúminat omn
minem venientem i
mundum; & lux in
bris lucet, allelúia.

XXVI. DECEMBRIS.

IN FESTO

CTI STEPHANI,

OTO-MARTYRIS.

OLEMNE-MINUS.

CIUM NOCT.
ſum quem vidit
ſtantem à dex-
* Veníte, ado-
. 7.
Veníte. 2.
MNUS.
uo, dux Mártym,
orónam nómi-

:adúcis flóribus
ınam néctimus.
enta ſánguine
ta fulgent púſ-
!
ro vértici
cárent sídera.
cta fronti vúl-
,
ıcis émicant;
o monſtrat pa-

lit è vultu, ju-

ma Chriſto víc-

endis víctima

Primuſque teſtis æmulo
Deum fatéris fúnere.
Tu primus oſtenſam tibi
Maris rubri ſulcas viam:
Quot te ſequentur Mártyrum
Quibus præis, exércitus!
Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória
Cum Patre, cumque Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

Pſalmi de Feria.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. *D.* Convocantes duódecim multitúdinem diſcipulórum, dixérunt: Non eſt æquum nos derelínquere verbum Dei, & miniſtráre menſis. *Act.* 6.

Ant. 2. Conſiderâte viros ex vobis boni teſtimónii ſeptem, plenos Spíritu ſancto & ſapiéntiâ, quos

conſtituámus ſuper hoc opus. *Act.* 6.

Ant. 3. a. Plácuit ſermo coram omni multitúdine ; & elegérunt Stéphanum. *Act.* 6.

℣. Beátus quem elegiſti & aſſumpſiſti : ℟. Inhabitábit in átriis tuis. *Pſ.* 64.

De Actibus Apoſtolórum.

Lectio j. Cap. 6.

IN diébus illis, creſcente número diſcipulórum, factum eſt murmur Græcórum adversùs Hebræos, eò quòd deſpicerentur in miniſtério quotidiáno víduæ eórum. Convocantes autem duódecim multitúdinem diſcipulórum, dixérunt : Non eſt æquum nos derelínquere verbum Dei, & miniſtráre menſis. Conſideráte ergò, fratres, viros ex vobis boni teſtimónii ſeptem, plenos Spíritu ſancto & ſapiéntiâ, quos conſtituámus ſuper hoc opus. Nos verò oratióni & miniſtério verbi inſtantes érimus. Et plácuit ſermo coram omni multitúdine. Et elegérunt Stéphanum virum plenum fide & Spíritu ſancto, & Philippum, & Próchorum, & Nicánorem, & Timónem, & Pármenam, & Nicoláum ádvenam Antiochénum. Hos ſtatuérunt ante conſpectum Apoſtolórum ; & orantes, impoſuérunt eis manus. Tu autem.

℟. Stéphanum vi
num fide & Spírit
*Statuérunt ante
tum Apoſtolórum :
tes, impoſuérunt e
℣. Locutus eſt Dó
Móyſen, dícens :
Levítas in conſpe
& filiórum ejus,
crábis oblátos
* Statuérunt ante
tum Apoſtolórum.
Num. 8.

Lectio ij.

STéphanus aute
grátiâ & fort
faciébat prodígia
magna in pópulo.
runt autem quida
nagóga, quæ a
Libertinórum, &
ſium, & Alexand
& eórum qui eran
cia & Aſia, di
cum Stéphano : &
terant reſíſtere ſap
Spirítui qui lo
Tunc ſummiſérun
qui dícerent ſe
eum dicentem ve
phémiæ in Móyſ
Deum. Commové
que plebem, &
& ſcribas : & con
rapuérunt eum, &
runt in concílium
tuérunt falſo te
dícerent : Homo
ceſſat loqui verba
locum ſanctum
audívimus enim e
tem : Quóniam J
zarénus hic déſtru
iſtum, & mutá

tiónes quas trádidit nobis Móyſes. Et intuentes eum omnes qui ſedébant in concílio vidérunt fáciem ejus tanquàm fáciem Angeli.

℟. Levítes præpóſitus erat iis quæ ſpontè offerebantur Dómino; * Univerſæque multitúdini fidéliter cibi præbebantur. ℣. Quotquot poſſeſſóres agrórum erant, vendentes afferébant prétia: dividebátur autem ſíngulis proùt cuíque opus erat; * Univerſæque multitúdini fidéliter cibi præbebantur. Glória. 2. *Paral.* 31. *Act.* 4.

Lectio iij. Cap. 7.

CUm autem eſſet plenus Spíritu ſancto, intendens in cœlum, vidit glóriam Dei, & Jeſum ſtantem à dextris Dei, & ait: Ecce vídeo cœlos apertos, & Fílium hóminis ſtantem à dextris Dei. Exclamantes autem voce magnâ, continuérunt aures ſuas, & ímpetum fecérunt unanímiter in eum. Et ejicientes eum extrà civitátem, lapidábant: & teſtes depoſuérunt veſtimenta ſua ſecùs pedes adoleſcentis qui vocabátur Saulus. Et lapidábant Stéphanum invocantem, & dicentem: Dómine Jeſu, ſúſcipe ſpíritum meum. Póſitis autem génibus, clamávit voce magnâ, dicens: Dómine, ne ſtátuas illis hoc peccátum. Et cùm hoc dixiſſet, obdormívit in Dómino.

℟. Qui ſéminat in benedictiónibus, de benedictiónibus & metet, ſicut ſcriptum eſt: * Diſperſit, dedit paupéribus; † Juſtítia ejus manet in ſéculum ſéculi. ℣. Eleemóſynas illíus enarrábit omnis eccléſia ſanctórum. * Diſperſit, dedit paupéribus. Glória Patri. † Juſtítia. 2. *Cor.* 9. *Eccli.* 31.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 8. c. Stéphanus plenus grátiâ & fortitúdine faciébat prodígia & ſigna magna in pópulo. *Act.* 6.

Ant. 5. a. Erat potens in verbis & in opéribus ſuis. *Act.* 7.

Ant. 6. Sapiéntia firmábitur in illo, & non flectétur; & continébit illum, & exaltábit illum apud próximos ſuos. *Eccli.* 15.

℣. Confirmátum eſt cor ejus: ℟. Non commovébitur, donec deſpíciat inimícos ſuos. *Pſ.* 111.

Benedictiones de Sanctis.

Sermo ſancti Fulgéntii Epíſcopi.

Sermo 3. de S. Stephano.

Lectio iv.

HEri celebrávimus temporálem ſempiterni Regis noſtri natálem: hódiè cele-

Angeli exultantes cantavérunt: hódiè Stéphanum lætantes in ſuum conſórtium ſuſcepérunt. Heri Chriſtus pro nobis pannis eſt involútus: hódiè Stéphanus ſtolâ eſt ab eo immortalitátis indútus. Heri præſépis angúſtia Chriſtum portávit infantem: hódiè imménſitas cœli ſuſcépit Stéphanum triumphantem.

℟. Potens in Scriptúris erat, edoctus viam Dómini; & * Fervens ſpíritu loquebátur, & docébat diligenter ea quæ ſunt Jeſu. ℣. Sápiens tanquàm imbres mittet elóquia ſapiéntiæ ſuæ: * Fervens ſpíritu loquebátur. *Act.* 18. *Eccli.* 39.

Lectio v.

NEceſſárium nobis eſt, fratres caríſſimi, agnóſcere quibus armis præcinctus Stéphanus ſævítiam Judæórum pótuit ſuperáre, ut ita meruiſſet felíciter

Procul dúbio, m
régio ſeptus, nulli
ab adverſáriis ſu
quóniam Rex noſ
ſit Altíſſimus, p
húmilis venit, ſe
veníre non pótui
num quippè donati
milítibus áttulit,
non ſolùm copióſè
ſed étiam ad certa
victiſſimè conforti
tulit namque donu
tis, quo perdúcer
nes ad conſórtiu
tis.

℟. Cœpit fiduciál
re in ſynagóga;
menter enim Judæ
cébat públicè, o
per Scriptúras eſ
tum Jeſum. ℣.
quaſi ignis, & ve
ſíus quaſi fácul
bat; * Vehement
Judæos revincébat
Act. 18. *Eccli.* 48.

Lectio vj.

CAritas ergò qu

ſlite. Stépha-
it nóminis ſui
ruiſſet accípe-
m pro armis
per ipſam ubí-
.Per caritátem
ntibus Judæis
per caritátem
o lapidántibus
Per caritátem
antes, ut cor-
per caritátem
ibus orábat,
ur. Caritátis
ſæus vicit Sau-
er ſævientem;
ſbuit in terra
n; in cœlo mé-
conſortem.
érunt quidam
ga diſputantes
ano; * Et non
ſíſtere ſapïén-
uí † Qui loque-
Obſtructum eſt
um iníqua;* Et
a Patri. † Qui
. *Act.* 6. *Pſ.*

'OCTURNO.
). Judæi repléti
, & contradi-
quæ diceban-
emantes. *Act.*

. Summiſérunt
dícerent ſe au-
phanum dicen-
blaſphémiæ in
in Deum. *Act.*

. Commovérunt
& ſenióres, &
k concurrentes

rapuérunt Stéphanum. *Act.* 6.

℣. Lábia dolóſa loquuntur adversùs juſtum iniquitátem, ℟. In ſupérbia & in abuſióne. *Pſ.* 30.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio vij. Cap. 23.

IN illo témpore; Dicébat Jeſus Scribis & Phariſæis: Ecce ego mitto ad vos prophétas, & ſapientes, & ſcribas; & ex illis occidétis. Et réliqua.

Homília ſancti Hierónymi Preſbyteri.

Lib. 4. Comment. in Matth.

HOc quod ánteà dixerámus, Impléte menſúram patrum veſtrórum, ad perſónam Dómini pertinére, eò quòd occidendus eſſet ab eis, poteſt & ad diſcípulos ejus referri, de quibus nunc dicit: Ecce ego mitto ad vos prophétas, & ſapientes, & ſcribas; & ex illis occidétis, & crucifigétis, & flagellábitis in ſynagógis veſtris, & perſequémini de civitáte in civitátem, ut impleátis menſúram patrum veſtrórum. Simulque obſerva, juxtà Apóſtolum ſcribentem ad Corínthios, vária eſſe dona diſcipulórum Chriſti: alios prophétas, qui ventúra prædícant: álios ſapientes, qui nóverint quandò débeant

num in concilium, & * Statuérunt falſos teſtes qui dícerent: Homo iſte non ceſſat loqui verba adverſùs locum ſanctum & legem. ℣. Adductis viris fíliis diáboli, fecérunt eos ſedére contrà eum. * Statuérunt falſos teſtes qui dícerent: Homo iſte non ceſſat loqui verba adverſùs locum ſanctum & legem. *Act.* 6. 3. *Reg.* 21.

Lectio viij.

JErúſalem, Jerúſalem, quæ occídis prophétas, & lápidas eos qui ad te miſſi ſunt. Jerúſalem, non ſaxa & ædifícia civitátis, ſed habitatóres vocat, quam plangit patris affectu, ſicut & in álio loco légimus, quòd videns eam fléverit. In eo autem quod dicit, Quótiès vólui congregáre fílios tuos; omnes retrò prophétas à ſe miſſos eſſe teſtátur Ecce relinquétur vobis domus veſ-

omnes qui ſedébant cílio, * Vidérunt ejus tanquàm fácie geli. ℣. Símilem ill cit Deus in glória rum, & magnificav in timóre inimicórum dérunt fáciem eju quàm. *Act.* 6. *Eccli.*

Lectio ix.

DIco enim vobis me vidébitis ár donec dicátis, Ben qui venit in nómin mini. Ad Jerúſalem tur, & ad pópulu dæórum. Verſículu tem iſtum, quo & atque lactentes in i Jerúſalem Dómini ſ ris uſi ſunt, quandò runt: Benedíctus nit in nómine Dómi ſanna in excelſis; de centéſimo décimo mo Pſalmo, qui ma de adventu Dómini tus eſt. Et quod dici vult intélligi: Niſi

; confiteantur be-
qui venit in nó-
mini, & Chriſti
ɔſcient.
n eſſet Stéphanus
ɔíritu ſancto, in-
in cœlum, vidit
Dei, & ait: * Ecce
elos apertos, &
óminis ſtantem à
Dei. ℣. Ecce in
tis meus, & conſ-
s in excelſis. * Ec-
ria Patri. *Repe-*
Cùm eſſet. *uſque*
ct. 7. *Job* 16.
Te Deum.
cerd. Ad te levávi
ıeos, ℟. Qui há-
cœlis. *Pſ.* 122.
LAUDES.
lmi de Feria.
Go replétus ſum
fortitúdine Spíri-
ıini, judício & vir-
: annúntiem Iſraël
m ſuum. *Mich.* 3.
. a. Suſcitátur fal-
adversùs fáciem
contradícens mihi:
furórem ſuum in
, 16.
7. c. Cómminans
ıfrémuit contrà me
s ſuis: terribílibus
ıe intúitus eſt. *Job*

1. a. Aperti ſunt.
ICUM. *Iſaiæ* 33.
a fidelis Deum vi-

ámbulat in juſtí-
s, * & lóquitur ve-
átem;
rs Hyemalis. *A.* M

Qui obtúrat aures ſuas ne áudiat ſánguinem, * & claudit óculos ſuos ne vídeat malum:
Iſte in excelſis habitábit; * munimenta ſaxórum ſublímitas ejus;
Panis ei datus eſt, * aquæ ejus fidéles ſunt;
Regem in decóre ſuo vidébunt óculi ejus, * cernent terram de longè.
Ant. Aperti ſunt cœli, & vidi viſiónes Dei; & ecce ignis & ſplendor in circúitu ejus. *Ezech.* 1.
Ant. 2. Dicunt: Lapidétur, & aſpíciat óculus noſter; ipſi autem non cognovérunt cogitatiónes Dómini. *Mich.* 4.

CAPITULUM. *Jerem.* 26.

DOminus miſit me, ut prophetárem ad domum iſtam & ad civitátem hanc ómnia verba quæ audiſtis. Nunc ergo bonas fácite vias veſtras & ſtúdia veſtra, & audíte vocem Dómini Dei veſtri.

HYMNUS.

QUid, obſtináta péctora,
Verbo Dei reſíſtitis?
Qui vos Deo plenus docet,
Hunc deſtinátis fúneri!
Omnes in unum ſæviunt,
Saxis gravant truces manus:
Hunc párticeps Saulus necis
Per ómnium dextras petit.
Quid hoc? repentè panditur

Stelláta cœli régia :
Ad déxteram Patris videt
Sublimè ſtantem Fílium.
Non déſeris, dux, míliтem
Quem, Chriſte, ſpectans róboras ;
Stas árbiter certáminis,
Futúrus ipſe præmium.
Deo mori ſub júdice
Pugnantis eſt victória :
Dùm grando ſaxórum pluit,
Nil ſentit affíxus polo.
Mens nempè large vívidæ
Torrente lucis ébria,
Nil córporis memor ſui,
Jam ſe beátis ínſerit.
Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória
Cum Patre, cumque Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

℣. Accípere ánimam meam conſiliáti ſunt : ℟. Ego autem in te ſperávi, Dómine. *Pſ.* 30.

Ad Benedictus.

Ant. 7. G. *duplicanda.* Exclamantes voce magnâ, continuérunt aures ſuas, & ímpetum fecérunt unanímiter in Stéphanum ; & ejicientes eum extrà civitátem, lapidábant invocantem & dicentem : Dómine Jeſu, ſúſcipe ſpíritum meum. *Act.* 7.

Oratio.

DA nobis quæſumus, Dómine, imitári quod cólimus, ut diſcámus & inimícos dilígere ; quia ejus natalítia celebrám novit étiam pro p ribus exorare I noſtrum Jeſum Fílium tuum ; Q vivit & regnat i Spíritûs ſancti D

Deinde fit Com tio de Natali Do ſequitur.

Ant. Egreſſus e tor meus ; & nu dempti ſunt à I revertentur, & v Sion laudantes, *Iſ.* 51.

℣. Ipſe tanqu ſus ℟. Procédens lamo ſuo. *Pſ.* 18.

Oratio.

COncéde, qua omnípotens I nos Unigéniti tui carnem Natívitas quos ſub peccáti tuſta ſérvitus te eumdem Dóminu

A D H O R

Doxologia, Qui de Vírgine, *ut in a lis Domini.*

Pſalmi de Fe

A D P R I M

Ant. 1. f. E

In ℟. *br.* ℣. C es * de María *Matt.* 1.

A D T E R T I

Ant. 3. a. Suſci

CAPITULUM. *E*

DIxit ad me D Domus Iſraël audíre te, quia n díre me ; omnis q

aël attrítâ fronte
duro corde. Ecce
em tuam valentió-
ibus eórum.
, Príncipes * per-
nt me gratís, * Al-
llelúia. Príncipes.
verbis tuis * for-
cor meum, * Al-
Glória Patri. Prín-

lérunt príncipes,
sùm me loqueban-
Servus autem tuus
ítur in juſtificatió-
is. *Pſ.* 118.

SEXTAM.

7. ç. Cómminans

ULUM. *Ezech.* 3.
óminis, ut adaman-
, & ut sílicem dedi
uam: ne tímeas
que métuas à fácie

Dóminus mihi ad-
non timébo quid
ihi homo, * Alle-
llelúia. Dóminus.
minus mihi adjú-
& ego deſpíciam
: meos, * Allelúia.
Dóminus. *Pſ.* 117.
minus à dextris eſt
e commóvear; ℟.
hoc lætátum eſt
m. *Pſ.* 15.

NONAM.

ſt. 2. Dicunt.

ULUM. *Iſaiæ* 50.
eſt qui juſtíficat
quis contradícet
temus ſimul: quis
rsárius meus? ac-
cédat ad me. Ecce Dóminus Deus auxiliátor meus: quis eſt qui condemnet me?

℟. *br.* Ecce Deus * adjuvat me, * Allelúia, allelúia. Ecce. ℣. Et Dóminus * ſuſceptor eſt ánimæ meæ, * Allelúia. Glória Patri. Ecce. *Pſ.* 53.

℣. Dóminus illuminátio mea & ſalus mea; ℟. Quem timébo? *Pſ.* 26.

AD II. VESPERAS.

Antiph. & Pſ. ut ad II. Veſperas de Natali Domini, ſuprà. 256.

CAPITULUM. *Job* 16.

PAſſus ſum abſque iniquitáte manûs meæ, cùm habérem mundas ad Deum preces.

Allelúia, allelúia. ℣. Poſuiſti, Dómine, in cápite ejus corónam de lápide pretióſo. Allelúia. *Pſ.* 20.

HYMNUS.

MIris probat ſeſe modis
Suos in hoſtes cáritas;
Et blándiens & íncrepans,
Amíca ſemper cáritas.

Dùm Saxa corpus ópprimunt,
Ad aſtra mens attóllitur:
O Chriſte, dixit, ſúſcipe,
Quem pono pro te, ſpíritum.

Qui ſtans perorábat ſibi,
Cadens & expírans humi,
Linguâ diſerti sánguinis,
Suis perórat hóſtibus.

Audívit è cœlo Deus
Supréma verba Mártyris;

Dux Saulus, & teſtis necis,
Necis fit ipſe præmium.
Tum blanda mors amábili
Sopóre clauſit lúmina;
Ad lucis æternæ jubar,
Exútus artus, évolat.
Servíre menſis páuperum
Id múneris quondam tui;
Convíva nunc dignus Deo,
Menſis ſupernis áſſides.
Tu nuptiáli ſpléndidus
Tui cruóris púrpurâ,
Ad immoláti tránſvolas
Admiſſus Agni núptias.
Quid non, Deus, ſi réſpicis,
Humána poſſunt péctora?
Cujus triumphum pángimus,
Fac nos & exemplum ſequi.
Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória
Cum Patre, cumque Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

℣. Poſuérunt adversùm me mala pro bonis, ℟. Et ódium pro dilectióne mea. *Pſ.* 108.

Ad Magníficat.

Ant. J. *duplicanda.* Póſitis génibus, clamávit voce magnâ: Dómine, ne ſtátuas illis hoc peccátum. Et cùm hoc dixiſſet, obdormívit in Dómino. *Act.* 7.

Oratio, ut ſuprà ad Laudes.

Fit Commemoratio de ſancto Joanne, Ant. Honorábilis factus es in óculis meis, & glorióſus: ego diléxi te, noli timére. *Iſ.* 43.

℣. Ecce tu, Dómine, veritátem dilexiſti: ℟. Incerta & occulta ſapiéntiæ tuæ manifeſtaſti mihi. *Pſ.* 50.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Poſteà de Natali Domini, Ant. Fílius Dei. ℣. Hic eſt. *Oratio*, Concéde. 257.

AD COMPLETORIUM.

Pſalmi & Capitulum de Dominica.

Ant. 6. Poténtiâ nemo vicit illum, nec ſuperávit illum verbum áliquod. *Eccli.* 48.

Hymnus. Mundi ſalus, ut heri. 257.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 5. a. In vita ſua fecit monſtra, & in morte mirabília operátus eſt. *Eccli.* 48.

DIE XXVII. DECEMBRIS.

In Feſto S. JOANNIS APOSTOLI ET EVANGELISTÆ.

Duplex-majus.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Jeſum in cujus ſinu recúbuit Joannes, * Veníte, adorémus. *Joan.* 13.

Pſ. 94. Veníte. 2.

HYMNUS.

TU, quem præ réliquis
Chriſtus amáverat,
O dulces hóminis delíciæ Dei,

Curárum ſócius, fúneris & comes,
Et teſtis quoque glóriæ.
Fortunáte nimis, cui lícitum fuit
Attrectáre manu Verbum hóminem Deum,
Hunc audíre, óculis cérnere, mútuo
Quin & collóquio frui!
Hæc dos quanta fuit, cùm tibi crédidit
Senſus Chriſtus amans péctoris íntimos,
Quandò monte ſuper totus homo Deus
Seſe númine véſtiit?
Jeſu tu plácido dum récubas ſinu,
Potas plena Deo vívida flúmina;
Illapſu tácito ſe própriùs tuis
Numen ſénſibus ínſerit.
Ex hoc fonte Deum plénius háuſeras;
Corpus deſtítuit mens velut ébria:
Dic, cùm blanda quies lúmina cláuſerit,
Quæ cœléſtia víderis.
O ſacros áditus! ô benè mútui
Hâc ignóta tenùs gáudia péctoris!
Quæ non tela jacit divus amor ſacris
His fornácibus íncubans!
Hinc tu ſemper amans, ſemper amábilis:
Hinc & frontis honos, virgíneus pudor;
Hinc cœleſte jubar, quod ſúperos decet
Toto vértice fúnditur.
Hinc creber répetis, creber idem ſonas;
Quidquid faris, amor, ſic amor ímperat:
Vix ſeſe cápiens æſtuat, & ſuis
Pectus rúmpitur ígnibus.
Sit laus ſumma Patri, ſúmmaque Fílio;
Sit par, ſancte, tibi glória, Spíritus:
Hæc eſt certa fides fóntibus è tuis
Quam divínitùs háuſimus.
Amen.

Pſalmi de Feria.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. g. Vidit Jeſus duos fratres, Jacóbum Zebedæi, & Joannem fratrem ejus in navi cum Zebedæo patre eórum. *Matth.* 4.

Ant. 2. Vidit ipſos componentes rétia in navi: & vocávit illos. *Marc.* 1.

Ant. 8. c. Illi, ſtatìm relictis rétibus & patre, ſecúti ſunt eum. *Matth.* 4.

℟. Dóminus pars hæreditátis meæ, ℟. Et cálicis mei. *Pſ.* 15.

De Iſaía Prophéta.

Lectio j. Cap. 65.

QUæſiérunt me qui antè non interrogábant; invenérunt qui non quæſiérunt me. Dixi, Ecce ego, ecce ego, ad gentem quæ non invocábat nomen meum. Expandi ma-

cant ſuper láteres : qui hábitant in ſepulcris, & in delúbris idolórum dórmiunt : qui cómedunt carnem ſuillam ; & jus profánum in vaſis eórum. Qui dicunt : Recéde à me, non appropinques mihi, quia immundus es ; iſti fumus erunt in furóre meo, ignis ardens totâ die.

℟. Stupor circumdéderat Petrum in captúra píſcium, ſimíliter Jacóbum & Joannem ; * Et relíctis ómnibus, ſecúti ſunt Jeſum. ℣. Ipſi vidérunt ópera Dómini, & mirabília ejus in profundo ; * Et. *Luc.* 5. *Pſ.* 106.

Lectio ij.

ECce ſcriptum eſt coram me : non tacébo, ſed reddam & retríbuam in ſinum eórum iniquitátes veſtras, & iniquitátes patrum veſtrórum ſimul, dicit Dóminus, qui ſacrifica-

℟. Vocábit Jeſus quos vóluit ipſe ; ut eſſent duódecim illo : & * Impóſuit & Joanni nómina B ges, quod eſt, Fili trui. ℣. Dóminus D vos, ſuos vocábit álio : * Impóſuit. *Iſ.* 65.

Lectio iij.

HÆc dicit D Deus : ecce ſe cómedent, & vo riétis ; ecce ſervi bent, & vos ſitiéti ſervi mei lætabunt vos confundémini ; ſervi mei laudábun exultatióne cordis clamábitis præ dol dis, & præ contritió ritûs ululábitis. Et tis nomen veſtrum mentum electis meis terfíciet te Dóminus & ſervos ſuos voca mine álio. In quo

Aſſumpſit Jeſus Pe-
& Jacóbum, &
:m, & aſcendit in
m ut oráret: &
ı eſt, dum oráret,
vultûs ejus áltera;
'idérunt majeſtátem
℣. Póſuit óculum
ùper corda illórum,
:re illis magnália.
a eſt. Glória Patri.
runt. *Luc.* 9. *Eccli.*

I. NOCTURNO.

3. a. Accédunt ad
Jacóbus & Joannes,
:s: Da nobis ut unus
:eram tuam, & álius
ſtram tuam ſedeámus
ia tua. *Marc.* 10.

4. *D.* Reſpondens
dixit; Poteſtis bí-
ílicem quem ego bi-
: ſum? Dicunt ei:
ıus. *Matth.* 20.

5. a. Ait illis: Cá-
quidèm meum bibé-
ſére autem ad déxte-
ıeam vel ſiniſtram,
t meum dare vobis,
ıibus parátum eſt.
. 20.
:álicem ſalutáris ac-
, ℟. Et nomen Dó-
ıvocábo. *Pſ.* 115.
'ictiones de Sanctis.
ro ſancti Hierónymi
byteri, de Scriptóri-
Eccleſiáſticis. *C.* 9.

Lectio iv.

annes Apóſtolus,
ıem Jeſus amávit
úrimùm, fílius Ze-
frater Jacóbi Apóſ-
toli, quem Heródes poſt paſſiónem Dómini decollá-verat, novíſſimus ómnium ſcripſit Evangélium, rogátus ab Aſiæ Epíſcopis, advèrsùs Cerinthum alioſque hæréticos, & máximè tunc Ebionitárum dogma conſurgens, qui áſſerunt Chriſtum ante Maríam non fuiſſe. Undè & compulſus eſt divínam ejus nativitátem edíſcere.

℟. Amantíſſimus Dómini habitábit confidenter in eo: * Quaſi in thálamo totâ die morábitur, & inter húmeros illíus requieſcet. ℣. Erat recumbens unus ex diſcípulis Jeſu in ſinu ejus, quem diligébat Jeſus: * Quaſi. *Deut.* 33. *Joan.* 13.

Lectio v.

Quarto-décimo ígitur anno, ſecundam poſt Nerónem perſecutiónem movente Domitiáno, in Patmos ínſulam relegátus, ſcripſit Apocalypſim, quam interpretátur Juſtínus martyr, & Irenæus. Interfecto autem Domitiáno, & actis ejus ob nímiam crudelitátem à Senátu reſciſſis, ſub Nerva príncipe rédiit Epheſum: ibíque uſque ad Trajánum príncipem perſevérans, totas Aſiæ fundávit rexitque Eccléſias; & confectus ſénio, ſexagéſimo octávo poſt paſſiónem Dómini anno mórtuus, juxtà eamdem urbem ſepultus eſt.

℟. Dixit Jeſus : Unus ex vobis tradet me. Unus ex diſcípulis, quem diligébat Jeſus, * Dicit ei : Dómine, quis eſt ? Reſpondit Jeſus : Ille eſt cui ego intinctum panem porréxero. ℣. Sapiéntia denudábit abſcónſa ſua illi qui illam díligit. * Dicit ei. *Joan.* 13. *Eccli.* 4.

Ex Commentáriis ejuſdem in Epíſtolam ad Gálatas.

Lib. 3. *C.* 6. *Lectio.* vj.

BEátus Joannes Evangeliſta, cùm Epheſi morarétur uſque ad últimam ſenectútem, & vix inter diſcipulórum manus ad Eccléſiam deferrétur, nec poſſet in plura verba vocem contéxere, nihil áliud per ſíngulas ſolébat proferre collectas, niſi hoc : Filíoli, dilígite altérutrum. Tandèm diſcípuli & fratres qui áderant, tædio affecti, quòd éadem ſemper audírent, dixérunt : Magiſter, quarè ſemper hoc lóqueris ? Qui reſpondit dignam Joanne ſenténtiam : Quia præceptum Dómini eſt ; &, ſi ſolum fiat, ſúfficit.

℟. Stabat juxtà crucem Jeſu mater ejus. * Cùm vidiſſet ergò Jeſus matrem, & diſcípulum ſtantem, quem diligébat, † Dicit matri ſuæ : Múlier, ecce fílius tuus ; deindè dicit diſcípulo : Ecce mater tua. ℣. Omni témpore díligit qui amícus eſt, & frater in angúſtiis compı * Cùm vidiſſet. Gl tri. † Dicit. *Joan.* 1 17.

IN III. NOCTU

Ant. 7. *d.* Stetit líttore ; non tamei verunt diſcípuli qı eſt. Dixit diſcípı quem diligébat Jeſ minus eſt. *Joan.* 2:

Ant. 6. Exiit ſer fratres, quia diſcíı non móritur. *Joan*

Ant. 8. *G.* Non ı tro Jeſus, Non n ſed, Sic eum volo donec véniam, qu *Joan.* 21.

℣. Magna eſt glć ℟. In ſalutári tuı mine. *Pſ.* 20.

Léctio ſancti Evan cundùm Joanr

Lectio vij. C

IN illo témpore Jeſus Petro : me. Converſus Pe dit illum diſcípulu diligébat Jeſus, tem. Et réliqua.

Homília ſancti Aı Epíſcopi.

Tract. 124. *in Joı*

DUas vitas ı nitùs præd commendı vit Eccléſia, quı una in fide, álter cie : una in témpı grinatiónis, álterı nitáte manſiónis labóre, áltera in una in via, álteı

ia : una in ópere actió-
s, áltera in mercéde con-
:mplatiónis. Una declínat
malo, & facit bonum :
ltera nullum habet à quo
leclínet malum, & mag-
num habet quo fruátur bo-
num. Una cum hoſte pug-
nat : áltera ſine hoſte reg-
nat. Una fortis eſt in ad-
verſis ; áltera nihil ſentit
adverſi. Una carnáles libí-
dines frænat : áltera ſpiri-
tálibus delectatiónibus va-
cat.

℟. Loquéntibus Petro & Joanne ad pópulum, ſupervenérunt ſacerdótes & magiſtrátus templi, dolentes quòd annuntiárent in Jeſu reſurrectiónem ; & * Poſuérunt eos in cuſtódiam. ℣. Inclúſos cuſtodiébant, per quos incipiébat incorruptum legis lumen ſæculo dari. * Poſuérunt. *Act.* 4. *Sap.* 18.

Lectio viij.

Ergò una bona eſt, ſed adhuc míſera : áltera mélior, & beáta. Iſta ſignificáta eſt per Apóſtolum Petrum, illa per Joannem. Tota hìc ágitur iſta uſque in hujus ſéculi finem ; & illìc ínvenit finem : differtur illa complenda poſt hujus ſéculi finem, ſed in futúro ſéculo non habet finem. Ideò dícitur huic, Séquere me : de illo autem, Sic eum volo manére donec véniam. Quid enim eſt hoc, niſi, Tu me ſéquere per imitatiónem perferendi temporália mala, ille máneat donéc ſempiterna vénio redditúrus bona ? Quod apértiùs ita dici poteſt : Perfecta me ſequátur áctio, informáta meæ paſſiónis exemplo : inchoáta verò contemplátio máneat donec vénio, perficienda cum vénero.

℟. Videntes Petri conſtántiam & Joannis, comperto quòd hómines eſſent ſine lítteris & idiótæ, * Admirabantur, & nihil póterant contradícere. ℣. Dixit Dóminus : Ecce ego addam ut admiratiónem fáciam pópulo huic miráculo grandi ; períbit enim ſapiéntia à ſapiéntibus ejus. * Admirabantur. *Act.* 4. *Iſ.* 29.

n. 7. *Lectio ix.*

Nemo tamen iſtos inſignes Apóſtolos ſéparet. Et in eo quod ſignificábat Petrus, ambo erant ; & in eo quod ſignificábat Joannes, ambo futúri erant. Omnibus ſanctis, ad Chriſti corpus inſeparabíliter pertinéntibus, propter hujus vitæ procelloſíſſimæ gubernáculum, ad ligánda & ſolvenda peccáta, claves regni cœlórum primus Apoſtolórum Petrus accépit : eiſdemque ómnibus ſanctis, propter vitæ illíus ſecretíſſimæ quietíſſimum ſinum, ſuper pectus Chriſti Joannes Evange-

liſta diſcúbuit. Quóniam nec iſte ſolus, ſed univerſa Eccléſia ligat, ſolvitque peccáta; nec ille de Chriſti divinitáte ſublímia, quæ in illo regno fácie ad fáciem contemplanda, nunc autem in ſpéculo atque in ænígmate contuenda ſunt, de fonte Domínici péctoris ſolus bibit: ſed ipſe Dóminus ipſum Evangélium pro ſua cujuſque capacitáte ómnibus ſuis bibendum toto terrárum orbe diffúdit. Sunt qui ſénſerint à Chriſto Joannem proptéreà plùs amátum, quòd neque uxórem dúxerit, & ab ineunte puerítia caſtíſſimus víxerit. Id quoque multùm ádjuvat congruéntiam hujuſce ſenténtiæ, quòd illa vita per eum ſignificáta eſt, ubi non erunt núptiæ.

℟. Denuntiavérunt ne omnínò docérent in nómine Jeſu; Petrus verò & Joannes dixérunt ad eos: * Non póſſumus quæ vídimus & audívimus non loqui. ℣. Sacramentum regis abſcondere bonum eſt; ópera autem Dei reveláre & confitéri honoríficum eſt: * Non póſſumus. Glória. * Non póſſumus. *Act.* 4. *Tob.* 12.

Te Deum.

℣. *Sacer.* Annuntiáte inter gentes glóriam Dómini, ℟. In ómnibus pópulis mirabília ejus. *Pſ.* 95.

AD LAUDES.

Pſalmi de Feria.

Ant. 2. Ego Joannes párticeps in tribulatióne & regno, & patiéntiâ in Chriſto Jeſu, fui in inſula Patmos propter verbum Dei & teſtimónium Jeſu. *Apoc.* 1.

Ant. 5. a. Audívi vocem magnam tanquàm tubæ dicentis: Quod vides, ſcribe in libro; & mitte ſeptem Eccléſiis. *Apoc.* 1.

Ant. 7. a. Dixit mihi Angelus: Oportet te iterùm prophetáre géntibus, & pópulis, & linguis, & régibus multis. *Apoc.* 10.

Ant. 1. a. Deus.

CANTICUM. *Iſaiæ* 52.

Laudantur Prædicatores Evangelicæ pacis.

Quàm pulchri ſuper montes * pedes annuntiantis & prædicantis pacem:

Annuntiantis bonum, prædicantis ſalútem: * dicentis Sion: Regnábit Deus tuus!

Vox ſpeculatórum tuórum; * levavérunt vocem, ſimul laudábunt:

Quia óculo ad óculum vidébunt, * cùm convérterit Dóminus Sion.

Gaudéte & laudáte ſimul, deſerta Jerúſalem; * quia conſolátus eſt Dóminus pópulum ſuum, redémit Jerúſalem.

Parávit Dóminus bráchium ſanctum ſuum in

)mnium géntium : *
:bunt omnes fines
ılutáre Dei noſtri.
Deus ſpirítuum Pro-
ım miſit Angelum
oſténdere ſervis ſuis
portet fíeri citò.
22.
6. Beátus qui cuſ-
ɛrba prophetíæ libri
& ego Joannes au-
vidi. *Apoc.* 22.

ULUM. *Apocal.* 14.

i álterum Angelum
lantem per médium
habentem Evangé-
ternum, ut evange-
ſedéntibus ſuper ter-
k ſuper omnem gen-
& tribum, & lin-
, & pópulum, di-
ıce magnâ : Timéte
ıum, & date ılli ho-
.

HYMNUS.

em nox, quem téne-
ıræ, dénſaque núbila
umfúſa tegunt lú-
ine ſpléndidum,
elles óculos terríficis
eus
ulgóribus óbruat.
ſte Deo, quàm tibi
áriùs,
ı tu vivis adhuc, ſe
:dit áſpici !
ſecréta Dei, mentis
íntimæ
áris penetrália.
ɛnnis áquilæ, raptus
æthera
um mente petis, ſí-
ɛra tranſvolas;
Nil obſtant rútili fúlgura
lúminis,
Nudo Númine páſceris.
Æterno génitum de Patre
Fílium,
Demptâ nube, vides,
éque Deo Deum
Deſcendiſſe ſacros de pá-
trio ſinu
Caſtæ Vírginis in ſinus.
In nos hoc pótuit tantus
amor Dei !
Terris ipſe ſui núminis
ímmemor,
Nobis factus homo ſe
facit éxulem,
Ut cœlo trahat éxules.
Per te ſacra patent ábdita
vátibus :
Quæ lux in ténebris fúl-
geat, índicas :
A quo vita fluit, princí-
pium petis,
Et primórdia lúminis.
Patri máxima laus, máxi-
ma Fílio,
Amborumque ſacro má-
xima Flámini :
Hæc eſt certa fides; fón-
tibus è tuis
Quam divínitùs háuſi-
mus. Amen.

℣. Introíbo in poténtias Dómini, ℟. Uſque in altíſſima quæ feciſti magnália. *Pſ.* 70.

Ad Benedictus.

Ant. 8. G. Quod audívimus, quod vidímus, quod manus noſtræ contrectavérunt de verbo vitæ, annuntiámus vobis, ut & vos ſocietátem habeátis nobiſcum. 1. *Joan.* 1.

Oratio.

ECcléſiam tuam, Dómine, benignus illuſtra; ut beáti Joannis Apoſtóli tui & Evangeliſtæ illumináta doctrínis, ad dona pervéniat ſempiterna; Per Dóminum.

Commem. de Natali Domini, Egreſſus, &c. *ſuprà*, ℣. Ipſe tanquàm, &c. *Oratio*, Concéde, quæſumus, &c. *ſuprà*, 266.

AD HORAS.

Doxologia. Qui natus es de Vírgine, *ut in die Natalis Domini.*

Pſalmi de Feria.

AD PRIMAM.

Ant. 2. Ego Joannes.

In ℟. *br.* ℣. Qui natus es * de María vírgine. *Matth.* 1.

AD TERTIAM.

Ant. 5. a. Audívi.

CAPITULUM. *Apocal.* 1.

POſuit déxteram ſuam ſuper me, dicens: Noli timére, ego ſum primus & noviſſimus & vivus, & fui mórtuus, & ecce ſum vivens in ſécula ſeculórum; & hábeo claves mortis & inferni. Scribe ergò quæ vidiſti, & quæ ſunt, & quæ oportet fíeri poſt hæc.

℟. *br.* Lingua mea * cálamus ſcribæ, * Allelúia, allelúia. Lingua. ℣. Velóciter * ſcribentis, * Allelúia. Glória. Lingua. *Pſ.* 44.

℣. In generatiónem & generatiónem, ℟. Annuntiábo veritátem tuam. *Pſ.* 88.

AD SEXTAM.

Ant. 7. a. Dixit mihi Angelus.

CAPITULUM. *Apocal.* 19.

CEcidi ante pedes Angeli, ut adorárem eum. Et dicit mihi: Vide ne féceris; conſervus tuus ſum, & fratrum tuórum habéntium teſtimónium Jeſu. Deum adóra.

℟. *br.* In conſpectu Angelórum * adorábo, * Allelúia, allelúia. In conſpectu. ℣. Et confitébor nómini tuo * ſuper miſericórdia tua, * Allelúia. Glória. In conſpectu. *Pſ.* 137.

℣. Ecce, Dómine, tu cognoviſti ómnia, ℟. Noviſſima & antíqua. *Pſ.* 138.

AD NONAM.

Ant. 6. Beátus.

CAPITULUM. *Apocal.* 1.

BEátus qui legit & audit verba prophetíæ hujus, & ſervat ea quæ in ea ſcripta ſunt; tempus enim propè eſt.

℟. *br.* Mirabília * teſtimónia tua, Dómine, * Allelúia, allelúia. Mirabília. ℣. Ideò ſcrutáta eſt ea * ánima mea, * Allelúia. Glória. Mirabília. *Pſ.* 118.

℣. Servus tuus cuſtódit ea: ℟. In cuſtodiendis illis retribútio multa. *Pſ.* 18.

VESPERAS.
ionæ & Pſalmi ut
i Domini, 256.
'ULUM. *Apoc.* 1.
Jeſu Chriſto Deus
im fácere ſervis
oportet fieri citò:
cávit mittens per
i ſuum ſervo ſuo
qui teſtimónium
t verbo Dei, &
ium Jeſu Chriſti,
que vidit.
YMNUS.
i ritè canat te mo-
ò vírginem,
iptis célebrem di-
Apóſtolum,
: verídicis te quo-
Vátibus,
i te cano Márty-
,
is eras fúneris, &
es,
:um Dómino fixus
cruci;
antùm lícuit tunc
mútuis
ıdére dolóribus.
funéreâ Chriſtus
rbore,
tri míseræ jam ſine
,
i ſubſtítuit. Cré-
Vírginem
par eſt tibi vír-
!
óſito quid pretió-
?
vera Dei jam tua
ur,
jure pari dícere;
tui
m répara Dei.

Chriſtus vocis egens, te
moriéntibus,
Quà fas eſt, óculis diſ-
cípulum docet;
Ex illa cáthedra quam
cruor ímbuit,
Terris prædicat ómni-
bus.
Chriſti fide comes, páſſi-
bus æmulis,
Quò te dixit amor, te
líceat ſequi:
Ingens ille mihi ſit fa-
vor, & pati
Cum Chriſto, ſimul &
mori.
Sit laus ſumma Patri, ſúm-
maque Fílio;
Sit par, ſancte, tibi gló-
ria, Spíritus:
Hæc eſt certa fides, fón-
tibus è tuis
Quam divínitùs háuſi-
mus. Amen.

℣. Teſtimónia tua, Dó-
mine, ℟. Credibília facta
ſunt nimìs. *Pſ.* 92.

Ad Magníficat.

Ant. 4. *D.* Quem diligé-
bat Jeſus, qui & recúbuit
in cœna ſuper pectus ejus;
hic eſt diſcípulus ille qui
teſtimónium pérhibet de
his, & ſcripſit hæc: &
ſcimus quia verum eſt teſti-
mónium ejus. *Joan.* 21.

Oratio, ut ſuprà ad
Laudes, 276.

Fit Commem. de SS. In-
nocentibus, *Ant.* Contem-
pláimini, & vocáte lamen-
tatríces: aſſúmant ſuper
nos lamentum; quia mors
ingreſſa eſt domos noſtras,

Magis in regiónem ſuam, tranſlatóque Jeſu in Ægyptum ex admonitióne divína, exardeſcit fruſtráta in meditatiónibus ſuis Heródis inſánia. Necári omnes Béthlehem párvulos jubet: & quóniam quem métuat, neſcit infantem, generálem ſævítiam in ſuſpectam ſibi tendit ætátem. Sed quos rex ímpius éximit mundo, Chriſtus ínſerit cœlo.

℟. Rex, efferátis ánimis, juſſit milítibus interfícere, nec párcere. * Fiébant ergò natórum extermínia & parvulórum neces. ℣. Heródes occídit omnes púeros qui erant in Béthlehem & in fínibus ejus, à bimátu & infrà, ſecundùm tempus quod exquiſíerat à Magis. * Fiébant. 2. *Mach.* 5. *Matth.* 2.

In Epiph. 2. *Lectio v.*

fántium quos
occídit, quàm ve
tia quam in ſua
tióne conſuluit.
luiſtis regnum e
pere, cujus ópp
tuiſtis oſténdere.
tuérunt pro eo m
nondùm póterant
Itaque Chriſtus,
ei tempus eſſet a
ráculo, ante uſu
poteſtátem Verb
exerébat; & qua
céret, Sínite pá
díre ad me, t
enim regnum c
novâ glóriâ coro
fantes, & de i
parvulórum prim
ſecrábat; ut diſc
minem hóminum
capácem eſſe fac
quandò étiam ill
riæ eſſet apta ma
℟. Adimplétur
dictum eſt per
prophétam, dicen

ùm innocentûm ;
'atth. 2. 2. Mach. 8.
ɔh. 7. *Lectio vj.*
Chriſtus infán-
ı ; quam primùm
ı ſuſcépit, & cór-
ıat Chriſtus infán-
ıumilitátis magiſ-
nnocéntiæ régu-
ıanſuetúdinis for-
mat Chriſtus in-
, ad quam majó-
igit mores , ad
num redúcit ætá-
s ad ſuum inclínat
n , quos ad reg-
ímat æternum. Ad
s , dilectíſſimi ,
inem parvulórum
m hodiernæ feſti-
ıvítat ; & hanc vo-
ıilitátis formam
à Magis puer Sal-
ſínuat ; qui , ut
bus ſuis quid gló-
et , oſténderet ,
i témpore éditos
conſecrávit ; ut in
m , ubì Chriſtus
géniti , per com-
n ætátis conſor-
t paſſiónis.
c dicit Dóminus :
vox tua à plorá-
culi tui à lácry-
evertentur fílii ad
ſuos. ℣. Agnus
s , & abſterget
ıem lácrymam ab
um : * Reverten-
ia. * Reverten-
n. 31. *Apoc.* 7.
NOCTURNO.
Sínite párvulos
veníre ad me ; tálium eſt enim regnum cœlórum. *Matth.* 19.

Ant. 1. *g.* Hi empti ſunt ex homínibus , primítiæ Deo & Agno ; ſine mácula ſunt ante thronum Dei. *Apoc.* 14.

Ant. 8. *G.* Non inquinavérunt veſtimenta ſua : ambulábunt mecum in albis , quia digni ſunt. *Apoc.* 3.

℣. Novit Dóminus dies immaculatórum ; ℟. Et hæréditas eórum in æternum erit. *Pſ.* 36.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio vij. Cap. 2.

IN illo témpore ; Heródes videns quoniam illúſus eſſet à Magis , irátus eſt valdè : & mittens , occídit omnes púeros qui erant in Béthlehem , & in ómnibus fínibus ejus , à bimátu & infrà , ſecundùm tempus quod exquiſíerat à Magis. Et réliqua.

Homília ſancti Joannis Chryſóſtomi.

Homil. 9. *in Matth.*

HEródem certè non oportúerat iraſci , ſed cómprimi pótiùs ac timére , atque intellígere quòd rem ſtultam conarétur. Sed coercéri nequit ánimus pravâ ſemel voluntáte vitiátus , jamque immedicabíliter ægrótans ; neque cedit , magnis quámlibet à Deo remédiis indultis. Conſídera ígitur

furit natúram : & iram quâ adversùs Magórum illuſiónem fremébat, in parvulos innocentes vertit; tale quiddam in Palæſtína fácere aggreſſus, quale Phárao in Ægypto perpetrârat.

℟. Jeruſalem, lætáberis in fíliis tuis, quóniam * Omnes benedicentur, & congregabuntur ad Dóminum. ℣. Oves meæ non períbunt in æternum, & non rápiet eas quiſquam de manu mea: * Omnes. *Tob.* 13. *Joan.* 10.

Lectio viij.

QUo, Heródes ſæviſſime, colóre ratiónis irátus es, cùm te à Magis illúſum vidéres? Non cognóveras ortum illum eſſe divínum? Non tu príncipes convocáveras Sacerdótum? Non ipſe congregáveras Scribas? Non étiam illi qui à te fúerant convocáti, Prophétam ſe-

túti ómnia próvidè
liter ordinanti? Qu
ſes étiam Magórum
deceptus, quid ho
dicáret innocéntib

℟. Gaudébo in
meo; & * Non
in eo ultrà vox fle
vox clamóris. ℣.
trà non erit, nequ
neque clamor, n
lor. * Non audiétu
Apoc. 21.

Lectio ix.

TUnc adimplé
quod dictum
Jeremíam prophé
centem: Vox in R
díta eſt; plorátus
tus multus: Ra
rans fílios ſuos,
conſolári, quia
Admirábilis conſe
quia enim auditór
nitúdine horróris
rat Evangeliſta,
illam mactatióne
bens, rursùs eum

antè prædíxerit.
turbéris & cón-
ineffábilem pro-
ejus proſpíciens,
per illa quæ ope-
, & per iſta quæ
eri ſinit, perſpí-
nus intuéri.
ıvertam luctum
gáudium; * Et
bor eos, & læti-
ɔlóre ſuo. ℣. Ego
fonte aquæ vitæ
Et. Glória Patri.
ábor. *Jerem.* 31.

e Deum.
d. Senes cum ju-
laudent nomen
℟. Quia exaltá-
ɔmen ejus ſolíus.

L A U D E S.
ni de Feria.
nſurge, Sion, ef-
unde ſicut aquam
ante conſpectum
leva ad eum ma-
ɪro ánima parvu-
ɪrum. *Theren.* 2.
Cùm cogitárent
ɔccídere infantes,
ito, ſuſcepta eſt
ſánitas. *Sap.* 18.
a. Púeri tui tan-
ıi exultavérunt,
ntes te, Dómine,
ſti illos. *Sap.* 19.
E. Victrícem.
C U M. *Sap.* 3.
Martyrum cele-

m ánimæ in ma-
i ſunt, * & non
tanget illos tormentum
mortis.

Viſi ſunt óculis inſipién-
tium mori, * & æſtimáta
eſt afflíctio éxitus illórum.

Et quod à nobis eſt iter,
extermínium; * illi autem
ſunt in pace.

Et ſi coram homínibus
tormenta paſſi ſunt, * ſpes
illórum immortalitáte ple-
na eſt.

In paucis vexáti, in mul-
tis benè diſponentur: *
quóniam Deus tentávit eos
& invénit illos dignos ſe.

Tamquàm aurum in for-
náce probávit illos, &
quaſi holocauſti hóſtiam
accépit illos: * & in tém-
pore erit reſpectus illórum.

Ant. Victrícem manum
tuam laudavérunt páriter;
quóniam Sapiéntia apéruit
os mutórum, & linguas
infántium fecit diſertas.
Sap. 10.

Ant 5. a. Lætítia ſem-
piterna ſuper caput eórum:
gáudium & lætítiam obti-
nébunt; & fúgiet dolor &
gémitus. *Iſ.* 35.

CAPITULUM. *Sap.* 4.

GRátia Dei & miſericór-
dia eſt in ſanctos ejus,
& reſpectus in electos illíus;
condemnat autem juſtus
mórtuus vivos ímpios, &
juventus celériùs conſum-
máta longam vitam injuſti.

H Y M N U S.

MOlles in agnos ceu
lupus
Amens tyrannus irruit,

Et déſtinat promíſcuâ
In ſtrage Chriſtum pérdere.
Cunæ redundant ſángui-
ne ;
Sed in Deum fruſtrà furit :
Unum petit tot mórtibus ,
Mortes tot unus éffugit.
Matres , querélis pár-
cite ;
Quid rapta fletis pígnora ?
Agnum ſalútis óbſidem
Denſo' ſequuntur ágmine.
Qui natus es de Vírgine ,
Jeſu , tibi ſit glória
Cum Patre , cumque Spí-
ritu ,
In ſempiterna ſǽcula.
Amen.

℣. Ex ore infántium & lacténtium , Deus , perfeciſti laudem. ℟. Propter inimícos tuos. *Pſ.* 8.

Ad Benedictus.

Ant. 7. G. Sérviunt Deo die ac nocte in templo ejus : non eſúrient , neque sítient ámpliùs. Agnus qui in médio throni eſt, dedúcet eos ad vitæ fontes aquárum. *Apoc.* 7.

Oratio.

DEus , cujus hodiernâ die præcónium Innocentes Mártyres , non loquendo, ſed moriendo confeſſi ſunt : ómnia in nobis vitiórum mala mortífica ; ut fidem tuam quam lingua noſtra lóquitur , étiam móribus vita fateátur ; Per Dóminum.

Fit Commem. de Natali Domini , per Ant. Egreſſus eſt, &c. ℣. Ipſe tanquàm ſponſus , &c. *Oratio* céde , quæſumus , potens Deus , &c. 266.

AD HORA

Doxologia , Qui es de Vírgine , *ut Natalis Domini.*

Pſalmi de Feri

AD PRIM

Ant. 1. f. Conſurg

In ℟. *br.* ℣. Qu es * de María *Matth.* 1.

AD TERTI

Ant. 2. Cùm cog

CAPITULUM. *Da*

SIcut in holocauſ tum & tauróri ſicut in míllibus a pínguium ; ſic fiat cium noſtrum in co tuo , Dómine.

℟. *br.* Propter t mine , * mortificán die , Allelúia , Propter te. ℣. *A* ſumus * ſicut oves nis , * Allelúia. Gl tri. Propter te.

℣. Salvaſti nos mine , de affligéntil ℟. Et odientes nos diſti. *Pſ.* 41.

AD SEXT

Ant. 3. a. Puér

CAPITULUM. 2. T

DEus nos liber vocávit vocat ſanctâ , non ſecund ra noſtra , ſed ſe propóſitum ſuum tiam.

℟. *br.* Anima n

aſſer erepta eſt * de
o venántium, * Alle-
allelúia. Anima. ℣.
eus contrítus eſt, *
: liberáti ſumus, * Al-
. Glória. Anima.
Benedictus Dóminus,
ui non dedit nos in
ònem déntibus eórum.
13.
D NONAM.
...5. a. Lætítia.
ITULUM. *Sap.* 5.
erpétuum vivent, &
ud Dóminum eſt mer-
rum, & cogitátio il-
apud Altíſſimum:
ccípient regnum de-
& diadéma ſpeciéi
nu Dómini.
br. Edúxit pópulum
* in exultatióne, *
ia, allelúia. Edúxit.
electos ſuos * in læ-
* Allelúia. Glória
Edúxit. *Pſ.* 104.
Exultent & lætentur
te ℟. Omnes quæ-
te, Dómine. *Pſ.*

I. VESPERAS.
*iphonæ & Pſalmi ut
Veſperas diei Nata-
mini*, 256.
TULUM. *Apoc.* 14.
ſunt qui cum mu-
éribus non ſunt coin-
:i; vírgines enim ſunt.
uuntur Agnum quo-
iè íerit.
HYMNUS.
ls prima Chriſti víc-
tima,
immolatórum tener,

Aram ſub ipſam ſímplices
Palma & corónis lúditis.
Quid próficit tantum ne-
fas?
Quid crimen Heródem ju-
vat?
Unus tot inter fúnera
Impúnè Chriſtus tóllitur.
Inter coævi ſánguinis
Fluenta ſolus íntegor
Ferrum quod orbábat nu-
rus,
Partus feſellit Vírginis.
Sic dira regis ímpii
Edicta quondàm fúgerat,
Chriſti figúram præferens
Moſes receptor cívium.
Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre, cumque Spí-
ritu
In ſempiterna ſǽcula.
Amen.
℣. Deus noſter miſeré-
tur: ℟. Cuſtódiens párvu-
los Dóminus. *Pſ.* 114.
Ad Magníficat.
Ant. 5. C. Sérvient Deo
& Agno, & vidébunt fá-
ciem ejus: & nomen ejus in
fróntibus eórum. *Apoc.* 22.
Oratio, Deus, cujus hó-
diernâ. *ut ſuprà ad Lau-
des.*
Deindè (*niſi ſit Sabba-
tum*) *ſit Commem. de Nat.
Domini. Ant.* Fílius Dei
venit, & dedit nobis ſen-
ſum. ℣. Hic eſt Deus,
Deus noſter. *Oratio*, Con-
céde, quæſumus, omní-
potens Deus, ut nos uni-
géniti tui nova per car-
nem, &c. *ſuprà*, 257.

AD COMPLETORIUM.

Pſalmi & Capitulum de Feria. Reliqua ut ſuprà in Natali Domini. 257.

OFFICIUM DOMINICÆ
Intrà Octavam Natális Dómini.

Si Dominica intrà Octavam Natalis Domini inciderit in diem S. Stephani, S. Joannis Evangeliſtæ, vel SS. Innocentium, aut ſi nulla fuerit Dominica intrà dictam Octavam; tunc ejus Officium ponetur die 30. Decembris, & fiet ut ibi notatur.

Si inciderit in diem 29. Dec. de ea fiet Commemoratio ad II. Veſperas SS. Innocentium, per Ant. Tu Dómine. ℣. Tu es, Deus. *& Orationem*, Omnípotens. *ut infrà.*

Si inciderit in diem 30. vel 31. pridie ad VESPERAS, Antiph. & Pſalmi erunt de Natali Domini, ſuprà. 256.

CAPITULUM. *Epheſ.* 1.

PRopóſuit Deus in diſpenſatióne plenitúdinis témporum, inſtauráre ómnia in Chriſto quæ in cœlis, & quæ in terra ſunt in ipſo.

Hymn. Miſſum Redemptórem. 245.

℣. Tu es, Deus, Salvátor meus; ℟. Et te ſuſtínui totâ die. *Pſ.* 24.

Ad Magníficat.

Ant. 1. D. Tu, Dómine, Pater noſter, Redemptor noſter: à ſéculo nomen tuum. *Iſ.* 63.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Non fit alia Commemoratio de Octava Natalis Domini.

Si Sabbatum ſit die 30. Decembris, fit Commemoratio S. Sylveſtri Papæ, & Stæ. Columbæ Virgini & Mart. ut ibidem notatur.

COMPLETORIUM, *ut in die Natalis Domini, ſuprà.* 257.

AD OFFICIUM NOCT.

Invitatorium & Hymnus ut in die Natalis Domini, omiſſo ritu Annuali in toto Officio.

Pſalmi de Dominica.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Deus ex ſémine David, ſecundùm promiſſiónem edúxit Iſraël Salvatórem Jeſum. *Act.* 13.

Ant. 2. In útero habens de Spíritu ſancto, péperit María Fílium ſuum primogénitum. *Matth.* 1.

Ant. 8. G. Ipſe eſt pax noſtra, ſolvens inimicítias in carne ſua, ut reconcíliet Deo. *Epheſ.* 2.

℣. In ſplendóribus Sanctórum, ℟. Ex útero ante lucíferum génui te. *Pſ.* 109.

Tres Lectiones de Scriptura occurente juxtà diem menſis

, *factis diviſio-*
riſcos. **
e I. Nocturno
mini , omiſſo
, *in his & ſe-*

OCTURNO.
. Grátias Deo
inſtulit in reg-
lilectiónis ſuæ ,
émus redemp-
iſſiónem pecca-
oſſ. 1.
. In ipſo cón-
iiverſa ; & ipſe
nes , & ómnia
ſtant : complá-
m reconciliáre
ſum. *Col.* 1.
. Sicut accepiſ-
hriſtum , in ipſo
; quia in ipſo
omnis plenitú-
tis corporáliter.

it te , Deus ,
, óleo lætítiæ ,
onſórtibus tuis.

cti Leónis Papæ.
li Domini 9.
ectio iv.
dit quidèm , di-
iſſimi , multúm-
ſuperéminet hu-
quii facultátem
eris magnitúdo ;
óritur difficultas
ndè adeſt rátio
di ; quia in Chriſ-
ilio Dei non ſo-
vínam eſſéntiam,
n ad humánam
túram , quod dic-
tum eſt per Prophétam : Generatiónem ejus quis enarrábit ? Utramque enim ſubſtántiam in unam conveniſſe perſónam , niſi fides credat , ſermo non éxplicat : & ídeò nunquàm matéria déficit laudis , quia nunquàm ſúfficit cópia laudatóris. Gaudeámus ígitur quòd ad eloquendum tantæ miſericórdiæ ſacramentum ímpares ſumus ; & cùm ſalútis noſtræ altitúdinem prómere non valeámus , ſentiámus nobis bonum eſſe quòd víncimur. Nemo enim ad cognitiónem veritátis magìs propinquat, quàm qui intelligit in rebus divínis , etiamſi multùm profíciat , ſemper ſibi ſupereſſe quod quærat. Nam qui ſe ad id in quod tendit , perveniſſe præſúmit , non quæsíta réperit , ſed in inquiſitióne defécit.

℟. Sic Deus. *in II. Noct. Nat. Domini.* 249.

Lectio v.

NE autem infirmitátis noſtræ perturbémur angúſtiis , evangélicæ nos & prophéticæ ádjuvant voces , quibus ita accéndimur & docémur , ut nobis Nativitátem Dómini , quâ Verbum caro factum eſt , non tàm prætéritam recólere , quàm præſentem videámur inſpícere. Quod enim paſtóribus pro gregum ſuórum cuſtódiâ vigilántibus nuntiávit An-

gelus, étiam noſtrum implévit audítum : & ídeò Domínicis óvibus præſumus, quia verba divínitùs édita cordis aure ſervámus, tanquàm & in hodierna feſtivitáte dicátur : Evangelízo vobis gáudium magnum, quod erit omni pópulo ; quia natus eſt vobis hódiè Salvátor, qui eſt Chriſtus Dóminus, in civitáte David. Cujus prædicatiónis ſummitáti exultátio innumerabílium júngitur Angelórum, ut excelléntius fíeret teſtimónium, cui milítiæ cœleſtis multitúdo concíneret in honórem Dei, unâ benedictióne dicéntium : Glória in excelſis Deo, & in terra pax homínibus bonæ voluntátis. Dei ergò glória eſt ex matre Vírgine Chriſti naſcentis infántia : in terra autem illa pax concéditur, quæ hómines éfficit bonæ voluntátis. Quo enim ſpíritu de intemerátæ matris viſcéribus náſcitur Chriſtus, hoc de ſanctæ Eccléſiæ útero renáſcitur Chriſtiánus, cui vera pax eſt, à Dei voluntáte non dívidi, & in his ſolis quæ Deus díligit, delectári.

℟. Qui ſanctíficat. 250.

Lectio vj.

NAtálem ígitur, dilectíſſimi, diem Dómini celebrantes, qui ex ómnibus præteritórum témporum diébus electus eſt, li-
cèt diſpensátio acti
corporálium, ſicut an
conſílio fúerat præ
ta, transíerit, tótaque
demptóris humílitas in
riam paternæ majeſt
evecta ſit, ut in nó
Jeſu omne genu flect
cœléſtium, terréſtrium
infernórum, & omnis
gua confiteátur quia D
nus Jeſus in glória eſt
Patris : Indeſinenter ta
ipſum partum ſalut
Vírginis adorámus, i
lam Verbi & carnis i
ſolúbilem cópulam no
nùs ſuſcípimus in præ
jacentem, quàm in th
paternæ altitúdinis e
dentem. Dignum eſt
atque convéniens, n
cente Apóſtolo : Si co
timur, & conglorifi
mur, ſint humilitátis
ti compartícipes, qui
futúræ glóriæ cohæ
Honorétur in infánti
Dóminus, nec ad de
referantur injúriam
dia & incrementa c
rea ; quóniam natú
commutábili nec á
áliquid noſtra natúra
mínuit : ſed qui in ſ
túdinem carnis peccá
nátus eſt homínibu
conformis, in unitát
tátis Patri pérmanet
lis : cum quo & S
ſancto vivit & regnat
cula ſeculórum. Amen
autem.

℟. Deus ipſe. 250.

OCTURNO.
eus Filium ſuum
dicentem vobis,
tat ſe unuſquiſ-
uítia ſua. *Act.* 3.
a. Hic eſt lapis
eſt in caput án-
on eſt in álio áli-
Act. 4.
c. Vobis honor
is; non credén-
m factus eſt lapis
s & petra ſcán-
etr. 2.
ómino factum eſt
Et eſt mirábile
noſtris. *Pſ.* 117.
icti Evangélii ſe-
ùm Lucam.
iij. Cap. 2.
témpore; Erat
eſu & mater mi-
per his quæ dice-
e illo. Et bene-
Símeon, & dixit
n matrem ejus:
tus eſt hic in ruí-
n reſurrectiónem
i in Iſraël. Et ré-

venerábilis Bedæ
reſbyteri.
. *Cap.* 2. *L.* 1.
em Salvatóris ap-
at Joſeph, non
d verè juxtà Pho-
pater fúerit ejus,
ad famam Maríæ
idam pater ſit ab
æſtimátus. Neque
ítus Evangeliſta,
de Spíritu ſancto
e & vírginem pe-
arrârit; ſed opi-
niónem vulgi éxprimens, quæ vera hiſtóriæ lex eſt, patrem Joſeph núncupat Chriſti. Quamvis & eo modo pater illíus váleat dici, quo & vir Maríæ rectè intellígitur ſine commixtióne carnis, ipsâ copulatióne conjúgii, multò vidélicet conjúnctiùs, quàm ſi eſſet aliundè adoptátus. Neque enim proptéreà non erat appellandus Joſeph pater Chriſti, quia eum non genúerat, quandóquidem rectè pater eſſet étiam ejus, quem non ex ſua cónjuge procreátum alícubi adoptaſſet.

℟. Erat pater Jeſu & mater mirantes ſuper his quæ dicebantur de illo: * Et benedíxit illis Símeon. ℣. Miráti ſunt in illo, & honoravérunt Deum. * Et. *Luc.* 2. *Eccli.* 11.

Lectio viij.

Ecce pófitus eſt hic in ruínam & in reſurrectiónem multórum in Iſraël, & in ſignum cui contradicétur. Benè in reſurrectiónem, quia lumen eſt, quia glória plebis Iſraël, quia dicit: Ego ſum reſurréctio & vita. Quómodò autem in ruínam? niſi quia & lapis offenſiónis eſt, & petra ſcándali, id eſt, ruínæ, his qui offendunt Verbum, nec credunt. De quibus ipſe dicit: Si non veniſſem & locútus eis fuiſſem, peccá-

tum non habérent : nunc autem excuſatiónem non habent de peccáto ſuo. Qui non in ſeipſo tantùm, ſed in ſuis quoque prædicántibus in ruínam póſitus eſt reſurrectionemque multórum, teſtante Apóſtolo qui ait : Chriſti bonus odor ſumus Deo in his qui ſalvi fiunt, & in his qui péreunt. Qui enim verbum quod audit amando ſéquitur, bono odóre reſúrgit, & ſalvátur. Qui odiendo inſéquitur, eódem ipſo bono odóre córruit, & móritur. Signum autem cui contradicétur, fidem Domínicæ crucis áccipe, de qua Apóſtolo Paulo dicunt Judæi : Nam de ſecta hac notum eſt nobis quòd ubíque ei contradícitur.

℟. Ecce póſitus eſt hic in ruínam & in reſurrectiónem multórum in Iſraël, & in ſignum cui contradicétur ; * Ut revelentur ex multis córdibus cogitatiónes. ℣. Dóminum ſanctificáte : & erit vobis in ſanctificatiónem ; in lápidem autem offenſiónis, in láqueum & in ruínam habitántibus Jerúſalem ; * Ut revelentur ex multis córdibus cogitatiónes. *Luc.* 2. *Iſ.* 8.

Si ſit dies 31. *Decembris, Lectio ix. erit de ſancto Sylveſtro, & de ſancta Columba, infrà,* 198.

Lectio ix.

UT revelentur ex multis córdibus cogitatiónes. Incertum erat quondàm, qui Judæórum grátiam Chriſti, quam ventúram útique nóverant, recípere, qui autem reſpúere mallent. At ejus nativitáte audítâ, revelátis mox córdium cogitatiónibus, Heródes rex turbátus eſt, & omnis Jeroſólyma cum illo. Paſtóres cum timóre & gáudio Deo laudem réſonant, homínibus pacis núntium pandunt. Ejus doctrínâ & virtúte diffamátâ, álii ad eum quaſi magiſtrum veritátis cónfluunt, álii ab eo quaſi ſeductóre refúgiunt. Ejus ſigno crucis erecto, hi quaſi juſtè morti dari blaſphemantes irrídent, illi quaſi vitæ auctórem mori ácriter dolent. Sed & uſque hódiè, & uſque ad conſummatiónem ſéculi, præſentis Eccléſiæ ánimam gládius duríſſimæ tribulatiónis pertranſíre non ceſſat, cùm ſigno fídei ab ímprobis contradíci, cùm audíto Dei verbo multos cum Chriſto reſúrgere, ſed plures à credulitáte rúere gemebunda pertractat, cum revelátis multórum córdium cogitatiónibus, ubi óptimum Evangélii ſevit ſemen, ibi zizánia vitiórum vel plùs juſtò prævalére, vel étiam, quod dictu grave eſt, ſola ger-

ac regnáre cónſ-

raël in legem juſtí-
pervénit; offendé-
im in lápidem offen-
ſicut ſcriptum eſt:
ono in Sion lápidem
onis: * Et † Omnis
lit in eum, non con-
ur. ℣. Hæc dicit Dó-
Deus: Ecce ego mit-
i fundamentis Sion
n probátum, angu-
pretióſum, in fun-
to fundátum: * Et
Glória. † Omnis.
9. *Iſ.* 28.
Te Deum.
acerd. Cantáte Dó-
& benedícite nó-
jus: ℟. Annuntiáte
in diem ſalutáre ejus.

LAUDES.

mi cum Cantico &
t in die Natalis Do-
254.

ITULUM. 2. *Cor.* 8.
tis grátiam Dómini
ſtri Jeſu Chriſti, quó-
propter vos egénus
eſt, cùm eſſet dives;
us inópiâ vos dívites
i.

HYMNUS.

brâ ſepultis lux óri-
tur nova:
ndo ſtupenti ſe ſimul
xhibent
ans Creátor, Virgo
nater,
ue minor Deus ipſe
actus.

Numen ſuprémum de Patre
Númine,
E matre prodit paſsíbilis
Deus:
De fonte lucis lux peren-
nis,
Carne ſuos rádios obum-
brat.
Compreſſa ſtrictis bráchia
fáſciis,
Libráta mundi póndera
ſúſtinent:
Lactante nutrítur pa-
rente
Cœlícolûm cibus ipſe ju-
gis.
Homo ſuperbus corrúerat
miſer;
Se deprimendo nos Deus
érigit;
Fit Numen infans, noſ-
tra forma;
JamqueDeum licet æmu-
lári.
Ergò per orbem Rex no-
vus ímperet,
Quondàm timendus vín-
dice déxterâ;
Inermis ardet nunc a-
mári:
Corda tuis, Puer, ure
flammis.
Laus ſumma Patri, ſúm-
maque Fílio;
Sit ſancte, compar laus
tibi, Spíritus;
O Numen infans, ſpes
quiéta,
Víndice te, rédeat ſalú-
tis. Amen.
℣. Dómine, quid eſt
homo, quia innotuiſti ei?
℟. Aut fílius hóminis, quia
réputas eum? *Pſ.* 143.

Ad Benedictus.

Ant. 3. *a.* Ecce póſitus eſt hic in ruínam & in reſurrectiónem multórum in Iſraël, & in ſignum cui contradicétur. *Luc.* 2.

Oratio.

OMnípotens, ſempiterne Deus, dírige actus noſtros in beneplácito tuo; ut in nómine dilecti Fílii tui mereámur bonis opéribus abundáre; Per eumdem Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritus ſancti Deus, &c.

Non ſit alia commemoratio de Octava Natalis Domini.

Si ſit dies 31. *Decembris, additur Commemor. de S. Sylveſtro Papa, & de S. Columba.*

AD HORAS, ut in die Natalis Domini; Oratio, ut ſuprà.

AD VESPERAS.

Ut in die Nat. Domini, 256. *exceptis quæ ſequuntur.*

Poſt Capitulum, omittitur Allelúia *cum ſuo* ℣.

Poſt Hymnum dicitur:

℣. Benedixiſti, Dómine, terram tuam: ℟. Avertiſti captivitátem Jacob. *Pſ.* 84.

Ad Magníficat.

Ant. 6. Anna vídua confitebátur Dómino, & loquebátur de illo ómnibus qui expectábant redemptiónem Iſraël. *Luc.* 2.

Oratio, ut ſuprà ad Laudes.

Non ſit alia Commem. de Oct. Natalis Domini.

Si ſit dies 30. *Decembris, additur Comm. de S. Sylveſtro Papa, & de S. Columba.*

COMPLETORIUM, *ut in die Natalis Domini.* 257.

DIEBUS
INTRA OCTAVAM
Natalis Domini.

Semiduplex.

Omnia ut in die, exceptis quæ ſequuntur.

Pſſ. de Feria in toto Officio, exceptis Veſperis.

AD NOCTURNUM.

Tres Antiphonæ, ℣. *Lectiones &* ℟℟℟. *ut notantur infrà in qualibet die.*

℣. *Sacerd.* Cantáte Dómino, & benedícite nómini ejus: ℟. Annuntiáte de die in diem ſalutáre ejus. *Pſ.* 95.

AD LAUDES.

Quinque Ant. & Cantic. ut in Feſto Nat. Domini, 254.

Capitulum & Hymnus, ut in præcedenti Officio Dominicæ.

℣. Ipſe tanquàm ſponſus ℟. Procédens de thálamo ſuo. *Pſ.* 18.

Ad Benedictus.

Ant. 1. D. Egreſſus eſt Salvátor meus; & nunc qui redempti ſunt à Dómino, revertentur, & venient in Sion laudantes, allelúia. *Iſ.* 51.

Oratio.

Concéde, quæſumus, omnípotens Deus, ut nos Unigéniti tui nova per carnem Natívitas líberet, quos ſub peccáti jugo vetuſta ſérvitus tenet; Per eumdem Dóminum.

AD HORAS, ut in die.

AD VESPERAS.

Ut in die Natalis Domini, ſuprà, 256. omiſſo Allelúia. *cum ſuo* ℣. *Ant. ad* Magníficat. *non duplicatur.*

COMPLETORIUM, *ut in die Natalis Domini, 257.*

¶ *Si Dominica inciderit in diem ſequentem, ex Lectione prima ſequenti fient tres Lectiones, diviſionibus factis ad Aſteriſcos **; & ſic diebus 30. & 31. Decemb.)*

DIE XXIX. DECEMBRIS.

DE OCTAVA.

AD NOCTURNUM.

Antiphonæ & ℣. *è I. Noct. præced. Officii Dominicæ.*

De Iſaía Prophéta.

Lectio j. Cap. 66.

HÆc dicit Dóminus: Cœlum ſedes mea, terra autem ſcabellum pedum meórum. Quæ eſt iſta domus quam ædificábitis mihi? & quis eſt iſte locus quiétis meæ? Omnia hæc manus mea fecit; & facta ſunt univerſa iſta, dicit Dóminus. Ad quem autem reſpíciam, niſi ad paupérculum, & contrítum ſpíritu, & trementem ſermónes meos? [*] Qui ímmolat bovem, quaſi qui interfíciat virum: qui mactat pecus, quaſi qui excérebret canem: qui offert oblatiónem, quaſi qui ſánguinem ſuillum offerat: qui recordátur thuris, quaſi qui benedícat idólo. Hæc ómnia elegérunt in viis ſuis, & in abominatiónibus ſuis ánima eórum delectáta eſt. Undè & ego éligam illuſiónes eórum; & quæ timébant, addúcam eis: quia vocávi, & non erat qui reſpondéret; locútus ſum, & non audiérunt: fecerúntque malum in óculis meis; & quæ nólui, elegérunt. [**] Audíte verbum Dómini, qui trémitis ad verbum ejus. Dixérunt fratres veſtri odientes vos, & abjicientes propter nomen meum: Glorificétur Dóminus, & vidébimus in lætítia veſtra; ipſi autem confundentur. Vox pópuli de civitáte, vox de templo, vox Dómini reddentis retributiónem inimícis ſuis.

℟. Per víſcera. *è I. Nocturno Natalis Domini, 247. omiſſo ritu ſolemni, & ſic de ſequentibus.*

Sermo ſancti Baſílii Epíſcopi.

De humana Chriſti gener. in die Nat. Chriſti.

Lectio ij.

DEus in terra eſt, Deus inter hómines verſátur: non per ignem, tubam & montem fumantem, vel

per túrbinem, & nubem, & poteſtátem ánimas auditórum legem ferendo perterrens; ſed próprio córpore, cum homínibus cognátis piè converſans ac díſſerens: Deus, inquam, in carne, non ex intervallo agens, ſicut in Prophétis; ſed conjunctam ſibi humanitátem rétinens, per carnem ſuam noſtræ cognátam ad ſe traxit humanitátem. Sed quonam modo per unum, inquis, ad omnes ſplendor? Quómodò in carne divínitas? Quemádmodùm ignis in ferro, non ex progreſſu, ſed ex participatióne. Non enim in ferrum ignis currit aut accédit: verum in loco rémanens, ſuárum párticeps vírium ferrum reddit; cùmque ſe totum illi commúnicet, nihil proptéreà de ſua natúra, nihil de ſuis amittit víribus. Sic & Deus Verbum nihil ex ſeipſo motus eſt, cùm noſtram accépit humanitátem, neque item converſiónem commutationemque áliquam ſuſtínuit. Et Verbum caro factum eſt. Nec proptéreà cœlum ab eo qui ſe continébat, eſt deſertum; & terra nihilóminus ſinu ſuo cœleſtem recépit.

℟. Gaudéte. 248.

Lectio iij.

DIſce ítaque myſtérium: ob hoc Deus in carnem venit, ut inſitam carni mortem interficeret. Nam ſicut in venénis, quidquid eſt nóxium ac lethále, ſ[illegible] perat antídotum córpo[illegible] permiſtum atque perfu[illegible] item ut in domo, à q[illegible] ténebræ lúminis adven[illegible] diffúgiunt, ac péreunt; ſic mors in natúra dóminans humánâ, divinit[illegible] præſéntiâ diſpáruit. O al[illegible] túdinem benignitátis h[illegible] manitatiſque Dei! Et b[illegible] nitátis quâdam ſuperab[illegible] dántiâ à ſervitúte vind[illegible] mur. Sed cur Deus ho[illegible] factus eſt, ratiónem [illegible] quírunt hómines; cùm [illegible] gis ejus bonitátem ad[illegible] rári déceat, quàm divi[illegible] tátem curióſiùs indag[illegible] Quidnam tecum agend[illegible] homo? In ſublími Deu[illegible] agentem mínimè quærébas, ad te verò per carnem de[illegible] cendentem, & tecum per carnem converſantem no[illegible] récipis?

℟. Prophetiſſa. 248.

Die xxx. Decembris

DE OCTAVA.

AD NOCTURNUM

Antiphonæ & ℣. è II Noct. præcedentis Offici Dominicæ.

De Iſáia Prophéta.

Lectio j. Cap. 66.

ANtequàm parturiret, péperit: ante quàm veníret partus ejus, péperit máſculum. Quis audívit unquam tale? & quis vidit huic ſimile? Numquid parturi[illegible]

terra in die una ? aut pariétur gens ſimul, quia parturívit, & péperit Sion fílios ſuos ? Numquid ego qui álios párere fácio, ipſe non páriam, dicit Dóminus ? ſi ego qui generatiónem céteris tríbuo, ſtérilis ero, ait Dóminus Deus tuus ? [*] Lætámini cum Jerúſalem, & exultáte in ea, omnes qui dilígitis eam : gaudéte cum ea gáudio, univerſi qui lugétis ſuper eam ; ut ſugátis, & repleámini ab úbere conſolatiónis ejus ; ut mulgeátis, & delíciis affluátis ab omnímoda glória ejus. Quia hæc dicit Dóminus : Ecce ego declinábo ſuper eam quaſi flúvium pacis, & quaſi torrentem inundantem glóriam géntium quam ſugétis : ad úbera portabímini, & ſuper génua blandientur vobis. [**] Quómodò ſi cui mater blandiátur, ita ego conſolábor vos ; & in Jerúſalem conſolabímini. Vidébitis, & gaudébit cor veſtrum, & oſſa veſtra quaſi herba germinábunt ; & cognoſcétur manus Dómini ſervis ejus, & indignábitur inimícis ſuis. Quia ecce Dóminus in igne véniet, & quaſi turbo quadrígæ ejus, réddere in indignatióne furórem ſuum, & increpatiónem ſuam in flamma ignis ; quia in igne Dóminus dijudicábit, & in gládio ſuo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interfécti à Dómino. Qui ſanctificabantur, & mundos ſe putábant in hortis poſt jánuam intrínſecùs ; qui comedébant carnem ſuillam, & abominatiónem, & murem, ſimul conſumentur, dicit Dóminus.

℟. Sic Deus. 249.

Sermo ſancti Fulgéntii Epíſcopi.

Serm. 2. de dupl. Nat. Chriſti.

Lectio ij.

DIlectíſſimi fratres, atténdite magnitúdinem grátiæ, & agnóſcite quid Deus hómini dignátus eſt prærogáre. Chriſtus enim Dei Fílius, de vero Deo Deus verus, & unus cum Patre naturáliter Deus, ſemper ex ſeipſo ſanctos Angelos paſcit ; ſed tamen angélicam natúram Dei Fílius non accépit. Ut autem ſuam caritátem Deus commendáret in nobis, Fílius ejus natúram noſtram ſuſcépit ex nobis ; & Deus unigénitus, qui panis eſt Angelórum, ut étiam hóminum ſeipſum fáceret panem, ſimul hóminis & ánimam ſuſcépit & carnem. Accépit utramque veram, utramque ſanctam, utramque mundam. Accépit ánimam noſtram ſine iniquitáte : accépit carnem noſtram cum mortalitáte. Ac-

cépit ánimam juſtam per quam noſtris animábus juſtítiam rédderet ; carnem verò proptéreà dignátus eſt habére mortálem, ut ſecundùm ipſam móriens, mortem vínceret ; ſecundùm ipſam étiam reſúrgeret, per quam noſtra quoque córpora ſuſcitáret.

℟. Qui ſanctíficat. 250.

Lectio iij.

MAgnum myſtérium, dilectíſſimi fratres, magnum divínæ dilectiónis indícium. Homo Deum contemnens, à Deo diſceſſit : Deus hóminem díligens, ad hómines venit. Diléxit ímpium, ut fáceret juſtum : diléxit infirmum, ut fáceret ſanum : diléxit perverſum, ut fáceret rectum : diléxit mórtuum, ut fáceret vivum. Et quid ámpliùs dicam ? Quandóquidèm Deus unigénitus humánam natúram tantùm diléxit, ut eam non ſolùm à poteſtáte mali ángeli liberáret, verùm étiam in ſeipſo ſuper omnes bonos Angelos in Patris déxtera collocáret. Natúra enim quæ in primo hómine à malo ángelo captiváta fúerat, ipſa nunc in ſecundo ſuper omnes bonos Angelos regnat. Primus homo de terra terrénus, ſecundus homo de cælo cœleſtis. Primum hóminem múlier, corruptâ mente, decépit : ſecundum hóminem virgo, incorruptâ virginitáte, concépit. In primi hóminis cónjuge, nequítia diáboli ſeductam depravávit mentem ; in ſecundi autem hóminis matre, grátia Dei & mentem íntegram ſervávit & carnem. Menti cóntulit firmíſſimam fidem : carni ábſtulit omnínò libídinem. Quóniam ígitur miſerabíliter pro peccáto damnátus eſt homo, ídeò ſine peccáto mirabíliter natus eſt Deus homo.

℟. Deus ipſe prior. 250.

[*Si nulla occurrat Dominica in triduo poſt Feſtum SS. Innocentium, hâc die, omiſſâ præcedenti Lectione, legitur ejus loco Evangelium Dominicæ intrà Octavam Natalis Domini, cum prima ex tribus lectionibus Homiliæ, ſuprà*, 289. *cum* ℟. Iſraël in legem. 291.

AD LAUDES, poſt Hymnum ℣. Dómine. 291. *Ad* Benedictus. *Ant.* Ecce póſitus eſt. *Oratio*, Omnípotens, ſempitèrne Deus. 292.]

AD VESPERAS, fit Commemoratio de ſancto Sylveſtro Papa, per Ant. Elégit. ℣. Beátus. xxiij. & *Orat.* Deus, qui ſacrum. *infrà*, 298.

Deinde S. Columbæ, Virg. & Mart. Ant. Infirma. ℣. Deus. liv. *Oratio*, Deus, qui inter. lviij.

ɛI. Decembris.
Ͻ C T A V A.
ᐳ C T U R N U M.
onæ & ℣. è III.
æcedentis Officii
e.
aía Prophéta.
• Cap. 66.
nio ut cóngregem
ım ómnibus gén-
.bus & linguis : &
& vidébunt gló-
ım. Et ponam in
n ; & mittam ex
ılváti fúerint, ad
. mare, in Afri-
ydiam, tendentes
; in Itáliam &
, ad ínſulas lon-
os qui non audié-
ne, & non vidé-
iam meam : & an-
nt glóriam meam
. [*] Et addú-
ıes fratres veſtros
s géntibus donum
in equis, & in
, & in lectícis,
lis, & in carrú-
montem ſanctum
:úſalem, dicit Dó-
quómodò ſi ínfe-
Iſraël munus in
do in domum Dó-
:*] Et aſſúmam
ſacerdótes & Le-
:it Dóminus. Quia
i novi & terra no-
ego fácio ſtare co-
, dicit Dóminus,
ſemen veſtrum &
veſtrum. Et erit
ɛ menſe, & ſáb-
ɛ ſábbato : véniet
omnis caro, ut adóret coram fácie mea, dicit Dóminus. Et egredientur, & vidébunt cadávera virórum qui prævaricáti ſunt in me : vermis eórum non moriétur, & ignis eórum non extinguétur ; & erunt uſque ad ſatietátem viſiónis omni carni.

℟. Impléti ſunt. 251.

Sermo ſancti Hilárii Epíſcopi.

L. 2. de Trin. n. 24. & 25.

Lectio ij.

DEi imágo inviſíbilis pudórem humáni exórdii non recusávit, & per conceptiónem, partum, vagítum, cunas, omnes natúræ noſtræ contumélias tranſcucurrit. Quid tandèm dignum à nobis tantæ dignatiónis afféctui rependétur ? Inenarrábilis à Deo oríginis unus unigénitus Deus, in corpúſculi humáni formam ſanctæ Vírginis útero inſertus accreſcit. Qui ómnia cóntinet, & intrà quem & per quem cuncta ſunt, humáni partûs lege profertur ; & ad cujus vocem Archángeli atque Angeli tremunt, cœlum & terra, & ómnia mundi hujus reſolvuntur elementa, vagítu infántiæ audítur. Qui inviſíbilis & incomprehensíbilis eſt, non viſu, ſenſu, tactúque moderandus, cunis eſt obvolútus. Hæc ſi quis indigna Deo récolet, tantò ſe ma-

jóris beneficii obnóxium confitébitur, quantò minùs hæc Dei convénerint majeſtáti. Non ille éguit homo éffici, per quem homo factus eſt: ſed nos egúimus, ut Deus caro fíeret, & habitáret in nobis. Humílitas ejus noſtra nobílitas eſt, contumélia ejus honor noſter eſt: quod ille Deus in carne conſiſtens, hoc nos viciſsìm in Deum ex carne renováti.

℟. Natus eſt. 252.

De S. Sylveſtro & de S. Columba.

Lectio iij.

Ex Concill. Arel. & Nicæn. ac ex S. Aug. Euſeb. & aliis.

SYlveſter, Eccléſiæ Romanæ préſbyter, tanta cum laude in eo múnere ſe geſſit, ut poſt Melchíadem Póntifex fúerit electus. Hujus tempóribus Concílium Areláte coactum eſt è diverſis Gálliæ, Itáliæ, Africæ, Hiſpániæ, Britanniæque provínciis; in quo inter ália ſtatútum eſt, ut uno eodemque die Paſcha per orbem univerſum peragerétur. De non repetendo hæreticórum baptíſmate lex quoque ſancíta eſt contrà Donatiſtas; cui Concílio cùm Sylveſter adeſſe non potuiſſet, ad eum hiſce verbis Patres ſcripſérunt: Utinam, frater dilectíſſime, intereſſe tanti feciſſes! te páriter nobiſcum judicante, cœtus noſter majóre lætítiâ exultaſſet. Rogábant ínſuper ut quæ in Concílio geſta eſſent, necnon éditi cánones, per eum qui majóres Diœcéſes tenébat, ómnibus inſinuarentur. Ipſo étiam Pontífice, datâ orbi per Conſtantínum pace; cùm in Chriſti divinitátem Arii impíetas erupiſſet, Concílium œcuménicum apud Nicæam Bithyniæ coactum eſt, cui ſynodo Sylveſter intereſſe non pótuit; ſed qui ab eo miſſi ſunt, ejus vice præfuérunt. Sylveſter deindè per plures adhuc annos offício perfunctus, óbiit circa annum Dómini trecentéſimum trigéſimum quintum. ¶ Eódem die célebris eſt Sénonis in Gállia páſſio ſanctæ Columbæ, Vírginis, quæ Aureliáno júdice vel príncipe, pro fídei & caſtitátis defenſióne, ſuperátis ígnibus, gládio cæſa eſt.

℟. Verbum. 253.

AD LAUDES, fit Commemoratio S. Sylveſtri. Antiph. Ego ſum. ℣. Elégit Dóminus. xxvj.

Oratio.

DEus, qui ſacrum miniſtérium fidéliter exequentes, in gáudium Dómini ſui tríbuis benignus intráre: da nobis, intercesſióne beáti Sylveſtri Pontíficis tui, ut in módico fidéles, mercédem

n, quæ ipſe es, cón-
.ereámur ; Per Dó-
.
; *S. Columbæ*, *Ant.*
eſt. ℣. Hærẽditas.
, Deus, qui in-
j.
PERÆ de Feſto
i.
utem in aliqua Ec-
eſperæ non ſint ho-

die de Circumciſione, propter occurſum majoris Solemnitatis, Pſalmi & Antiphonæ ſunt de Natali Domini, ut in reliquis diebus intrà Octavam : Capitulum verò & reliqua, de Feſto Annuali aut Solemni-majore occurrente, cum Commemoratione de Circumciſione tantùm.]

DIE I. JANUARII.

IN FESTO

CIRCUMCISIONIS DOMINI,

IMPOSITIONIS NOMINIS JESU, ET OCTAVA NATALIS EJUS.

SOLEMNE-MINUS.

IN I. VESPERIS.

Pſalmi de Feria.

Ant. 6. PArvulus natus eſt nobis, & Fílius datus eſt nobis: & factus eſt principátus ſuper húmerum ejus. *Iſ.* 9.

Ant. 5. C. Vocábitur nomen ejus, Admirábilis, Conſiliárius, Deus, Fortis, Pater futúri ſéculi, Princeps pacis. *Iſ.* 9.

Ant. 1. g. Super ſólium David, & ſuper regnum ejus ſedébit; ut confirmet illud, & corróboret in juſtítia uſque in ſempiternum. *Iſ.* 9.

Ant. 3. a. Iſraël ſalvátus eſt in Dómino ſalúte æternâ: non confundémini uſque in ſéculum ſéculi. *Iſ.* 45.

Ant. 4. E. Dóminus judex noſter, Dóminus légifer noſter: ipſe ſalvábit nos. *Iſ.* 33.

CAPITULUM. *Rom.* 8.

QUod impoſsíbile erat legi, in quo infirmabátur per carnem, Deus Fílium ſuum mittens in ſimilitúdinem carnis peccáti, & de peccáto damnávit peccátum in carne; ut juſtificátio legis implerétur in nobis, qui non ſecundùm carnem ambulámus, sed ſecundùm ſpíritum.

℟. Habitávit in nobis Verbum plenum grátiæ & veritátis: & de plenitúdine ejus nos omnes accépimus: quia lex per Móyſen data eſt: * Grátia & véritas per Jeſum Chriſtum facta eſt. ℣. Legem mandávit Móyſes in præceptis juſtitiárum, & hæreditátem Dómui Jacob: * Grátia. Glória Patri. *Repetitur* ℟. Habitávit. *uſque ad* ℣. *Joan.* 1. *Eccli.* 24.

[Y M N U S.
lis ceſſent elementa
gis:
ü mentes timor oc-
ávit;
s æterni ſtabilíre
is
: amóris.
vero rádius, pa-
ii
ais purus ſine nube
ndor,
a peccáti puer ecce
ctus
iine præfert.
xcíſos púeri per ar-

x noxas abolére
guis:
at morti pretióſa
im
cruórem.
s nomen tibi com-
ávit,
ier, pronus quod
ret orbis;
nul dici, ſimul ipſe
is
is eſſe.
laus Patri; ſimul
ia Nato,
uo mundum rédi-
: cruóre:
ſit ambórum tibi
s per omne,
us, ævum. Amen.
altábitur Deus for-
is meæ: ℟. Prop-
mini tuo cantábo.
21.
l Magníficat.
8. G. *duplicanda.*
nímiam caritátem
quâ diléxit nos
Deus, convivificávit nos in Chriſto, cùjus grátiâ eſtis ſalváti, non ex opéribus, ut ne quis gloriétur. *Epheſ.* 2.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Nulla ſit Commemoratio.

AD COMPLETORIUM.

Pſalmi & Capit. de Feria; reliqua ut in die Nat. Dom. 257.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Fílium Dei factum ex mulíere, factum ſub lege, * Veníte, adorémus. *Galat.* 4.

Pſ. 94. Veníte. 2.

HYMNUS.

Felix dies, quam próprio
Jeſus cruóre cónſecrat!
Felix dies quâ géſtiit
Opus ſalútis ággredi!

Vix natus; ecce láctеum
Profundit Infans ſánguinem:
Libámen eſt hoc fúneris,
Amóris hoc prælúdium.

Intrans in orbem, jam Patris
Mandáta promptus éxequi,
Statum præóccupat diem,
Et quà poteſt fit víctima.

Amóre ſe facit reum,
Pœnaſque ſolvit ínnocens;
Sub lege factus légifer,
A lege nos ut éximat.

Quo Chriſtus ictu læditur,
Lex abrogáta cóncidit;
Et íncipit lex ſánctior,
Manſúra ſemper cáritas.

Tu, Chriſte, quod non eſt tuum
Noſtro recíde péctore;

& Salvatore noſtro collocanda.

Ant. 1. g. Deus rex noſter operátus eſt ſalútem in médio terræ.

℣. Ipſe rédimet Iſraël, ℟. Ex ómnibus iniquitátibus ejus. *Pſ.* 129.

Sermo ſancti Bernardi Abbátis.

Serm. 1. *in Circumciſ. n.* 2.

Lectio iv.

MAgnum & mirábile ſacramentum! Circumcíditur Puer, & vocátur Jeſus. Quid ſibi vult iſta connéxio? Circumcíſio nempè ſalvandi pótiùs quàm Salvatóris eſſe vidétur; & Salvatórem circumcídere decet, quàm circumcídi. Sed agnoſce Mediatórem Dei & hóminum, qui ab ipſo nativitátis ſuæ exórdio divínis humána ſóciat, ima ſummis. Náſcitur ex muliére, ſed cui fœcunditátis fructus ſic accédat ut non décidat flos

tanſque ómnia ver
tútis ſuæ, tantò mé
gelis eſt effectus,
differéntius præ illi
hæreditávit. ℣. Qu
lávit in ténebris,
eſt lumen ei, ſpere
mine Dómini; * Q
Hebr. 1. *Iſ.* 50.

Lectio v.

CIrcumcíditur, t
verus Abrahæ
Jeſus vocátur, tanq
rus Fílius Dei. Neq
ad inſtar priórum n
Jeſus nomen vácu
inánе portat. Non
eo magni nóminis
ſed véritas. Cœlitù
dèm índitum nomer
geliſta teſtátur, Q
cátum eſt ab Angel
quàm in útero c
rétur. Et attend
profunditátem. P
natus eſt Jeſus, J
cátur ab homínibu
nómine vocátus eſt
gelo priuſquàm i

k Deus exaltávit il-
k donávit illi nomen
eſt ſuper omne no-
ut in nómine Jeſu
genu flectátur. ℣. De-
ıt liberáret pópulum
, & acquíreret ſibi
ı æternum : * Prop-
ilipp. 2. 1. *Mach.* 6.
Lectio vj.
nos, fratres, cir-
ımcídi neceſſe eſt, &
men ſalútis accípere:
ncídi ſanè, non lít-
ſed ſpíritu & veri-
circumcídi, non uno
ro, ſed toto córpore
à planta enim pedis
ad vérticem non eſt
ɔis ſánitas. Propté-
ſicut párvulus adhuc
& dilectióne pópu-
ngruum ſibi mandá-
ıſguæ circumciſiónis
t; ſic, ubi crevit in
perfectiórem, toto
r córpore baptizári,
ɔtíus eſt hóminis in-
circumcíſio. Hinc eſt
alvátor noſter & cir-
li octávo die, & poſt
tricéſimum digná-
crucifígi : cujus ſi-
lini mortis complan-
& nos, ut ſcribit
lus, nimírùm quod
nè tráditum eſt, ob-
es. Quæ eſt ergò
s circumcíſio noſtra,
ım commendat idem
lus ? Victum, ín-
, & veſtítum haben-
contenti ſimus. Op-
rorsùs circumcídit
nos, & ſupérflua réſecat
univerſa, voluntária hæc
paupertas, pœniténtiæ la-
bor, reguláris obſervátio
diſciplínæ.

℟. Nos ſumus circum-
cíſio, qui ſpíritu ſervi-
mus Deo, & gloriámur in
Chriſto Jeſu, * Non in
carne fidúciam habentes.
℣. Salvos nos fac, Dó-
mine Deus noſter, ut
confiteámur nómini ſancto
tuo, & gloriémur in laude
tua, * Non. Glória Patri.
* Non. *Philipp.* 3. *Pſ.* 105.

IN III. NOCTURNO.

Pſ. Qui regis. *cum ſua diviſione.* 113.

Chriſti qui Eccleſiam ſuam tanquam vineam tranſtulit & plantavit nomen invocandum.

Ant. 8. G. Non diſcédi-
mus à te : vivificábis nos,
Dómine, & nomen tuum
invocábimus.

Pſ. Cantáte Dómino... omnis terra. 49.

Nomini Chriſti benedicendum : ſalus ejus annuntianda.

Ant. 5. C. Cantáte Dó-
mino, & benedícite nómi-
ni ejus : annuntiáte de die
in diem ſalutáre ejus.

Pſ. Dóminus regnávit, iraſcantur. 51.

Humanitas Chriſti propter Deum inhabitantem adoranda.

Ant. 3. a. Exaltáte Dó-
minum Deum noſtrum,
& adoráte ſcabellum pe-

lum acceptábilem, ſectatórem bonórum óperum.

HYMNUS.

NOxium Chriſtus ſimul introívit
Innocens orbem: Pater, inquit, adſum;
Víndices poſcat (vénio parátus)
Ultio pœnas.
Non placet fuſus cruor hoſtiárum:
Quod mihi aptaſti, Pater, ecce corpus;
Agnus implébo móriens figúras
Verus inánes.
Dixit; & Patris venerátus iram,
Súſtinet vulnus sílicis cruentæ:
Et jugum legis ſubit ipſe, ſervis
Ut juga demat.
Jam nihil carnem ſpoliáre prodeſt;
Sed malas cordis reſecáre fibras,
Hoc opus: tali nova ſanciuntur
Fœdera lege.
Summa laus Patri; ſimul æqua Nato,
Qui ſuo mundum rédimit cruóre:
Par ſit ambórum tibi laus per omne,
Spíritus, ævum. Amen.

℣. Apud Dóminum miſericórdia, ℟. Et copióſa apud eum redémptio. *Pſ.* 129.

Ad Benedictus.

Ant. 2. *duplicanda.* Cùm mórtui eſſétis in delíctis, & præpútio carnis veſtræ, convivificávit vos cum Chriſto, donans vobis ómnia delícta, allelúia. *Coloſſ.* 2.

Oratio.

DEus, qui pro nobis homo factus, hodiernâ die circumcídi, & Salvatóris nomen accípere voluiſti: concéde propítius, ut carnis renuntiantes opéribus, ſalútis ætérnæ præmium per invocatiónem ſancti tui nóminis conſequámur; Qui vivis & regnas, &c.

AD HORAS.

Doxologia, Qui natus es de Vírgine. *ut in die Natalis Domini.*

Pſalmi de Dominica.

AD PRIMAM.

Ant. 8. G. Angelus.

In ℟. *br.* ℣. Qui natus es * de María Vírgine. *Matth.* 1.

AD TERTIAM.

Ant. 4. E. Non cognoſcébat.

CAPITULUM. *Iſ.* 62.

DIcite fíliæ Sion: Ecce Salvátor tuus venit: ecce merces ejus cum eo, & opus ejus coram illo. Et vocábunt eos, Pópulus ſanctus, redempti à Dómino.

℟. *br.* Miſit verbum ſuum, * & ſanávit eos, * Allelúia, allelúia. Miſit. ℣. Et erípuit eos * de interitiónibus eórum, * Allelúia.

Miſit. *Pſal.* 106.
: eſt Deus miſéri-
. Et propítius fiet
eórum. *Pſ.* 77.
SEXTAM.
Conſummáti ſunt.
LUM. *Epheſ.* 1.
ficávit nos Deus in
to Fílio ſuo, in quo
redemptiónem per
m ejus, remiſſió-
atórum ſecundùm
rátiæ ejus quæ ſu-
lávit in nobis.
Salvávit eos Dó-
de manu odién-
Allelúia, allelúia.
℣. Et redémit
manu inimíci, *
Glória. Salvávit.
vávit eos propter
ıum, ℟. Ut notam
poténtiam ſuam.

NONAM.
ı. a. Omnes Pro-

LUM. *Rom.* 10.
s qui credit in il-
, non confundé-
ı enim eſt diſtínc-
i, & Græci: nam
ominus ómnium,
omnes qui ínvo-
ım. Omnis enim
ue invocáverit no-
nini, ſalvus erit.
Sperent in te * qui
: nomen tuum, *
allelúia. Sperent.
ıiam non dereli-
ıuærentes te, Dó-
Allelúia. Glória
ɔerent. *Pſ.* 9.
ſ Hyemalis. A.

℣. Propter glóriam nó-
mini tui, Dómine, líbera
nos; ℟. Et propítius eſto
peccátis noſtris, propter
nomen tuum. *Pſ.* 78.

AD II. VESPERAS.

Pſ. Dixit Dóminus. 28.
Chriſti divinitas, regnum & ſacerdotium.

Ant. 1. D. Chriſtum Jeſum propóſuit Deus propitiatiónem per fidem in ſánguine ipsíus. *Rom.* 3.

Pſ. Confitébor.... in concílio. 29.
Laus Deo ob Redemptoris adventum.

Ant. 2. Redémit nos de maledicto legis, ut in géntibus benedíctio Abrahæ fieret in Chriſto Jeſu. *Gal.* 3.

Pſ. Beátus vir. 29.
Chriſti laus, quo adveniente, lux oritur.

Ant. 3. a. Ipſe eſt pax noſtra, legem mandatórum decrétis evácuans, ut duos condat in ſemetipſo in unum novũ hóminẽ. *Eph.* 2.

Pſ. Laudáte, púeri. 30.
Dei laus ob fidelium per Chriſtum exaltationem & multiplicationem.

Ant. 4. d. Cognóvit Dóminus qui ſunt ejus; & diſcédat ab iniquitáte, omnis qui nóminat nomen Dómini. 2. *Tim.* 2.

Pſ. Confitébor.... quóniam. 115.
Superexaltatum Chriſti nomen celebrandum.

Ant. 5. C. Nemo poteſt dícere, Dóminus Jeſus,

niſi in Spíritu ſancto. 1. *Cor.* 12.

CAPITULUM. *Coloſſ.* 3.

OMne quodcumque fácitis in verbo, aut in ópere, ómnia in nómine Dómini Jeſu Chriſti, grátias agentes Deo & Patri per ipſum.

Allelúia, allelúia. ℣. Vocábis nomen ejus Jeſum: ipſe enim ſalvum fáciet pópulum ſuum à peccátis eórum. Allelúia. *Matth.* 1.

HYMNUS.

VIſtis ſibi cognómina
Sumant tyranni géntibus:
Tu, Chriſte, quantò dígnius
Ab his capis quos líberas!
Non álterum mortálibus
Ægris quod ínvocent datum,
Reſúrgerent quo mórtui,
Perennè per quod víverent.
Tanti quod illi cónſtitit,
Toto quod emptum ſánguine,
Noſtro ne rursùm crímine
Insána gens delébimus?
Sacro pati pro nómine,
Summi ſit inſtar múneris:
Amára non mors ámpliùs,
Fit mors per hoc amábilis.
Tu qui vocári ſúſtines,
Jeſu, ſalus mortálium,
Audi vocantes nos, tuo
Qui gloriámur nómine.
Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória
Cum patre, cumque Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

℣. Confitébor
tuo, Dómine; ℟.
niam bonum eſt. *Pſ*

Ad Magníficа

Ant. 7. G. *dupl*
Vitam æternam de
bis Deus: & hæc
Fílio ejus eſt; ut
quóniam vitam
æternam, qui créd
nómine Fílii Dei. 1.

Oratio, ut ſuprà ad

Comm. S. Baſilii
Epiſc. & Doct. *Ant.*
qui. ℣. Beátus hom
Oratio, Excita. xxx

[*Si ſit Sabbatum*
ſit Commemoratio.

AD COMPLETO

Omnia ut in die
Domini. 257.

SABBATI
ANTE DOMIN
à Circumciſione ad S
geſimam.

AD VESPER

Pſalmi de Pſalte

Ant. 5. a. EXulta &
habitátio
quia magnus in mé
Sanctus Iſraël. *Iſ.* 1

Ant. 4. E. Verbu
factum eſt, & habi
nobis, plenum grá
veritátis. *Joan.* 1.

Ant. 1. a. Ergonè
bile eſt ut hábite
cum homínibus ſup
ram? 2. *Paral.* 6.

Ant. 6. Verè tu e
abſcónditus, Deus
Salvátor. *Iſ.* 45.

Ant. 2. Tu es C
Fílius Dei vivi, qui

n veniſti. *Joan.* 11.
ULUM. *Iſaiæ* 48.
ce exultatiónis an-
iáte ; audítum fá-
:, & efferte illud
ıd extréma terræ.
Redémit Dóminus
ſuum Jacob.
I Y M N U S.
bum quod ante ſé-
cula
terno náſceris,
homo ſub témpore
nis prodis ſinu.
e rumpis vínculum,
ɔs Adámus néxuit :
quod ille pérdidit :
ı tecum náſcitur.
lura diſcis pérpeti
rre par ſontes fuit :
ılúti , flétibus
s in cunis puer.
auper , indigéntiâ
tuâ ditéſcimus :
tuis & lácrymis
lavas mundi ſce-

s opertus vílibus
recumbens in ſpe-
:
ſuperbis ; & Deum
ſpecus non déde-
t !
tre miſſus, pérditi
tus es mundi ſalus,
ɔeríre non ſinas
os emis labóribus.
ıatus es de Vírgine,
tibi ſit glória
atre , cumque Spí-
ı,
ıiterna ſécula.
nen.
idérunt omnes tér-
mini terræ ℟. Salutáre Dei noſtri. *Pſ.* 97.

Ad Magníficat.

Antiph. & Oratio, ut infrà in quolibet Sabbato.

AD COMPLETORIUM.

Pſalmi ut in Pſalterio.

Ant. & Hymnus , ut infrà in Dominicis.

Capitulum & ℟. br. ut in Pſalterio prō Feriis. Ad Nunc dimittis. *Ant. ut infrà in Dominicis.*

Cetera ut in Pſalterio , omiſſis Precibus.

DOMINICIS
à Circumciſione ad Septuageſimam.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Jeſum de María natum , * Veníte , adorémus. *Matth.* 1.

Pſ. 94. Veníte. 2.

HYMNUS.

FAc , Chriſte, noſtrî grátiâ
Defuncte tot labóribus ,
Ut mente gratâ , ſic piis
Hos prædicári cántibus.
Caſtæ parentis in ſinu
Inclúſus ardébas pati :
Æternus ut diſcas mori ,
Mortále corpus índuis.
Vix natus , imbellis puer
Acúta ſentis frígora ;
En vile pro molli thoro
Fœnum tibi ſuppónitur.
Amóre te facis reum :
Fers ſponte pœnas ínnocens ;
Nec éximis te légibus ,
Suprémus ipſe légifer.
Qui primus excísâ cruor
E parte ſtillat córporis ,

Membris micans ex ómnibus,
Torrentis inſtar prórueт.
Qui mucro lactentes necat,
Idem tuum pectus fodit;
Et quo cadébant párvuli,
Hoc tu cadébas vúlnere.
Exul Deus promptâ fugâ
Tuæ ſalúti cónſulis;
Intras Pharaon verax Deus,
Miſtus diis mendácibus.
Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória
Cum patre, cumque Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

Pſalmi de Dominica.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Deus ex fémine David ſecundùm promiſſiónem edúxit Iſraël Salvatórem Jeſum. *Act.* 13.

Ant. 2. In útero habens de Spíritu ſancto, péperit María Fílium ſuum primogénitum. *Matth.* 1.

Ant. 8. G. Ipſe eſt pax noſtra, ſolvens inimicítias in carne ſua, ut reconcíliet Deo. *Epheſ.* 2.

℣. In ſplendóribus ſanctórum, ℟. Ex útero ante lucíferum génui te. *Pſ.* 109.

Lectiones ut infrà in qualibet Dominica.

℟. *j.* Ecce nos venímus ad te, Dómine; tu enim es Dóminus Deus noſter: * Verè in Dómino Deo noſtro ſalus Iſraël. ℣. Pater miſit Filium
vatórem mund
in Dómino Deo
lus Iſraël. *Jerem*
4.

℟. *ij.* Dómin
nus eſt : ipſe E
& Rex ſempit
indignatióne ej
vébitur terra ,
tinébunt gentes
tiónem ejus.
Verbi procédet
utráque parte
in ipſo percúti
& ipſe reget e
ferrea. * Ab in
Jerem. 10. *Apo*

℟. *iij.* Ecce di
dicit Dóminus
tábo David g
tum ; & fáciet
juſtítiam in te
diébus illis , †
Juda , & Iſraë
confidenter. ℣
ex ramis fracti
ter incredulit
ſunt : ſed & illi
mánſerint in in
inſerentur. *
Glória. † Salv
rem. 23. *Rom* 1

IN II. NOC

Ant. 7. d. G
qui nos tránſt
num Fílii dilec
in quo habémus
nem , remiſſió
tórum. *Coloſſ.*

Ant. 4. *E.* I
dita ſunt unive
eſt ante omnes
in ipſo conſtan

tuit per eum reconciliáre ómnia in ipſum. *Coloſſ.* 1.

Ant. 3. *a.* Sicut accepiſtis Jeſum Chriſtum, in ipſo ambuláte; quia in ipſo inhábitat omnis plenitúdo divinitátis corporáliter. *Coloſſ.* 2.

℣. Unxit te, Deus, Deus tuus óleo lætítiæ, ℟. Præ consórtibus tuis. *Pſ.* 44.

Lectiones ut infrà in qualibet Dominica.

℟. *iv.* Ecce dies vénient, dicit Dóminus, & fériam dómui Iſraël & dómui Juda fœdus novum; non ſecundùm pactum quod írritum fecérunt; * Sed hoc erit pactum quod fériam cum domo Iſraël poſt dies illos: Dabo legem meam in viſcéribus eórum, & in corde eórum ſcribam eam. ℣. Si illud priùs culpâ vacaſſet, non útiquè ſecundi locus inquireretur. * Sed. *Jerem.* 31. *Hebr.* 10.

℟. *v.* In diébus illis, & in témpore illo, ait Dóminus, vénient fílii Iſraël, ipſi & fílii Juda ſimul: ambulantes & flentes properábunt, * Et Dóminum Deum ſuum quærent. ℣. Cùm converſus fúerit Iſraël ad Dóminum, auferétur velámen; * Et Dóminum. *Jerem.* 50. 2. *Cor.* 3.

℟. *vj.* Adinvénit Deus noſter omnem viam diſciplínæ, & trádidit illam Jacob púero ſuo, & Iſraël dilecto ſuo: poſt hæc * In terris viſus eſt, & cum homínibus converſátus eſt. ℣. Deus erat in Chriſto mundum reconcílians ſibi. * In terris. Glória. * In terris. *Baruch.* 3. 2. *Cor.* 5.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 6. Deus Fílium ſuum miſit benedicentem vobis, ut convertat ſe unuſquiſque à nequítia ſua. *Act.* 3.

Ant. 5. a. Hic eſt lapis qui factus eſt in caput ánguli, & non eſt in álio áliquo ſalus. *Act.* 4.

Ant. 3. c. Vobis honor credéntibus; non credéntibus autem factus eſt lapis offenſiónis & petra ſcándali. 1. *Petr.* 2.

℣. A Dómino factum eſt iſtud, ℟. Et eſt mirábile in óculis noſtris. *Pſ.* 117.

Lectiones & ℟℟℟. ut infrà in qualibet Dominica.

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Fílii Sion exultent in Rege ſuo; ℟. Laudent nomen ejus in choro. *Pſ.* 149.

AD LAUDES.

Pſalmi de Dominica.

Ant. 5. C. Venit Fílius hóminis quærere & ſalvum fácere quod períerat. *Luc.* 19.

Ant. 2. In própria venit, & ſui eum non recepérunt. *Joan.* 1.

Ant. 1. a. Quotquot recepérunt eum, dedit eis poteſtátem fílios Dei fíeri, his qui credunt in nómine ejus. *Joan.* 1.

Ant. 7.d. Non confúnditur.

CANTICUM. *Iſaïæ* 12.

De Salvatoris adventu.

Confitébor tibi, Dómine, quóniam irátus es mihi: * converſus eſt furor tuus, & conſolátus es me.

Ecce Deus ſalvátor meus; * fiduciáliter agam, & non timébo.

Quia fortitúdo mea & laus mea Dóminus, * & factus eſt mihi in ſalútem.

Hauriétis aquás in gáudio de fóntibus Salvatóris; * & dicétis in die illa: Confitémini Dómino, & invocáte nomen ejus.

Notas fácite in pópulis adinventiónes ejus: * mementóte quóniam excelſum eſt nomen ejus.

Cantáte Dómino, quóniam magníficè fecit: * annuntiáte hoc in univerſa terra.

Exulta & lauda, habitátio Sion: * quia magnus in médio tuî Sanctus Iſraël.

[*Dicitur tantùm in Offic. de Tempore.*]

Ant. Non confúnditur fratres eos vocáre, dicens: Nuntiábo nomen tuum frátribus meis. *Hebr.* 2.

Ant. 8. c. Partícipes Chriſti effecti ſumus: ſi tamen inítium ſubſtántiæ ejus uſquè ad finem firmum retineámus. *Hebr.* 3.

CAPITULUM. *Epheſ.* 4.

Occurrámus omnes in unitátem fídei, & agnitiónis Fílii Dei, in virum perfectum, in menſúram ætátis plenitúdinis Chriſti; ut jam non ſimus párvuli fluctuantes, & circumferámur omni vento doctrínæ.

HYMNUS.

Divíne, creſcebas, Puer; ...
Creſcendo diſcébas mori;
Hæc deſtináta tunc erat
Mortis tuæ prælúdia.

Satus Deo, volens tegi,
Elégit obſcúrum patrem;
Qui fecit æternas domos,
Domo latet ſub páupere.

Cœlum manus quæ ſuſtinent,
Fabríle contrectant opus;
Suprémus aſtrórum parens
Fit ipſe vilis ártifex.

Tremenda cujus præpetes
Mandáta portant Spíritus;
Cui pronus orbis ſúbditur,
Se ſponte fabro ſúbjicit.

Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória
Cum Patre, cumque Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

℣. Intende, próſperè procéde, & regna, ℟. Propter veritátem, & manſuetúdinem, & juſtítiam. *Pſ.* 44.

Ad Benedictus. *Ant. & Oratio, infrà in qualibet Dominica.*

Deindè, à die ij. Januarii uſquè ad Præſentationem Domini, exceptis Feſto & Octavâ integrâ Epiphaniæ, & Feſtis Annualibus

nibus, (*ſi quæ oc-*
eorumque Octa-
Commem. de Vir-
ɔara, *per Ant.* ℣.
ut ſequitur.
Péperit María Fí-
ım primogénitum,
s eum involvit, &
it eum in præſépio.

onfiteantur tibi,
ɔópuli omnes: ℟.
edit fructum ſuum.

Oratio.
s, qui ſalútis æter-
, beátæ Maríæ vir-
fœcundâ humáno
præmia præſtitiſti:
quæſumus, ut ip-
nobis intercédere
us, per quam me-
auctórem vitæ ſuſ-
Dóminum noſtrum
Chriſtum Fílium
Qui tecum.

HORAS.
ɔgia, Qui natus es de
ut ſuprà ad Laudes.
itur etiam in Offic.
Horas.]

PRIMAM.
ıt. 5. C. Venit.
. *br.* ℣. Qui natus
de María Vírgine.
. 1.
itur tantùm in Offic.
ɪpore, & de B. Ma-
]

TERTIAM.
2. In própria venit.
TULUM. *Jerem.* 14.
ɔectátio Iſraël, Sal-
ıtor ejus in témpore
tribulatiónis, quarè quaſi colónus futúrus es in terra, & quaſi viátor declínans ad manendum? Quarè futúrus es velut vir vagus, ut fortis qui non poteſt ſalváre?

Ante Epiphaniam, ſequens ℟. *br. dicit cum duplici* Allelúia. *in fine; & ſic ad Sextam & Nonam.*

℟. *br.* Salvábis me, Dómine, * A contradictiónibus pópuli mei. Salvábis. ℣. Cuſtódies me * in caput géntium, * A contradictiónibus. Glória Patri. Salvábis. 2. *Reg.* 22.

℣. Narrábo nomen tuum frátribus meis: ℟. In médio Eccléſiæ laudábo te. *Pſ.* 21.

Oratio, ut infrà in qualibet Dominica, niſi aliter notetur.

AD SEXTAM.

Ant. 1. a. Quotquot.

CAPITULUM. *Epheſ.* 1.

PRædeſtinávit nos Deus in adoptiónem filiórum per Jeſum Chriſtum in ipſum, ſecundùm propóſitum voluntátis ſuæ in laudem glóriæ grátiæ ſuæ.

℟. *br.* Ipſe invocábit me: * Pater meus es tu. Ipſe. ℣. Deus meus * & ſuſceptor ſalútis meæ. * Pater. Glória Patri. Ipſe.

℣. Ego primogénitum ponam illum, ℟. Excelſum præ régibus terræ. *Pſ.* 88.

AD NONAM.

Ant. 8. c. Partícipes.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 15.

PRimus homo de terra, terrénus: ſecundus homo de cœlo, cœleſtis; qualis terrénus, tales & terréni; & qualis cœleſtis, tales & cœleſtes. Igitur ſicut portávimus imáginem terréni, portémus & imáginem cœleſtis.

℞. *br.* Exultávit ut gigas * Ad currendam viam. Exultávit. ℣. A ſummo cœlo * egréſſio ejus, * Ad. Glória Patri. Exultávit.

℣. Occurſus ejus uſque ad ſummum ejus; ℞. Nec eſt qui ſe abſcondat à calóre ejus. *Pſ.* 18.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Dominica.

Ant. 8. *G.* NOn miſit Deus Fílium ſuum in mundum, ut júdicet mundum, ſed ut ſalvétur mundus per ipſum. *Joan.* 3.

Ant. 5. C. Quem miſit Deus, verba Dei lóquitur; non enim ad menſúram dat Deus Spíritum. *Joan.* 3.

Ant. 4. E. Pater díligit Fílium, & ómnia dedit in manu ejus. *Joan.* 3.

Ant. 7. d. Quæcumque Pater fécerit, hæc & Fílius ſimíliter facit; Pater enim ómnia demonſtrat ei quæ ipſe facit. *Joan.* 5.

Ant. 2. Qui verbum meum audit, & credit ei qui miſit me, habet vitam ætérnam. *Joan.* 5.

CAPITULUM. *Act.* 10.

VErbum miſit Deus fíliis Iſraël, annúntians pacem per Jeſum Chriſtum: hic eſt ómnium Dóminus.

HYMNUS.

CHriſtus tenébris óbſitam
Luſtrando Judæam docet;
Gens obſtináto péctore
Chriſtum docentem réſpuit.

Seſe Deum ſignis probat;
Surgunt ſepulcris córpora;
Erepta muto vox redit,
Claudo gradus, cæco dies.

Gens dura, flecti néſcia,
Aures ſacris ſermónibus
Obtúrat; & ſolem fugit,
Amóre noctis pérdita.

Nos lumen ambímus, Patris
In quo refulget cláritas:
Ne méntibus ſubrépere
Tetram ſinas calíginem.

Nunquàm recédas à piis,
Lux ſempiterna, córdibus;
Te veritáte fúlgeant,
Te caritáte férveant.

Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória
Cum Patre, cumque Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

℣. Tu es ipſe rex meus & Deus meus, ℞. Qui mandas ſalútes Jacob. *Pſ.* 43.

Ad Magníficat. *Ant.* & *Oratio infrà, in quálibet Dominica.*

Deindè ſit Commem. de Virgine Deipara, ut dictum eſt in Laudibus, per Ant. ℣. & Orat. ſequentes.

Ant. Beátus venter qui te portávit, & úbera quæ ſuxiſti. Quinimmò, beáti qui áudiunt verbum Dei, & cuſtódiunt illud. *Luc.* 11.

℣. Benedixiſti, Dómine, terram tuam: ℟. Avertiſti captivitátem Jacob. *Pſ.* 84.

Oratio, Deus, qui ſalútis. *ut ſuprà in Laudibus.*

AD COMPLETORIUM.

Pſalmi de Dominica.

Ant. 1. a. Ego ſum lux mundi: qui ſéquitur me, non ámbulat in ténebris, ſed habébit lumen vitæ. *Joan.* 8.

HYMNUS.

Virgo Dei génitrix, quem totus non capit orbis,
In tua ſe clauſit víſcera, factus homo.
Hinc méritò dicent te ſécula cuncta beátam:
Hinc pópuli matrem te dominamque colunt.
Súſcipe, quos pia plebs tibi péndere certat, honóres:
Annue, ſollícitâ quam prece poſcit, opem.
Cujus Virgo parens, laus ſit tibi ſumma, Redemptor:
Compar ſit Patri, Spirituíque decus.
Amen.

Capitulum & ℟. breve ut in Pſalterio.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 6. Adhuc módicum lumen in vobis eſt: ambuláte dùm lucem habétis, ut non vos ténebræ comprehendant. *Joan.* 12.

Cetera ut in Pſalterio.

FERIIS

à Circumciſione ad Septuageſimam.

AD OFFICIUM NOCT.

Invitatorium & Hymnus ut ſuprà in Dominicis.

Pſalmi ut in Pſalterio.

Antiphonæ, ℣. & ℟℟℟. ex Officio Dominicarum præcedenti: ſcilicet,

Feriâ II. IV. & VI. è primo Nocturno Dominicarum.

Feriâ III. V. & Sabbato, è ſecundo Nocturno.

Te Deum.

℣. *Sacerd. ut ſuprà in Dominicis.*

AD LAUDES.

Pſalmi de Pſalterio, cum Cantico Confitébor. *ut ſuprà in Dominicis, ſub ſola Antiphona ſequenti.*

Ant. 7. d. Ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum, ut teſtimónium perhíbeam veritáti: omnis qui eſt ex veritáte, audit vocem meam. *Joan.* 18.

Capitulum, Hymnus & ℣. ut ſuprà in Dominicis.

Ad Benedictus.

Ant. 4. *E.* Mediátor Dei & hóminum homo Chriſtus Jeſus, dedit redemptió-

nem ſemetipſum pro ómnibus. 1. *Tim.* 2.

Oratio Dominicæ præcedentis.

Ante Præſentat. Dom. fit Commemoratio de Virgine Deipara, ut ſuprà, 315. *Nec alia fiunt ſuffragia.*

AD HORAS,

Doxologia, Qui natus es de Vírgine, *ut ſuprà in Dominicis.*

[*Dicitur etiam in Offic. Sanctorum ad Horas.*]

Pſalmi de Pſalterio.

Antiphonæ ut ſuprà in Dominicis.

Ad Primam, in ℟. *br.* ℣. Qui natus es * de María Vírgine. *Matth.* 1.

[*Dicitur tantùm in Offic. de Temp. & de B. Maria Virg.*]

Non dicuntur Preces.

Ad Tertiam, Sextam & Nonam, Capitula, ℟℟℟. *brevia &* ℣℣℣. *ut ſuprà in Dominicis.*

Oratio Dominicæ præcedentis.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Pſalterio, ſub ſola Antiphona ſequenti.

Ant. 3. g. Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſolum Deum verum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum. *Joan.* 17.

Capitulum, Hymnus & ℣. *ut ſuprà in Dominicis.*

Ad Magníficat.

Ant. 8. G. Omnis qui credit quóniam Jeſus eſt Chriſtus, ex Deo natus eſt. 1. *Joan.* 5.

Oratio Dominicæ præcedentis.

Ante Præſentationem Domini fit Commemoratio de Virgine Deipara, ut ſuprà in Dominicis, 317. *Nec alia fiunt Suffragia.*

AD COMPLETORIUM.

Pſalmi de Pſalterio.

Ant. & Hymnus ut ſuprà in Dominicis.

Capitulum & ℟. *br. ut in Pſalterio.*

Ad Nunc dimittis.

Ant. ut ſuprà in Dominicis.

Cætera ut in Pſalterio, exceptis Precibus.

DOMINICA
INTER CIRCUMCISIONEM & Epiphaniam.

[*Si hæc Dominica incidat in diem ij. Januarii, fiet Officium de ea; & Officium de Sancto Baſilio transferetur in diem ſequentem, fietque Commem. de S. Genovefa, tam in ij. Veſp. Dominicæ, poſt Comm. S. Baſilii, quàm in Offic. Noct. (per ix. Lectionem) & in Laud. diei ſequentis.*

Si venerit die iij. vel iv. fiet pariter Officium de ea, cum Commemor. & ultima Lectione de S. eâ die occurrente.

Si verò venerit die v. in Vigilia Epiphaniæ, Officium fiet ut eo die notatur infrà. Et anticipabitur die iij. Officium Dominicæ, ut

infrà. 321. *Idem fiet* *occurrat Dominica.*]
IATO AD VESPE-
Pſalmi de Pſalterio.
Capitulum , Hym-
℣. *ut ſuprà in Sab-*
;11.
d Magníficat.
1. g. Jeremías à
matris conſecrátus
phéta, evértere, &
, & pérdere, & íte-
dificáre , & reno-
ccli 49.
io, *ut infrà ad Lau-*

pletorium ut ſuprà
eſt pro Sabbatis.
m Officium DOMI-
, ut ſuprà dictum eſt
minicis, *additis quæ*
tur.
NOCTURNO.
ones de Scriptura
nte ſecundùm diem
, diviſionibus factis
ſteriſcos.
. NOCTURNO.
ommentário ſancti
ónymi Preſbyteri in
míam.
iv. Lib. 1. C. 1.
Éteri Prophétæ ,
ut Iſaías , Oſée ,
Joël , fuérunt an-
ivitátem decem trí-
Iſraël , ſive duárum
n Judæ & Bénjamin:
ſt captivitátem ,
iel , Aggæus & Za-
: Jeremías autem
chíel , imminente
táte vaticínium te-
t ; ſed alter eórum

in terra Juda , alter in Babylóne. Jeremías , cùm eſſet adhuc puer , prophetáre cœpit anno tértio décimo Josíæ fílii Amon regis Judæ : prophetavitque in império ejus annis decem & novem ; & pòſteà ſub Jóachim fílio ejus annis úndecim ; & ſub Sedecía , qui últimus fuit Regum Juda , annis úndecim , uſque ad quintum menſem , quandò à Babylóniis capta eſt Jerúſalem. Admirábilis cleméntia Dómini , quòd jam captivitáte vicínâ , & Babylónio exércitu vallante Jerúſalem , nihilóminùs pópulum ad pœniténtiam próvocat ; malens ſalváre converſos , quàm pérdere delinquentes !

℟. Ecce dies vénient. 313.

Lectio v.

FActum eſt, inquit Jeremías, verbum Dómini ad me , dicens : Priuſquàm te formárem in útero, novi te ; & ántequàm exíres de vulva , ſanctificávi te : prophétam in géntibus dedi te. Non quò ante conceptiónem , ut hæreſis ſuſpicátur , fúerit Jeremías ; ſed quò præſcíret eum futúrum Dóminus , cui necdùm facta , facta ſunt ; ſecundùm illud quod Apóſtolus lóquitur : Qui vocávit ea quæ non erant , quaſi ea quæ eſſent. Quòd autem ſanctificátur in útero , juxtà illud

Apóſtoli debémus accípere: Poſtquàm autem plácuit ei qui me ſegregávit de útero matris meæ, & vocávit per grátiam ſuam, ut reveláret Fílium ſuum in me, ut evangelizárem illum in géntibus. Joannes quoque Baptiſta ſanctificátur in útero, & ſanctum Spíritum áccipit, & movétur in vulva, & per os matris lóquitur.

℟. In diébus illis. 313.

Lectio vj.

QUòd autem dixit: Prophétam in géntibus dedi te; illud vult intélligi, quod in ipſo poſteà Prophéta lectúri ſumus, quòd non ſolùm Jerúſalem, ſed & multis in circúitu géntibus prophetáverit. Quidam hunc locum ſuper Salvatóre intélligunt, qui próprie Prophéta géntium fuit, & per Apóſtolos vocávit omnes natiónes. Iſte enim verè priuſquàm in útero virgináli formarétur, & ántequàm exíret de vulva matris, ſanctificátus in útero eſt, & notus Patri, quippè qui ſemper in Patre, & in quo ſemper Pater.

℟. Adinvénit Deus. 313.

In III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio vij. Cap. 2.

IN illo témpore; Angelus Dómini appáruit in ſomnis Joſeph, dicens: Surge, áccipe Púerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum. Et réliqua.

Homília ſancti Joannis Chryſóſtomi.

Hom. 8. in cap. 2. Matth.

NOs ſcrutári dignum eſt cur non & Magi præſentes ſalventur, & puer; ſed illi quidèm in Pérſidem revertantur, hic autem cum matre in Ægyptum transfúgiat; cùm multò pótiùs fuiſſe videátur in manus eum Heródis incídere, nec tamen, cùm incidiſſet, intérfici, ſed claro prorsùs divinitátis auxílio vindicári. Verùm hoc modo rebus implétis, créditum non fuiſſet verè illum ſuſcepiſſe carnem, tantíque hódie myſtérii ſacramenta nutárent.

℟. Angelus Dómini appáruit in ſomnis Joſeph, dicens: Surge, & áccipe Púerum, & matrem ejus, & fuge in Ægyptum, & * Eſto ibi uſque dùm dicam tibi. ℣. Deſcende in Ægyptum: ego deſcendam tecum illùc, & indè addúcam te revertentem. * Eſto. [*Cum Officium ſit in Feriis*, Glória Patri. * Eſto.] *Matth. 2. Gen. 46.*

Lectio viij.

MAgos verò celériter emittit, ſimul & Perſárum regióni mittens magiſtros, & inefficácem reddens furórem tyranni; ut diſcat ſe impoſſibília mo-

ſtri, & conceptam extinguat iram, ſeque ab ſtúdio vani labóris abdúcat. Eſt autem Divinitátis virtúte dignum, non modò apertè contérere inimícos, verùm étiam cum omni illos facilitáte decípere.

℞. Consíderat peccátor juſtum, & quærit mortificáre eum; * Dóminus autem non derelinquet eum in mánibus ejus. ℣. Futúrum eſt ut Heródes quærat Púerum ad perdendum eum: * Dóminus. *Pſ.* 36. *Matth.* 2.

Lectio ix.

ET cujus tandèm, ínquies, rei grátiâ in Ægyptum párvulus míttitur? Prima quidèm illa cauſa eſt, quam Evangeliſta ſignávit, ut implerétur, inquit, quod ſcriptum eſt: Ex Ægypto vocávi Fílium meum. Simul étiam toti orbi denuntiantur óptimæ ſpei in póſterum procemia. Quia enim Bábylon atque Ægyptus præ ómnibus terris flammâ impietátis ardébant, & ab ipſis ſtatìm princípiis oſtendit quòd utramque emendatúrus eſſet, & igne pótiùs fídei ſuccenſúrus; ex his ùtiquè perſuádens étiam de áliis mundi pártibus ſperanda eſſe melióra. Nam Pérſidi quidèm Magos remittit, ipſe verò cum matre in Ægyptum deſcendit.

℞. Conſurgens nocte * Joſeph accépit Púerum, & matrem ejus, & † Seceſſit in Ægyptum. ℣. Pertranſiérunt ad pópulum álterum: non relíquit Deus hóminem nocére eis. * Joſeph. Glória. † Seceſſit. *Matth.* 2. *Pſ.* 104.

AD LAUDES.

Ant. Capitulum, Hymnus & ℣. ut ſuprà, 313.

Ad Benedictus.

Ant. 5. C. Erat Joſeph in Ægypto uſque ad óbitum Heródis. *Matth.* 2.

Oratio.

DEus, qui in Unigénito tuo novam creatúram nos tibi eſſe feciſti: cuſtódi ópera miſericórdiæ tuæ, & ab ómnibus nos máculis vetuſtátis emunda; ut per auxílium grátiæ tuæ, in illíus inveniámur forma, in quo tecum eſt noſtra ſubſtántia; Qui tecum vivit.

AD HORAS, omnia dicuntur ut in Dominicis à Circumciſione, ſuprà, 315.

AD VESPERAS.

Ant. Capitulum, Hymnus & ℣. ut ſuprà, 316.

Ad Magníficat.

Ant. 5. C. Dictum eſt à Dómino per Prophétam: Ex Ægypto vocávi Fílium meum. *Matth.* 2.

Oratio, ſuprà ad Laudes.

COMPLETORIUM, *ut ſuprà,* 317.

[*Si nulla occurrat Dominica inter Circumciſionem & Epiphaniam, vel ſi Dominica incidat in diem*

v. *ſcilicet in Vigiliam Epiphaniæ, tunc die iij. ſit Officium de Tempore, ut in Feriis à Circumciſione ad Septuag.* 317. *& in eo legitur pro ultima Lectione Evang. cum Homilia hujus Dominicæ, & Reſponſorio* Angelus. 320. *in cujus fine additur* Glória Patri.

Ad Benedictus.

Ant. Erat Joſeph. *Oratio*, Deus, qui in Unigénito. *ut ſuprà*, 321. *Deindè ſit Commem. de S. Genoveſa, tùm de Virgine Deipara.*

AD HORAS, Omnia ut in Feriis à Circumciſione ad Septuageſ. 318. *Oratio*, Deus, qui in Unigénito. *ſuprà*, 321. *quæ etiam ad Veſperas dicitur.*

VESPERÆ de S. Ferreolo, Epiſc. ut in Communi Pontific. Pſſ. ſub ſola Ant. Suſcitábo. xxij. *Orat.* Deus, qui. 319. *Commem. Virg. Deip.* 317.]

DIE II. JANUARII.

In Feſto S. BASILII MAGNI, Cæſarienſis Epiſcopi, & Eccleſiæ Doctoris.

Duplex-minus.

Omnia de Communi Doctorum, exceptis quæ ſeq.

IN I. NOCTURNO.

Incipit liber Jeremíæ Prophétæ.

Lectio j. Cap. 1.

VErba Jeremíæ filii Helcíæ: de ſacerdótibus, qu fuérunt in Anathoth in terrà Bénjamin. Quod factum eſt verbum Dómini ad eum in diébus Josíæ filii Amon regis Juda, in tertiodécimo anno regni ejus. Et factum eſt in diébus Joakim filii Josíæ regis Juda, uſquè ad conſummatiónem undécimi anni Sedecíæ filii Josíæ regis Juda, uſquè ad tranſmigratiónem Jeruſalem, in menſe quinto. Et factum eſt verbum Dómini ad me, dicens: Priuſquàm te formárem in útero, novi te: & antequàm exíres de vulva, ſanctificávi te, & prophétam in Géntibus dedi te.

Lectio ij.

ET dixi, A, a, a, Dómine Deus: ecce néſcio loqui, quia puer ego ſum. Et dixit Dóminus ad me: Noli dícere, Puer ſum: quóniam ad ómnia, quæ mittam te, ibis: & univerſa, quæcumque mandávero tibi, loquéris. Ne tímeas à fácie eórum: quia tecum ego ſum ut éruam te, dicit Dóminus. Et miſit Dóminus manum ſuam, & tétigit os meum: & dixit Dóminus ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce conſtítui te hódiè ſuper Gentes, & ſuper regna ut evellas, & déſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædífices, & plantes.

Lectio iij.

ET factum eſt verbum Dómini ad me, dicens:

u vides, Jeremía?
: Virgam vigilan-
;o vídeo. Et dixit
us ad me: Benè vi-
uia vigilábo ego ſu-
bo meo ut fáciam
t factum eſt verbum
i ſecundò ad me,
: Quid tu vides? Et
llam ſuccenſam ego
& fáciem ejus à fá-
ilónis. Et dixit Dó-
ad me: Ab Aqui-
andétur malum ſu-
nes habitatóres ter-
ia ecce ego convo-
mnes cognatiónes
m Aquilónis, ait
us: & vénient &
unuſquiſque ſólium
n intróitu portárum
m, & ſuper omnes
jus in circúitu, &
niverſas urbes Juda.
ar judícia mea cum
r omnem malítiam
, qui dereliquérunt
libavérunt diis alié-
: adoravérunt opus
m ſuárum.

I. NOCTURNO.

Lectio iv.

Baſilii vita & ſcrip-
& aliis autoribus.

ſilius Cæſaréæ in
appadócia natus,
ropter doctrínæ &
excelléntiam cog-
to Magnus, cùm
æ & Bizántii lítteris
dediſſet, Athénas
ubi cum Gregório
go ſanctæ amicítiæ
niit. Reverſus in pá-
triam, cùm, ſanctæ Ma-
crínæ vírginis ſorória ſuæ
conſílio, mundo renuntiáre
ſtatuiſſet, in Ægyptum,
Palæſtínam, Cœleſyriam
& Meſopotámiam iter fe-
cit, ſolitários inviſúrus.
Deindè in erémum Ponti
ſeceſſit: ubi, cóndito Mo-
naſtério, & collocátis juxtà
Anachorétas Cœnobítis,
monáſticas régulas conſtí-
tuit. Tùm ab Euſébio Cæ-
ſaréæ in Cappadócia Epíſ-
copo Préſbyter, licèt in-
vítus, conſecrátur. Ob cu-
jus pósteà malévolum in ſe
ánimum íterùm in Ponti
ſolitúdinem ſe recépit:
undè Cæſaréam revocátus
eſt aliquantò pòſt, ut Eu-
ſébium in perſecutióne Va-
lentis Imperatóris Ariáni
laborantem, in Eccléſiæ
adminiſtratióne adjuváret.
In ſumma annónæ caritáte
paúperes Cæſaréæ in unum
coactos ſuſtentávit, ſuis
étiam mánibus cibos mi-
niſtrans, quos verbi divíni
pábulo condiébat. Euſébio
inter manus ejus defuncto,
annitente Gregório Gregó-
rii Nazianzéni patre, ſub-
rogátus eſt, & anno trecen-
téſimo ſeptuagéſimo ante
autumnum ordinátus.

Lectio v.

Valente íterùm in Ca-
thólicos ſæviente, Mo-
deſtum ejus præfectum ex-
tréma ſibi minitantem tan-
tâ libertáte repreſſit, ut
pertérritus ille dixerit:

Nemo me ad hanc uſque diem ita allocútus eſt. Cui Baſílius : Neque enim forſan in Epíſcopum incidiſti. Admirátus tantam ánimi fortitúdinem Modeſtus, Valentem ádit : Imperátor, inquit, ab hujus Eccléſiæ Antíſtite victi ſumus: minis ſupérior eſt, ſermónibus fírmior, & verbórum blandítiis fórtior. Cùm igitur Valens, inſtántibus Ariánis, Baſílium relegáre ſtatuiſſet, & jam exſílii decréto eſſet ſuſcriptúrus, manum ejus Deus mirabíliter inhíbuit. Modeſtum, ingraveſcente morbo, ut ſibi ignóſceret deprecantem, ſanitáti reſtítuit.

Lectio vj.

Eccléſiæ Orientális ab Ariánis vexátæ, & Antiochéno diſsídio ſciſſæ, calamitátibus permótus, egit apud ſanctum Athanáſium, & álios Orientis Epíſcopos, ut auxílium ipſi ab Occidentálibus Epíſcopis poſtulárent. Mónachis leges ſanctíſſimas, totíque Eccléſiæ probátas póſuit. Nihil propter labóres contínuos de vitæ auſteritáte remíſit. Stratus erat humi léctulus, aſsíduæ vigíliæ, panis & ſal pro obſónio, & aqua pro potu. Ex qua vivendi ratióne graves morbos contráxit: quibus conféctus, óbiit primâ die Januárii, has inter voces : In manus tuas, Dómine, commendo ſpíritum meum. Illi pauló poſt óbitum, conſecrátum feſtum diem refert ejus frater ſanctus Gregórius Nyſſénus.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lectio vij. Cap. 14.

Dixit Jeſus turbis : Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum, & matrem, & uxórem, & fílios, & fratres, & ſorores, adhuc autem & ánimam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcípulus. Et réliqua.

Homília ſancti Baſílii Epíſcopi.

Regulis fuſiùs tractatis, interrogatione 8. *nov. edit. n.* 1.

Arbitrámur hoc præceptum ad plura à quibus abalienári oportet, pertinére. Nam & diábolo antè ómnia & carnis affectibus renuntiámus, qui núntium remíſimus occultis turpitudínibus, cognatiónibus corpóreis, hóminum amicítiis, & vitæ conſuetúdini, quæ integritáti Evangélii ſalútis adverſétur; & quod his magis neceſſárium eſt, ſibi ipſi renúntiat, qui éxuit veterem hóminem cum áctibus ipſíus, qui corrúmpitur ſecundùm deſidéria erróris; ac étiam renúntiat ómnibus mundánis affectibus, qui pietátis ſcopo impediménto eſſe poſſunt. Ita-

que, qui ejúſmodi eſt, veros parentes eos eſſe exiſtimábit, qui ipſum in Chriſto Jeſu per Evangélium genúerint: fratres verò eos qui accéperint eundem adoptiónis ſpíritum; prætereáque ómnibus divítiis tanquàm rebus aliénis, ut re ipsâ ſunt, intendet.

Lectio viij.

QUamóbrem in eo ſita eſt vera renuntiátio, ſi quem nec ipsíus vitæ amor móveat, ſed hábeat ſenténtiam mortis, ſic ut nihil ſibi confídat. Indè autem inítium ſumit, ſi videlicèt aliénémur à rebus externis, exempli causâ, à poſſeſſiónibus, ab ináni glória, à vitæ conſuetúdine, à rerum inutílium ſtúdio. Sic qui vehementer Chriſtum ſequi desíderat, nihil quod ad hanc vitam attíneat, curáre ámpliùs poteſt, non ipſum parentum aut propinquórum amórem, ſi Dómini præceptis adverſétur.

Lectio ix.

ESt ígitur renuntiátio diſſolútio ſimul vinculórum terrénæ hujus ac temporáriæ vitæ, & humanórum officiórum liberátio: quæ nos éfficit magìs idóneos, qui iter ad Deum dedúcens incœptémus. Eſt & occáſio impedimenti expers, quâ obtinétur poſſéſſio uſuſque rerum pretioſárum: Super aurum & lápidem pretióſum multùm: & ut in ſumma dicam, eſt cordis humáni ad cœleſtem converſatiónem tranſlátio, ſic ut dícere poſsímus: Noſtra enim converſátio in cœlis eſt. Et quod máximum eſt, ſimilitúdinis ejus quam cum Chriſto habére debémus, inítium eſt; Qui propter nos egénus factus eſt, cùm eſſet dives: quam niſi priùs conſequámur, vivendi ratiónem Chriſti Evangélio conſentáneam attíngere non póſſumus.

Te Deum.

AD LAUDES.

Oratio. Excita. xxxiv. *Commem. de Virg. Deipara, Ant.* Péperit. ℣. Confiteantur. *Oratio.* Deus, qui. 315.

AD HORAS, Doxol. Qui natus es, &c. *in omni Offic. uſque ad Septuag. niſi aliter notetur.*

℟℟℟. *brev. additur duplex* Allelúia.

AD VESPERAS.

Commem. de S. Genovefa. Ant. Complácuit. ℣. Audi. liv. *Oratio.* Effunde. *infrà. Ultimò de Virgine Deipara*, 317.

DIE III. JANUARII.

In Feſto

S. GENOVEFÆ

Virginis.

Simplex.

Omnia de Communi Virginum non Martyrum, exceptis quæ ſequuntur.

Dominus : Recordatus ſum tuî, míſerans adoleſcéntiam tuam, & caritátem deſponſatiónis tuæ, quandò ſecúta es me in deſerto, in terra quæ non ſeminátur. Sanctus Iſraël Dómino, primítiæ frugum ejus : omnes qui dévorant eum, delinquunt : mala vénient ſuper eos, dicit Dóminus. Audíte verbum Dómini, domus Jacob, & omnes cognatiónes domûs Iſraël : Hæc dicit Dóminus : Quid invenérunt patres veſtri in me iniquitátis, quia elongavérunt à me, & ambulavérunt poſt vanitátem, & vani facti ſunt ? Et non dixérunt : Ubi eſt Dóminus, qui aſcéndere nos fecit de Terra Ægypti : qui tradúxit nos per deſertum, per terram inhabitábilem & inviam, per terram ſitis & imáginem mortis, per terram in qua non ambulávit vir, neque habitávit homo ?

Lectio ij.

ET indúxi vos in terram Carméli, ut comederétis fructum ejus, & óptima illíus : & ingreſſi contaminaſtis terram meam, & hæreditátem meam poſuiſ-

ſecuti ſunt. Propter huc judício contendá biſcum, ait Dómin cum fíliis veſtris d tábo. [*] Tranſíte a las Cethim, & vidé in Cedar mittite, & ſideráte vehementer : déte ſi factum eſt hu modi ; ſi mutávit ge ſuos, & certè ipſi no dii : pópulus verò me távit glóriam ſuam i lum. Obſtupéſcite c per hoc, & portæ ej ſolámini vehementer cit Dóminus. Duo mala fecit pópulus Me dereliquérunt f aquæ vivæ, & fodér ciſternas, ciſternas d tas, quæ continére n lent aquas. Numqu vus eſt Iſraël, aut v culus ? quare ergo eſt in prædam ?

Lectio iij.

Ex vita S. Genovefæ Bolland.

GEnovéfa in agro ſienſi nata, mag tútis ſplendóre à téne nis cláruit. Germánu tiſſiodorenſis iter fáci Británniam, ut Pela hæréſeos relíquias pr ret, Genovéfam vidi

o caram, ac vitæ ſanc-
íte illuſtrem fore præſén-
ns, Eccléſiam cum fre-
enti pópulo ingreſſus,
ellæ manus impóſuit; &
er crebros Pſalmórum
icentus Vírginem Deo
nſecrávit. Plúrima pro-
ético ſpíritu prædíxit; at-
e imprímis, Attila Hun-
rum rege Gállias inva-
nte, cives Pariſienſes ad-
rtáta eſt, ne relictis ſé-
ius fortúnas ſuas áliò
nsferrent, affirmans ur-
n vanâ trepidatióne cón-
i. Rei veritátem probá-
eventus, idque Ge-
véſæ patrocínio datum.
aſſante deindè fame,
in máxima annónæ ca-
itæ, urbem magnâ fru-
nti cópiâ, & páuperes
úmeros, erogátis páni-
, ſuſtentávit. Germá-
ſterium in Británniam
fectúrus, váriis eam im-
ſtam calúmniis divíno
uio conſolátus eſt. Abſ-
ntiæ & jejúniis vacá-
impénſiùs. Miraculó-
dono & multitúdine
lluit. Audítâ tot mi-
lórum famâ, Símeon
ſtes ejus ſe précibus
it commendátum. Ad
os octoginta in Chriſti
itúte conſénuit. Luté-
ſepulta eſt in Baſí-
ſanctórum Apoſtoló-
Petri & Pauli, quæ
indè ipſíus Genovéfæ
ien accépit.

Oratio.

EFfúnde ſuper nos, Dó-mine, Spíritum agnitiónis & dilectiónis tuæ, quo ancillam tuam Genovéfam implevíſti; ut ſédulâ ejus imitatióne tibi ſincérè obſequentes, fide tibi & ópere placeámus; Per Dóminum, &c.

Fit Commem. de Virgine Deipara, ut ſuprà. 315.

℟℟℟. *brev. Horar. additur duplex* Allelúia.

VESPERÆ de ſequenti.

DIE IV. JANUARII.
In Feſto
SANCTI FERREOLI,
Ucetienſis Epiſcopi.
Semiduplex.

Omnia de Communi Pontificum, additis quæ ſequuntur.

Pridiè AD VESP. Pſalmi ſub ſola Ant. Suſcitábo. xxij.

Oratio, Deus, qui beátum. *infrà.*

Fit Commem. de Virgine Deipara, ut ſuprà. 317.

De Jeremía Prophéta.
Lectio j. Cap. 3.

ET dixit Dóminus ad me in diébus Josíæ regis: Numquid vidíſti quæ fécerit averſátrix Iſraël? ábiit síbimet ſuper omnem montem excelſum, & ſub omni ligno frondóſo, & fornicáta eſt ibi. Et dixi, cùm fecíſſet hæc ómnia: Ad me revértere: &

non eſt reverſa. Et vidit prævaricátrix ſoror ejus Juda, quia pro eo, quòd mœcháta eſſet averſátrix Iſraël, dimiſiſſem eam, & dediſſem ei libellum repúdii: & non tímuit prævaricátrix Juda ſoror ejus, ſed ábiit, & fornicáta eſt étiam ipſa. Et facilitáte fornicatiónis ſuæ contaminávit terram, & mœcháta eſt cum lápide & ligno. Et in ómnibus his non eſt reverſa ad me prævaricátrix ſoror ejus Juda in toto corde ſuo, ſed in mendácio, ait Dóminus. Et dixit Dóminus ad me: Juſtificávit ánimam ſuam averſátrix Iſraël, comparatióne prævaricatrícis Judæ. [*] Vade, & clama ſermónes iſtos contrà Aquilónem, & dices: Revértere averſátrix Iſraël, ait Dóminus, & non avertam fáciem meam à vobis: quia ſanctus ego ſum, dicit Dóminus, & non iraſcar in perpétuum. Verúmtamen ſcito iniquitátem tuam, quia in Dóminum Deum tuum prævaricáta es: & diſperſiſti vias tuas aliénis ſub omni ligno frondóſo, & vocem meam non audiſti, ait Dóminus. Convertímini fílii revertentes, dicit Dóminus: quia ego vir veſter: & aſſúmam vos unum de civitáte, & duos de cognatióne, & intro-dúcam vos in Sion. Et dabo vobis paſtóres juxtà cor meum, & paſcent vos ſciéntiâ & doctrínâ. [**] Cùmque multiplicáti fuéritis, & crevéritis in terra in diébus illis, ait Dóminus: non dicent ultrà: Arca teſtamenti Dómini: neque aſcendet ſuper cor, neque recordabuntur illíus: nec viſitábitur, nec fiet ultrà. In témpore illo vocábunt Jerúſalem Sólium Dómini: & congregabuntur ad eam omnes gentes in nómine Dómini in Jeruſalem, & non ambulábunt poſt pravitátem cordis ſui péſſimi. In diébus illis ibit domus Juda ad domum Iſraël, & vénient ſimul de terra Aquilónis ad terram quam dedi pátribus veſtris.

Lectio ij.

Ex Domin. Anſb. le Coint. Baill. & aliis.

FErréolus Narbonenſis, Anſberto, ut créditur, & Blitilde paréntibus génere clariſſimis natus, ſeptennis unà cum ſancto Firmíno pátruo ſuo tunc annos nato duódecim, Ucétiam miſſus eſt ad Roricium Epíſcopum doctrínâ & ſanctitáte célebrem; qui Firmínum quidem cléricali milítiâ adſcripſit, Ferréolum verò lítteris imbuéndum curávit. Mórtuo poſteà Roricio, Firmínus

: Firmíno , Ferréo-
ıno ætátis trigéſimo
lo, in ſede epiſcopáli
ſor ſufficitur. Quo in
'e præcípuam Judæó-
qui tum multi Ucé-
egébant, curam há-
c ſollicitúdinem, ut
d Chriſti fidem cul-
ıe addúceret. Hinc
Childebertum Fran-
ı regem eo nómine
itur, quòd cum Ju-
c Saracénis comméde-
ıoſque munéribus al-
conarétur. Quam ob
réritus rex ne fortè
erréolus adversùs im-
n molirétur, eum ad
ári juſſit.

Lectio iij.

n Paríſiis annos tres
nmorári coactus fuiſ-
s Póntifex, cógnitâ
n viri ſanctitáte,
bertus ejus ſe pré-
obnixè commen-
illum multis auc-
nunéribus ad ſedem
sálem remíſit. Ucé-
redux, ibíque ef-
opulórum gratula-
xceptus, Judæos om-
ſe cónvocat, hor-
ıe ut Chriſti fidem
lantur; cujus móni-
qui obſequentes ſa-
ite renáti ſunt: cæ-
mnes ex diœcéſi éx-
nec deinceps ullus
Judæus habitáre
ùs. Monaſtérium in
nſtruxit ſub invoca-
tióne ſancti Ferréoli Viennenſis Mártyris, cujus ipſe nomen gerébat: monachiſque régulam ſcripſit, quam exímiis refertam præceptis ſæpiùs laudat ſanctus Benedictus Anianenſis. Obiit in pace ſexagenáriùs prídie nonas Januárii, circa annum quingentéſimum octogéſimum primum, pontificátûs verò vigéſimum octávum. De illo hæc habet Gregórius Turonenſis ſcriptor coævus: Eo témpore Ferréolus Ucetienſis Epíſcopus, magnæ vir ſanctitátis, óbiit plenus ſapiéntiâ & intellectu; qui libros áliquot epiſtolárum, quaſi Sidónium ſecútus, compóſuit.

Oratio.

DEus, qui beátum Pontíficem Ferréolum diſpenſatórem fidélem elegiſti: cœleſtis nos unctiónis dulcédine perfunde; ut fidéliter tibi ſervientes, à Príncipe paſtórum mercédem ſuſcípere mereámur; Qui tecum.

Fit Commem. de Virgine Deipara. 315.

℟℟℟. *brev. Horar. additur duplex* Allelúia.

IN VESP. fit Commemoratio S. Simeonis Stylitæ, *Ant.* Reliquiſti parentes tuos: plenam mercédem recípias à Dómino Deo, ad quem veniſti, & ſub cujus confugiſti alas. *Ruth.* 2.

℣. In umbra alárum tuárum ſperábo, ℟. Donec tránſeat iníquitas. *Pſ.* 56.

Oratio.

OMnípotens, ſempiterne Deus, terréna pro te calcántium merces magna nimìs: da nobis exemplo & interceſſióne beáti Simeónis, cujus hódiè tránſitum celebrámus, temporália ómnia deſpícere, & ad æterna totâ mentis intentióne feſtináre; Per.

Deindè fit Commem. de Virgine Deipara. 317.

DIE V. JANUARII.

IN VIGILIA EPIPHANIÆ.

¶ *Si hæc Vigilia occurrat in Dominica, Officium fit ut notatur ſuprà in Dominicis à Circumciſione ad Septuag. exceptis quæ ſequuntur.*

IN I. NOCT. Tres Lectiones, ut infrà, & è duabus fiunt tres; ℟℟℟. ut ſuprà, 312. *in Dominicis.*

IN II. NOCT. Tres Lectiones & ℟℟℟. ut ſuprà, 319.

IN III. NOCTURNO.

℣. Timébunt gentes nomen tuum, Dómine; ℟. Et omnes reges terræ glóriam tuam. *Pſ.* 101.

*Tres Lectiones infrà, diviſione factâ pro viij. Lectione, ad * aſteriſcum.*

℟. *vij.* Terra Zabúlon. *ſine* Glória Patri. *infrà*, 332.

℟. *viij.* Dóminus dixit. *infrà*, 331.

℟. *ix.* Ecce. *cum* Glória. 332.

Reliqua ut in Officio Vigiliæ.]

[*Si autem Vigilia iſta occurrat in Feriis, Officium fit ut ſequitur.*]

AD OFFICIUM NOCT.

Simplex.

Invit. Dóminus rex magnus ſuper omnem terram: * Veníte, adorémus. *Pſ.* 46.

Pſ. 94. Veníte. 2.

HYMNUS.

FAc, Chriſte, noſtri grátiâ
Defunĉte tot labóribus,
Ut mente gratâ, ſic piis
Hos prædicári cántibus.

Caſtæ parentis in ſinu
Inclúſus ardébas pati:
Æternus ut diſcas mori,
Mortále corpus índuis.

Vix natus, imbellis puer
Acúta ſentis frígora;
En vile pro molli thoro
Fœnum tibi ſuppónitur.

Amóre te facis reum:
Fers ſponte pœnas innocens;
Nec éximis te légibus,
Suprémus ipſe légifer.

Qui primus excísâ cruor
E parte ſtillat córporis
Membris micans ex ómnibus,
Torrentis inſtar prórruet.

Qui mucro latentes ſecat,
Idem tuum pectus fodit;

:adébant párvuli,
:adébas vúlnere.
)eus promptâ fugâ
iti cónſulis;
ıaron verax Deus,
is mendácibus.
ıatus es de Vír-
,
ıi ſit glória
re, cumque Spí-
,
:erna ſécula.
n.
de Pſalter. Ant.
ı eſt ſuprà in Fe-

ıébunt gentes no-
n, Dómine; ℟.
s reges terræ gló-
n. *Pſ.* 101.
:mía Prophéta.
j. Cap. 4.
:rteris, Iſraël, ait
ıinus, ad me con-
:re: ſi abſtúleris
la tua à fácie mea,
ıovéberis. Et ju-
'ivit Dóminus in
& in judício, &
: & benedícent
es, ipſumque lau-
Hæc enim dicit
viro Juda, & Je-
Nováte vobis no-
ıolíte ſérere ſuper
:cumcidímini Dó-
auferte præpútia
'eſtrórum, viri Ju-
ıbitatóres Jerúſa-
fortè egrediátur
indignátio mea,
látur, & non ſit
uat, propter ma-

lítiam cogitatiónum veſtrárum.

℟. Dóminus dixit ad me: Fílius meus es tu. * Póſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditátem tuam, & poſſeſſiónem tuam términos terræ. ℣. Sic præcépit Dóminus: Póſui te in lucem géntium, ut ſis in ſalútem uſque ad extrémum terræ. * Póſtula à me. *Pſ.* 2. *Act.* 13.

Lectio ij.

Ventrem meum, ventrem meum dóleo, ſenſus cordis mei turbáti ſunt in me: non tacébo, quóniam vocem búccinæ audívit ánima mea, clamórem prælii. Contrítio ſuper contritiónem vocáta eſt, & vaſtáta eſt omnis terra: repentè vaſtáta ſunt tabernácula mea, ſúbitò pelles meæ. Uſquequò vidébo fugientem, áudiam vocem búccinæ? Quia ſtultus pópulus meus me non cognóvit: fílii inſipientes ſunt, & vecordes: ſapientes ſunt ut fáciant mala, benè autem fácere neſciérunt. [*] Aſpéxi terram, & ecce vácua erat, & níhili: & cœlos, & non erat lux in eis. Vidi montes, & ecce movebantur: & omnes colles conturbáti ſunt. Intúitus ſum, & non erat homo: & omne volátile cœli receſſit. Aſpéxi, & ecce Carmélus deſertus:

& omnes urbes ejus deſtructæ ſunt à fácie Dómini, & à fácie iræ furóris ejus. Hæc enim dicit Dóminus: Deſerta erit omnis terra, ſed tamen conſummatiónem non fáciam.

℟. Ecce Electus meus, dicit Dóminus, complácuit ſibi in illo ánima mea: dedi Spíritum meum ſuper eum. * Judícium géntibus próferet; & legem ejus ínſulæ expectábunt. ℣. Notum ſit vobis quóniam Géntibus miſſum eſt hoc ſalutáre Dei, & ipſi áudient. * Judícium. [*Cùm Officium ſit in Dominica*, Glória Patri. * Judícium.] *Iſ.* 43. *Act.* 28.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio iij. Cap. 2.

IN illo témpore; Defuncto Heróde, ecce Angelus Dómini appáruit in ſomnis Joſeph in Ægypto. Et réliqua.

Homília ſancti Hilárii Epíſcopi.

Comment. in Matth. Cap. 2.

MOrtuo Heróde, Joſeph per Angelum monétur ut in Judæam cum Púero & matre ipsíus rédeat. Et revertens, cùm Archeláum Heródis fílium regnáre audiſſet, tímuit eò veníre; & per Angelum monétur ut in Galilæam tránſeat, & in regiónis ejus civitáte Názareth inhábitet. Reverti ergò ad Judæam monétur, & reverſus timet. Et rurſùm viſu admónitus, transíre ad regiónem Géntium jubétur. Sed aut timére eum qui admónitus ſit, non opórtuit, aut per Angelum deferri admonítio mox mutanda non débuit. Verùm typica rátio ſerváta eſt. [*] Joſeph enim Apoſtolórum habet ſpéciem, quibus Chriſtus circumferéndus eſt créditus. Hi, tamquàm Heróde mórtuo, id eſt, pópulo ejus & regno in paſſióne Dómini depérdito, Judæis prædicáre ſunt juſſi; miſſi erant ad oves pérditas domûs Iſraël: ſed manente hæreditáriæ infidelitátis dominátu, métuunt & recédunt. Admóniti per viſum, ſancti ſcilicèt Spíritûs donum in Géntibus contemplantes, ad eas tránsferunt Chriſtum, Judææ miſſum, ſed vitam & ſalútem Géntium nuncupátum.

℟. Terra Zabúlon & terra Néphthali, via maris trans Jordánem Galilææ géntium: * Pópulus qui ambulábat in ténebris, vidit lucem magnam. ℣. Conſurgens Joſeph accépit Púerum & matrem ejus, & venit in terram Iſraël; & admónitus in ſomnis, ſeceſſit in partes Galilææ. * Pó-

, óvium paſtor ad-
er, ac póſteà mó-
, morum candóre
longè ſuperábat,
ómadam totam ſæ-
ius explébat. Vitæ
is deſidério, in ciſ-
cca delítuit; ex qua
, tres annos in cél-
it, oratiónibus ad
inicè intentus: eâ-
ſtinéntiâ, ut qua-
a diébus ſine cibo
tis, penè exanimá-
ertus fúerit; quam
quadragenárii ratió-
r octo & viginti an-
rvávit. Tùm ſepto
ı ſibi in vértice mon-
ucto, ne ultrà pró-
oſſet, caténam fér-
: una parte ad ſaxum
:, ex áltera ad dex-
edem alligátam ex-
it; quam tamen,
te Melétio Epíſco-
epóſuit. Cùm verò
id eum ex remotíſ-
urbis pártibus con-

hæréticos confutáre. Tandèm miraculórum glóriâ & ſinguléri vitæ ſanctitáte illuſtris, anno quadringentéſimo ſexagéſimo óbiit Calendis Januárii ſub Leónis império; & Nonis ejuſdem menſis, Antiochíæ in Ecclésia Caſſiáni ſepultus eſt. Tantam fuiſſe apud Romános ejus ſanctitátis famam ex Theodoréto refert ſéptima Synodus, ut illíus imágines in officinárum veſtíbulis in ſuî tutélam & præsídium collocárent.

℟. Ecce electus. *cum* Glória Patri. *ſuprà*, 332.]

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Omnes gentes, pláudite mánibus: ℟. Jubiláte Deo in voce exultatiónis. *Pſ.* 46.

AD LAUDES ET HOR.

Semiduplex.

Pſalmi de Feria.

Ant. 1. g. MAgnificábor, & ſanctificábor, & nótus ero in óculis multá-

tem quæ eis non prófuit. *Jerem.* 16.

Ant. 6. Incurvábitur ſublímitas hóminum, & elevábitur Dóminus ſolus in die illa, & idóla pénitùs conterentur. *Iſ.* 2.

Ant. 8. *G.* Reddam.

CANTICUM. *Iſaïæ* 12.

De Salvatoris adventu.

CONfitébor tibi, Dómine, quóniam irátus es mihi: * converſus eſt furor tuus, & conſolátus es me.

Ecce Deus ſalvátor meus; * fiduciáliter agam, & non timébo.

Quia fortitúdo mea & laus mea Dóminus, * & factus eſt mihi in ſalútem.

Hauriétis aquas in gáudio de fóntibus Salvatóris; * & dicétis in die illa: Confitémini Dómino, & invocáte nomen ejus.

Notas fácite in pópulis adinventiónes ejus: * mementóte quóniam excelſum eſt nomen ejus.

Cantáte Dómino, quóniam magníficè fecit: * annuntiáte hoc in univerſa terra.

Exulta & lauda, habitátio Sion: * quia magnus in médio tuî Sanctus Iſraël.

Ant. Reddam pópulis lábium electum, utínvocent omnes in nómine Dómini, & ſérviant ei húmero uno. *Sophon.* 3.

Ant. 4. *E.* Mihi flectetur omne genu; & omnis lingua confitébitur Deo, allelúia. *Rom.* 14.

CAPITULUM. *Zach.* 2.

APplicabuntur gentes multæ ad Dóminum in die illa, & erunt mihi in pópulum; & habitábo in médio tuî: & ſcies quia Dóminus exercítuum miſit me ad te.

HYMNUS.

DIvíne, creſcébas, Puer;
Creſcendo diſcébas mori;
Hæc deſtináta tunc erant
Mortis tuæ prælúdia.

Satus Deo, volens tegi,
Elégit obſcúrum patrem;
Qui fecit æternas domos,
Domo latet ſub páupere.

Cœlum manus quæ ſuſtinent,
Fabríle contrectant opus;
Suprémus aſtrórum Parens
Fit ipſe vilis ártifex.

Tremenda cujus præpetes
Mandáta portant Spíritus
Cui pronus orbis ſúbditur,
Se ſpontè fabro ſúbjicit.

Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória
Cum Patre, cumque Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

℣. Deus, in ſancto via tua: ℟. Notam feciſti in pópulis virtútem tuam. *Pſ.* 76.

ːnedictus.
Ƨ. Véniens Jo-
vit in civitáte
r Názareth; ut
r quod dictum
phétas; Quó-
ːæus vocábitur.

ratio.
ıoſtra, quæſu-
)ómine, ventú-
itis ſplendor il-
o mundi hujus
rére valeámus,
re ad pátriam
æternæ; Per
noſtrum Jeſum
Fílium tuum,
vivit & regnat
Spíritûs ſancti
r ómnia ſécula

n.
*ſit Commem. de
eone, Ant.* Pars
inus, dixit áni-
3onus eſt Dómi-
ː quærenti illum.
t præſtolári cum
utáre Dei. *Thren.*

návi ad te, Dó-
ixi: Tu es ſpes
Pórtio mea in
ntium. *Pſ.* 141.
Omnípotens. *ſu-*
).
, *de Virgine Dei-
ſuprà*, 315.
PRIMAM.
, g. Magnificábor.
br. ℣. Qui natus
ː María Vírgine.

AD TERTIAM.

Ant. 2. Vénient.

Capitulum. *Iſaïæ* 65.

Quæſiérunt me qui antè non interrogábant: invenérunt qui non quæſiérunt me. Dixi: Ecce ego, ecce ego, ad Gentem quæ non invocábat nomen meum.

℟. *br.* Pópulus quem ignóro, * ſérviet mihi, * Allelúia, allelúia. Pópulus. ℣. Audítu auris * obédient mihi, * Allelúia. Glória Patri. Pópulus.

℣. Confitébor tibi, Dómine, in géntibus, ℟. Et nómini tuo cantábo. *Cant.* 2. *Reg.* 22.

AD SEXTAM.

Ant. 6. Incurvábitur.

Capitulum. *Apoc.* 15.

Quis non timébit te, Dómine, & magnificábit nomen tuum? quia ſolus pius es; quóniam omnes gentes vénient, & adorábunt in conſpectu tuo.

℟. *br.* Benedicentur in ipſo * omnes tribus terræ, * Allelúia, allelúia. Benedicentur. ℣. Omnes gentes * magnificábunt eum, * Allelúia. Glória. Benedicentur. *Pſ.* 71.

℣. Magnificéntiam glóriæ ſanctitátis tuæ loquentur, ℟. Et mirabília tua narrábunt. *Pſ.* 144.

AD NONAM.

Ant. 4. E. Mihi.

CAPITULUM. *Sophon.* 2.

ATtenuábit Dóminus omnes deos terræ; & adorábunt eum viri de loco ſuo, omnes ínſulæ géntium.

℞. *br.* Adorábunt eum * omnes reges terræ, * Allelúia, allelúia. Adorá
℣. Omnes gentes ſer
ei, * Allelúia. Glória
tri. Adorábunt. *Pſ.* 71.

℣. Dómini eſt regn
℞. Et ipſe dominábitur
tium. *Pſ.* 22.

E VI. JANUARII.

EPIPHANIA DOMINI.

OLEMNE-MAJUS.

VESPERIS.
lmi de Feria.
Cce ego decliná-
bo ſuper Jerúſa-
ſi flúvium pacis, &
rrentem inundan-
iam géntium. *Iſ.* 66.
2. Quómodò po-
n fílios, & tríbuam
reditátem præclá-
rcítuum Géntium?
3.
. a. Exurge, &
lectos fílios tuos ab
ſole uſque ad occi-
, in verbo Sancti,
es Dei memóriâ.
5.
5. a. Diláta locum
tui; ad déxteram
ad lævam penetrá-
ſemen tuum gentes
ábit. *Iſ.* 54.
6. Vidébis, & áf-
k mirábitur & di-
r cor tuum, quandò
a fúerit ad te forti-
ntium. *Iſ.* 60.
ULUM. *Iſaïæ* 11.
e illa, radix Jeſſe,
ſtat in ſignum po-
1, ipſum gentes de-
ntur.

℟. Salutáre tuum paraſti, Deus, ante fáciem ómnium populórum, * Lumen ad revelatiónem géntium, & glóriam plebis tuæ Iſraël. ℣. Vidébunt gentes Juſtum tuum, Sion, & cuncti reges Inclytum tuum: * Lumen. Glória Patri. *Repetitur* ℟. Salutáre. *uſquè ad* ℣. *Luc.* 2. *Iſ.* 62.

HYMNUS.

Quæ ſtella ſole púlchrior
Coruſcat? hæc Regis novi
Revélat ortus: hæc Dei
Præſignat ad cunas iter.

Stat vátibus priſcis fides;
En ſtella ſurgit ex Jacob:
Arrectus ad ſpectáculum
Eóus orbis émicat.

Dùm ſidus ádmonet foris,
Lux fulget intùs clárior;
Suadetque vi blandâ Magos
Signi datórem quærere.

Segnes amor neſcit moras:
Labor, perîcla, nil movent:
Domum, propinquos, pátriam,

Deo vocante, déferunt.
Micante dum nos állicis,
O Chriſte, ſtellâ grátiæ;
Ne tarda cœleſti ſinas
Obſtáre corda lúmini.
Qui lumen eſt, ſit laus Patri,
Qui ſe revélat Géntibus,
Sit laus perennis Fílio:
Par ſit tibi laus, Spíritus. Amen.

℣. Annuntiábunt cœli juſtítiam Dómini ℟. Pópulo qui naſcétur, quem fecit Dóminus. *Pſ.* 21.

Ad Magníficat.

Ant. 8. G. *duplicanda.* Cívitas Dei, luce ſpléndidâ fulgébis: natiónes ex longinquo ad te vénient; & múnéra deferentes, adorábunt in te Dóminum. *Tob.* 13.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

AD COMPLETORIUM.

Pſalmi & Capitulum de Feria. Cetera ut infrà poſt II. Veſperas.

AD OFFICIUM NOCT.

Dictis ſecretò, Pater. Ave. Credo, *inchoatur abſolutè ut ſequitur.*

IN I. NOCTURNO.

Pſ. Afferte. 151.

Chriſtus adorandus. Vox prædicationis evangelicæ.

Ant. 7. d. Afferte Dómino, fílii Dei; afferte Dómino glóriam & honórem: adoráte Dóminum in aula ſancta ejus.

Pſ. Deus noſter refúgium. 153.

Chriſtus Eccle... inhabitans exalta... tibus.

Ant. 3. a. V... niam ego ſum D... tábor in géntib... tábor in terra.

Pſ. Omnes ge...

Chriſtus Rex ... ræ: ipſi pſaller...

Ant. 2. Pſálli... tro, pſállite: p... noſtro, pſállite... rex omnis terræ...

℣. Deus domi... cob, ℟. Et ſir... *Pſ.* 58.

De Iſaía Pr...

Lectio j.

OMnes ſit... níte ad ... qui non ... gentum, prope... & comédite; ve... abſque argento ... ulla commutati... & lac. Quarè ... argentum non i... & labórem veſt... ſaturitáte? Aud... tes me, & co... num; & dele... craſſitúdine áni... Inclináte auren... & veníte ad me ... & vivet ánima ... fériam vobiſc... ſempiternum, ... dias David fid... teſtem pópulis ... ducem ac pr... Géntibus. Ec... quam neſciébas ... & Gentes quæ ...

ad te current
ſminum Deum
ſtum & Iſraël,
icávit te.
ſublímes ad te,
ſbunt, & * Tui
dorábunt, te-
ábuntur. Tan-
éſt Deus, & non
te Deus. ℣. Eſt
ómnibus qui
t, quoſcumque
t Dóminus Deus
Tui erunt. *Iſ.* 45.

Cap. 60.

lluminâre, Jerú-
quia venit lu-
, & glória Dó-
te orta eſt. Quià
bræ opérient ter-
calígo pópulos:
utem orietur Dó-
k glória ejus in te
Et ambulábunt
lúmine tuo, &
ſplendóre ortûs
in circúitu ócu-
& vide: omnes
egáti ſunt, vené-
: fílii tui de longè
& fíliæ tuæ, de
gent. Tunc vidé-
ffues, & mirá-
dilatábitur cor
quandò converſa
te multitúdo ma-
itúdo Géntium vé-
i. Inundátio came-
périet te, drome-
dian & Epha: om-
Saba vénient, au-
hus deferentes, &

laudem Dómino annuntiantes.

℟. Vénient pópuli multi & gentes robuſtæ, * Ad quærendum Dóminum exercítuum in Jerúſalem, & deprecandam fáciem Dómini. ℣. Vénient ab Oriente, & Occidente, & Aquilóne, & Auſtro, * Ad quærendum. *Zach.* 8. *Luc.* 13.

Lectio iij. C. 61. & 62.

GAudens gaudébo in Dómino, & exultábit ánima mea in Deo meo; quia índuit me veſtimentis ſalútis, & indumento juſtítiæ circúmdedit me quaſi ſponſum decorátum coróna, & quaſi ſponſam ornátam monílibus ſuis. Sicut enim terra profert germen ſuum, & ſicut hortus ſemen ſuum gérminat; ſic Dóminus Deus germinábit juſtítiam & laudem coram univerſis géntibus. Propter Sion non tacébo, & propter Jerúſalem non quieſcam, donec egrediátur ut ſplendor Juſtus ejus, & Salvátor ejus ut lampas accendátur.

℟. Super ipſum continébunt reges os ſuum: * Quia quibus non eſt narrátum de eo, vidérunt; & qui non audiérunt, contempláti ſunt. ℣. An Judæórum Deus tantùm? nonnè & Géntium? * Quia. Glória Patri. *Repetitur* ℟. Super. *uſquè ad.* ℣. *Iſ.* 52. *Rom.* 3.

Dómine.

Pſ. Deus, judícium. *cum ſua diviſione.* 59.

Chiſti regnum: ipſi reges gentium munera offerent.

Ant. 1. D. Reges Tharſis, & ínſulæ múnera óffersent: reges Arabum & Saba dona addúcent.

Pſ. Inclína. *cum ſua diviſione.* 160.

Chriſtus in cruce moriens, fidem gentium prænuntiat.

Ant. 4. E. Omnes gentes, quaſcumque feciſti, vénient & adorábunt coram te, Dómine.

℣. Dábitur ei de auro Arábiæ; ℟. Et adorábunt de ipſo ſemper. *Pſ.* 71.

Sermo ſancti Leónis Papæ.

In Epiph. 2. *Lectio iv.*

GAudéte in Dómino, dilectíſſimi; íterùm dico, Gaudéte, quóniam brevi intervallo temporis poſt ſolemnitátem

...lorum, Salvato... nuntiátor app... Magos ad eum... prævia ſtella pe... à ſolis ortu uſq... ſum veri Regi... coruſcáret, cù... dem & regna... Magos díſcere... mánum Impéri... téret.

℟. Cùm natu... in Béthlehem J... bus Heródis re... Magi ab Orien... Jeroſólymam. ... pice, Jerúſalem... tem, & vide... tem à Deo tibi... * Ecce. *Matth.* 4.

Lectio

NAm & ſæv... volens pri... pecti ſibi Regis... huic diſpenſati... ſerviébat; ut... intentus facinor... ſibi púerum in...

, & ſupernæ ſigni- nóvitas, & cruen- erſecutóris impíe- nc autem étiam Salvátor illátus ens antíquis erró- ita, jam ad vicí- tem per occultam vocarétur; & quæ ejécerat ab ánimo ónem, jam hoſ- peret veritátem. ıérunt Magi, di- Ubi eſt qui natus udæórum? * Vídi- am ejus in Orien- vénimus adoráre Oriétur ſtella ex k conſurget virga : de Jacob erít nétur. * Vídimus. Num. 24.

Lectio vj.

ſcámus ergò, di- ſimi, in Magis ibus Chriſti voca- oſtræ fideíque pri- ı exultántibus áni- e ſpei inítia cele- Exindè enim in æ- ıæreditátem cœpi- oíre: exindè nobis ı loquéntia Scrip- arcána patuérunt; ; quam Judæórum o non recépit, natiónibus lumen ıvéxit. Honorétur ıobis ſacratíſſimus quo ſalútis noſ- or appáruit: & agi infantem ve- nt in cunábulis, ipotentem adoré- mus in cœlis. Ac ſicut illi de theſáuris ſuis myſticas Dómino múnerum ſpécies obtulérunt; ita & nos de córdibus noſtris, quæ Deo ſunt digna promámus.

℞. Ecce ſtella quam víderant Magi in Oriente, antecedébat eos, uſque dùm véniens ſtaret ſuprà ubi erat Puer. * Videntes ſtellam, gavíſi ſunt gáudio magno valdè. ℣. Ambulábunt Gentes in lúmine tuo, Jerúſalem, & reges in ſplendóre ortûs tui. * Videntes. Glória Patri. *Repet.* ℞. Ecce. *uſquè ad* ℣. *Matth.* 2. *Iſ.* 60.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 8. *G.* Veníte.

Pſalmus 94. *ſec. Vulg.*

Gentes & Judæi ad Chriſtum vocantur.

VEníte, exultémus Dómino: * jubilémus Deo ſalutári noſtro.

Præoccupémus fáciem ejus in confeſſióne, * & in pſalmis jubilémus ei;

Quóniam Deus magnus Dóminus, * & rex magnus ſuper omnes deos:

Quia in manu ejus ſunt omnes fines terræ; * & altitúdines móntium ipsíus ſunt:

Quóniam ipsíus eſt mare, & ipſe fecit illud; * & ſiccam manus ejus formavérunt.

Veníte, adorémus, & procidámus, * & ploré-

mus ante Dóminum qui fecit nos;

Quia ipſe eſt Dóminus Deus noſter, * & nos pópulus páſcuæ ejus, & oves manûs ejus.

Hódiè ſi vocem ejus audiéritis, * nolíte obduráre corda veſtra,

Sicut in irritatióne ſecundùm diem tentatiónis in deſerto, * ubì tentavérunt me patres veſtri, probavérunt me, & vidérunt ópera mea.

Quadraginta annis offenſus fui generatióni illi,* & dixi: Semper hi errant corde.

Et iſti non cognovérunt vias meas: * ut jurávi in ira mea, Si introíbunt in réquiem meam.

Ant. Veníte, adorémus eum; quia ipſe eſt Dóminus Deus noſter.

Pſ. Cantáte... omnis terra. 49.

Familiæ gentium ad Chriſtum vocatæ.

Ant. 6. Annuntiáte inter gentes glóriam ejus, in ómnibus pópulis mirabília ejus.

Pſ. Dóminus regnávit, exultet. 64.

Chriſtus Rex ſuper omnem terram, ab Angelis adorandus.

Ant. 5. a. Annuntiavérunt cœli juſtítiam ejus, & vidérunt omnes pópuli glóriam ejus.

℣. Laudáte Dóminum, omnes gentes; ℟. Laudáte eum, omnes pópuli.

Pſ. 116.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio vij. Cap. 2.

CUm natus eſſet Jeſus in Béthlehem Judæ in diébus Heródis regis, ecce Magi ab Oriente venérunt Jeroſólymam, dicentes: Ubì eſt qui natus eſt Rex Judæórum? Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

Homil. 10. *n.* 2. *in Evang.*

IN ómnibus ſignis, quæ, vel naſcente Dómino, vel moriente, monſtráta ſunt, conſiderandum nobis eſt quanta fúerit in quorumdam Judæórum corde durítia, quæ hunc nec per prophetíæ donum, nec per mirácula agnóvit. Omnia quippè elementa auctórem ſuum veniſſe teſtáta ſunt. Ut enim de eis quiddam uſu humáno loquar, Deum hunc cœli eſſe cognovérunt; quia prótinùs ſtellam miſérunt. Mare cognóvit, quia ſub plantis ejus ſe calcábile præbuit. Terra cognóvit, quia eo moriente contrémuit. Sol cognóvit, quia lucis ſuæ rádios abſcondit. Saxa & paríetes cognovérunt, quia témpore mortis ejus ſciſſa ſunt. Infernus agnóvit, quia hos quos tenébat mórtuos, réddidit. Et tamen hunc, quem

um ómnia inſenſi-
lementa ſenſérunt,
infidélium Judæó-
rda Deum eſſe mí-
ognoſcunt, & du-
xis ſcindi ad pœni-
nolunt. Qui étiam
natiónis ſuæ cúmu-
um quem natum deſ-
, naſcitúrum longè
æſcivérunt: & non
quia naſcerétur nó-
, ſed étiam ubì naſ-
; ut ipſa eórum
& illis fíeret ad
nium damnatiónis,
s ad adjutórium cre-
s.

.trantes domum, in-
t Púerum cum Ma-
re ejus: & * Proci-
adoravérunt eum;
tis theſauris ſuis,
unt ei aurum, thus,
rham. ℣. De Saba
, aurum & thus de-
, & laudem Dó-
nnuntiantes: * Pró-
s. *Matth.* 2. *Iſ.* 60.

Lectio viij.

ivitáte Regis noſtri
gnitâ, Heródes ad
argumenta convér-
e terréno regno pri-
. Renuntiári ſibi ubì
venirétur póſtulat:
eum velle ſe símu-
, ſi hunc inveníre
xtinguat. Sed quan-
umána malítia con-
sílium divinitátis?
m quippè eſt: Non
ntia, non eſt pru-
non eſt consílium
contrà Dóminum. Nam ea
quæ appáruit ſtella, Ma-
gos perdúcit: natum Re-
gem repériunt, múnera dé-
ferunt; & ne redíre ad
Heródem débeant, in ſóm-
nis admonentur. Sicque fit
ut Jeſum, quem quærit
Heródes, inveníre non poſ-
ſit. Cujús perſónâ, qui álii
quàm hypócritæ deſignan-
tur; qui, dùm fictè quæ-
runt, inveníre Dóminum
nunquam merentur?

℟. Obtulérunt Magi mú-
nera; & * Reſponſo ac-
cepto in ſomnis ne redírent
ad Heródem, per áliam
viam revertì ſunt in regió-
nem ſuam. ℣. Réprobat
Dóminus consília prínci-
pum: consílium autem Dó-
mini in æternum manet.
* Reſponſo. *Matth.* 2. *Pſ.*
32.

n. 6. *Lectio ix.*

MAgi aurum, thus &
myrrham déferunt.
Aurum quippè regi cón-
gruit: thus verò in Dei ſa-
críficium ponebátur: myr-
rhâ autem mortuórum cór-
pora condiuntur. Eum ergò
Magi quem adórant, étiam
myſticis munéribus prædi-
cant; auro, regem; thure,
Deum; myrrhâ, mortá-
lem. Nos ítaque nato Dó-
mino offerámus aurum, ut
hunc ubíquè regnáre fateá-
mur: offerámus thus, ut
credámus quòd his qui in
témpore appáruit, Deus
ante témpora éxtitit: offe-

quod áliis generatiónibus non eſt ágnitum, nunc revelátum eſt: Gentes eſſe cohærédes, & concorporáles, & compartícipes promiſſiónis Dei in Chriſto Jeſu; * Ut innoteſcat multiformis ſapiéntia Dei. ℣. Dicit Dóminus: Ultrà flúmina Æthiópiæ, indè ſúpplices mei; filii diſperſórum meórum déferent munus mihi; * Ut. Glória. *Repetitur* ℟. Myſtérium. *uſquè ad* ℣.

Poſt ℟. *dicitur*, (*juxta morem antiquum*,) *Genealogia Domini noſtri Jeſu Chriſti ſecundùm Lucam*, *ut ſequitur.*

℣. Dóminus vobiſcum,
℟. Et cum ſpíritu tuo.

[*Solus recitans incipit abſolutè.*]

Sequéntia ſancti Evangélii ſecundùm Lucam. *Cap.* 3.

℟. Glória tibi, Dómine.

FActum eſt, cùm bap-

thathíæ, qui
qui fuit Nahum
Heſli, qui fuit
fuit Mahath, q
thathíæ, qui
qui fuit Joſeph
Juda, qui fu
qui fuit Reſa,
róbabel, qui fui
qui fuit Neri
Melchi, qui fui
fuit Coſan, q
madan, qui fui
fuit Jeſu, qui f
qui fuit Jorim
Mathat, qui fui
fuit Símeon, qu
qui fuit Joſeph
Jona, qui fuit
qui fuit Mélea
Menna, qui fu
tha, qui fuit N
fuit David, qui
qui fuit Obed
Booz, qui fui
qui fuit Naaſſo
Amínadab, qui
qui fuit Efron

qui fuit Mathúſale, t Henoch, qui fuit qui fuit Maláleël, t Cáïnan, qui fuit ; qui fuit Seth, qui lam, qui fuit Dei. utem plenus Spíritu, regreſſus eſt à Jor-

à dicitur Te Deum.
acerd. Confiteantur puli, Deus; confi- tibi pópuli omnes: tentur & exultent *Pſ.* 66.

LAUDES.

mi de Dominica.

Enígnitas & humánitas appáruit ris noſtri Dei, alle-*it.* 3.

2. Vita manifeſtáta vídimus vitam æter- luæ erat apud Pa- & appáruit nobis, l. 1. *Joan.* 1.

7. *d.* Qui dixit de is lucem ſplendéſce- ſe illúxit in córdi- ſtris ad illuminatió- iéntiæ claritátis Dei Chriſti Jeſu, alle- *Cor.* 4.

nt. 1. *g.* Vóluit.

TICUM. *Iſaïæ* 49.
tatio ad Deum lau- n propter Eccleſiæ ionem.

ndáte, cœli; & exul-, terra: * jubiláte, s, laudem.

a conſolátus eſt Dó- pópulum ſuum, * & um ſuórum miſeré-

Et dixit Sion: Dereliquit me Dóminus, * & Dóminus oblítus eſt mei.

Numquid oblivíſci poteſt múlier infantem ſuum, * ut non miſereátur fílio úteri ſui?

Et ſi illa oblíta fúerit, * ego tamen non obliviſcar tuî.

Ecce in mánibus meis deſcripſi te: * muri tui coram óculis meis ſemper.

Venérunt ſtructóres tui: * deſtruentes te, & diſſipantes à te exíbunt.

Leva in circúitu óculos tuos, & vide: * omnes iſti congregáti ſunt, venérunt tibi.

Vivo ego, dicit Dóminus, * quia ómnibus his velut ornamento veſtiéris, & circúmdabis tibi eos quaſi ſponſa.

Quia deſerta tua, & ſolitúdines tuæ, & terra ruínæ tuæ, nunc anguſta erunt præ habitatóribus; * & longè fugabuntur qui abſorbébant te.

Adhuc dicent in áuribus tuis fílii ſterilitátis tuæ: * Anguſtus eſt mihi locus, fac ſpátium mihi ut hábitem.

Et dices in corde tuo: * Quis génuit mihi iſtos?

Ego ſtérilis & non páriens, tranſmigráta & captíva: * & iſtos quis enutrívit?

Ego deſtitúta & ſola: * & iſti ubi erant?

Ant. Vóluit Deus notas

ſácere divítias glóriæ ſacramenti hujus in Géntibus: quod eſt Chriſtus in vobis ſpes glóriæ, allelúia. *Coloſſ.* 1.

Ant. 4. E. Grátia data eſt à Deo, ut fiat oblátio Géntium accepta, & ſanctificáta in Spíritu ſancto, allelúia. *Rom.* 15.

CAPITULUM. 2. *Tim.* 1.

DEus nos liberávit, & vocávit vocatióne ſuâ ſanctâ, non ſecundùm ópera noſtra, ſed ſecundùm propóſitum ſuum, & grátiam quæ data eſt nobis in Chriſto Jeſu ante témpora ſeculária: manifeſtáta eſt autem nunc per illuminatiónem Salvatóris noſtri Jeſu Chriſti.

HYMNUS.

LInquunt tecta Magi príncipis urbis,
Et parvæ cúpidis mœnia Bethlem
Votis præcípiunt; jamque ſub imo
Spe ſubníxa fides corde triumphat.
O qui lætítiæ ſenſus, ut illis
Signans rurſùs iter ſtella refulſit;
Incumbenſque domo lámpade pronâ,
Infantem exhíbuit matris in ulnis!
Non hìc ſplendet ebur, non micat aurum;
Non velat rútilans púrpura corpus:
Horrens hìc ſtábulum, regia; nudum

Hìc præſépe, t[…]
púrpura, pan[…]
Reges pompa ſlic[…]
adornet:
Regnantem m[…]
probat ipſe
In vili pálea,
cultu,
Flectens impéri[…]
potenti.
Ad cunas húmiles,
curvo,
Præſens in Púe[…]
men adórant:
Et nos ad Púeru[…]
propágo,
Patrum plenâ fid[…]
ferámus.
Regi caſtus amor […]
aurum;
Caſtigáta hómi[…]
pora myrrham
Inſtar thuris eru[…]
preceſque:
Illo thure Deum
témur.
Qui fons lúminis e[…]
ria Patri:
Qui miro récre[…]
mine Gentes,
Æquális tibi ſit […]
Nate:
Ambórum ſímili[…]
ſit Amóri. A[…]

℣. Pópulus qui […]tur, laudábit Dóm[…]
℟. Quia proſpéxit […] celſo ſancto ſuo. *P*[…]

Ad Benedictus.

Ant. 3. a. *duplican*[…] víſcera miſericórdia noſtri: viſitávit nos […] ex alto, illumináre […] in ténebris & in umbr[…] tis ſedent, allelúia. *L*[…]

Oratio.
us, qui hodiernâ
ie Unigénitum tuum
ius, ſtellâ duce, re-
: concéde propítius,
jam te ex fide cog-
us, uſque ad con-
ındam ſpéciem tuæ
linis perducámur;
mdem Dóminum.
) *H O R A S.*
Doxologia.
te revélas géntibus,
tibi ſit glória,
Patre, cumque Spí-
tu,
piterna ſécula.
men.
lmi de Dominica.
P R I M A M.
t. 6. Benígnitas.
dicitur Symbolum
mque.
ı. br. ℣. Qui conſ-
: es * in caput Gén-
Pſ. 17.
T E R T I A M.
Ant. 2. Vita.
ITULUM. *Rom.* 3.
nc ſine lege juſtítia
)ei manifeſtáta eſt,
áta à lege & prophé-
ſtítia autem Dei per
Jeſu Chriſti in omnes
ɜr omnes qui credunt
ı; non enim eſt diſ-
ı.
ɔr. Benedícite, gen-
* Deum noſtrum,
lúia, allelúia. Bene-
. ℣. Et audítam fá-
vocem laudis ejus,
lúia. Glória. Bene-
Pſ. 65.
Notum fecit Dómi-
nus ſalutáre ſuum; ℟. In
conſpectu géntium revelá-
vit juſtítiam ſuam. *Pſ.* 97.

A D S E X T A M.

Ant. 7. *d.* Qui dixit.

CAPITULUM. *Iſaïæ* 49.

DEdi te in fœdus pó-
puli, ut ſuſcitáres
terram, & poſſidéres hæ-
reditátes diſſipátas; ut dí-
ceres his qui vincti ſunt,
Exíte; & his qui in téne-
bris, Revelámini.

℟. *br.* Benedictus qui ve-
nit * in nómine Dómini,
* Allelúia, allelúia. Bene-
dictus. ℣. Deus Dómi-
nus, * & illúxit nobis,
*Allelúia. Glória. Bene-
dictus. *Pſ.* 117.

℣. Apud te, Dómine,
eſt fons vitæ; ℟. Et in lú-
mine tuo vidébimus lumen.
Pſ. 35.

A D N O N A M.

Ant. 4. E. Grátia.

CAPITULUM. *Rom.* 15.

DIco gentes ſuper mi-
ſericórdia honoráre
Deum, ſicut ſcriptum eſt:
Proptéreà confitébor tibi
in géntibus, Dómine, &
nómini tuo cantábo. Et
íterùm dicit: Lætámini,
gentes, cum plebe ejus.

℟. *br.* Afferte Dómino,
pátriæ géntium, * afferte
Dómino glóriam & honó-
rem, * Allelúia, allelúia.
Afferte. ℣. Afferte Dó-
mino * glóriam nómini
ejus, * Allelúia. Glória
Patri. Afferte.

℣. Commoveátur à fá-
cie ejus univerſa terra;

℟. Dicite in géntibus, quia Dóminus regnávit. *Pſ.* 95.

AD II. VESPERAS.

Pſ. Dixit. 28.

Chriſti regnum inter gentes.

Ant. 1. D. MYſtérium quod abſcónditũ fuit à ſéculis & generatiónibus, nunc manifeſtátum eſt, allelúia. *Coloſſ.* 1.

Pſ. Laudáte, púeri. 30.

Chriſtus excelſus ſuper omnes gentes. Eccleſiæ fœcunditas.

Ant. 2. Gentes quæ non ſectabantur juſtítiam, apprehendérunt juſtítiam; juſtítiam autem quæ ex fide eſt, allelúia. *Rom.* 9.

Pſ. Laudáte Dóminum, omnes gentes. 149.

Miſericordia & veritas Dei in populum ſuum à gentibus laudanda.

Ant. 3. E. In Chriſto Jeſu, vos qui erátis longè, facti eſtis propè; ipſe eſt enim pax noſtra, qui fecit útraque unum, allelúia. *Epheſ.* 2.

Pſ. Lætátus ſum. 74.

Eccleſia vera Jeruſalem ex diverſis tribubus congregata.

Ant. 4. E. Véniens evangelizávit pacem vobis qui longè fuiſtis, & pacem iis qui propè, allelúia. *Epheſ.* 2.

Pſ. Confitébor... quóniam. 115.

Omnes reges terræ verba Chriſti audient.

Ant. 5. C. Non eſt perſonárum acceptor Deus; ſed in omni gente, qui timet eum, & operátur juſtítiam, acceptus eſt illi, allelúia. *Act.* 10.

CAPITULUM. *Rom.* 9.

VOcávit nos Deus non ſolùm ex Judæis, ſed étiam ex Géntibus, ſicut in Oſée dicit: Vocábo non plebem meam, plebem meam; & non dilectam, dilectam; & non miſericórdiam conſecútam, miſericórdiam conſecútam.

Allelúia, allelúia. ℣. Grátias deo Patri, qui erípuit nos de poteſtáte tenebrárum, & tránſtulit in regnum fílii dilectiónis ſuæ. Allelúia. *Coloſſ.* 1.

HYMNUS.

HUc vos, ô míſeri: ſurda relínquite
 Quæ cæci cólitis, mútaque númina:
 Se vobis áperit ſpléndida cívitas,
 Veri Núminis hóſpita.
En veſtræ præeunt primítiæ Magi:
 Vatum dicta patent: exitiálibus
 Errórum ténebris óbſita gens diù,
 Miro lúmine ſpárgitur.
Ambo ſic pópuli, diſſociábilis
 Quos dudùm páries ſéparat, únicum
 In corpus cóeunt. Hoc próprium modò
 Ambóbus máneat decus!
O arcána Dei conſília! ô tuo

ta gradu, pri-
nor Dei,
dæa! tuis glória
m •
, vítaque náſci-

a óleæ bráchia
nt,
géneres, ger-
dúlterum;
que novos fémi-
ı ſuo
éſcere ſúrculos.
óleæ ſúſtinet.
aye,
, ne ſtérili de-
ide.
s véteres inſere
:
, Deus, ínſi-

mbra ſacri cór-
éfficit,
ſumma Patri:
uoque Fílio,
nembra ſumus:
igor ínfluit
, laus tibi, Spí-
Amen.
li confitebuntur
., ℟. In ætér-
in ſéculum ſé-

Magníficat.
A. *duplicanda.*
magnum eſt pie-
amentum quod
um eſt in carne,
n eſt Géntibus,
eſt in mundo,
Tim. 3.
ſuprà ad Laudes.
PLETORIUM.
de Dominica,
Hyemalis.

Ant. 1. a. Illumináre, Jerúſalem; quia venit lumen tuum, & glória Dómini ſuper te orta eſt. *Iſ.* 60.

HYMNUS.

O Chriſte, dum fulges novo
Sidus benignum lúmine,
Umbris ſepultos triſtibus,
Dux Géntium nos érigis.
Opus tuum nunc pérfice;
Fac illa nunquàm déſinat
Lucére ſcripta córdibus,
Quæ duxit ad te nos fides.
Mundi tot objectos malis
Quæ, quanta nox circúmvolat!
Viæ ſalútis néſcios,
Salútis auctor, dírige.
Qui te revélas Géntibus,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre, cumque Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

Capitulum de Dominica.

Ad Nunc dimíttis.

Ant. 7. c. Ego Dóminus dedi te in fœdus pópuli, in lucem Géntium, allelúia. *Iſ.* 42.

¶ *De DOMINICA intrà Octavam Epiph. in quamcumque diem Octavæ inciderit, fit Officium ut notatur infrà.*

Si verò Dominica intrà Oct. Epiph. inciderit die 13. Januar. Officium hujus Dominicæ fiet, ut notatur infrà die 12.

Sabbato præcedenti, (niſi ſit dies Epiphaniæ,) ad VESPERAS, *dicuntur*

A. **

Pſalmi de Sabbato, cum quinque Antiphonis de primis Veſperis Epiphaniæ. 337.

CAPITULUM. *Iſaïæ* 45.

CONvertímini ad me, & ſalvi éritis, omnes fines terræ; quia ego Deus, & non eſt álius. In memetipſo jurávi; egrediétur de ore meo juſtítiæ verbum, quia mihi curvábitur omne genu, & jurábit omnis lingua.

Hymnus, Quæ ſtella. 337.

℣. Quærite Dóminum, & virtútem ejus: ℟. Quærite fáciem ejus ſemper. 1. *Paral.* 16.

Ad Magníficat.

Ant. J. Quærétis me, & inveniétis: cùm quæſiéritis me in toto corde veſtro, & invéniar à vobis, ait Dóminus. *Jerem.* 29.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Non fit Com Epiphaniæ.

AD COMPLETORIUM.

Pſalmi de Sabbato, cetera ut in die, 349.

DOMINICA INTRA OCTAVAM *EPIPHANIÆ.*

AD OFFICIUM NOCT.

℣. Dómine, lábia, &c.

Invit. Verbum vitæ appáruit nobis: * Veníte, adorémus. 1. *Joan.* 1.

Pſ. 94. Veníte. 2.

HYMNUS.

QUà lapſu tácito ſtellæ loquácibus
Scintillat rádiis, huc óculis Magi,
Huc deſidériis, huc rápidis ſimul
Certant téndere páſſibus.
Ut ventum Sólymam, non ſine númine
Lætam ſtella facem, proh dolor! ócculit;
Incertoſque viæ, ceu médio vagam
Curſu, deſtítuit, ratem.
Illi, nil rábiem príncipis, ínvidas
Nil artes vériti, (tanta ánimis fides!)
Urbis per trépidæ cómpita prædicant
Regem quærere ſe novum.
Nec vos írrita ſpes decípiet, Magi;
Quò divina vocat página, téndite:
Illic quem ſua plebs réſpuit, éxteris
Regem noſſe Deum datur.
Sit laus ſumma Patri, ſúmmaque Fílio;
Ambórum ſit idem Spirítui decus,
Qui, dùm ſtella pedes prævia dírigit,
Dux mentem mélior monet. Amen.

Pſalmi de Dominica.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. O Rex géntium, inter cunctos ſapientes, & in univerſis regnis nullus eſt ſímilis tuî. *Jerem.* 10.

Ant. 7. *d.* Tua eſt, Dómine, magnificéntia, & poténtia, & glória: tuum, Dómine, regnum; & tu

es

omnes príncipes.
. 29.
3. *a.* Benedíctum
glóriæ tuæ ſanc-
t laudábile in óm-
culis: benedíctus es
o regni tui. *Dan.* 3.
gnábit Deus ſuper
℟. Deus ſedet ſu-
em ſanctam ſuam.

nes de Dominica I.
phaniam, quæ ha-
ſrà poſt Officium

. de I. Nocturno
hania.

NOCTURNO.

t. a. Paſce pópu-
n in virga tua, gre-
editátis tuæ. *Mich.*

5. Manus tua in
s inimicórum tuó-
adorábunt te fílii
i. *Gen.* 49.
8. c. Relinquent
dóla ſua, & vé-
& gaudébunt ado-
egem Iſraël. *Tob.*

oravérunt omnes
terræ: ℟. In conſ-
mini cadent om-
deſcendunt in ter-
21.
ſancti Máximi
Epíſcopi.
1. *in Epiph.*
Lectio iv.
c, dilectíſſimi, ce-
áte, ſicut relátu
næ traditiónis inſ-
, multíplici nobis
eſt feſtivitáte lætandum. Ferunt enim hódiè Chriſtum Dóminum noſtrum, vel, ſtellâ duce, à Géntibus adorátum; vel invitátum ad núptias, aquas in vina vertiſſe; vel ſuſcepto à Joanne baptíſmate, conſecraſſe fluenta Jordánis, ſuumque ſimul purificaſſe Baptiſtam. Sed quid potíſſimùm præſenti hoc factum ſit die, nóverit ipſe qui fecit; nos tamen crédere, nec dubitáre debémus, quidquid illud eſt, factum eſſe pro nobis.

℟. Cùm natus eſſet. 340.

Lectio v.

NAm quòd eum fulgentióris ſtellæ rádiis incitáti adoravére Chaldæi, Deum verum Géntibus ſpes data eſt adorandi. Quòd aquæ novo órdine ſunt in vina mutátæ, novi nobis póculi prælibátum eſt ſacramentum. Quòd autem baptizátus eſt Agnus Dei, regenerantis baptiſmi ſalutáre nobis munus eſt dedicátum. Et quàm rectè tria hæc nobis uno acta in die myſtéria prædicantur, qui ineffábilis Trinitátis arcánum uno Dei ſub nómine confitémur. Per hæc ergò mirácula Chriſtus Dóminus, Redemptorque noſter, óculis ſe vóluit reveláre mortálium, quátenùs invisíbilis ejus divínitas quæ latébat in hómine, in ópere non latéret.

℟. Venérunt. 341.

Homil. 6. Lectio vj.

QUid ígitur, fratres, hoc lætius die? quid hâc ſolemnitáte ſacrátius, in qua partum Vírginis qui latébat in cunis, ſtella fulgéntior coruſcávit; in qua Unigénitum Dei, in ſanctificatiónem ſuî, Jordánis unda ſuſcépit, homo Spíritum ſanctum vidit, Patrem mundus audívit; in qua étiam ſóbrio illo vini mirábilis póculo, peccátis ébrium mortále genus viſitaſſe ſe Chriſtus oſtendit? Ideò, cariſſimi, in ſpirituálibus donis, lúbricæ carnis voluptáte depóſitâ, ſpirituáliter gaudeámus; ut ténebras cordis noſtri lumen ſtellæ cœleſtis irrádiet, benedictio paternæ vocis illuſtret, & ſalutáre nos vinum, Chriſto propinante, lætíficet.

℟. Ecce ſtella. 341.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 5. a. Ecce teſtem pópulis dedi eum, ducem ac præceptórem Géntibus. *Iſ.* 55.

Ant. 4. *a.* Convertentur quia nunc magnificábitur uſquè ad términos terræ. *Mich.* 5.

Ant. 8. *G.* In médio pópuli ſui gloriábitur, & in eccléſiis altíſſimi apériet os ſuum. *Eccli.* 24.

℣. Deus ſtetit in ſynagóga deórum; ℟. In médio autem deos

Pſ. 81.

Léctio ſancti E

cundùm L

Lectio vij.

IN illo témp creſcébat & bátur, plenus & grátia Dei e Et réliqua.

Homília ſancti

Epíſco

Lib. 2. *in L*

ADuodéci ut légim nicæ ſún tatiónis exórdiu prædicandæ fid lizántium númer tur. Nec otióſ ſuórum ſecundù parentum, qui carnem útiquè Dei implebátur poſt tríduum r templo; ut eſ quia poſt trídu phális illíus p ſede cœleſti, & víno fídei noſtr rectúrus offerret tuus credebátur

℟. Remanſit in Jerúſalem; & novérunt parent poſt trídum * illum in templ in médio doctó dientem illos, gantem eos. ℣. in Dómino D quia dedit vobis juſtítiæ. * Inve

ſit Sabbatum, (

ıvenérunt.] *Luc.* 2. n. 65.

Lectio viij.

l eſt quòd me quæ-
ıátis ? Neſciebátis
a in própria Patris
ırtet me eſſe ? Duæ
Chriſto generatió-
a eſt paterna, ál-
:erna. Paterna illa
; materna verò,
noſtrum labórem
: deſcendit. Et ídeò
ra natúram, ſupra
, ſupra conſuetúdi-
nt, non humánis
la virtútibus, ſed
eſerenda ſunt po-
:s. Alibi eum ad
ım mater impellit:
:r argúitur; quia
uæ humána ſunt
ed cùm hìc duóde-
ribátur annórum,
ſpulos habére do-
ídes matrem didi-
llio; ut exígeret à
miráculum, quæ
in junióre myſté-

ıit mater Jeſu ad
Fili, quid feciſti
? Ecce pater tuus
olentes quærebá-
ᵋ Quid eſt quòd
bátis ? Neſciebá-
n his quæ Patris
oportet me eſſe ?
mihi Dóminus:
eus es tu. Et ego
rgò opus meum
meo. * Quid eſt.
. 49.

Lectio ix.

ET venit Názareth, & erat ſúbditus illis. Quid enim magiſter virtútis, niſi offícium pietátis impléret ? Et mirámur ſi Patri deſert, qui ſúbditur matri ? Non útiquè infirmitátis, ſed pietátis eſt iſta ſubjéctio; attollat licèt ſævis emiſſus látebris cóluber perfídiæ caput, & ſerpentínis évomat venéna pectóribus. Cùm dicit ſe Fílius miſſum, majórem hæréticus appellat Patrem, ut imperfectum Fílium dicat, qui poteſt habére majórem; ut aliénis auxíliis áſſerat eum qui míttitur, indigére: numquid & humáno egébat auxílio, ut materno ſervíret império ?

℟. Deſcendit Jeſus cum eis, & venit Názareth: & * Erat ſúbditus illis. ℣. Mens juſti meditátur obediéntiam. * Erat. Glória. * Erat. *Luc.* 2. *Prov.* 15.

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Confiteantur tibi pópuli, Deus, confiteantur tibi pópuli omnes: ℟. Lætentur & exultent gentes. *Pſ.* 66.

AD LAUDES.

Pſſ. & Antiphonæ cum Cantico, ut in die Epiphaniæ. 345.

CAPITULUM. *Apoc.* 21.

CIvitas non eget ſole, neque lunâ, ut lúceant in ea; nam cláritas Dei illuminávit eam, &

lucerna ejus eſt Agnus. Et ambulábunt gentes in lúmine ejus, & reges terræ áfferent glóriam ſuam & honórem in illam.

Hymnus, Linquunt. ℣. Pópulus. *ſuprà*, 346.

Ad Benedictus.

Ant. 2. Stupébant omnes qui eum audiébant, ſuper prudéntia & reſponſis ejus. *Luc.* 2.

Oratio.

Deus, qui húmilem Fílii tui puerítiam cœleſti claréſcere ſapiéntiâ voluiſti: præſta, ut ſpíritu prudéntiæ repléti, ſincérâ tibi humilitáte placeámus; Per eumdem.

Non fit alia commemoratio Epiphaniæ, 347.

AD HORAS, omnia ut in die Epiphaniæ.

AD VESPERAS.

(Niſi hæc Dominica concurrat cum I. Veſperis diei Octavæ Epiphaniæ.)

Pſalmi de Dominica, cum Ant. de II. Veſperis Epiphaniæ, 348.

CAPITULUM. *Epheſ.* 4.

Creſcámus in illo per ómnia, qui eſt caput Chriſtus; ex quo totum corpus compactum & connéxum per omnem junctúram ſubminiſtratiónis, ſecundùm operatiónem in menſúram uniuſcujuſque membri, augmentum córporis facit in ædificatiónem ſuî in caritáte.

Hymnus, Huc vos. *ut ſuprà*, 348. ℣. Pópuli. [illegible]

Ad Magníficat.

Ant. 3. Jeſus proficiebat ſapiéntiâ, & ætáte, & grátiâ apud Deum & hómines. *Luc.* 2.

Oratio, ut ſuprà ad Laudes.

Non fit alia commemoratio Epiphaniæ.

COMPLETORIUM, *ut in die*, 349.

DIEBUS

Intra Octavam

EPIPHANIÆ.

Semiduplex.

Omnia ut in die, exceptis quæ ſequuntur.

Pſalmi de Feria in [illegible] Off.

AD NOCT. Invitatorium & Hymnus, 350. *Tres Antiph. & ℣. ſumuntur è Nocturno Dominicæ intrà Octavam, juxta Feriam, id eſt, Feriâ ij. & v. è I. Noct. Feriâ iij. & vj. è II. Noct. Feriâ iv. & Sabbato, è III. Nocturno.*

Lectio j. ante Dominicam intrà Oct. ſumitur ex his quæ ſunt infrà intrà Octavam: poſt Dominicam verò, ex his quæ ſunt infrà pro Hebdomada I. poſt Epiphaniam.

Lectio ij. & iij. habentur infrà pro unaquaque die.

℟℟. *ſumuntur ex Nocturno diei Epiphaniæ, ſimiliter juxta Feriam.*

AD LAUDES.

Canticum Epiphaniæ. 34[illegible]

Ant. ſola. 1. *g.* Voluit Deus notas fácere divitias

amenti hujus in
quod eſt Chriſ-
is ſpes glóriæ,
oloſſ. 1.
æ ad Benedic-
infrà pro qua-

AS ut in die.
SPERAS.
. 1. D. Myſté-
l abſcónditum
lis & generatió-
c manifeſtátum
ia. Coloſſ. 1.
ad Magníficat.
qualibet die.
TORIUM, ut ſu-

VII.
CTAVA.
ia Prophéta.
Cap. 5.
te vias Jerúſa-
, & aſpícite, &
ideráte, & quæ-
éis ejus, an in-
rum facientem
& quærentem fi-
ropítius ero ei.
am, Vivit Dó-
erint: & hoc
ant. Dómine,
ſpíciunt fidem:
os, & non do-
trivisti eos, &
accípere diſci-
nduravérunt fá-
pra petram, &
everti. Ego au-
Fórſitan páupe-
ſtulti, ignoran-
Dómini, judí-
ii. Ibo ígitur ad
& loquar eis, ipſi enim cognovérunt viam Dómini, judícium Dei ſui. Et ecce magis hi ſimul confregérunt jugum, rupérunt víncula. Idcircò percuſſit eos leo de ſylva.

De Sermóne ſancti Leónis Papæ.

In Epiph. 4. *Lectio ij.*

JUſtum & rationábile, dilectíſſimi, veræ pietátis obſéquium eſt, in diébus qui divínæ ópera miſericórdiæ proteſtantur toto corde gaudére, & honorífìcè ea quæ ad ſalútem noſtram geſta ſunt, celebráre; vocante nos ad hanc devotiónem ipsâ recurréntium témporum lege, quæ nobis poſt iſtum diem in quo coæternus Patri Fílius Dei natus ex Vírgine eſt, brevi intervallo Epiphániæ íntulit feſtum ex appariti óne Dómini conſecrátum: in quo fídei noſtræ magnum præsídium providéntia divína conſtítuit; ut, dùm ſolemni veneratióne cólitur adoráta in exórdiis ſuis Salvatóris infántia, per ipſa originália documenta probarétur veri hóminis in ipſo orta natúra. Hoc enim eſt quod juſtíficat ímpios, hoc eſt quod ex peccatóribus facit ſanctos, ſi in uno eodemque Dómino noſtro Jeſu Chriſto, & vera déitas, & vera credátur humánitas: déitas, quâ ante ómnia ſécula in forma Dei

æquális eſt Patri ; humánitas, quâ noviſſimis diébus in forma ſervi unítus eſt hómini.

Lectio iij.

AD roborandum ergò hanc fidem, quæ contrà omnes præmuniebátur erróres, ex magna geſtum eſt divíni pietáte conſílii ; ut gens in longinqua orientális plagæ regióne conſiſtens, quæ ſpectandórum síderum arte pollébat, ſignum nati Púeri qui ſuprà omnem Iſraël eſſet regnatúrus, accíperet. Nova étenim cláritas apud Magos ſtellæ illuſtrióris appáruit, & intuéntium ánimos ita admiratióne ſui ſplendóris implévit, ut nequáquàm ſibi créderent negligendum quod tanto nuntiabátur indício. Præerat autem, ſicut res dócuit, huic miráculo grátia Dei : & cùm Chriſti nativitátem nec ipſa adhuc Béthlehem tota didiciſſet, jam illam creditúris Géntibus inferébat ; & quod nondùm póterat humáno elóquio diſſeri, cœlo faciébat evangelizante cognoſci.

Ad Benedictus.

Ant. 2. Parùm eſt ut ſis mihi ſervus ad ſuſcitandas tribus Jacob : ecce dedi te in lucem géntium. *Iſ.* 49.

Ad Magníficat.

Ant. 8. G. Hæc Prophétæ locúti ſunt & Móyſes : Paſsíbilis Chriſtus, primus lumen annuntiatúrus eſt pópulo & Géntibus, allelúia. *Act.* 26.

DIE VIII.
DE OCTAVA.

De Jeremía Prophéta.

Lectio j. Cap. 6.

ERudíre Jeruſalem, ne fortè recédat ánima mea à te, ne fortè ponam te deſertam terram inhabitábilem. Hæc dicit Dóminus exercítuum: Uſquè ad racémum colligent quaſi in vínea relíquias Iſraël : converte manum tuam quaſi vindemiátor ad cartallum. Cui loquar ? & quem conteſtábor ut áudiat ? ecce incircumcíſæ aures eórum, & audíre non poſſunt : ecce verbum Dómini factum eſt eis in oppróbrium : & non ſuſcípient illud. Idcircò furóre Dómini plenus ſum.

De Sermóne ſancti Leónis Papæ.

In Epiph. 6. *Lectio ij.*

DIes, dilectíſſimi, quo primùm Géntibus Salvátor mundi Chriſtus appáruit, ſacro nobis honóre venerandus eſt. Neque enim ita ille emenſus eſt dies ut virtus óperis, quæ tunc eſt reveláta, tranſíerit nihilque ad nos niſi rei geſtæ fama pervénerit, quam fides ſuſcíperet, & memória celebráret ; cùm, multiplicáto múnere Dei, étiam quotídiè noſtra experiantur témpora quidquid illa ha-

rdia. Undè cùm
ómines mundá-
æ déditos, &
isti confeſſióne
, de profundo
edúci, & ad ag-
eri lúminis ad-
ínæ procul dú-
ſplendor operá-
idquid in córdi-
ſſis novæ lucis
e ejuſdem ſtellæ
it; ut mentes
ulgóre contíge-
ráculo móveat,
im adorandum
erdúcat.

ctio iij.

n ſollícito intel-
elímus aſpícere,
etiam triplex illa
nerum ab ómni-
Chriſtum greſſu
unt, offerátur,
córdibus rectè
n éadem celebrá-
o! Aurum éte-
eſauro ánimi ſui
qui Chriſtum re-
erſitátis agnoſcit.
offert, qui Uni-
Dei credit veram
nis uniiſſe natú-
uodam eum thure
, qui in nullo ip-
næ majeſtáti ím-
nfitétur.

Benedictus.

D. Habitántibus
e umbræ mortis,
eſt eis, allelúia.

Magníficat.

. *Ꝝ.* Erátis vos aliquandò ténebræ, nunc autem lux in Dómino: ut fílii lucis ambuláte. *Epheſ.* 5.

Die ix.

DE OCTAVA.

De Jeremía Prophéta.

Lectio j. Cap. 7.

Verbum, quod factum eſt ad Jeremíam à Dómino, dicens: Sta in porta domûs Dómini, & prædica ibi verbum iſtud, & dic: Audíte verbum Dómini omnis Juda, qui ingredímini per portas has, ut adorétis Dóminum. Hæc dicit Dóminus exercítuum Deus Iſraël: Bonas fácite vias veſtras, & ſtúdia veſtra: & habitábo vobiſcum in loco iſto. Nolíte confídere in verbis mendácii, dicentes: Templum Dómini, templum Dómini, templum Dómini eſt. Quóniam ſi benè direxéritis vias veſtras, & ſtúdia veſtra: ſi fecéritis judícium inter virum & próximum ejus, ádvenæ, & pupillo, & víduæ non fecéritis calúmniam, nec ſánguinem innocentem effudéritis in loco hoc, & poſt deos aliénos non ambulavéritis in malum vobiſmetipſis: habitábo vobiſcum in loco iſto: in terra, quam dedi pátribus veſtris à ſéculo & uſquè in ſéculum.

De Sermóne ſancti Leónis Papæ.

In Epiph. 7. *Lectio ij.*

IN diſpenſatiónibus ſacramentórum Chriſti & virtútes ſunt grátiæ, & incitamenta doctrínæ; ut quem confitémur fídei ſpíritu, óperum quoque ſequámur exemplo. Nam étiam ipſa primórdia, quæ Dei Fílius per matrem Vírginem naſcendo ſuſcépit, ad proveċtum nos pietátis inſtítuunt. Simul enim appáret córdibus rectis in una eademque perſóna, & humána humílitas, & divína majeſtas. Quem cunæ teſtantur infantem, cœlum & cœléſtia ſuum loquuntur auctórem. Sed in his noſtrórum vúlnerum eſt curátio, & noſtræ dejectiónis eréctio; quia niſi in unum tanta divérſitas convenîret, reconciliári Deo humána natúra non poſſet.

Lectio iij.

LEgem ergò vivendi remédia nobis noſtra ſanxérunt; & indè data eſt móribus forma, undè mortuis eſt impenſa medicína. Nec immérito, cùm tres Magos ad adorandum Jeſum novi síderis cláritas deduxiſſe, non eum imperantem dæmónibus, non mórtuos ſuſcitantem non cæcis viſum, aut claudis greſſum, aut mutis elóquium reformantem, vel in áliqua divinárum virtútum actióne vidérunt; ſed púerum ſilentem, quiétum, & ſub matris ſollicitúdine conſtitútum: in quo nullum quidèm appáret de poteſtáte ſignum, ſed magnum præbétur de humilitáte miráculum. Ipſa itaque ſpécies ſacræ infántiæ, cui ſe Deus Dei Fílius aptârat, prædicatiónem áuribus intimandam, óculis ingerébat; ut quod adhuc vocis non proferébat ſonus, viſiónis jam docéret effectus. Tota enim victória Salvatóris, quæ & diábolum ſuperávit & mundum, humilitáte eſt concepta, humilitáte eſt confecta. Diſpóſitos dies ſub perſecutióne inchoávit, ſub perſecutióne finívit: nec púero toleránṭia paſſiónis, nec paſſúro défuit manſuetúdo puerílis.

Ad Benedictus.

Ant. 8. c. Vénient ad te, Sion, & adorábunt veſtigia pedum tuórum, omnes qui detrahébant tibi. *Iſ.* 60.

Ad Magníficat.

Ant. 3. *a.* Omnes gentes adorábunt in conſpectu tuo, Dómine; quóniam judícia tua manifeſta ſunt. *Apoc.* 15.

Fit Commem. S. Pauli, Eremitæ. Ant. Recéde & abſcóndere; de torrénte bibes: corvíſque præcépi, ut paſcant te. 3. *Reg.* 17.

ta ſuper Dóminum
uam, ℟. Et ipſe te
. *Pſ.* 54.
Orémus.
s, cujus grátiâ beá-
Paulus prudenti
úti ſuæ cónſulens,
acultátibus ſuis ſpo-
uàm Chriſto; quæ-
ut purificátis ab
errenórum cupidi-
ntibus, te ſolo dí-
ſſe velímus; Per
n.

D I E X.

O C T A V A.

eremía Prophéta.

ſ. Cap. 8.

ÆC dicit Dóminus: Numquid qui cadit, non reſurget? & rſus eſt, non rever- Quarè ergò averſus ulus iſte in Jerúſa- verſióne contentió- prehendérunt men- , & noluérunt re- Attendi, & auſcul- nemo quod bonum uitur, nullus eſt qui pœniténtiam ſuper o ſuo, dicens: Quid Omnes converſi ſunt rſum ſuum, quaſi ímpetu vadens ad m. Milvus in cœlo vit tempus ſuum: , & hirundo, & ci- cuſtodiérunt tempus tûs ſui: pópulus au- neus non cognóvit ju- n Dómini.

Ex libro ſancti Irenæi Epiſcopi & Mártyris, contrà hæreſes.

Lib. 3. *C.* 10. *Lectio ij.*

MAtthæus Magos ab Oriente venientes ait dixiſſe: Vídimus enim ſtellam ejus in Oriente, & vénimus adoráre eum; deductoſque à ſtella in domum Jacob ad Emmánuël, per ea quæ obtulérunt múnera, oſtendiſſe quis erat qui adorabátur: myrrha quidem, quòd ipſe erat qui pro mortáli humáno génere morerétur & ſepelirétur; aurum verò, quóniam Rex cujus regni finis non eſt; thus verò, quóniam Deus qui & notus in Judæa factus eſt, & manifeſtus eis qui non quærébant eum.

De ſancto Paulo, Eremita,
Lectio iij.
Ex ejus vita per S. Hieron.

PAulus, Eremitárum auctor & magiſter, apud inferiórem Thebáidem natus, cùm quíndecim eſſet annórum, paréntibus orbátus eſt. Declinandæ causâ perſecutiónis Décii & Valeriáni, & Deo libériùs inſerviendi, in eremi ſpeluncam ſe cóntulit; ubi palmâ ei victum & veſtitum præbente, vixit ad centéſimum & décimum tértium annum: quo témpore ab António nonagenário, Dei admónitu, inviſitur. Quibus cùm própriis ſe nomínibus, licèt

ánteà ſibi ínvicem ignóti, ſalutaſſent, gratiaſque Dómino in commúne retuliſſent, corvus qui ab annis ſexaginta Paulo dimidiátum panem quotídiè afferébat, íntegrum détulit. Quarè, cum gratiárum actióne ad fontem càpientes cibum, ubì tantiſper recreáti ſunt, noctem in divínis láudibus conſumpſérunt. Dilúculo Paulus, de morte quæ ſibi inſtáret, ádmonens Antónium, hortátur ut pállium quod ab Athanáſio accéperat, ad involvendum ſuum corpus afferret. Quo ex itínere rédiens ille, vidit inter Angelórum choros, inter Prophetárum & Apoſtolórum cœtus, Pauli ánimam in cœlum aſcéndere. Cùmque ad ejus cellam perveniſſet, invénit génibus complicátis, erectâ cervíce, extenſiſque in altum mánibus, corpus exánime; quod pállio obvolvens, hymnoſque & pſalmos ex chriſtiána traditióne decantans, in fóveam, à duóbus leónibus qui eò occúrrerant effoſſam, ſanctum corpus íntulit; & injectâ humo, túmulum ex chriſtiáno more compóſuit: túnicam verò Pauli, quam in ſportæ modum ex palmæ fóliis ille ſibi contexúerat, ſecum áuferens, eo veſtítu diébus ſolémnibus Paſchæ & Penteceſtes, quoad vixit, uſus eſt.

Ad Benedictus.

Ant. 8. G. Erunt nutrítii tui, Jerúſalem, regínæ nutríces tuæ: in terram demíſſo bunt te. *Iſaiæ* 49.

Fit Commem. S. P

Ant. Bonum eſt viro portáverit jugum ab leſcéntia ſua: ſedébit tárius, & tacébit, levávit ſuper ſe. *Thren.*

℣. Elongávi fúgiens, manſi in ſolitúdine: ℟. pectábam eum, qui ſalvum me fecit. *Pſ.* 54.

Oratio, Deus, *ut ſi* 359.

Ad Magníficat.

Ant. 7. G. Cum pugnábunt reges, & nus vincet illos; qu Dóminus dominórum & Rex regum. *Apoc.*

DIE XI.

DE OCTAVA.

De Jeremía Prophéta.

Lectio j. Cap.

AUdíte mulíeres bum Dómini: aſſúmant aures træ ſermónem oris & docéte fílias veſtras mentum: & unaquæ próximam ſuam planct Quia aſcendit mors per neſtras noſtras, ingreſſa domos noſtras, diſpérdere párvulos déforis, júvenes de platéis. Lóquere: Hæc dicit Dóminus: Et cadet morticínum hóminis quaſi ſtercus ſuper fáciem regiónis, & quaſi fœnum poſt tergum

rum metentis, & non eſt cólligat. Hæc dicit Dó-us: Non gloriétur ſá-is in ſapiéntia ſua, & gloriétur fortis in for-dine ſua, & non glorié-dives in divítiis ſuis: ſed hoc gloriétur, qui glo-ur, ſcire & noſſe me, ego ſum Dóminus, fácio miſericórdiam, iudícium, & juſtítiam erra: hæc enim placent ai, ait Dóminus.

ermo ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

rm. 200. de Tempore.

Lectio ij.

D partum Vírginis ado-randum Magi ab Orien-venérunt: magnum ramentum. In præſépi riſtus jacébat, & Ma-ab Oriente ducébat. ſcondebátur in ſtábulo, agnoſcebátur in cœlo; ágnitus in cœlo mani-arétur in ſtábulo, & ellarétur Epiphánia dies, quod latínè Manifeſ-io dici poteſt: ſimul ejus ſitúdinem humilitatem-commendans; ut qui aperto cœlo ſignis ſidé-monſtrabátur, in an-to diverſório quæſítus eniréetur; inválidus in-tílibus membris, invo-us infantílibus pannis, rarétur à Magis, ti-rétur à malis. Tímuit m eum rex Heródes, em ſibi Magis nuntián-is, cùm adhuc quære-rent párvulum quem cog-nóverant, cœlo teſte, jam natum. Quid erit tribúnal judicantis, quandò ſuper-bos reges cunæ terrébant infantis?

Lectio iij.

HÆc Magórum illumi-nátio magnum teſti-mónium cæcitátis éxtitit Judæórum. In terra eórum iſti requirébant, quem illi in ſua non agnoſcébant. Apud eos iſti infántem in-venérunt, quem illi apud ſe docentem negavérunt. In his terris de longinquo iſti peregríni púerum Chriſ-tum nondùm verba pro-mentem adoravérunt, ubi cives illi júvenem mirá-cula facientem crucifixé-runt. Iſti in membris par-vis Deum agnovérunt, illi in factis magnis nec tan-quàm hómini pepercérunt: quaſi plus fúerit vidére no-vam ſtellam in ejus nativi-táte fulgentem, quàm ſo-lem in ejus morte lugen-tem.

Ad Benedictus.

Ant. 7. d. Erit in loco ubi dicétur eis: non pó-pulus meus vos; dicétur eis: Fílii Dei viventis. *Oſee 1.*

Ad Magníficat.

Ant. 6. Dómine, rede-miſti nos Deo ex omni tribu, & lingua, & pó-pulo, & natióne, & fe-ciſti nos Deo noſtro reg-num. *Apoc. 5.*

DIE XII.

DE OCTAVA.

[*Si ſit Sabbatum, Officium fiet hoc modo.*

Invit. & Hymnus, ut in Dominica intrà Octavam. 350.

Pſalmi de Sabbato, ſub tribus Antiph. & ℣. tertii Noct. de eadem Dominica. 352.

Lectio j. de Scriptura occurrente quæ ſequitur; ij. erit prima de Sermone ſancti Fulgentii, quæ incipit per hæc verba, Tráditum tenémus. *infrà; iij. de Evangelio Dominicæ, cum prima Lectione Homiliæ.* 352.

Duo priora ℟. ℟. ſumuntur è III. Noct. Epiph. 343. *tertium verò ℟.* Remánſit. *cum* Glória Patri. 352.

AD LAUDES, Pſalmi de Sabbato, cum Cantico Epiph. ſub Ant. Vóluit Deus. *ut diebus intrà Octavam.* 354.

Cetera ut notantur pro eadem Dominica, uſque ad II. Veſperas excluſivè, quæ erunt integræ de die Octavæ, ſine commemoratione Dominicæ.]

In quacumque alia Feria, ſcilicet poſt Dominicam, Lectio j. erit de Scriptura occurrente in hac Feria poſt Dominicam; ij. & iij de S. Fulgentio, ut habentur infrà.

De Jeremía Prophéta.

Lectio j. Cap. 10.

QUi facit terram in fortitúdine ſua, præparat orbem in ſapiéntia ſua, & prudéntiâ ſuâ extendit cœlos. Ad vocem ſuam dat multitúdinem aquárum in cœlo, & élevat nébulas ab extremitátibus terræ: fulgura in plúviam facit, & edúcit ventum de theſauris ſuis. Stultus factus eſt omnis homo à ſciéntia, confúſus eſt ártifex omnis in ſcúlptili: quóniam falſum eſt quod conflávit, & non eſt ſpíritus in eis. Vana ſunt, & opus riſu dignum: in témpore viſitatiónis ſuæ períbunt. Non eſt his ſimilis pars Jacob: qui enim formávit ómnia, ipſe eſt: & Iſraël virga hæreditátis ejus Dóminus exercítuum nomen illi.

Sermo ſancti Fulgéntii Epíſcopi.

In Epiph. 4. Lectio ij.

TRáditum tenémus à Pátribus quòd Unigénitus Dei, poſtquàm eſt ſecundùm carnem temporáliter natus, in iſto die eſt Magis veniéntibus manifeſtátus; à quibus, oblátis munéribus, ſupplíciter eſt adorátus. Quid eſt, fratres, ut iſti Magi Regem Judæórum adorandum quærerent, cùm ipſi Judæi non eſſent? Et quem Regem? Utiquè non Heródem, ſed

iſtum. De Heróde filii
fúerant nati, qui erant,
e mórtuo, regnatúri.
rtuo Heróde, Arche-
: regnávit. Archeláus
us eſt in palátio, Chriſ-
in diversório : Arche-
: natus, in lecto eſt ar-
teo póſitus ; Chriſtus
am natus, in præſépio
breviſſimo collocátus :
tamen ille natus in pa-
o, contémnitur ; iſte
us in diversório, quæ-
ır : ille à Magis nullá-
ùs nominátur ; iſte in-
tus, ſupplíciter adorá-

Lectio iij.

Uis eſt iſte Rex Judæó-
rum, pauper & dives,
húmilis & ſublímis:
portátur ut párvulus,
rátur ut Deus ; párvu-
in præſépio, immenſus
cœlo ; vilis in pannis,
tióſus in ſtellis ? Quid
quòd ſic turbáris, He-
es ? Rex iſte qui natus
, non venit reges pug-
ndo ſuperáre, ſed mo-
ndo mirabíliter ſubju-
e : nec ídeò natus eſt
ibi ſuccédat, ſed ut in
n mundus fidéliter cre-
. Venit enim, non ut
net vivus, ſed ut trium-
t occíſus. Puer qui nunc
agis dícitur Rex Judæó-
, idem creátor eſt &
ninus Angelórum. Qua-
pter cujus times infán-
a naſcentis, magis ti-
e debes omnipoténtiam
judicantis. Noli eum timére regni tui ſucceſſórem, ſed time infidelitátis tuæ juſtíſſimum damnatórem.

Ad Benedictus.

Ant. 5. C. Qui redempti ſunt à Dómino, revertentur laudantes ; & lætítia ſempiterna ſuper cápita eórum. *Iſ.* 51.

DIE XIII.

OCTAVA EPIPHANIÆ, & Baptiſmus Domini.

Duplex-majus.

IN PRIMIS VESPERIS.

Pſalmi de Feria ; & ſic in toto Officio.

Ant. 8. G. ERit fons patens habitántibus Jerúſalem, in ablutiónem peccatóris ; & diſperdam nómina idolórum de terra. *Zach.* 13.

Ant. 3. *a.* Sanctificábo nomen meum magnum, quod pollútum eſt inter gentes ; & effundam ſuper vos aquam mundam. *Ezech.* 36.

Ant. 6. Mundabímini ab ómnibus inquinamentis veſtris ; & ab univerſis idólis veſtris mundábo vos. *Ezech.* 36.

Ant. 4. E. Fáciam ut in præceptis meis ambulétis, & judícia mea cuſtodiátis, & operémini. *Ezech.* 36.

Ant. 5 a. Eritis mihi in pópulum, & ego ero vobis in Deum ; & ſalvábo vos. *Ezech.* 36.

CAPITULUM. *Joël.* 3.

ERit Jeruſalem ſancta, & aliéni non tranſíbunt per eam ampliùs. Et erit in die illa: Stillábunt montes dulcédinem, & colles fluent lacte, & per omnes rivos Juda ibunt aquæ; & fons de domo Dómini egrediétur, & irrigábit torrentem ſpinárum.

℟. Qui poſt me ventúrus eſt, fórtior me eſt, cujus non ſum dignus calceamenta portáre: * Ipſe † Vos baptizábit in Spíritu ſancto, & igni. ℣. Sanctus vocábitur omnis qui ſcriptus eſt in vita in Jeruſalem; ſi ablúerit Dóminus ſordes filiárum Sion in ſpíritu judícii & ſpíritu ardóris. * Ipſe. Glória, † Vos. *Matth.* 3. *Iſ.* 4.

HYMNUS.

CLamantis ecce vox ſonans
Deſerta Judææ quatit:
Mox ad Joannem cónfluunt,
Quos críminum moles gravat.
En ipſe permiſtus reis
Accédit Agnus innocens;
Agnus ſuo qui ſánguine
Piábit orbis crímina.
Sub nube carnis at ſuum
Lucerna Solem détegit;
Lymphis nec audet tíngere,
A quo lavári débuit.
Parére ſed fas eſt Deo,
Vel quandò ſeſe déprimit;
Hunc omne virtútum genus
Implére nempè ſic decet.
Agnoſce, Præcurſor, tibi
Intùs revélat quem Deus:
Tu mergis undis córpora,
Hic corda mundat Spíritu.
Mundi ſcelus qui díluis,
Jeſu, tibi ſit glória
Cum patre, cumque Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

℣. Flúmina plaudent manu, ℟. Simul montes exultábunt à conſpectu Dómini. *Pſ.* 97.

Ad Magníficat.

Ant. 7. G. Erit dies una quæ nota eſt Dómino; & exíbunt aquæ vivæ de Jeruſalem; & erit Dóminus rex ſuper omnem terram. *Zach.* 14.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

COMPLETORIUM, *ut ſuprà*, 349.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Jeſum qui baptizat in Spíritu ſancto, * Veníte, adorémus. *Joan.* 1.

Pſ. 94. Veníte. 2.

HYMNUS.

NOn ábluunt lymphæ Deum,
Sed ábluit lymphas Deus;
Carniſque contactu ſacra
Vim dat lavandi críminis.
Promiſſus ecce jam patet
Fons abluendis córdibus.
Res mira! tíngitur caro,
Mentiſque labes tóllitur.

a nam canáli-

mi púrpura
ıentat, & ni-

:ſſe cándidos.
ſancto Spíritu
n nobis parit :
ıncto Spíritu
nos parit Deo.
elus qui díluis,
ſit glória
, cumque Spí-

na ſécula.

)CTURNO.

Fuit Joannes
baptízans, &
aptiſmum pœ-
ı remiſſiónem
. *Marc.* 1.
:grediebátur ad
nnis Judææ ré-
ptizabantur ab
ánis flúmine,
peccáta ſua.

c. ' Baptizávit
œniténtiæ pó-
:ens : In eum
; eſſet poſt ip-
réderent, hoc
n. *Act.* 19.
en Dei replé-
is : ℟. Paraſti
ım. *Pſ.* 64.
ones ſumuntur
x Feria in qua
haniæ occurrit,

℣. ℟. Vox Dó-
ıit condenſa,&

in templo ejus omnes dícent glóriam. * Dóminus dilúvium inhabitáre facit, & ſedébit Dóminus rex in æternum. ℣. In diébus Noë, octo ánimæ ſalvæ factæ ſunt per aquam; quod & vos nunc símilis formæ ſalvos facit baptiſma.*Dóminus. *Pſ.* 28. 1. *Petr.* 3.

Poſt ij. Lect. ℟. Sapiéntia dedúxit juſtos in via mirábili : tránſtulit illos per mare Rubrum ; * Inimícos autem illórum demerſit in mare, & ab altitúdine inferórum edúxit illos. ℣. Patres noſtri omnes ſub nube fuérunt, & omnes mare tranſiérunt, & omnes in Móyſe baptizáti ſunt in nube & in mari ; * Inimícos. *Sap.* 10. 1. *Cor.* 10.

Poſt iij. Lect. ℟. Ecce aquæ egrediebantur ad Orientem ; & ait Dóminus : Aquæ iſtæ ſanabuntur ; * Et † Vivent ómnia ad quæ vénerit torrens, quia aquæ de ſanctuário egredientur. ℣. Oſtendit mihi Angelus flúvium aquæ vitæ, procedentem de ſede Dei & Agni, & ex utráque parte flúminis lignum vitæ ; * Et vivent. Glória. † Vivent. *Ezech.* 47. *Apoc.* 22.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. E. Venit Jeſus à Galilæa in Jordánem ad Joannem, ut baptizarétur ab eo. *Matth.* 3.

Ant. 8. G. Joannes prohi-

bébat eum, dicens: Ego à te débeo baptizári, & tu venis ad me? *Matth.* 3.

Ant. 2. Reſpondens Jeſus, dixit: Sine modò; ſic enim decet nos implére omnem juſtítiam. *Matth.* 3.

℣. Vidérunt te aquæ, Deus; ℟. Vidérunt te aquæ, & timuérunt. *Pſ.* 76.

Sermo ſancti Gregórii Nazianzéni.

In S. Lumina. Orat. 39.

Lectio iv.

CHriſti nativitátem priùs aptâ ſolemnitáte celebrávimus, cum ſtella cucúrrimus, cum Magis adorávimus, cum Paſtóribus luce circumfúſi ſumus, cum Angelis divínam glóriam prædicávimus. Nunc verò ália Chriſti áctio, áliud myſtérium ſéquitur. Non poſſum cohibére ánimi voluptátem, divíni afflátûs ímpetu agor; ac propémodùm Joannis inſtar fauſtum múntium prófero, non quidèm ut ille, præcurſor; céterùm à ſolitúdine véniens. Chriſtus illuminátur, ſimul & nos illuminémur. Chriſtus baptizátur; ſimul & nos deſcendámus, ut cum ipſo páriter aſcendámus.

℟. Factum eſt, in diébus illis venit Jeſus à Názareth Galilææ; * Et baptizátus eſt à Joanne in Jordáne. ℣. Dícite puſillánimis: Deus ipſe ſalvábit vos, quia ſciſſæ ſunt in deſerto aquæ; * Et baptizátus eſt. *Marc.* 1. *Iſ.* 35.

Lectio v.

JOannes baptízat, accédit Jeſus; non admíttit Baptiſta, Jeſus certat. Ego à te débeo baptizári, dicit lucerna Soli, vox Verbo, amícus Sponſo; inter natos mulíerum major, Primogénito omnis creatúræ; is qui à matérno ventre præſultáverat, ei qui in ventre adorátus fúerat; præcurſor & præcurſúrus, ei qui appárúerat & apparitúrus erat. Quid autem Jeſus? Sine modò; hoc enim certo consílio & diſpenſatióne fit. Aſcendit Jeſus ex aqua; mundum enim ſecum in altum effert: ac cœlos quos Adam cláuſerat & ſibi & póſteris, quemádmodùm & flámmeo gládio paradíſum, findi atque aperíri cernit. Ac Spíritus teſtimónium pérhibet divinitátis; ad ſimilem enim accurrit. Et vox cœlitùs míttitur: illinc enim erat is de quo teſtimónium perhibebátur. Et ut columba Spíritus appáret; à multis enim ſéculis columba dilúvii finem nuntiáre conſuévit.

℟. Jeſu baptizáto, & orante, apertum eſt cœlum; & * Deſcendit Spíritus ſanctus corporáli ſpécie ſicut columba in ipſum.

℣. Flos de radíce Jeſſe aſcendet : & requieſcet ſuper eum Spíritus Dómini. *Deſcendit. *Luc.* 3. *Iſ.* 11.

Lectio vj.

NOs ígitur hódiè Chriſti baptiſmum venerémur, ac feſtum honeſtè celebrémus ; non ventris delíciis óperam dantes, ſed ſpirituáliter nos oblectantes. Lavámini, mundi eſtóte. Si peccáto rubri eſtis, ac propè ſanguínei, quaſi nix dealbámini. Si coccínei eſtis, ac omnínò viri ſanguinum, ad candórem lanæ pervenitóte. Purgámini, inquam ; nullâ enim re Deus perindè delectátur, ut hóminis reſipiſcéntiâ ac ſalúte, pro quo omnis ſermo & ómnia myſtéria. Sic fiet ut ſicut luminária in mundo, ita & vos aliis homínibus ſitis vis quædam vivífica, & velut lúmina perfúſa, magno illi lúmini aſtantes, & à Trinitáte illumináti, cujus nunc rádium à divinitáte, quæ una eſt, emanantem accepiſtis in Chriſto Jeſu Dómino noſtro, cui glória in ſécula ſeculórum. Amen. Tu autem.

℟. Ecce vox de cœlis, dicens : * Hic eſt Fílius meus dilectus, in quo mihi complácui. ℣. Vox Dómini ſuper aquas, Deus majeſtátis intónuit : * Hic eſt. Glória Patri. * Hic. *Matth.* . *Pſ.* 28.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 5. F. Venit per aquam Jeſus Chriſtus : & Spíritus eſt qui teſtificátur quóniam Chriſtus eſt véritas. 1. *Joan.* 5.

Ant. 1. g. Joannes clamat : Hic erat quem dixi : Qui poſt me ventúrus eſt, ante me factus eſt ; quia prior me erat. *Joan.* 1.

Ant. 6. Ego neſciébam eum ; ſed ut manifeſtétur in Iſraël, proptéreà veni ego in aqua baptízans. *Joan.* 1.

℣. Dominábitur à mari uſquè ad mare ; ℟. Et à flúmine uſquè ad términos orbis terrárum. *Pſ.* 71.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Joannem.

Lectio vij. Cap. 1.

IN illo témpore ; Vidit Joannes Jeſum veniéntem ad ſe, & ait : Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccátum mundi. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Tract. 4. *in Joan. Evang.* *n.* 12. & 13.

ACcépit miniſtérium baptíſmatis Joannes in aqua pœniténtiæ, paráre viam Dómino, non exiſtens Dóminus. At ubi cógnitus eſt Dóminus, ſupérfluò ei via parabátur ; quia cognoſcéntibus ſe ipſe factus eſt via. Itaque non durávit diù baptiſmus Joannis. Sed quómodò demonſ-

trátus eſt Dóminus ? Húmilis ; ut ídeò accíperet baptiſma Joannes, in quo baptizarétur ipſeDóminus. Et opus erat Dómino baptizári ? Et ego intérrogans, citò reſpóndeo : Opus erat Dómino naſci ? opus erat Dómino crucifígi ? opus erat Dómino mori ? opus erat Dómino ſepelíri ? Si ergò tantam ſuſcépit pro nobis humilitátem, baptiſmum non erat ſuſceptúrus ? Et quid prófuit, quia ſuſcépit baptiſmum ſervi ? Ut tu non dedignaréris ſuſcípere baptiſmum Dómini.

℟. Vidit Joannes Jeſum venientem ad ſe, & ait : Ecce Agnus Dei ; * Ecce qui tollit peccátum mundi. ℣. Juſtificábit ipſe Juſtus multos, & iniquitátes eórum ipſe portábit : * Ecce. *Joan.* 1. *Iſ.* 53.

Tract. 6. n. 5. & 6.

Lectio viij.

ECce columba deſcendit ſuper Dóminum, & ſuper Dóminum baptizátum : & appáruit ibi ſancta illa & vera Trínitas, quæ nobis unus Deus eſt. Aſcendit enim Dóminus ab aqua, ſicut in Evangélio légimus ; & ecce aperti ſunt ei cœli, & vidit Spíritum deſcendentem velut columbam, & manſit ſuper eum ; & ſtatìm vox conſecúta eſt : Tu es Fílius meus dilectus, in quo mihi complácui. Appáret mani-

feſtíſſima Trínitas;
in voce, Fílius in h
Spíritus in columba.
Trinitáte miſſi ſun
puli, In nómine Pa
Fílii, & Spíritûs
ab illo de quo dic
Hic eſt qui baptíz
ſibi ténuit hanc
tem, ita ut in nu
niſtrórum eam tra
quamvis per mini
baptizáre dignátu
hanc poteſtátem ſi
Eccléſiæ, quæ ſi
in columba de q
eſt : Una eſt colu
Si enim transfer
teſtas à Dómino
trum, tot baptí
ſent, quot miniſ
& jam non ſtar
baptiſmi.

℟. Qui miſit
záre in aqua,
dixit : Super q
ris Spíritum deſce
& manentem ſu
* Hic eſt qui b
Spíritu ſancto.
ſervus meus, d
tum meum ſup
*Hic. *Joan.* 1. *I*
n. 7. *Le*

IN columba
Joannes quid
prium, cùm ei d
ſet : Super que
Spíritum deſcend
cut columbam, &
tem ſuper eum, i
baptízat in Spíri
Jam nóverat Joa
baptizatúrus erat

ſancto. Ante-
: ad flúvium ,
Joannem con-
ptizári, ait il-
idèm baptízo
; qui autem
it , ipſe vos
Spíritu ſancto
l ergò per co-
it , niſi quam-
átem in Chriſ-
am , ut quam-
iſtri baptiza-
ve juſti , ſive
a tribuerétur
iſmi , niſi illi
deſcendit co-
o dictum eſt :
ptízat in Spí-
Petrus baptí-
qui baptízat.
et , hic eſt qui
las baptízet ,
ptízat.
ritum deſcen-
columbam de
ſit ſuper eum.
teſtimónium
† Hic eſt Fí-
Deus oſtendit
iam ; audívit
& vocem ip-
Glória. † Hic
Eccli. 45.
Deum.
Benedícite ,
ino : ℟. Lau-
rexaltáte eum
n. 3.
LAUDES.
le Feria.
quis renátus
rit ex aqua &
o , non poteſt

introíre in regnum Dei. *Joan.* 3.

Ant. 6. Quod natum eſt ex carne , caro eſt ; & quòd natum eſt ex ſpíritu , ſpíritus eſt : oportet vos naſci dénuò. *Joan.* 3.

Ant. 5. a. Ego recípiam vos , & ero vobis in patrem , & vos éritis mihi in fílios & fílias. 2. *Cor.* 6.

Canticum , ut in die Epiphaniæ , 345.

Ant. 3. g. Docéte omnes gentes , baptizantes eos in nómine Patris , & Fílii , & Spíritûs ſancti. *Matth.* 28.

Ant. 1. a. Qui credíderit , & baptizátus fúerit , ſalvus erit. *Marc.* 16.

CAPITULUM. *Ezech.* 36.

DAbo vobis cor novum , & Spíritum novum ponam in médio veſtrî ; & áuferam cor lapídeum de carne veſtra , & dabo vobis cor cárneum.

HYMNUS.

EMergit undis , & Deo
Fundit preces homo Deus :
Patet polórum régia ,
Adeſt repentè Spíritus.

Inſtar columbæ , vértici
Illapſus ínſidet ſacro ;
Summi Patris vox pérſonat :
Dilectus hic eſt Fílius.

Chriſti dicáta córpore
Sic quem lavácra cónſecrant ,
Hic náſcitur proles Dei ;
Cœlum precánti pánditur.

Caſtis fit, expers ſórdium,
Columba ſimplex móribus:
Divínus hunc intùs regit,
Agit, fovetque Spíritus.

O Chriſte, ſacri gúrgitis
Quos abluiſti fóntibus,
Tuo cruóre cándidos
Fac nulla labes ínquinet.

Mundi ſcelus qui díluis,
Jeſu, tibi ſit glória
Cum Patre, cumque Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

℣. Conféſſio & pulchritúdo in conſpectu ejus; ℟. Sanctimónia & magnificéntia in ſanctificatióne ejus. *Pſ.* 95.

Ad Benedictus.

Ant. 4. D. Jeſus Chriſtus diléxit nos, & lavit nos à peccátis noſtris, & fecit nos regnum & ſacerdótes Deo & Patri ſuo: ipſi glória in ſécula. *Apoc.* 1.

Oratio.

DEus, cujus Unigénitus in ſubſtántia noſtræ carnis appáruit: præſta, quæſumus, ut per eum quem ſímilem nobis foris agnóvimus, intùs reformári mereámur; Qui tecum vivit.

AD HORAS,

Doxologia, Mundi ſcelus qui díluis. *ut ſuprà ad Laudes.*

AD PRIMAM.

Ant. 7. c. Niſi quis renátus.

In ℟. *br.* ℣. Qui baptízas * in Spíritu ſancto. *Joan.* 1.

AD TERTIAM.

Ant. 6. Quod natum eſt.

CAPITULUM. *Tit.* 3.

DEus ſalvos nos fecit per lavácrum regeneratiónis, & renovatiónis Spíritûs ſancti quem effúdit in nos abundè per Jeſum Chriſtum Salvatórem noſtrum; ut juſtificáti grátia ipſíus, hærédes ſimus ſecundùm ſpem vitæ ætérnæ.

℟. *br.* Redémit eos * de manu inimíci, * Allelúia, allelúia. Redémit. ℣. Et opéruit aqua * tribulantes eos. * Allelúia. Glória Patri. Redémit. *Pſ.* 105.

℣. Tu contribulaſti cápita dracónum in aquis: ℟. Tu confregiſti cápita dracónis. *Pſ.* 73.

AD SEXTAM.

Ant. 5. a. Ego.

CAPITULUM. 2. *Petr.* 1.

PEr Chriſtum Deus máxima & pretióſa nobis promiſſa donávit; ut per hæc efficiámini divínæ conſortes natúræ, fugientes ejus, quæ in mundo eſt, concupiſcéntiæ corruptiónem.

℟. *br.* Apud te, Dómine, * eſt fons vitæ, * Allelúia, allelúia. Apud te. ℣. Et in lúmine tuo * vidébimus lumen, * Allelúia. Glória. Apud te. *Pſ.* 35.

℣. Dilexiſti juſtítiam, & odiſti iniquitátem; ℟. Proptéreà unxit te, Deus,

leo lætítiæ præ
tuis. *Pſ.* 44.
O N A M.
. Qui credíde-

M. *Epheſ.* 5.
diléxit Ecclé-
& ſeipſum trá-
, ut illam ſanc-
undans lavácro
rbo vitæ , ut
ſe ſibi glorió-
am, non haben-
m, aut rugam,
hujúſmodi ; ſed
& immaculáta.
lúminis ímpe-
ficat civitátem
elúia , allelúia.
. Sanctificávit*
m ſuum Altíſſi-
lelúia. Glória.
Pſ. 45.
ejus inébria ,
℟. Multíplica
jus. 64.
E S P E R A S.
us Dóminus ,
na fides, unum
unus Deus , &
um. *Epheſ.* 4.
C. Omnes fílii
r fidem quæ eſt
Jeſu. Quicum-
i Chriſto bapti-
Chriſtum induiſ-
3.
Non eſt Judæus,
us : non eſt ſer-
liber ; omnes
unum eſtis in
. *Galat.* 3.
Ablúti eſtis ,
eſtis, juſtificáti eſtis in nómine Dómini noſtri Jeſu Chriſti , & in Spíritu Dei noſtri. 1. *Cor.* 6.

Ant. 3. a. Caritátem habéte , quod eſt vínculum perfectiónis ; & pax Chriſti exultet in córdibus veſtris, in qua & vocáti eſtis in uno córpore. *Coloſſ.* 3.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 12.

OMnia membra córporis , cùm ſint multa , unum tamen corpus ſunt ; ita & Chriſtus. Etenim in uno Spíritu omnes nos in unum corpus baptizáti ſumus, ſive Judæi, ſive gentíles, ſive ſervi, ſive líberi.

Hymnus, Emergit. 369.

℣. Ego dixi : Dii eſtis ,
℟. Et fílii Excelſi omnes. *Pſ.* 81.

Ad Magníficat.

Ant. 1. D. Jeſus plenus Spíritu ſancto , regreſſus eſt à Jordáne ; & agebátur à Spíritu in deſertum. *Luc.* 4.

Oratio, ut ſuprà ad Laudes.

Deinde (ſi non ſit Sabbatum) ſit commem. S. Hilarii Epiſcopi & Eccleſiæ Doctoris. Ant. Beátus. ℣. Beátus homo. *ut in Communi Doct.* xxx.

Oratio.

PRoſit nobis, Dómine, beáti Pontíficis Hilárii feſtíva ſolémnitas ; ut ſicut conſubſtantiális tibi Verbi fidem per univerſas Gállias ſervávit illæſam , ita

nos, ejus interceſſióne, in eádem fide ſtábiles, ipſi ſoli ſemper Verbo vivámus Fílio tuo Dómino noſtro; Qui tecum vivit.

Poſteà S. Felicis, Preſbyteri. Ant. Notum fáciet. ℣. Oculi. *ut in Communi* xlv.

Oratio.

EXcita in Ecclésia tua, Dómine, Chriſtiánæ paupertátis ſpíritum, quem ſanctus Préſbyter Felix tui nóminis confeſſor religióſè cóluit; ut, ejus intercedéntibus méritis, promiſſa paupéribus ſpíritu præmia felíciter conſequámur; Per Dóminum.

COMPLETORIUM, *ut ſuprà.* 349.

In Feriis ſequentibus poſt Octavam Epiphaniæ, omnia ut ſuprà in Feriis à Circumciſione Domini ad Septuageſimam.

Lectiones ſequentes leguntur à Dominica intrà Octavam Epiphaniæ & per Hebdomad.

DOMINICA PRIMA poſt Epiphaniam, quæ eſt intrà Octavam.

IN I. NOCTURNO.

De Jeremía Prophéta.

Lectio j. Cap. 11.

VErbum quod factum eſt à Dómino ad Jeremíam, dicens: Audíte verba pacti hujus, & loquímini ad viros Juda, & habitatóres Jeruſalem, & dices ad eos: Hæc dicit Dóminus Deus Iſraël: Maledictus vir, qui non audíerit verba pacti hujus, quod præcépi pátribus veſtris in die, quâ edúxi eos de terra Ægypti, de fornáce férrea, dicens: Audíte vocem meam, & fácite ómnia, quæ præcipio vobis, & éritis mihi in pópulum, & ego ero vobis in Deum: ut ſúſcitem juramentum, quod jurávi pátribus veſtris, daturum me eis terram fluentem lacte, & melle, ſicut eſt dies hæc. Et reſpondi, & dixi: Amen, Dómine.

Lectio ij.

ET dixit Dóminus ad me: Vociferáre ómnia verba hæc in civitátibus Juda, & foris Jeruſalem, dicens: Audíte verba pacti hujus, & fácite illa: quia conteſtans conteſtátus ſum patres veſtros in die quâ edúxi eos de terra Ægypti uſquè ad diem hanc: manè conſurgens conteſtátus ſum & dixi: Audíte vocem meam: & non audiérunt, nec inclinavérunt aurem ſuam: ſed abiérunt unuſquiſque in pravitáte cordis ſui mali: & indúxi ſuper eos ómnia verba pacti hujus, quod præcépi ut fácerent, & non fecérunt.

Lectio iij.

ET dixit Dóminus ad me: Inventa eſt conjurátio in viris Juda, &

uſJerúſalem.
id iniquitátes
um prióres,
t audíre verba
ergò abiérunt
nos, ut ſer-
írritum fecé-
ſraël, & do-
ctum meum,
cum pátribus
ob rem hæc
is: Ecce ego
r eos mala,
íre non póte-
abunt ad me,
iam eos.
II. Nocturno
iones de Do-
Octavam. 351.
Octava Epiph.
minica, le-
Octava, ſu-

ECUNDA.
Prophéta.
Cap. 12.
omũ meam,
hæreditátem
: dedi dilec-
meã in manu
jus. Facta eſt
is mea quaſi
dedit contrà
eò odívi eam.
s díſcolor hæ-
mihi ? num-
ta per totum ?
regámini om-
rræ, prope-
andum.
fieri Officium
ibus ante Do-
℣℟℟. ſumen-
Nocturno Of-
ficii Dominicarum à Cir-
cumciſione ad Septuageſi-
mam alternatim ſecundùm
Feriam. 312. & 313.]

Lectio ij.

PAſtóres multi demolíti ſunt víneam meam, conculcavérunt partem meam: dedérunt portiónem meam deſiderábilem in deſertum ſolitúdinis. Poſuérunt eam in diſſipatiónem, luxitque ſuper me: deſolatióne deſoláta eſt omnis terra: quia nullus eſt qui recógitet corde. Super omnes vias deſerti venérunt vaſtatóres, quia gládius Dómini devorábit ab extrémo terræ uſquè ad extrémum ejus: non eſt pax univerſæ carni. Seminavérunt tríticum, & ſpinas meſſuérunt: hæreditátem accepérunt, & non eis próderit: confundémini à frúctibus veſtris, propter iram furóris Dómini.

Lectio iij.

HÆc dicit Dóminus adversùm omnes vicínos meos péſſimos, qui tangunt hæreditátem, quam diſtríbui pópulo meo Iſraël: Ecce ego evellam eos de terra ſua, & domum Juda evellam de médio eórum. Et cùm evúlſero eos, convertar, & miſerébor eórum: & redúcam eos, virum ad hæreditátem ſuam, & virum in terram ſuam. Et erit: ſi erudíti didícerint vias pópuli mei, ut jurent in nómine meo: Vivit

Dóminus, ſicut docuérunt pópulum meum juráre in Baal: ædificabuntur in médio pópuli mei. Quòd ſi non audíerint, evellam gentem illam evulſióne & perditióne, ait Dóminus.

FERIA TERTIA.

De Jeremía Prophéta.

Lectio j. Cap. 13.

HÆc dicit Dóminus ad me: Vade, & póſſide tibi lumbáre líneum, & pones illud ſuper lumbos tuos, & in aquam non ínferes illud. Et poſſédi lumbáre juxtà verbum Dómini, & póſui circà lumbos meos. Et factus eſt ſermo Dómini ad me, ſecundò, dicens: Tolle lumbáre, quod poſſediſti, quod eſt circà lumbos tuos, & ſurgens vade ad Euphráten, & abſconde ibi illud in forámine petræ. Et ábii, & abſcondi illud in Euphráte, ſicut præcéperat mihi Dóminus.

Lectio ij.

ET factum eſt poſt dies plúrimos, dixit Dóminus ad me: Surge, vade ad Euphráten: & tolle indè lumbáre, quod præcépi tibi ut abſcónderes illud ibi. Et ábii ad Euphráten, & fodi, & tuli lumbáre de loco, ubi abſcónderam illud: & ecce computrúerat lumbáre, ita ut nulli úſui aptum eſſet.

Lectio iij.

ET factum eſt verbum Dómini ad me, dicens: Hæc dicit Dóminus: Sic putréſcere fáciam ſupérbiam Juda, & ſupérbiam Jerúſalem multam. pópulum iſtum péſſimum, qui nolunt audíre verba mea, & ámbulant in pravitáte cordis ſui, abierúntque poſt deos aliénos ut ſervírent eis, & adorárent eos: & erunt ſicut lumbáre iſtud, quod nulli úſui aptum eſt. Sicut enim adhæret lumbáre ad lumbos viri, ſic agglutinávi mihi omnem domum Iſraël, & omnem domum Juda, dicit Dóminus: ut eſſent mihi in pópulum, & in nomen, & in laudem; & in glóriam, & non audiérunt.

FERIA QUARTA.

De Jeremía Prophéta.

Lectio j. Cap. 14.

QUod factum eſt verbum Dómini ad Jeremíam de ſermónibus ſiccitátis. Luxit Judæa, & portæ ejus corruérunt, & obſcurátæ ſunt in terra, & clamor Jeruſalem aſcendit. Majóres miſérunt minóres ſuos ad aquam: venérunt ad hauriendum, non invenérunt aquam: reportavérunt vaſa ſua vácua: confuſi ſunt & afflicti, & operuérunt cápita ſua. Propter terræ vaſtitátem; quia non venit plúvia in terram, confuſi

rícolæ, operuérunt
ſua.

Lectio ij.

dicit Dóminus pó-
lo huic, qui diléxit
pedes ſuos, & non
, & Dómino non
: Nunc recordábi-
uitátum eórum, &
: peccáta eórum.
Dóminus ad me:
áre pro pópulo iſto
m. Cùm jejunáve-
on exáudiam pre-
m: & ſi obtúlerint
tómata, & víčti-
on ſuſcípiam ea:
a gládio, & fame,
conſúmam eos.

Lectio iij.

dixi, A, a, a,
mine Deus: Pro-
icunt eis: Non vi-
gládium, & fames
in vobis, ſed pa-
ram dabit vobis in
. Et dixit Dómi-
me: Falsò Prophé-
inantur in nómine
on miſi eos, & non
eis, neque locútus
os: viſiónem men-
& divinatiónem,
uléntiam, & ſéduc-
cordis ſui prophé-
is. Idcircò hæc di-
inus de prophétis,
hétant in nómine
uos ego non miſi,
: Gládius, & fa-
erit in terra hac:
io & fame conſu-
prophétæ illi. Et
uibus prophétant,
erunt projecti in viis Jerú-
ſalem præ fame & gládio,
& non erit qui ſepéliat eos;
ipſi & uxóres eórum, fílii
& fíliæ eórum, & effun-
dam ſuper eos malum ſuum.

FERIA QUINTA.

De Jeremía Prophéta.

Lectio j. Cap. 15.

ET dixit Dóminus ad me: Si ſtéterit Móyſes, & Sámuël coram me, non eſt ánima mea ad pópulum iſtum: éjice illos à fácie mea, & egrediantur. Quòd ſi díxerint ad te: Quò egrediémur? dices ad eos: Hæc dicit Dóminus: Qui ad mortem, ad mortem: & qui ad gládium, ad gládium: & qui ad famem, ad famem: & qui ad captivitátem, ad captivitátem. Et viſitábo ſuper eos quátuor ſpécies, dicit Dóminus: Gládium ad occiſiónem, & canes ad lacerandum, & volatília cœli & béſtias terræ ad devorandum & diſſipandum. Et dabo eos in fervórem univerſis regnis terræ: propter Manaſſem fílium Ezechíæ regis Juda, ſuper ómnibus quæ fecit in Jerúſalem.

Lectio ij.

QUis enim miſerébitur tuî Jerúſalem? aut quis contriſtábitur pro te? aut quis ibit ad rogandum pro pace tua? Tu reliquiſti me, dicit Dómi-

Lectio iij.

MUltiplicátæ ſunt mihi víduæ ejus ſuper arénam maris : indúxi eis ſuper matrem adoleſcentis vaſtatórem merídie : miſi ſuper civitátes repentè terrórem. Infirmáta eſt quæ péperit ſeptem, defécit ánima ejus : óccidit ei ſol, cùm adhuc eſſet dies : confúſa eſt, & erúbuit : & resíduos ejus in gládium dabo in conſpectu inimicórum eórum, ait Dóminus.

FERIA SEXTA.

De Jeremía Prophéta.

Lectio j. Cap. 16.

ET factum eſt verbum Dómini ad me, dicens : Non accípies uxórem, & non erunt tibi fílii, & fíliæ in loco iſto. Quia hæc dicit Dóminus ſuper fílios & fílias, qui generantur in loco iſto, &

que conſoléris eos
ábſtuli pacem mea
pulo iſto, dicit Dó
miſericórdiam & m
nes. Et morientur
& parvi in terra i
ſepelientur neque
tur, & non ſe i
neque calvítium
eis. Et non frang
eos lugenti panem
ſolandum ſuper
& non dabunt ei
cálicis ad conſolat
per patre ſuo & n

Lectio iij.

ET cùm annu
pópulo huic ó
ba hæc, & díxe
Quarè locútus eſt
ſuper nos omn
grande iſtud ? qu
tas noſtra ? & q
cátum noſtrum, q
cávimus Dómino
tro ? Dices ad eo

at unuſquiſque
ıtem cordis ſui
e non áudiat.
os de terra hac
ǀuam ignorátis
res veſtri : &
diis aliénis die
ui non dabunt
m.

B A T O.

Septuageſima
Dominicam ſe-
ınc hodiè Offi-
ccurrat Feſtum
aut ſuprà) fit
ut in Feriis à
ad Septuageſi-
priores Lectio-
rè I. Nocturno
de initio libri
ibus in unam
duobus priori-
Nocturni Do-
tertia verò Lec-
milia in Evan-
I. cum ℟. *vij.*
Glória Patri.
Int. ad Bene-
ctio ex eadem
æ Oratio dici-
) cum Comm.
æ.
Feſto Solemni-
plici , Lectio-
rni ſumuntur
m. VI. de Ba-
Lectio de Ho-
. cum Comm.
Laudibus ante
. Deiparæ.
eſto Semidup.
erit de eodem
bus in unam
e Sanct. dua-

bus in unam junctis : iij. verò de Homil Dom. anticipandæ , cum Comm. ejuſdem Dom. ante Comm. Virg. Deiparæ.

De Feſto Simplici fit tantùm Comm. ante Comm. Virg. Deip.

Si fiat de Feſto Annual. vel Solem. maj. fit Comm. Dominicæ anticipandæ in Off. Noct. tantùm per ix. Lectionem Homiliæ in Evang. & in Laudibus per Ant. ad Benedictus. ℣. *& Orat. Prætermittuntur in hoc caſu Lectiones de Baruch.*

Hic porrò ritus ſervatur in ſequentibus Sabbatis , ſi anticipandum ſit Officium alicujus Dominicæ.

Veſperæ ut in Sabbato ante Septuageſimam ; & deinceps nihil fiat de Officio à Circumciſ. ad Septuag. niſi Comm. Virg. Deip.]

Si verò Septuageſima non occurrat in ſequentem Dominicam , fiet Officium ut ſequitur.

De Jeremía Prophéta.

Lectio j. Cap. 17.

HÆc dicit Dóminus : Maledictus homo, qui confídit in hómine , & ponit carnem bráchium ſuum , & à Dómino recédit cor ejus. Érit enim quaſi myrícæ in deſerto , & non vidébit cùm vénerit bonum : ſed habitábit in ſiccitáte in deſerto , in terra ſalſúginis , & inhabitábili. Be-

nedictus vir, qui confídit in Dómino, & erit Dóminus fidúcia ejus. Et erit quaſi lignum quod tranſplantátur ſuper aquas, quod ad humórem mittit radíces ſuas: & non timébit cùm vénerit æſtus. Et erit fólium ejus víride, & in témpore ſiccitátis non erit ſollícitum, nec aliquandò déſinet fácere fructum.

Lectio ij.

HÆc dicit Dóminus ad me: Vade, & ſta in porta filiórum pópuli, per quam ingrediuntur reges Juda, & egrediuntur, & in cunctis portis Jerúſalem: & dices ad eos: Audíte verbum Dómini, reges Juda, & omnis Juda, cunctíque habitatóres Jerúſalem, qui ingredímini per portas iſtas. Hæc dicit Dóminus: Cuſtodíte ánimas veſtras, & nolíte portáre póndera in die ſábbati: nec inferátis per portas Jerúſalem. Et nolíte ejícere ónera de dómibus veſtris in die ſábbati, & omne opus non faciétis: ſanctificáte diem ſabbáti ſicut præcépi pátribus veſtris. Et non audiérunt, nec inclinavérunt aurem ſuam: ſed induravérunt cervícem ſuam, ne audírent me, & ne accíperent diſciplínam.

Lectio iij.

ET erit: Si audiéritis me, dicit Dóminus, ut non inferátis ónera per portas civitátis hujus ſábbati: & ſi ſancti ritis diem ſábbati, ciátis in eo omne ingredientur per po vitátis hujus reges cipes, ſedentes ſu lium David, & aſce in cúrribus & equ & príncipes eórur Juda, & habitatór ſalem: & habitábi tas hæc in ſempi Et vénient de civ Juda, & de circúi ſalem, & de terr min & de campé & de montuóſis, & tro, portantes h tum, & víctimam crifícium, & thu ferent oblatiónem mum Dómini. S non audiéritis me tificétis diem ſáb ne portétis onus, ferátis per portas lem in die ſábba cendam ignem i ejus, & devorábi Jerúſalem, & nc guétur.

AD VESPE

Officium ut no ſuprà in Sabbatis d ciſione ad Septua 310.

Ad Magnífi

Ant. 5. a. Car mino, laudáte D quia liberávit áni peris de manu *Jerem.* 20.

Oratio, ut infrà a

I C A I I.
haniam.
n Dominicis
ad Septuage-
lditis quæ ſe-

'TURNO.
Prophéta.
Cap. 18.
, quòd fac-
ſt ad Jere-
à Dómino,
, & deſcende
guli, & ibi
nea. Et deſ-
m fíguli, &
oat opus ſu-
t diſſipátum
ipſe faciébat
s ſuis: con-
illud vas ál-
placúerat in
fáceret. Et
num Dómini
s: Numquid
te, non pó-
ere, domus
minus? Ecce
manu fígu-
manu mea,

s. 312.
ij.
quar adver-
m, & adver-
t eradícem,
k diſperdam
éntiam ége-
malo ſuo,
ùm adversùs
: ego pœni-
malo, quod
erem ei. Et
de gente &

de regno, ut ædíficem & plantem illud. Si fécerit malum in óculis meis, ut non áudiat vocem meam: pœniténtiam agam ſuper bono, quod locútus ſum ut fácerem ei.

℟. Dóminus. 312.

Lectio iij.

NUnc ergò dic viro Juda, & habitatóribus Jerúſalem, dicens: Hæc dicit Dóminus: Ecce ego fingo contrà vos malum, & cógito contrà vos cogitatiónem: revertátur unuſquiſque à via ſua mala, & dirígite vias veſtras, & ſtúdia veſtra. Qui dixérunt: Deſperávimus: poſt cogitatiónes enim noſtras íbimus, & unuſquiſque pravitátem cordis ſui mali faciémus. Ideò hæc dicit Dóminus: Interrogáte gentes: Quis audívit tália horribília, quæ fecit nimis virgo Iſraël?

℟. Ecce dies véniunt. 312.

IN II. NOCTURNO.

Ex Commentário ſancti Hierónymi Preſbyteri in Jeremíam.

Lib. 2. Cap. 7. Lectio iv.

AUdíte verbum Dómini, omnis Juda, inquit Jeremías: Hæc dicit Dóminus exercítuum: Nolíte confídere in verbis mendácibus, dicentes: Templum Dómini eſt: quóniam ſi benè direxéritis vias veſtras....

Illud enim Templum Dómini eſt, in quo hábitat vera fides, ſancta conversátio, omniumque virtútum chorus. Déniquè infert: Si rectas fecéritis vias veſtras; & cogitátio veſtra non abſerit poſt errórem, & ſecúti fuéritis juſtítiam, & malum non fecéritis, neque effudéritis ſánguinem innocentem, símplices quoſque non ſcandalizantes; & poſt deos aliénos non ambulavéritis, perverſa adorantes dógmata, quæ de veſtro corde ſimulaſtis in malum vobiſmetipſis: vel habitábo vobiſcum in loco iſto, quem vocátis Templum Dei; & in terram quam dedi pátribus veſtris, Apóſtolis ſcílicèt & Apoſtólicis viris: vel certè firmâ ſtatióne habitáre vos faciam à princípio uſquè ad finem.

℟. Ecce dies vénient.

tóriæ, de qua
ſcriptum eſt, I
bernáculum Si
modò ille loc
cinereſque coll
& templum c
ſimílium habi
peccatórum.
Silo Templi ex
ita Templum r
dò tempus ad
teſtimónii: P
Fílius hóminis
dem ſuper terr

℟. In diébu

Lectio

ET nunc
ómnia óp
cit Dóminus
ſum ad vos m
gens & loque
audiſtis: fác
huic, ſicut fe
projíciam vos
ſicut projéci o
veſtros, unive
Éphraïm. Con
ſimília ſe eſ
Templo in J

ıs quæ vocaban.
: & habébant
propter Jeró-
n Nabat de tri-
a, ſic étiam Je-
tribum Juda
min ſe abjectū-
ſtátur. Abjécit
, abjectúrus &
abjécit decem
ectúrus & duas.
illi pópulo díci-
gámus & de no-
lia fecérimus.
vénit. 313.
NOCTURNO.
cti Evangélii ſe-
a Joannem.
ij. Cap. 2.
mpore; Núptiæ
nt in Cana Gali-
erat mater Jeſu
itus eſt autem &
diſcípuli ejus ad
t réliqua.
ſancti Auguſtíni
píſcopi.
in. Joan. n. 1. & 3.
s eſt qui conſíde-
: ópera Dei, qui-
s régitur & ad-
niſtrátur totus
s, & non obſtu-
iturque mirácu-
quia hómines in
nti perdidérunt
iónem óperum
ua darent quotí-
i Creatóri; ſer-
Deus inuſitáta
uæ fáceret, ut
lormientes hómi-
colendum mira-

bílibus excitáret. Prióra mirácula fecit per Verbum ſuum Deum apud ſe; poſterióra fecit per ipſum Verbum ſuum incarnátum. Cùm ergò tanta videámus facta per Deum Jeſum, quid mirámur aquam in vinum converſam per hóminem Jeſum? Ipſe fecit hoc, qui illa ómnia.

℟. Deus ſecundùm imáginem ſuam fecit hóminem: creávit ex ipſo adjutórium símile ſibi: * Juſtítiam & judícia ſua oſtendit illis, & magnália honóris ejus vidit óculus illórum. ℣. Núptiæ factæ ſunt in Cana Galilææ, & erat mater Jeſu ibi; vocátus eſt autem & Jeſus, & diſcípuli ejus ad núptias: * Juſtítiam. *Eccli. 17. Joan. 2, n. 3. 4. 5. & 9. Lectio viij.*

Excepto miráculo, áliquid in ipſo facto myſtérii & ſacramenti latet. Quid mirum ſi in illam domum ad núptias venit, qui in hunc mundum ad núptias venit? Verbum enim, ſponſus; & ſponſa, caro humána: & utrumque unus Fílius Dei, & idem fílius hóminis. Uterus Vírginis Maríæ thálamus ejus, indè proceſſit tanquàm ſponſus de thálamo ſuo. Certi ſacramenti grátiâ, vidétur matrem de qua ſponſus proceſſit, non agnóſcere, & dícere illi: Quid mihi & tibi eſt, múlier? Mirácu-

lum exig bat mater a ille non agnoſcit víſcera humána, operatúrus facta divína, tanquàm dicens : Quod de me facit mirácu-lum, non tu genuiſti ; divinitátem meam non tu genuiſti ; ſed quia genuiſti infirmitátem meam, tunc te cognoſcam, cùm ipſa infírmitas pendébit in cruce : hoc eſt enim, Nondùm venit hora mea.

℟. Deficiente vino, dicit mater Jeſu ad eum : Vinum non habent. Et dicit ei Jeſus : Nondùm venit hora mea. Dicit mater ejus miniſtris : * Quodcumque díxerit vobis, fácite. ℣. Fácite quæ præcepit Dóminus Deus, ut benè ſit vobis : * Quodcumque. *Joan.* 2. *Deut.* 5.

Tract. 9. *n.* 2. *Lectio ix.*

QUòd Dóminus invitátus venit ad núptias, étiam exceptâ myſticâ ſignificatióne confirmáre vóluit quòd ipſe fecit núptias. Futúri enim erant, de quibus dixit Apóſtolus, prohibentes núbere, & dicentes quòd malum eſſent núptiæ, & quòd diábolus eas feciſſet. Nec illæ quæ virginitátem Deo vovent, quanquam ampliórem gradum honóris & ſanctitátis in Eccléſia téneant, ſine núptiis ſunt : nam & ipſæ pértinent ad núptias cum tota Eccléſia, in quibus

núptiis ſponſus eſt tus. Ac per hoc e minus invitátus v núptias ; ut conju titas firmarétur, deretur ſacrament tiárum : quia & nuptiárum ſponſu nam Dómini figu

℟. Ego Dómi eórum, & exáudi & * Lætábitur c quaſi à vino, & bit cor eórum in ℣. Dicit Jeſus hydrias aquâ. Et runt. Et dicit ei Hauríte nunc. * tur. Glória Patri. tábit. *Zach.* 10. *J*

Ad Benedict

Ant. 3. *a.* Ut architriclínus aq num factam, voc ſum, & dicit ei : bonum vinum uſq *Joan.* 2.

Oratio.

DOmine Deus núptias ſanct iis intereſſe voluiſt bis eárum intellig térium, & ad illas pervenire, in qu ſponſus es caſtáru rum : Qui vivis

Ad Magnífi

Ant. 1. D. Feci ſignórum Jeſus i Galilææ, & ma glóriam ſuam ; & runt in eum diſci *Joan.* 1.

Oratio, ut ſu

ECUNDA.
in Feriis à
:7. & ſic in

ı Prophéta.
Cap. 19.
dicit Dómi-
Vade , &
: lagúnculam
m à junióri-
& à ſenióri-
ım : & egré-
a fílii Ennom,
tà intróitum
: & prædicá-
, quæ ego lo-
t dices : Au-
Dómini reges
itatóres Jerú-
icit Dóminus
Deus Iſraël :
ícam afflictió-
ocum iſtum ,
, qui audíerit
ınt aures ejus :
líquerint me ,
écerint locum
avérunt in eo
quos neſcié-
patres eórum ,
: & replevé-
lum ſánguine

s. 312.
tio ij.
eres lagúncu-
culis virórum,
cum. Et dices
: dicit Dómi-
um : Sic cón-
um iſtum , &
am , ſicut con-
guli, quod non
inſtaurári : &

in Topheth ſepelientur, eò quòd non ſit álius locus ad ſepeliendum. Sic fáciam loco huic, ait Dóminus, & habitatóribus ejus : & ponam civitátem iſtam ſicut Topheth. Et erunt domus Jeruſalem, & domus regum Juda ſicut locus Topheth, immundæ : omnes domus, in quarum domátibus ſacrificavérunt omni milítiæ cœli, & libavérunt libámina diis aliénis.

℟. Dóminus. 312.

Lectio iij.

VEnit autem Jeremías de Topheth, quò míſerat eum Dóminus ad prophetandum, & ſtetit in átrio domûs Dómini, & dixit ad omnem pópulum : Hæc dicit Dóminus exercítuum Deus Iſraël : Ecce ego indúcam ſuper civitátem hanc, & ſuper omnes urbes ejus univerſa mala, quæ locútus ſum adversùm eam : quóniam induravérunt cervícem ſuam ut non audírent ſermónes meos.

℟. Ecce dies véniunt. 312.

FERIA TERTIA.

De Jeremía Prophéta.

Lectio j. Cap. 20.

ET audívit Phaſſur fílius Emmer ſacerdos, qui conſtitútus erat princeps in domo Dómini, Jeremíam prophetantem ſermónes iſtos. Et percuſſit Phaſſur Jeremíam prophétam, & miſit eum in nervum, quod erat in

porta Bénjamin ſuperióri, in domo Dómini. Cùmque illuxiſſet in cráſtinum, edúxit Phaſſur Jeremíam de nervo, & dixit ad eum Jeremías: Non Phaſſur vocávit Dóminus nomen tuum, ſed pavórem undiquè. Quia hæc dicit Dóminus: Ecce ego dabo te in pavórem, te & omnes amícos tuos: & córruent gládio inimicórum ſuórum, & óculi tui vidébunt; & omnem Judam dabo in manum regis Babylónis: & tradúcet eos in Babylónem, & percútiet eos gládio. Et dabo univerſam ſubſtántiam civitátis hujus, & omnem labórem ejus, ómneque prétium, & cunctos theſauros regum Juda dabo in manu inimicórum eórum: & dirípient eos, & tollent, & ducent in Babylónem. Tu autem Phaſſur, & omnes habitatóres domûs tuæ íbitis in captivitátem: & in Babylónem vénies, & ibi moriéris, ibíque ſepeliéris tu, & omnes amíci tui, quibus prophetaſti mendacium.

℟. Ecce dies vénient. 313.

Lectio ij.

SEduxiſti me Dómine, & ſeductus ſum: fórtior me fuiſti, & invaluiſti: factus ſum in deríſum totâ die, omnes ſubſannant me.
Quia jam olim loquar, v
ciferans iniquitátem,
vaſtitátem clámito: & fa
tus eſt mihi ſermo Dó
in oppróbrium, & in
ſum totâ die. Et dix
recordábor ejus, neque
quar ultrà in nómine ill
& factus eſt in corde m
quaſi ignis exæſtuans, cl
ſuſque in óſſibus meis:
deféci, ferre non ſu
nens.

℟. In diebus. 313.

Lectio iij.

AUdívi enim contu
lias multórum, & t
rórem in circúitu: Pe
químini, & perſequá
eum: ab ómnibus viri
qui erant pacífici mei,
cuſtodientes latus mei
ſi quo modo decipiám
& prævaleámus adver
eum, & conſequámur
tiónem ex eo. Dómi
autem mecum eſt quaſi b
látor fortis: idcircò
perſequuntur me, cade
& infirmi erunt: conf
dentur vehementer, q
non intellexérunt opp
brium ſempitérnum, q
nunquàm delébitur. Et
Dómine exercítuum p
bátor juſti, qui vides re
& cor: vídeam, quæſ
ultiónem tuam ex eis: t
enim revelávi cauſam m
Cantáte Dómino, laud
Dóminum: quia liberá
ánimam páuperis de ma
malórum.

℟. Adinvénit. 313.

FERI

A QUARTA.
ıremía Prophéta.
i. Cap. 22.
Æc dicit Dóminus: Deſcende in domum regis Juda, & ibi verbum hoc, : Audi verbum Dó- x Juda, qui ſedes ıllum David: tu & i, & pópulus tuus, tedímini per portas ;æc dicit Dóminus: judícium & juſtí- & liberáte vi op- de manu calum- :: & ádvenam, & n, & víduam nolí- riſtáre, neque op- s iníquè, & ſángui- ıocentem ne effun- loco iſto. Si enim ıs fecéritis verbum ıgredientur per por- ıûs hujus reges ſe- le género David ſu- ɔnum ejus, & aſ- tes currus & equos, ſervi, & pópulus Quòd ſi non audié- ba hæc: in memet- ırávi, dicit Dómi- uia in ſolitúdinem mus hæc.

cce nos. 312.

Lectio ij.

: dicit Dóminus ad llum fílium Josíæ Juda, qui regnávit ıía patre ſuo, qui ı eſt de loco iſto. evertétur hùc ám- ed in loco, ad quem li eum, ibi morié- tur, & terram iſtam non vidébit ámpliùs. Væ qui ædíficat domum ſuam in injuſtítia, & cœnácula ſua non in judício: amícum ſuum ópprimet fruſtrà, & mercédem ejus non reddet ei. Qui dicit: Ædificábo mihi domum latam, & cœnácula ſpatióſa: qui áperit ſibi feneſtras, & facit laqueária cédrina, pingitque ſinópide. Numquid regnábis, quóniam confers te cedro?

℟. Dóminus. 312.

Lectio iij.

HÆc dicit Dóminus ad Jóakim fílium Josíæ regem Juda: Non plangent eum: Væ frater & væ ſoror: non concrepábunt ei: Væ Dómine, & væ ínclyte. Sepulturâ áſini ſepelíetur, putrefactus & projectus extrà portas Jerúſalem. Aſcende Líbanum, & clama: & in Baſan da vocem tuam, & clama ad tranſeuntes, quia contríti ſunt omnes amatóres tui. Locútus ſum ad te in abundántia tua; & dixiſti: Non áudiam: hæc eſt via tua ab adoleſcéntia tua, quia non audiſti vocem meam: omnes paſtóres tuos paſcet ventus, & amatóres tui in captivitátem ibunt: & tunc confundéris, & erubeſces ab omni malítia tua.

℟. Ecce dies véniunt. 312.

FERIA QUINTA.

De Jeremía Propheta.

Lectio j. Cap. 23.

VÆ paſtóribus, qui diſperdunt & dilácerant gregem páſcuæ meæ, dicit Dóminus. Ideò hæc dicit Dóminus Deus Iſraël ad paſtóres, qui paſcunt pópulum meum: Vos diſperſiſtis gregem meum, & ejeciſtis eos, & non viſitaſtis eos: ecce ego viſitábo ſuper vos malítiam ſtudiórum veſtrórum, ait Dóminus. Et ego congregábo relíquias gregis mei de ómnibus terris, ad quas ejécero eos illùc: & convertam eos ad rura ſua: & creſcent & multiplicabuntur. Et ſuſcitábo ſuper eos paſtóres, & paſcent eos: non formidábunt ultrà, & non pavébunt: & nullus quærétur ex número, dicit Dóminus.

℟. Ecce dies vénient. 313.

Lectio ij.

ECce dies véniunt, dicit Dóminus: & ſuſcitábo David germen juſtum; & regnábit rex, & ſápiens erit: & fáciet judícium & juſtítiam in terra. In diébus illis ſalvábitur Juda, & Iſraël habitábit confidenter; & hoc eſt nomen, quod vocábunt eum, Dóminus juſtus noſter. Propter hoc ecce dies véniunt, dicit Dóminus, & non dicent ultrà: Vivit Dóminus, qui edúxit filios Iſraël de terra ... ſed: vivit Dómi... edúxit & addúx... domûs Iſraël ... Aquilónis, & d... terris, ad quas ... eos illùc: & habit... terra ſua.

℟. In diébus. 3...

Lectio iij.

AD prophétas ... tum eſt cor ... médio meî, co... runt ómnia oſſa m... tus ſum quaſi vi... & quaſi homo m... vino à fácie Dómi... fácie verbórum ſ... ejus. Quia adúlter... eſt terra, quia à ... lediĉtiónis luxit te... facta ſunt arva ... factus eſt curſus e... lus, & fortitúd... diſſímilis. Proph... que & ſacerdo... ſunt: & in dom... véni malum eór... Dóminus. Idcirc... rum erit quaſi ... in ténebris: im... enim, & córrue... áfferam enim ... mala, annum vi... eórum, ait Dóm...

℟. Adinvénit.

FERIA SE...

De Jeremía Pr...

Lectio j. ...

IN princípio r... kim filii Jo... Juda, factum ... bum iſtud à Dó... cens; Hæc dicit ...

n átrio domûs Dómi- & loquéris ad omnes ítes Juda, de quibus unt ut adórent in do- Dómini, univerſos ſer- es, quos ego mandávi ut loquáris ad eos: ſubtráhere verbum, rtè áudiant & conver- ur unuſquiſque à via nala: & pœníteat me quod cógito fácere eis ter malítiam ſtudió- eórum. Et dices ad : Hæc dicit Dóminus: non audiéritis me ut ulétis in lege mea, n dedi vobis, ut au- is ſermónes ſervórum rum Prophetárum, s ego miſi ad vos de le conſurgens, & díri- s, & non audiſtis: Da- lomum iſtam ſicut Silo, rbem hanc dabo in ma- ctiónem cunctis génti- i terræ.

℟. Ecce nos. 312.

Lectio ij.

T audiérunt ſacerdó- tes, & prophétæ, & nis pópulus, Jeremíam entem verba hæc in mo Dómini. Cùmque plêſſet Jeremías lo- ens ómnia, quæ præcé- rat ei Dóminus ut lo- retur ad univerſum pó- lum, apprehendérunt ſacerdótes, & pro- tæ, & omnis pópulus, ens: Morte moriátur. rè prophetávit in nó- ine Dómini, dicens: Si- cut Silo erit domus hæc: & urbs iſta deſolábitur, eò quòd non ſit habitátor? Et congregátus eſt omnis pópulus adversùs Jeremíam in domo Dómini. Et au- diérunt príncipes Juda ver- ba hæc, & aſcendérunt de domo regis in domum Dó- mini, & ſedérunt in in- tróitu portæ domûs Dó- mini novæ. Et locúti ſunt ſacerdótes & prophétæ ad príncipes, & ad omnem pópulum, dicentes: Judí- cium mortis eſt viro huic: quia prophetávit adversùs civitátem iſtam, ſicut au- diſtis áuribus veſtris.

℟. Dóminus. 312.

Lectio iij.

ET ait Jeremías ad om- nes príncipes, & ad univerſum pópulum, di- cens: Dóminus miſit me ut prophetárem ad domum iſtam, & ad civitátem hanc ómnia verba quæ au- diſtis. Nunc ergò bonas fá- cite vias veſtras, & ſtúdia veſtra, & audíte vocem Dómini Dei veſtri: & pœ- nitébit Dóminum mali, quod locútus eſt adversùm vos. Ego autem ecce in mánibus veſtris ſum: fá- cite mihi quod bonum & rectum eſt in óculis veſtris: verúmtamen ſcitóte & cog- nóſcite quòd ſi occidéritis me, ſánguinem innocen- tem tradétis contrà voſmet- ipſos, & contrà civitá- tem iſtam, & habitatóres

SABBATO.

[*Si hoc Sabbatum ſit ultimum ante Septuageſimam, omiſſis Lectiónibus ſequentibus, legentur tres Lectiones de libro Baruch quæ habentur in Officio Dominicæ VI. Si non ſit ultimum, legentur ſequentes.*

De Jeremía Prophéta.

Lectio j. Cap. 25.

VErbum, quod factum eſt ad Jeremíam de omni pópulo Juda in anno quarto Jóakim filii Josíæ regis Juda, (ipſe eſt annus primus Nabuchodónoſor regis Babylónis.) Quod locútus eſt Jeremías prophéta ad omnem pópulum Juda, & ad univerſos habitatóres Jeruſalem, dicens: A tértio décimo anno Josíæ filii Ammon regis Juda uſquè

bus veſtris, à ſécu
què in ſéculum. I
ire poſt deos aliéno
viátis eis, adoretiſ
neque me ad ira
provocétis in opéri
nuum veſtrárum,
afflígam vos. Et n
tis me, dicit D
ut me ad iracúndi
vocarétis in opéri
nuum veſtrárum in
veſtrum.

[*Si fiat de*
℟℟℟. *ſumuntur*
Nocturno Officii
carum, ut ſuprà.]

Lectio ij.

PRoptéreà hæ
Dóminus exer
Pro eo quòd non
verba mea: Ecce
tam, & aſſúmam
ſas cognatiónes Aq
ait Dóminus, &
chodónoſor reg

:m & in ſibilum, &
olitúdines ſempiternas.
ſámque ex eis vocem
lii & vocem lætítiæ,
:m ſponſi, & vocem
ıſæ, vocem molæ, &
en lucernæ. Et erit
'erſa terra hæc in ſoli-
nem & in ſtupórem:
érvient omnes gentes
regi Babylónis ſeptua-
a annis.

Lectio iij.

Umque impléti fúerint
ſeptuaginta anni, vi-
o ſuper regem Baby-
s, & ſuper gentem il-
, dicit Dóminus, ini-
átem eórum, & ſu-
terram Chaldæórum:
onam illam in ſolitú-
s ſempiternas. Et ad-
m ſuper terram illam,
ia verba mea, quæ lo-
s ſum contrà eam,
e quod ſcriptum eſt in
iſto, quæcumque pro-
ávit Jeremías adver-
ómnes gentes: quia
iérunt eis, cùm eſſent
es multæ, & reges
ni: & reddam eis ſe-
lùm ópera eórum, &
ndùm facta mănuum
um. Quia ſic dicit Dó-
us exercítuum Deus Iſ-
: Sume cálicem vini
ris hujus de manu mea:
ropinábis de illo cunc-
éntibus, ad quas ego
tam te. Et bibent, &
abuntur, & inſánient
ície gládii, quem ego
tam inter eos.

Ad Magníficat.

Ant. 2. Ne tímeas, ſerve meus Jacob, ait Dóminus, neque páveas Iſraël; quia ecce ego ſalvábo te. *Jerem.* 30.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

DOMINICA TERTIA poſt Epiphaniam.

IN I. NOCTURNO.

De Jeremía Prophéta.

Lectio j. Cap. 35.

VErbum, quod factum eſt ad Jeremíam à Dómino in diébus Jóakim fílii Josíæ regis Juda, dicens: Vade ad domum Rechabitárum: & lóquere eis, & introdúces eos in domum Dómini in unam éxedram theſaurórum, & dabis eis bíbere vinum. Et aſſumpſi Jezoníam fílium Jeremíæ fílii Habſaníæ, & fratres ejus, & omnes fílios ejus, & univerſam domum Rechabitárum: & introdúxi eos in domum Dómini ad gazophylácium filiórum Hanan, fílii Jegedelíæ hóminis Dei, quod erat juxtà gazophylácium príncipum, ſuper theſaurum Maasíæ fílii Sellum, qui erat cuſtos veſtíbuli. Et póſui coram fíliis domûs Rechabitárum ſcyphos plenos vino, & cálices: & dixi ad eos: Bíbite vinum. Qui reſpondérunt: Non bibémus vinum: quia Jo-

nadab filius Rechab, pater noſter, præcépit nobis, dicens: Non bibétis vinum vos, & filii veſtri uſquè in ſempiternum.

℟. Ecce nos. 312.

Lectio ij.

ET factum eſt verbum Dómini ad Jeremíam, dicens: Hæc dicit Dóminus exercítuum, Deus Iſraël: Vade, & dic viris Juda, & habitatóribus Jerúſalem: Numquid non recipiétis diſciplínam ut obediátis verbis meis, dicit Dóminus? Prævaluérunt ſermónes Jónadab filii Rechab, quos præcépit fíliis ſuis ut non bíberent vinum: & non bibérunt uſquè ad diem hanc, quia obediérunt præcepto patris ſui: ego autem locútus ſum ad vos, de manè conſurgens & loquens, & non obediſtis mihi. Miſíque ad vos omnes ſervos meos prophétas, conſurgens dilúculo, mittenſque & dicens: Convertímini unuſquiſque à via ſua péſſima, & bona fácite ſtúdia veſtra: & nolíte ſequi deos aliénos, neque colátis eos: & habitábitis in terra, quam dedi vobis & pátribus veſtris: & non inclinaſtis aurem veſtram, neque audiſtis me. Firmavérunt ígitur filii Jónadab filii Rechab præceptum patris ſui, quod præcépe rat eis: pópulus autem iſte non obedívit mihi.

℟. Dóminus. 312.

Lectio iij.

IDcircò hæc dicit Dóminus exercítuum, Deus Iſraël: Ecce ego addúcam ſuper Juda, & ſuper omnes habitatóres Jerúſalem univerſam afflictiónem, quam locútus ſum advérſum illos, eò quòd locútus ſum ad illos, & non audiérunt: vocávi illos, & non reſpondérunt mihi. Dómui autem Rechabitárum dixit Jeremías: Hæc dicit Dóminus exercítuum Deus Iſraël: Pro eo quòd obediſtis præcepto Jónadab patris veſtri, & cuſtodiſtis ómnia mandáta ejus, & feciſtis univerſa, quæ præcépit vobis: proptereà hæc dicit Dóminus exercítuum Deus Iſraël: Non defíciet vir de ſtirpe Jónadab filii Rechab, ſtans in conſpectu meo cunctis diébus.

℟. Ecce dies véniunt. 312.

IN II. NOCTURNO.

Ex Commentário ſancti Hierónymi Preſbyteri in Jeremíam.

Lib. 3. *c.* 14. *Lectio iv.*

SI iniquitátes noſtræ reſpónderint (ſive reſíſterint) nobis, inquit Jeremías; Dómine, fac propter nomen tuum: quóniam multæ ſunt averſiónes noſtræ. Tibi peccávimus, expectátio Iſraël,

rátor ejus in témpore
ulatiónis. Si dubitá-
t quarè non deſcendant
viæ ſuper terram, quarè
cta ariditáte marceſ-
t, audiámus, iniqui-
s noſtræ reſtitérunt
is: proptéreà, Dómi-
non ſecundùm ópera
ra, ſed ſecundùm ſanc-
nomen tuum, vince
tas averſiónes noſtras.
i enim peccávimus,
m cordis ſecréta non
unt; & te præſtolá-
r, qui vera ſpes & ex-
tátio es Iſraël, & ſal-
eos in témpore tribu-
ónis juxtà illud quod
ptum eſt: ad Dóminum
tribulárer clamávi,
xaudívit me. Dicámus
ios in témpore ſiccitá-
aquarumque penúria:
i peccávimus, & ma-
coram te fécimus;
m præſtolámur adven-
, qui ſalvas Iſraël,
ſuo mérito, ſed tuâ
néntiâ.
℟. Ecce dies vénient. 313.

Lectio v.

Quarè futúrus es quaſi colónus in terra, & ſi viátor declínans ad iendum? Quarè futú- es velut vir vagus, aut is qui non poteſt ſalvá- Judæi hunc locum ſic lligunt: Quarè ſégre- te à pópulo tuo; & ſi viátor propter uníus refrigérium, non curas li utáris hoſpítio: ſed ad ália tranſitúrus, non ſalvas pópulum tuum, & templum quondàm íncly- tum déſeris? Noſtri verò de futúra Chriſti diſpenſa- tióne dici putant: quòd futúrus ſit peregrínus in terra, & parvo témpore terræ uſúrus hoſpítio: & quaſi vir pertránſiens ac robuſtus, relicto Iſraël tendat ad multitúdinem géntium, ut de loco ad locum, de pópulo ad pó- pulum, de templo ad Ec- cléſiam tránſeat.

℟. In diébus illis. 313.

Lectio vj.

TU autem in nobis es, Dómine, & nomen tuum invocátum eſt ſuper nos: ne derelínquas nos, (ſive ne oblíviſcáris noſtrî.) Qui apud Judæos quaſi ád- vena futúrus es, & viátor, & vir vagus; & antíquam déferens manſiónem in no- bis hábitas; & nomen tuum invocátum eſt ſuper nos, ut appellémur Chriſ- tiáni, idcircò non dere- linquas nos; & ne obli- viſcáris noſtrî, quibus de futúro adventu tuo, óm- nium Prophetárum ora ce- cinérunt.

℟. Adinvénit. 313.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſe- cundùm Matthæum.

Lectio vij. Cap. 8.

IN illo témpore; Cùm deſcendiſſet Jeſus de monte, ſecútæ ſunt eum

turbæ multæ; & ecce leprόſus véniens, adorábat eum. Et réliqua.

Homília ſancti Ambróſii Epíſcopi.

In Luc. Lib. 5. n. 1.

SEcundùm Matthæum primus hic poſt benedictiónes à Dómino ſanátus indúcitur, ut quia díxerat Dóminus: Non veni ſólvere legem, ſed adimplére, ille qui excludebátur à lege, purgári ſe Dómini poteſtáte præſúmens, non ex lege, ſed ſupra legem eſſe grátiam judicáret, quæ leprόſi máculam poſſet ablúere. Verùm ut in Dómino poteſtátis auctóritas, ita in illo fídei conſtántia declarátur. Ille in fáciem prόcidit, quod humilitátis eſt & pudóris; ut unuſquiſque de ſuæ vitæ máculis erubeſcat: ſed confeſſiónem verecúndia non repreſſit. Oſtendit vulnus, remédium poſtulávit; & ipſa religiónis & fídei plena conféſſio eſt. Si vis, inquit, potes me mundáre. In voluntáte Dómini tríbuit poteſtátem: de voluntáte autem Dómini, non quaſi pietátis incrédulus dubitávit, ſed quaſi colluviónis ſuæ cónſcius, non præſumpſit.

℟. Cùm deſcendiſſet Jeſus de monte, ecce leprόſus véniens, adorábat eum, dicens: Dómine, * Si vis, potes me mundáre. ℣. Dómine Deus, non erit tibi diffícile omne verbum: * Si vis. *Matth.* 8. *Jerem.* 32.

Lectio viij.

CUi moráli quâdam Dóminus ſanctitáte reſpondit: Volo; mundáre. Et contínuò lepra diſceſſit ab eo. Nihil enim médium eſt inter opus Dei, atque præceptum; quia in præcepto eſt opus. Dénique dixit, & facta ſunt. Vidétis ígitur quòd dubitári non poteſt, quia volúntas Dei poteſtas eſt. Itaque ſtatim lepra diſceſſit, ut intélligas medentis affectum qui veritátem óperi áddidit. Dénique ſecundùm Marcum, miſerátus eſt eum Dóminus: quod pulchrè eſt póſitum. Et pleráque tália poſuérunt Evangeliſtæ, qui nos in utróque fundáre voluérunt, deſcribentes ſigna poteſtátis ad fidem, exprimentes ópera virtútis ad imitatiónem. Undè & tangit non dedignátus, & ímperat non diffíſus; hoc enim eſt indícium poteſtátis, quia quaſi habens poteſtátem ſanandi & jubendi auctoritátem, operandi teſtimónium non refugit. Volo, ergò dicit propter Photínum, ímperat propter Aríum, tangit propter Manichæum.

℟. Jeſus miſertus ejus, extendit manum ſuam; & tangens eum, * Ait illi: Volo; mundáre: & ſtatim

l . illud miraculo ,
d eo ſanávit géne-
o fúerat obſecrá-
'is , potes me mun-
'olò, inquit ; mun-
labes voluntátem,
tiam pietátis effec-
Et extendens ma-
tétigit illum. Lex
epróſos próhibet ;
Dóminus legis eſt,
ſequitur légi , ſed
acit. Non ergò téti-
ia ſine tactu mun-
on póterat ; ſed ut
ét quia ſubjectus
ràt legi , nec con-
timébat ut hómi-
ſed quia contami-
n póterat , qui álios
at : ſimul ut è con-
lepra tactu Dómini
ur , quæ ſolébat
ináre tangentem.
lère autem ſe ſacer-
bétur , ut intellíge-
erdos non legis órdi-
d Dei grátiâ ſuper le-
ſſe curátum ; & dùm
ito jubet offerre ſa-
um præceptū Móyſi ,
eret Dóminus quia
nòn ſólveret , ſed
ret , qui ſecundùm
grádiens , ſupra le-
apáre eos quos remé-
gis non ſanáverant ,
tur. Et benè áddidit ,

Oſtende te ſacerdoti , &
† Offer munus quod præ-
cépit Móyſes in teſtimó-
nium illis. ℣. Hic eſt ritus
lepróſi , quandò mundan-
dus eſt : Adducétur ad ſà-
cerdótem , qui præcípiet
ei ut ófferat. * Oſtende.
Glória Patri. † Offer.
Matth. 8. *Levit.* 14.

Ad Benedictus.

Ant. 1. a. Dómine , puer
meus jacet in domo para-
lyticus, & malè torquétur.
Et ait illi Jeſus : Ego vé-
niam , & curábo eum.
Matth. 8.

Oratio.

O Mnípotens , ſempi-
terne Deus , infirmi-
tátem noſtram propítius
réſpice ; atque , ad prote-
gendum nos , déxteram
tuæ majeſtátis extende ;
Per Dóminum.

Ad Magníficat.

Ant. 8. *G.* Dixit Jeſus
Centurióni : Vade , & ſi-
cut credidiſti fiat tibi. Et
ſanátus eſt puer in illa
hora. *Matth.* 8.

FERIA SECUNDA.

De Jeremía Prophéta.

Lectio j. Cap. 36.

ET factum eſt in anno
quarto Jóakim filii
Joſíæ regis Juda :
factum eſt verbum hoc ad

Jeremíam à Dómino, dicens: Tolle volúmen libri, & ſcribes in eo ómnia verba, quæ locútus ſum tibi adversùm Iſraël & Judam, & adversùm omnes gentes: à die, quâ locútus ſum ad te ex diébus Josíæ uſquè ad diem hanc: Si fortè audiente domo Juda univerſa mala, quæ ego cógito fácere eis, revertátur unuſquiſque à via ſua péſſima: & propítius ero iniquitáti, & peccáto eórum. Vocávit ergò Jeremías Baruch fílium Neríæ: & ſcripſit Baruch ex ore Jeremíæ omnes ſermónes Dómini, quos locútus eſt ad eum in volúmine libri.

℟. Ecce nos. 312.

Lectio ij.

ET præcépit Jeremías Baruch, dicens: Ego clauſus ſum, nec váleo íngredi domum Dómini. Ingrédere ergò tu, & lege de volúmine in quo ſcripſiſti ex ore meo verba Dómini, audiente pópulo in domo Dómini in die jejúnii: ínſuper & audiente univerſo Juda, qui véniunt de civitátibus ſuis, leges eis: Si fortè cadat orátio eórum in conſpectu Dómini, & revertátur unuſquiſque à via ſua péſſima: quóniam magnus furor & indignátio eſt, quam locútus eſt Dóminus adversùs pópulum hunc. Et fecit Baruch fílius Neríæ juxtà ómnia, quæ præcéperat ei Jeremías Prophéta, legens ex volúmine ſermónes Dómini in domo Dómini.

℟. Dóminus. 312.

Lectio iij.

FActum eſt autem in anno quinto Jóakim fílii Josíæ regis Juda, in menſe nono: prædicavérunt jejúnium in conſpectu Dómini omni pópulo in Jerúſalem, & univerſæ multitúdini, quæ conflúxerat de civitátibus Juda in Jeruſalem. Legitque Baruch ex volúmine ſermónes Jeremíæ in domo Dómini in gazophylácio Gamaríæ fílii Saphan ſcribæ, in veſtíbulo ſuperióri, in intróitu portæ novæ domûs Dómini audiente omni pópulo.

℟. Ecce dies véniunt. 312.

FERIA TERTIA.

De Jeremía Prophéta.

Lectio j. Cap. 24.

OStendit mihi Dóminus: & ecce duo cálathi pleni ficis, póſiti antè templum Dómini, poſtquàm tránſtulit Nabuchodónoſor rex Babylónis Jechoníam fílium Jóakim regem Juda, & príncipes ejus, & fabrum, & incluſórem de Jeruſalem, & addúxit eos in Babylónem. Cálathus unus ficus bonas habébat nimis, ut ſolent ficus eſſe primi témporis: & cálathus unus

bébat malas nimis,
nedi non póterant,
l eſſent malæ. Et
)óminus ad me:
vides, Jeremía? Et
Ficus, ficus bonas,
valdè: & malas,
'aldè, quæ cómedi
ſſunt, eò quòd ſint

:e dies vénient. 313.
Lectio ij.
factum eſt verbum
ómini ad me, di-
Hæc dicit Dóminus
raël: Sicut ficus hæ
ic cognoſcam tranſ-
ónem Juda, quam
e loco iſto in ter-
aldæórum, in bo-
Et ponam óculos
uper eos ad placan-
& redúcam eos in
hanc: & ædificábo
non déſtruam, &
o eos, & non evel-
t dabo eis cor ut
ne, quia ego ſum
us: & erunt mihi
ulum, & ego ero
Deum: quia rever-
ad me in toto corde

n diébus. 313.
Lectio iij.
ſicut ficus péſſimæ,
æ cómedi non poſ-
eò quòd ſint malæ:
it Dóminus, ſic dabo
m regem Juda, &
es ejus, & réliquos
iſalem, qui reman-
in urbe hac, & qui
nt in terra Ægypti.
Et dabo eos in vexatiónem, afflictionemque ómnibus regnis terræ: in oppróbrium, & in parábolam, & in provérbium, & in maledictiónem in univerſis locis, ad quæ ejéci eos. Et mittam in eis gládium, & famem, & peſtem: donec conſumantur de terra, quam dedi eis, & pátribus eórum.

℟. Adinvénit. 313.

FERIA QUARTA.

De Jeremía Prophéta.

Lectio j, Cap. 29.

ET hæc ſunt verba libri, quem miſit Jeremías prophéta de Jerúſalem ad relíquias ſeniórum tranſmigratiónis, & ad ſacerdótes; & ad prophétas, & ad omnem pópulum, quem tradúxerat Nabuchodónoſor de Jerúſalem in Babylónem: poſtquàm egreſſus eſt Jechonías rex, & dómina, & eunúchi, & príncipes Juda, & Jerúſalem, & faber, & inclúſor de Jerúſalem: in manu Eláſa fílii Saphan, & Gamaríæ fílii Helcíæ, quos miſit Sedecías rex Juda ad Nabuchodónoſor regem Babylónis in Babylónem, dicens: Hæc dicit Dóminus exercítuum Deus Iſraël omni tranſmigratióni, quam tránſtuli de Jerúſalem in Babylónem: Ædificáte domos, & habitáte: & plantáte hortos, & comédite fruc-

tum eórum. Accípite uxóres, & generáte fílios & fílias : & date filiis veſtris uxóres, & fílias veſtras date viris, & páriant fílios & fílias : & multiplicámini ibi, & nolíte eſſe pauci número.

℟. Ecce nos. 312.

Lectio ij.

ET quærite pacem civitátis, ad quam tranſmigráre vos feci : & oráte pro ea ad Dóminum : quia in pace illíus erit pax vobis. Hæc enim dicit Dóminus exercítuum Deus Iſraël : Non vos ſedúcant prophétæ veſtri, qui ſunt in médio veſtrûm, & divíni veſtri : & ne attendátis ad ſómnia veſtra, quæ vos ſomniátis : quia falsò ipſi prophétant vobis in nómine meo : & non miſi eos, dicit Dóminus.

℟. Dóminus. 312.

Lectio iij.

QUia hæc dicit Dóminus : Cùm cœperint impléri in Babylóne ſeptuaginta anni, viſitábo vos : & ſuſcitábo ſuper vos verbum meum bonum, ut redúcam vos ad locum iſtum. Ego enim ſcio cogitatiónes, quas ego cógito ſuper vos, ait Dóminus, cogitatiónes pacis, & non afflictiónis, ut dem vobis finem & patiéntiam. Et invocábitis me, & ibitis : & orábitis me, & ego exáudiam vos. Quærétis me, & inveniétis : cùm quæſiéritis me in toto corde veſtro. Et invéniar à vobis, ait Dóminus : & redúcam captivitátem veſtram, & congregábo vos de univerſis géntibus, & de cunctis locis, ad quæ éxpuli vos, dicit Dóminus : & reverti vos fáciam de loco, ad quem tranſmigráre vos feci.

℟. Ecce dies véniunt. 313.

FERIA QUINTA

De Jeremía Prophéta.

Lectio j. Cap. 30.

HOc verbum, quod factum eſt ad Jeremíam à Dómino, dicens: Hæc dicit Dóminus Deus Iſraël, dicens : Scribe tibi ómnia verba, quæ locútus ſum ad te, in libro. Ecce enim dies véniunt, dicit Dóminus : & convertam converſiónem pópuli mei Iſraël & Juda, ait Dóminus : & convertam eos ad terram, quam dedi pátribus eórum : & poſſidébunt eam.

℟. Ecce dies vénient. 313.

Lectio ij.

ET hæc verba, quæ locútus eſt Dóminus ad Iſraël & ad Judam : quóniam hæc dicit Dóminus: Vocem terróris audívimus: formído, & non eſt pax. Interrogáte, & vidéte ſi génerat máſculus : quarè ergò vidi omnis viri manum ſuper lumbum ſuum, quaſi parturientis, & con-

e ſunt univerſæ fácies
ırúginem ? Væ, quia
na dies illa, nec eſt
lis ejus : tempuſque
ılatiónis eſt Jacob, &
ıſo ſalvábitur.
. In diébus. 313.
Lectio iij.
T erit in die illa, ait
Dóminus exercítuum :
:eram jugum ejus de
ɔ tuo, & víncula ejus
mpam, & non domi-
untur ei ámpliùs alié-
ſed ſérvient Dómino
ı ſuo, & David regi
, quem ſuſcitábo eis.
ergò ne tímeas, ſerve
ıs Jacob, ait Dómi-
, neque páveas Iſraël :
ı ecce ego ſalvábo te de
a longinqua, & ſemen
n de terra captivitátis
ım : & revertétur Ja-
, & quieſcet, & cunc-
íffluet bonis, & non
quem formídet : quó-
n tecum ego ſum, ait
ninus, ut ſalvem te :
am enim conſumma-
ıem in cunctis Génti-
., in quibus diſperſit
: te autem non fáciam
conſummatiónem : ſed
:igábo te in judício, ut
ı videáris tibi innóxius.
ȣ. Adinvénit. 313.
ERIA SEXTA.
)e Jeremía Prophéta.
ʒio j. Cap. 31.
N témpore illo, dicit
Dóminus : Ero Deus
univerſis cognatiónibus
ıël, & ipſi erunt mihi
in pópulum. Hæc dicit Dóminus : Invénit grátiam in deſerto pópulus, qui remánſerat à gládio : vadet ad réquiem ſuam Iſraël. Longè Dóminus appáruit mihi. Et in caritáte perpétua diléxi te, ídeò attráxi te, míſerans. Rurſúmque ædificábo te, & ædificáberis virgo Iſraël : adhuc ornáberis tympanis tuis, & egrediéris in choro ludéntium.

℟. Ecce nos. 312.

Lectio ij.

Quia hæc dicit Dóminus : exultáte in lætítia Jacob, & hinníte contrà caput Géntium : perſonáte, & cánite, & dícite ; Salva, Dómine, pópulum tuum relíquias Iſraël. Ecce ego addúcam eos de terra Aquilónis, & congregábo eos ab extrémis terræ : inter quos erunt cæcus & claudus, prægnans & páriens ſimul, cœtus magnus reverténtium hùc. In fletu vénient : & in miſericórdia redúcam eos : & addúcam eos per torrentes aquárum in via recta, & non impingent in ea : quia factus ſum Iſraëli pater, & Ephraïm primogénitus meus eſt.

℟. Dóminus. 312.

Lectio iij.

Audíte verbum Dómini Gentes, & annuntiáte in ínſulis, quæ procul ſunt, & dícite : Qui diſ-

perſit Iſraël, congregábit eum: & cuſtódiet eum ſicut paſtor gregem ſuum. Redémit enim Dóminus Jacob, & liberávit eum de manu potentióris. Et vénient, & laudábunt in monte Sion: & cónfluent ad bona Dómini ſuper frumento, & vino, & óleo, & fœtu pécorum & armentórum: eritque ánima eórum quaſi hortus irríguus, & ultrà non eſurient. Tunc lætábitur virgo in choro, júvenes & ſenes ſimul: & convertam luctum eórum in gáudium, & conſolábor eos, & lætificábo à dolóre ſuo. Et inebriábo ánimam ſacerdótum pinguédine: & pópulus meus bonis meis adimplébitur, ait Dóminus.

℞. Ecce dies véniunt. 312.

SABBATO.

[*Si hoc Sabbatum ſit ultimum ante Septuageſimam, legetur de libro Baruch, ut infrà in Officio Dominicæ VI. Si non ſit ultimum, legetur ut ſequitur.*]

De Jeremía Prophéta.

Lectio j. Cap. 27.

FActum eſt verbum iſtud ad Jeremíam à Dómino, dicens: Hæc dicit Dóminus ad me: Fac tibi víncula, & caténas: & pones eas in collo tuo. Et mittes eas ad regem Edom, & ad regem Moab, & ad regem filiórum Ammon, & ad regem Tyri, & ad regem Sidónis: in manu nuntiórum, qui venérunt Jeruſalem ad Sedecíam regem Juda. Et præcípies eis ut ad dóminos ſuos loquantur: Hæc dicit Dóminus exercítuum Deus Iſraël: Hæc dicétis ad dóminos veſtros: Ego feci terram, & hómines, & jumenta, quæ ſunt ſuper fáciem terræ, in fortitúdine mea magna, & in bráchio meo extento: & dedi eam ei, qui plácuit in óculis meis. Et nunc ítaque ego dedi omnes terras iſtas in manu Nabuchodónoſor regis Babylónis ſervi mei: inſuper & beſtias agri dedi ei, ut sérviant illi. Et ſérvient ei omnes gentes, & fílio ejus, & fílio fílii ejus: donec véniat tempus terræ ejus & ipsíus: & ſérvient ei gentes multæ, & reges magni.

[*Si fiat de Sabbato, ℞℞. ſumentur è II. Nocturno Dominicarum.*]

Lectio ij.

GEns autem & regnum, quod non ſervíerit Nabuchodónoſor regi Babylónis, & quicumque non curváverit collum ſuum ſub jugo regis Babylónis: in gládio, & in fame, & in peſte viſitábo ſuper gentem illam, ait Dóminus: donec conſúmam eos in manu ejus. Vos ergò nolíte audíre prophétas veſtros, & divínos, & ſomniatóres,

& áugures, & maléficos, qui dicunt vobis : Non ſerviétis regi Babylónis. Quia mendácium prophétant vobis : ut longè vos fáciant de terra veſtra, & ejíciant vos, & pereátis. Porrò gens, quæ ſubjécerit cervícem ſuam ſub jugo regis Babylónis, & ſervíerit ei; dimíttam eam in terra ſua, dicit Dóminus : & colet eam, & habitábit in ea.

Lectio iij.

ET ad Sedecíam regem Juda locútus ſum ſecundùm ómnia verba hæc, dicens : Subjicite colla veſtra ſub jugo regis Babylónis, & ſervíte ei, & pópulo ejus, & vivétis. Quarè moriémini tu & pópulus tuus gládio, & fame, & peſte, ſicut locútus eſt Dóminus ad gentem, quæ ſervíre noluérit regi Babylónis? Nolíte audíre verba prophetárum dicéntium vobis : Non ſerviétis regi Babylónis : quia mendácium ipſi loquuntur vobis. Quia non miſi eos, ait Dóminus : & ipſi prophétant in nómine meo mendáciter : ut ejíciant vos, & pereátis tam vos, quàm prophétæ, qui vaticinantur vobis.

Ad Magníficat.

Ant. 2. Dómine Deus, ecce tu feciſti cœlum & terram in fortitúdine tua magna & in bráchio tuo extenso : non erit tibi difficile omne verbum. *Jerem.* 32.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

DOMINICA IV. poſt Epiphaniam.

IN I. NOCTURNO.

De Jeremía Prophéta.

Lectio j. Cap. 34.

VErbum, quod factum eſt ad Jeremíam à Dómino, poſtquàm percuſſit rex Sedecías fœdus cum omni pópulo in Jerúſalem, prædicans : Ut dimítteret unuſquiſque ſervum ſuum, & unuſquiſque ancillam ſuam, Hebræum & Hebræam líberos : & nequáquàm dominarentur eis, id eſt in Judæo & fratre ſuo. Audiérunt ergò omnes príncipes & univerſus pópulus, qui iníerant pactum ut dimítteret unuſquiſque ſervum ſuum, & unuſquiſque ancillam ſuam líberos, & ultrà non dominarentur eis : audiérunt ígitur, & dimiſérunt. Et converſi ſunt deinceps : & retraxérunt ſervos & ancillas ſuas, quos dimíſerant líberos, & ſubjugavérunt in fámulos & fámulas.

℟. Ecce nos. 312.

Lectio ij.

ET factum eſt verbum Dómini ad Jeremíam à Dómino, dicens : Hæc dicit Dóminus Deus Iſraël : Ego percuſſi fœdus cum pátribus veſtris in die, quâ edúxi eos de terra Ægypti de domo ſervitútis, dicens : Cùm compléti fúerint ſeptem anni, dimittat

unuſquiſque fratrem ſuum Hebræum qui vénditus eſt ei, & ſérviet tibi ſex annis: & dimittes eum à te líberum: & non audiérunt patres veſtri me, nec inclinavérunt aurem ſuam. Et converſi eſtis vos hódiè, & feciſtis quod rectum eſt in óculis meis, ut prædicarétis libertátem unuſquiſque ad amícum ſuum: & iniſtis pactum in conſpectu meo in domo, in qua invocátum eſt nomen meum ſuper eam. Et reverſi eſtis, & commaculaſtis nomen meum: & reduxiſtis unuſquiſque ſervum ſuum, & unuſquiſque ancillam ſuam, quos dimiſerátis ut eſſent líberi & ſuæ poteſtátis: & ſubjugaſtis eos ut ſint vobis ſervi & ancíllæ.

℟. Dóminus. 312.

Lectio iij.

PRoptéreà hæc dicit Dóminus: Vos non audiſtis me, ut prædicarétis libertátem unuſquiſque fratri ſuo, & unuſquiſque amíco ſuo: ecce ego prædico vobis libertátem, ait Dóminus, ad gládium, ad peſtem, & ad famem: & dabo vos in commotiónem cunctis regnis terræ. Et dabo viros, qui prævaricantur fœdus meum, & non obſervavérunt verba fœderis, quibus aſſenſi ſunt in conſpectu meo, vítulum quem concidérunt in duas partes, & tranſiérunt inter diviſiónes ejus: príncipes Juda & príncipes Jeruſalem, eunúchi & ſacerdótes, & omnis pópulus terræ, qui tranſiérunt inter diviſiónes vítuli: & dabo eos in manus inimicórum ſuórum, & in manus quæréntium ánimam eórum: & erit morticínum eórum in eſcam volatílibus cæli, & béſtiis terræ.

℟. Ecce dies véniunt. 312.

IN II. NOCTURNO.

Ex Commentário ſancti Hierónymi Preſbyteri in Jeremíam.

Lib. 4. *c.* 23. *Lectio iv.*

HÆc dicit Dóminus Deus Iſraël ad paſtóres qui paſcunt pópulum meum: Vos diſperſiſtis gregem meum; ejeciſtis eos, & non viſitaſtis. Ecce ego viſitábo ſuper vos malítiam ſtudiórum veſtrórum: & ego congregábo relíquias gregis mei de ómnibus terris: & ſuſcitábo ſuper eos paſtóres, & paſcent eos. Ad paſtóres, ſive de paſtóribus, prophéticus ſermo eſt: & quia de Jechonía penúltimo rege Judæórum, légimus ſcriptum: Non erit de ſémine ejus vir qui ſedeat ſuper ſólium David; omniſque ſpes regni Judáici fúerat amputáta, tranſit ad príncipes Eccléſiæ, & ſynagogâ cum ſuis paſtóribus

tque damnátâ, ad
ſermo fit, de qui-
r : Et ſuſcitábo
paſtóres, & paſ-
non formidábunt
non pavébunt, &
erétur ex número.
nim confidenter,
ullo timóre paſ-
ſiáſticum gregem,
iæ pópuli Iſraël
ur de ómnibus
convertentur ad
ad paſcua ſua, &
t multiplicabun-
malos autem paſ-
ribas & Phari-
ſitábit Dóminus
nalítiam ſtudió-
um.
e dies vénient.

ectio v.

ies véniunt, di-
óminus, & ſuſci-
id germen juſ-
ve Orientem juſ-
regnábit Rex,
erit, (ſive intél-
fáciet judícium
m in terra. In
ſalvábitur Juda,
habitábit confi-
k hoc eſt nomen
unt eum, (ſive
m,) Dóminus
er, (ſive juſtítia
bjectis ergò paſ-
nagógæ, Scribis
Phariſæis, &
ſquiis ex Iſraël :
ae Evangélii in
órum príncipum
, indúcitur Paſtor paſtórum, & Princeps príncipum, & Rex regum, & Dóminus dominántium, Chriſtus vidélicèt Salvátor noſter, qui próprié eſt germen juſtum, ſive Oriens juſtus, de quo légitur, Oriétur in diébus ejus juſtítia ; & in álio loco ecce vir, Oriens nomen ejus : ut quómodò in Iſaía Emmánuel appellátur, hoc eſt, nobiſcum Deus, ſic in Jeremía nomen accípiat, Juſtítia noſtra. Undè & Apóſtolus lóquitur : Qui factus eſt ſapiéntia nobis à Deo, & juſtítia, & ſanctificátio, & redémptio. Et fáciet judícium & juſtítiam in terra. Non enim Pater júdicat quemquam ; ſed omne judícium dedit Fílio. In diébus illis, & duæ & decem tribus, Juda & Iſraël páriter, ſalvabuntur : & de duábus virgis, juxtà Ezéchiel, una virga fiet.

℞. In diébus illis. 313.

Lectio vj.

PRopter hoc, ecce dies véniunt, dicit Dóminus, & non dicent ultrà, Vivit Dóminus, qui edúxit fílios Iſraël de terra Ægypti ; ſed, Vivit Dóminus, qui edúxit & addúxit ſemen domûs Iſraël de terra Aquilónis & de cunctis terris ad quas ejéceram eos illùc, & habitábunt in terra ſua. Hujus capítuli hic ſenſus eſt, quòd nequáquàm per Móyſen pópulus Dei

de Ægypto liberétur, ſed per Jeſum Chriſtum de omni orbe terrárum in quem diſperſus fúerat. Quod ex parte & nunc complétur in mundo; & ex toto complébitur, quandò de Oriente & Occidénte, Septentrióne & Merídie, vénient & diſcumbent, cum Abraham, Iſaac & Jacob : ut poſtquàm ſubintráverit plenitúdo gentium, tunc omnis Iſraël ſalvus fiat.

℟. Adinvénit. 313.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio vij. Cap. 8.

IN illo témpore; Aſcendente Jeſu in navículam, ſecúti ſunt eum diſcípuli ejus : & ecce motus magnus factus eſt in mari, ita ut navícula operirétur flúctibus; ipſe verò dormiébat. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Enarr. 2. in Pſalm. 25.

AUdiſtis in Evangélio: Periclitabátur navígium in ſtagno, & dormiébat Jeſus. Navigámus per quoddam ſtagnum, & ventus & procellæ non deſunt; tentatiónibus quotidiánis hujus ſéculi propè opplétur noſtrum navígium. Undè autem fit, niſi quia dormit Jeſus? Si non dormíret in te Jeſus, tempeſtátes iſtas non paterérıs; ſed tranquillitátem habéres intériùs, convigilánte tecum Jeſu.

℟. Ecce motus magnus factus eſt in mari, ita ut navícula operirétur flúctibus; Jeſus verò dormiébat. Et diſcípuli ejus ſuſcitavérunt eum, dicentes: * Dómine, ſalva nos, perímus. ℣. Exurge, quare obdórmis, Dómine? ádjuva nos: * Dómine, ſalva nos. *Matth. 8. Pſ. 43.*

Lectio viij.

QUid eſt autem, Dormit Jeſus? Fides tua, quæ eſt de Jeſu, obdormívit. Surgunt procellæ ſtagni hujus; vides malos florére, bonos laboráre: tentátio eſt, fluctus eſt. Et dicit ánima tua: O Deus, ipſa eſt juſtítia tua, ut mali flóreant, boni labórent? Dicis Deo, Ipſa eſt juſtítia tua? & Deus tibi, ipſa eſt fides tua? Hæc enim tibi promíſi? ad hoc Chriſtiánus factus es, ut in ſéculo iſto floréres? Undè hoc dicis? undè flúctibus ſtagni & tempeſtáte turbáris? Quia dormit Jeſus, id eſt, quia fides tua, quæ eſt de Jeſu, ſopíta eſt in corde tuo.

℟. Exurgens Jeſus, ait diſcípulis: * Quid tímidi eſtis? necdùm habétis fidem? ℣. Qui timet Dóminum, non pavébit; quóniam ipſe eſt ſpes ejus. * Quid. *Marc. 4. Eccli. 34.*

Lectio ix.
Uid facis ut liberéris ?
Éxcita Jeſum, & dic:
Magiſter , perímus.
ent enim incerta ſtag-
perímus. Evigilábit
id eſt , rédiet ad te
tua ; & , adjuvante
conſiderábis in áni-
tua quia quæ dantur
ↄ malis , non cum
perſeverábunt ; tibi
n quod promíttitur ,
ibit in æternum. Evi-
te Chriſto , jam tém-
s illa non quátiet cor
, non opplébunt fluc-
avim tuam ; quia ſi-
ua ímperat ventis &
bus , & tránſiet perí-
1.
Vidérunt ópera Dó-
, & mirabília ejus in
ndo. Clamavérunt ad
inum : * Et ſtátuit
llam in auram ; & †
unt fluctus maris. ℣.
ninátus eſt Jeſus ven-
t dixit mari : Tace ,
teſce ; * Et ſtátuit.
a Patri. † Siluérunt.
6. *Marc.* 4.
Ad Benedíctus.
. 8. *G.* Surgens Je-
imperávit ventis &
& facta eſt tranquíl-
nagna. *Matth.* 8.
Oratio.
us , qui nos in tan-
is perículis conſtitú-
pro humána ſcis fra-
e non poſſe ſubsíſ-
da nobis ſalútem
s & córporis , ut ea
quæ pro peccátis noſtris pátimur , te adjuvante , vincámus ; Per Dóminum.

Ad Magníficat.

Ant. 8. G. Hómines miráti ſunt , dicentes : Qualis eſt hic , quia venti & mare obédiunt ei ! *Matth.* 8.

FERIA SECUNDA.

De Jeremía Prophéta.

Lectio j. Cap. 37.

MIſit rex Sedecías Juchal fílium Selemíæ , & Sophoníam fílium Maasíæ ſacerdótem ad Jeremíam prophétam , dicens : Ora pro nobis Dóminum Deum noſtrum. Jeremías autem líberè ambulábat in médio pópuli : non enim míſerant eum in cuſtódiam cárceris. Igitur exércitus Pharaónis egreſſus eſt de Ægypto : & audientes Chaldæi , qui obſidébant Jerúſalem , hujuſcémodi núntium , receſſérunt ab Jerúſalem. Et factum eſt verbum Dómini ad Jeremíam prophétam , dicens : Hæc dicit Dóminus Deus Iſraël : Sic dicétis regi Juda , qui miſit vos ad me interrogandum : Ecce exércitus Pharaónis , qui egreſſus eſt vobis in auxílium , revertétur in terram ſuam in Ægyptum , & rédient Chaldæi , & bellábunt contrà civitátem hanc : & cápient eam , & ſuccendent eam igni.

℟. Ecce nos. 312.

Lectio ij.

ERgò cùm receſſiſſet exércitus Chaldæórum ab Jerúſalem propter exércitum Pharaónis, egreſſus eſt Jeremías de Jerúſalem ut iret in terram Bénjamin, & divíderet ibi poſſeſſiónem in conſpectu cívium. Cùmque perveniſſet ad portam Bénjamin, erat íbi cuſtos portæ per vices, nómine Jerías, fílius Selemíæ fílii Hananíæ, & apprehendit Jeremíam prophétam, dicens: Ad Chaldæos prófugis. Et reſpondit Jeremías: Falſum eſt, non fúgio ad Chaldæos. Et non audívit eum: ſed comprehendit Jerías Jeremíam, & addúxit eum ad príncipes. Quam ob rem iráti príncipes contrà Jeremíam, cæſum eum miſérunt in cárcerem, qui erat in domo Jónathan ſcribæ: ipſe enim præpóſitus erat ſuper cárcerem. Itaque ingreſſus eſt Jeremías in domum laci & in ergáſtulum: & ſedit ibi Jeremías diébus multis.

℟. Dóminus. 312.

Lectio iij.

MIttens autem Sedecías rex tulit eum: & interrogávit eum in domo ſua abſcónditè, & dixit: Putaſne eſt ſermo à Dómino? Et dixit Jeremías: Eſt: Et ait: In manus regis Babylónis tradéris. Et dixit Jeremías ad regem Sedecíam: Quid peccávi tibi, & ſervis tuis, & pópulo tuo, quia miſiſti me in domum cárceris? Ubi ſunt prophétæ veſtri, qui prophetábant vobis, & dicébant: Non véniet rex Babylónis ſuper vos, & ſuper terram hanc? Nunc ergò audi, obſecro dómine mi rex: Váleat deprecátio mea in conſpectu tuo: & ne me remittas in domum Jónathan ſcribæ, ne móriar ibi. Præcépit ergò rex Sedecías ut traderétur Jeremías in veſtíbulo cárceris: & darétur ei torta panis quotídiè, excepto pulmento, donec conſumerentur omnes panes de civitáte: & manſit Jeremías in veſtíbulo cárceris.

℟. Ecce dies véniunt. 312.

FERIA TERTIA.

De Jeremía Prophéta.

Lectio j. Cap. 32.

FActum eſt verbum Dómini ad Jeremíam, dicens: Ecce ego Dóminus Deus univerſæ carnis: numquid mihi difficile erit omne verbum? Proptéreà hæc dicit Dóminus: Ecce ego tradam civitátem iſtam in manus Chaldæórum, & in manus regis Babylónis, & cápient eam. Et vénient Chaldæi præliantes adversùs urbem hanc, & ſuccendent eam igni, & combúrent eam, & domos, in

quarum domátibus ſacrificábant Baal, & libábant diis aliénis libámina ad irritandum me. Erant enim fílii Iſraël, & fílii Juda júgiter facientes malum in óculis meis ab adoleſcéntia ſua: fílii Iſraël qui uſquè nunc exacerbant me in ópere mánuum ſuárum, dicit Dóminus.

℟. Ecce dies vénient. 313.

Lectio ij.

QUia in furóre & in indignatióne mea facta eſt mihi cívitas hæc, à die quâ ædificavérunt eam, uſquè ad diem iſtam, quâ auferétur de conſpectu meo, propter malítiam filiórum Iſraël, & filiórum Juda, quam fecérunt ad iracúndiam me provocantes, ipſi & reges eorum, príncipes eórum, & ſacerdótes eórum, & prophétæ eórum, viri Juda & habitatóres Jerúſalem. Et vertérunt ad me terga & non fácies: cùm docérem eos dilúculo, & erudírem, & nollent audíre ut accíperent diſciplínam. Et poſuérunt idóla ſua in domo, in qua invocátum eſt nomen meum, ut pollúerent eam. Et ædificavérunt excelſa Baal, quæ ſunt in valle fílii Ennom, ut initiárent fílios ſuos, & fílias ſuas Moloch: quod non mandávi eis, nec aſcendit in cor meum ut fácerent abominatiónem hanc, & in peccátum dedúcerent Judam.

℟. In diébus. 313.

Lectio iij.

ET nunc propter iſta, hæc dicit Dóminus Deus Iſraël ad civitátem hanc, de qua vos dícitis quòd tradétur in manus regis Babylónis in gládio, & in fame, & in peſte: Ecce ego congregábo eos de univerſis terris, ad quas ejéci eos in furóre meo, & in ira mea, & in indignatióne grandi: & redúcam eos ad locum iſtum, & habitáre eos fáciam confidenter. Et erunt mihi in pópulum, & ego ero eis in Deum. Et dabo eis cor unum, & viam unam, ut tímeant me univerſis diébus: & benè ſit eis, & fíliis eórum poſt eos. Et fériam eis pactum ſempiternum, & non déſinam eis benefácere: & timórem meum dabo in corde eórum ut non recédant à me.

℟. Adinvénit. 313.

FERIA QUARTA.

De Jeremía Prophéta.

Lectio j. Cap. 33.

ET factum eſt verbum Dómini ad Jeremíam dicens: Hæc dicit Dóminus: Adhuc audiétur in loco iſto (quem vos dícitis eſſe deſertum, eò quòd non ſit homo nec jumentum: in civitátibus Juda, & foris Jerúſalem,

quæ deſolátæ ſunt abſque hómine, & abſque habitatóre, & abſque pécore) vox gáudii & vox lætítiæ, vox ſponſi & vox ſponſæ, vox dicéntium: Confitémini Dómino exercítuum, quóniam bonus Dóminus, quóniam in æternum miſericórdia ejus: & portántium vota in domum Dómini: redúcam enim converſiónem terræ ſicut à princípio, dicit Dóminus. Hæc dicit Dóminus exercítuum: Adhuc erit in loco iſto deſerto abſque hómine, & abſque jumento, & in cunctis civitátibus ejus, habitáculum paſtórum accubántium gregum. In civitátibus montuóſis, & in civitátibus campéſtribus, & in civitátibus, quæ ad Auſtrum ſunt: & in terra Bénjamin, & in circúitu Jerúſalem, & in civitátibus Juda adhuc transíbunt greges ad manum numerantis, ait Dóminus.

℟. Ecce nos. 312.

Lectio ij.

ECce dies véniunt, dicit Dóminus: & ſuſcitábo verbum bonum, quod locútus ſum ad domum Iſraël & ad domum Juda. In diébus illis, & in témpore illo germináre fáciam David germen juſtítiæ: & fáciet judícium & juſtítiam in terra. In diébus illis ſalvábitur Juda, & Jerúſalem habitábit confidenter: & hoc eſt nomen, quod vocábunt eum, Dóminus juſtus noſter. Quia hæc dicit Dóminus: Non interíbit de David vir, qui ſédeat ſuper thronum domûs Iſraël. Et de Sacerdótibus & de Levítis non interíbit vir à fácie mea, qui ófferat holocautómata, & incendat ſacrifícium, & cædat víctimas ómnibus diébus.

℟. Dóminus. 312.

Lectio iij.

ET factum eſt verbum Dómini ad Jeremíam, dicens: Hæc dicit Dóminus: Si írritum poteſt fieri pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte, ut non ſit dies & nox in témpore ſuo: & pactum meum írritum eſſe póterit cum David ſervo meo, ut non ſit ex eo fílius qui regnet in throno ejus, & Levítæ & Sacerdótes miniſtri mei. Sícuti enumerári non poſſunt ſtellæ cœli, & metíri aréna maris: ſic multiplicábo ſemen David ſervi mei, & Levîtas miniſtros meos.

℟. Ecce dies véniunt. 312.

FERIA QUINTA.

De Jeremía Prophéta.

Lectio j. Cap. 21.

VErbum, quod factum eſt ad Jeremíam à Dómino, quandò miſit ad eum rex Sedecías Phaſſur fílium Melchíæ, & Sophoníam fílium

aaſíæ ſacerdótem, di- ns: Intérroga pro nobis óminum, quia Nabucho- inoſor rex Babylónis præ- itur adversùm nos: ſi for- fáciat Dóminus nobiſ- im ſecundùm ómnia mi- ibília ſua, & recédat à obis. Et dixit Jeremías ad os: Sic dicétis Sedecíæ: æc dicit Dóminus Deus ſraël: Ecce ego conver- am vaſa belli, quæ in má- ibus veſtris ſunt, & qui- us vos pugnátis adversúm egem Babylónis, & Chal- æos, qui óbſident vos in ircúitu murórum: & con- gregábo ea in médio civitátis hujus. Et debellábo ego vos in manu extenta, & in bráchio forti, & in furóre, & in indignatióne, & in ira grandi. Et percútiam habitatóres civitátis hujus, hómines & béſtiæ peſtiléntiâ magnâ morientur.

℟. Ecce dies vénient. 313.

Lectio ij.

ET poſt hæc ait Dóminus: dabo Sedecíam regem Juda, & ſervos ejus, & pópulum ejus, & qui derelicti ſunt in civitáte hac à peſte, & gládio, & fame, in manu Nabuchodónoſor regis Babylónis, & in manu inimicórum eórum, & in manu quæréntium ánimam eórum, & percútiet eos in ore gládii, & non flectétur, neque parcet, nec miſerébitur. Et ad pópulum hunc dices: Hæc dicit Dóminus: Ecce ego do coram vobis viam vitæ, & viam mortis. Qui habitáverit in urbe hac, moriétur gládio, & fame, & peſte: qui autem egreſſus fúerit, & transfúgerit ad Chaldæos, qui óbſident vos, vivet, & erit ei ánima ſua, quaſi ſpólium. Póſui enim fáciem meam ſuper civitátem hanc in malum, & non in bonum, ait Dóminus: in manu regis Babylónis dábitur, & exúret eam igni.

℟. In diébus illis. 313.

Lectio iij.

ET dómui regis Juda: Audíte verbum Dómini, domus David, hæc dicit Dóminus: Judicáte manè judícium, & erúite vi oppreſſum de manu calumniantis: ne fortè egrediátur ut ignis indignátio mea, & ſuccendátur, & non ſit qui extínguat, propter malítiam ſtudiórum veſtrórum. Ecce ego ad te habitatrícem vallis ſólidæ atque campeſtris, ait Dóminus: qui dícitis: Quis percútiet nos? & quis ingrediétur domos noſtras? Et viſitábo ſuper vos juxtà fructum ſtudiórum veſtrórum, dicit Dóminus: & ſuccendam ignem in ſaltu ejus: & devorábit ómnia in circúitu ejus.

℟. Adinvénit. 313.

FERIA SEXTA.

De Jeremía Prophéta.

Lectio j. Cap. 38.

AUdívit Saphatías fílius Mathan, & Gedelías fílius Phaſſur, & Juchal fílius Selemíæ, & Phaſſur fílius Melchíæ, ſermónes, quos Jeremías loquebátur ad omnem pópulum, dicens : Hæc dicit Dóminus : Quicumque mánſerit in civitáte hac, moriétur gládio, & fame, & peſte : qui autem profúgerit ad Chaldæos, vivet, & erit ánima ejus ſoſpes & vivens. Hæc dicit Dóminus : Tradendo tradétur cívitas hæc in manu exércitûs regis Babylónis, & cápiet eam. Et dixérunt príncipes regi : Rogámus ut occidátur homo iſte : de indúſtria enim diſſolvit manus virórum bellántium, qui remanſérunt in civitáte hac, & manus univerſi pópuli, loquens ad eos juxtà verba hæc : síquidèm homo iſte non quærit pacem pópulo huic, ſed malum. Et dixit rex Sedecías : Ecce ipſe in mánibus veſtris eſt : nec enim fas eſt regem vobis quidquam negáre.

℟. Ecce nos. 312.

Lectio ij.

TUlérunt ergò Jeremíam, & projecérunt eum in lacum Melchíæ fílii Amelech, qui erat in veſtíbulo cárceris : & ſubmiſérunt Jeremíam fúnibus in lacum, [illegible] non erat aqua, ſed [illegible] deſcendit ítaque J[illegible] in cœnum. Audívit [illegible] Abdémelech Æthi[illegible] eunúchus, qui erat i[illegible] regis, quòd miſiſſe[illegible] remíam in lacum : [illegible] rex ſedébat in porta [illegible] jamin. Et egreſſus eſt [illegible] démelech de domo regis, & locútus eſt ad regem, dicens : Dómine mi rex, malefecérunt viri iſti ómnia quæcumque perpetrárunt contrà Jeremíam prophétam, mittentes eum in lacum ut moriátur ibi fame, non ſunt enim panes ultrà in civitáte.

℟. Dóminus. 312.

Lectio iij.

PRæcépit ítaque rex Abdémelech Æthíopi, dicens : Tolle tecum hinc triginta viros, & leva Jeremíam prophétam de lacu ántequàm moriátur. Aſſumptis ergò Abdémelech ſecum viris, ingreſſus eſt domum regis, quæ erat ſub cellário : & tulit indè véteres pannos & antíqua, quæ computrúerant, & ſubmíſit ea ad Jeremíam in lacum per funículos. Dixítque Abdémelech Æthiops ad Jeremíam : Pone véteres pannos, & hæc ſciſſa & pútrida ſub cúbito mánuum tuárum, & ſuper funes : fecit ergò Jeremias ſic : & extraxérunt Jeremíam fúnibus, & eduxérunt

... de lacu : manſit
... remías in veſtíbulo
...
... dies véniunt. 312.
... B B A T O.
... *Sabbatum ſit ulti-*
... *ante Septuageſimam,*
... *de Libro Baruch,*
... *in Officio Domini-*
... *Si non ſit ultimum,*
... *ur ut ſequitur.*
... Jeremía Prophéta.
... *ctio j.* Cap. 39.

A Nno nono Sedecíæ regis Juda, menſe décimo, venit Na... hodónoſor rex Baby... s, & omnis exércitus ad Jerúſalem, & obſi... nt eam. Undécimo au... anno Sedecíæ, menſe ... to, quintâ menſis ... ta eſt cívitas. Et in... ſunt omnes príncipes ... Babylónis, & ſedé... in porta média. Cùm vidiſſet eos Sedecías ... Juda, & omnes viri ... atóres, fugérunt : & ... ſunt nocte de ci... te per viam horti re..., & per portam, quæ inter duos muros, & ... ſunt ad viam deſerti. ... ecútus eſt autem eos ... citus Chaldæórum : ... omprehendérunt Sede... in campo ſolitúdinis ... chontínæ, & captum ... xérunt ad Nabucho... ſor regem Babylónis ... éblatha, quæ eſt in ... Emath : & locútus ... d eum judícia.

[*Si fiat de Sabbato*, ℟℟℟. *ſumentur è II. Nocturno Dominicarum.*]

Lectio ij.

E T occídit rex Babylónis fílios Sedecíæ in Réblatha, in óculis ejus : & omnes nóbiles Juda occídit rex Babylónis. Oculos quoque Sedecíæ éruit : & vinxit eum compédibus ut ducerétur in Babylónem. Domum quoque regis, & domum vulgi ſuccendérunt Chaldæi igni, & murum Jerúſalem ſubvertérunt. Et relíquias pópuli, qui remánſerant in civitáte, & pérfugas qui transfúgerant ad eum, & ſupérfluos vulgi, qui remánſerant, tránſtulit Nabuzardam magiſter mílitum in babylónem. Et de plebe páuperum, qui nihil pénitùs habébant, dimíſit Nabuzardan magiſter mílitum in terra Juda : & dedit eis víneas, & ciſternas in die illa.

Lectio iij.

P Ræcéperat autem Nabuchodónoſor rex Babylónis de Jeremía Nabuzardan magiſtro mílitum, dicens : Tolle illum, & pone ſuper eum óculos tuos, nihilque ei mali fácias : ſed, ut volúerit, ſic fácias ei. Miſit ergò Nabuzardan princeps milítiæ, & omnes optimátes regis Babylónis miſérunt, & tulérunt Jeremíam de veſtíbulo cárceris, & tradi-

dérunt eum Godolíæ fílio Ahicam fílii Saphan ut intráret in domum, & habitáret in pópulo.

Ad Magníficat.

Ant. 5. C. Noli timére, ſerve meus Jacob, ait Dóminus: quia tecum ego ſum. *Jerem.* 46.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

DOMINICA V. poſt Epiphaniam.

IN I. NOCTURNO.

De Jeremía Prophéta.

Lectio j. Cap. 42.

ACceſſérunt omnes príncipes bellatórum, & Jóhanan fílius Cáree, & Jezonías fílius Oſaíæ, & réliquum vulgus à parvo uſquè ad magnum: dixeruntque ad Jeremíam prophétam: Cadat orátio noſtra in conſpectu tuo; & ora pro nobis ad Dóminum Deum tuum pro univerſis relíquiis iſtis, quia derelicti ſumus pauci de plúribus, ſicut óculi tui nos intuentur: & annúntiet nobis Dóminus Deus tuus viam, per quam pergámus, & verbum, quod faciámus. Dixit autem ad eos Jeremías prophéta; Audívi: Ecce ego oro ad Dóminum Deum veſtrum ſecundùm verba veſtra. Omne verbum, quodcumque reſpónderit mihi, indicábo vobis; nec celábo vos quidquam.

℟. Ecce nos. 312.

Lectio ij.

CUm autem eſſent decem d[…] tum eſt verbum […] ad Jeremíam. Vo[…] Jóhanan fílium C[…] omnes príncipes […] rum, qui erant […] & univerſum p[…] mínimo uſquè ad […] Et dixit ad eos: […] cit Dóminus Deu[…] ad quem miſíſtis […] proſtérnerem pre[…] tras in conſpectu […] quieſcentes manſ[…] terra hac, ædific[…] & non déſtruam: […] bo, & non evella[…] enim placátus ſu[…] malo quod feci vo[…] líte timére à fac[…] Babylónis, quem […] vidi formidátis: n[…] túere eum, dicit […] nus: quia vobiſc[…] ego, ut ſalvos vos […] & éruam de manu […] dabo vobis miſeri[…] & miſerébor veſtr[…] bitáre vos fáciam […] veſtra.

℟. Dóminus. 3[…]

Lectio iij.

SI autem dixéri[…] Non habitáb[…] terra iſta, nec a[…] vocem Dómini D[…] dicentes: Neq[…] ſed ad terram Æg[…] gémus: ubi no[…] mus bellum, & […] rem tubæ non a[…] & famem non […]

ε ibi habitábimus.
hoc nunc audíte
Dómini relíquiæ
Hæc dicit Dómi-
cítuum, Deus Iſ-
i poſuéritis fáciem
ut ingrediámini
m, & intravéritis
abitétis : gládius,
os formidátis, ibi
héndet vos in terra
: & fames, pro
is ſollíciti, adhæ-
bis in Ægypto, &
riémini. Omneſque
qui poſuérunt fá-
iam ut ingrediantur
um, ut hábitent
norientur gládio, &
& peſte : nullus de
manébit, nec effú-
fácie mali, quod ego
n ſuper eos.
Ecce dies véniunt.

II. NOCTURNO.
ommentário ſancti
rónymi Preſbyteri in
míam.
. cap. 26. Lectio iv.
princípio regni Jóa-
m, fílii Josíæ regis
da, factum eſt ver-
ſtud à Dómino, di-
: Hæc dicit Dómi-
Sta in átrio domûs
ni, & loquéris ad
s civitátes Juda, de
s véniunt ut adorent
no Dómini, univer-
mónes quos ego man-
ibi ut loquáris ad eos:
ubtráhere verbum, ſi
áudiant & convertan-
tur unuſquiſque à via ſua mala, & pœníteat me mali, (ſive, quieſcam à malo) quod cógito fácere eis propter malítias ſtudiórum eórum. Pulchrè ſtat in átrio atque veſtíbulo Templi Dómini, ut per occaſiónem oratiónis, Dómini, & adorandi eum, ſermónes Prophétæ audíre cogantur. Noli, inquit, ſubtráhere verbum : licèt triſte ſit, licèt adversùm te audiéntium rábies concitétur, tamen dícito quod tibi imperátum eſt, non formídans perſecutiónes eórum qui adversùm te concitandi ſunt, ſed Dómini jubentis impérium.

℟. Ecce dies vénient. 313.

Lectio v.

SI fórſitan, inquit, aúdiant & convertantur. Verbum ambíguum, fórſitan, majeſtáti Dómini non poteſt convenire, ſed noſtro lóquitur affectu : ut líberum hómini ſervétur arbítrium ; ne ex præſciéntia ejus quaſi neceſſitáte vel fácere quid, vel non fácere cogátur. Non enim ex eo quòd Deus ſcit futúrum áliquid, idcircò futúrum eſt : ſed quia futúrum eſt, Deus novit, quaſi præſcius futurórum. Et tamen ſciendum juxtà hunc eumdem Jeremíam : & ſi mala prædíxerit Dóminus, & égeri pópulus pœniténtiam, quòd & ipſe actúrus ſit

pœniténtiam ſuper his quæ fácere comminátus eſt ; & ſi próſpera pollícitus fúerit; & égerit pópulus negligenter , mutet Deus ſenténtiam , & pro bonis mala inferat.

℟. In diébus illis. 313.

Lectio vj.

ET dices ad eos : Hæc dicit Dóminus : Si non audiéritis me , ut ambulétis in lege mea quam dedi vobis , ut audiátis ſermónes ſervórum meórum Prophetárum , quos ego miſi ad vos de nocte conſurgens & dírigens, & non audiſtis : dabo domum iſtam ſicut Silo , & urbem hanc dabo in maledictiónem cunctis géntibus terræ. In noſtra ergò póſitum eſt poteſtáte , vel fácere quid vel non fácere : ita dumtaxat ut quidquid boni óperis vólumus, appétimus , explémus , ad Dei grátiam referámus , qui juxtà Apóſtolum dedit nobis , & velle & perfícere.

℟. Adinvénit. 313.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio vij. Cap. 13.

IN illo témpore ; Parábolam propóſuit turbis Jeſus , dicens : Símile factum eſt regnum cœlórum hómini qui ſeminávit bonum ſemen in agro ſuo. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtini Epíſcopi.

De verbis Evang. Serm. 88. C. 18.

HOc in myſtério lectiónis hujus cognóvimus , fratres , eſſe intùs in Eccléſia & bonos & malos , quod ſæpè dícimus frumentum & páleam. Nemo ante tempus déſerat áream , tóleret páleam in tritúra , tóleret in área : quod enim tóleret , in hórreo non habébit. Véniet ventilátor qui dívidet malos à bonis. Erit étiam corporális ſeparátio , quam modò ſpiritális præcédit. A malis corde ſemper disjungímini , ad tempus cautè córpore copulámini. Nec tamen negligentes ſitis in corrigendis veſtris , ad curam ſcílicèt veſtram quoquómodò pertinéntibus , monendo , docendo , hortando , terrendo.

℟. Símile factum eſt regnum cœlórum hómini qui * Seminávit bonum ſemen in agro ſuo : cùm autem dormírent hómines , inimícus ſuper ſeminávit zizánia. ℣. Ad imáginem ſimilitúdinis ſuæ Deus fecit hóminem ; invídiâ autem diáboli , mors introívit in orbem terrárum. * Seminávit. *Matth.* 13 *Sap.* 2.

Lectio viij.

DUóbus modis non te máculat malus ; ſi non conſéntias , & ſi redárguas;

ſt, non communi-
non conſentíre. Com-
cátur quippè, quandò
ejus conſórtium vo-
tis vel approbatiónis
gitur. Hoc ergò nos
nens Apóſtolus, ait:
e communicáre opé-
infructuóſis tenebrá-
Et quia parùm erat
conſentíre, ſi ſeque-
negligéntia diſciplí-
Magis autem, in-
& redargúite. Vidéte
ádmodùm utrumque
lexus eſt: Nolíte com-
cáre; magìs autem &
gúite. Quid eſt, No-
ommunicáre? Nolíte
ntíre, nolite laudáre,
approbáre. Quid eſt,
autem & redargúite?
héndite, corrípite,
éte. Deindè in ipſa
ctióne vel coercitióne
rum peccatórum ca-
m eſt ne ſe extollat
lterum córripit. Ne-
rgò conſentientes ſitis
, ut approbétis; ne-
egligentes, ut non
tis; neque ſuperbien-
ut inſultanter arguá-

Zizánia, fílii ſunt ne-
; inimícus autem qui
ávit ea, eſt diábo-
Sicut colliguntur zi-
& igni comburuntur;
r in conſummatióne
. ℣. In diem perditió-
rvátur malus, & ad
furóris ducétur. * Si-
Matth. 13. *Job.* 21.

Lectio ix.

QUi deſerúerit unitátem, víolat caritátem; & quiſquis víolat caritátem, quódlibet magnum hábeat, ipſe nihil eſt. Si linguis hóminum loquátur & Angelórum, ſi ſciat ómnia ſacramenta, ſi hábeat omnem fidem ut montes tránsferat, ſi diſtríbuat ómnia ſua paupéribus, ſi corpus ſuum tradat ut árdeat, caritátem autem non hábeat; nihil eſt, nihil ei prodeſt. Univerſa inutíliter habet, qui unum illud quo univerſis utátur, non habet. Amplectámur itaque caritátem, ſtudentes ſerváre unitátem ſpíritûs in vínculo pacis. Non nos ſedúcant qui carnáliter intélligunt, & corporálem ſeparatiónem facientes, ab Eccléſiæ frumentis toto orbe diffúſis ſpiritáli ſacrilégio ſeparantur. Per totum enim mundum ſeminátum eſt bonum ſemen.

℟. Mittet Fílius hóminis Angelos ſuos; & cólligent eos qui fáciunt iniquitátem, & mittent eos in camínum ignis: * Tunc † Juſti fulgébunt ſicut ſol in regno Patris eórum. ℣. Juſtum & ímpium judicábit Deus, & tempus omnis rei tunc erit. * Tunc. Glória Patri. † Juſti. *Matth.* 13. *Eccleſ.* 3.

Ad Benedictus.

Ant. 3. g. Dómine, non

nè bonum ſemen ſeminaſti in agro tuo ? undè ergò habet zizánia ? Et ait illis : Inimícus homo hoc fecit. *Matth.* 13.

Oratio.

FAmíliam tuam, quæſumus, Dómine, contínuâ pietáte cuſtódi ; ut quæ in ſola ſpe grátiæ cœleſtis innítitur, tuâ ſemper protectióne muniátur ; Per Dóminum.

Ad Magníficat.

Ant. 1. g. Collígite primùm zizánia, & alligáte ea in faſcículos ad comburendum ; tríticum autem congregáte in hórreum meum. *Matth.* 13.

ERIA SECUNDA.

De Jeremía Prophéta.

Lectio j. Cap. 43.

FActum eſt autem, cùm compleſſet Jeremías loquens ad pópulum univerſos ſermónes Dómini Dei eórum, pro quibus míſerat eum Dóminus Deus eorum ad illos, ómnia verba hæc : Dixit Azarías fílius Oſaíæ, & Jóhanan fílius Cáree, & omnes viri ſuperbi, dicentes ad Jeremíam : Mendácium tu lóqueris : non miſit te Dóminus Deus noſter, dicens : Ne ingrediámini Ægyptum ut habitétis illìc. Sed Baruch fílius Neríæ íncitat te adversùm nos, ut tradat nos in manus Chaldæórum, ut interfíciat nos, & tradúci fáciat in Babylónem. Et non audívit Jóhanan fílius Cáree, & omnes príncipes bellatórum, & univerſus pópulus vocem Dómini, ut manérent in terra Juda.

℟. Ecce nos. 312.

Lectio ij.

SEd tollens Jóhanan fílius Cáree, & univerſi príncipes bellatórum, univerſos reliquiárum Juda, qui reverſi fúerant de cunctis Géntibus, ad quas fúerant antè diſperſi, ut habitárent in terra Juda : Viros, & mulíeres, & párvulos, & fílias regis, & omnem ánimam, quam relíquerat Nabuzardan princeps milítiæ cum Godolía fílio Ahicam fílii Saphan, & Jeremíam prophétam, & Baruch fílium Neríæ. Et ingreſſi ſunt terram Ægypti, quia non obediérunt voci Dómini : & venérunt uſquè ad Taphnis.

℟. Dóminus. 312.

Lectio iij.

ET factus eſt ſermo Dómini ad Jeremíam in Taphnis, dicens : Sume lápides grandes in manu tua, & abſcondes eos in crypta, quæ eſt ſub muro laterício in porta domûs Pharaónis in Taphnis, cernéntibus viris Judæis : & dices ad eos : Hæc dicit Dóminus exercítuum, Deus Iſraël : Ecce ego mittam, & aſſúmam Nabuchodónoſor regem Babylónis ſer-

meum : & ponam
um ejus ſuper lápides
, quos abſcondi , &
et fólium ſuum ſuper
Venienſque percútiet
n Ægypti ; quos in
em, in mortem : &
in captivitátem , in
vitátem : & quos in
um , in gládium. Et
ndet ignem in delú-
deórum Ægypti , &
úret ea , & captívos
: illos : & amiciétur
Ægypti, ſicut amicí-
paſtor pállio ſuo : &
liétur indè in pace. Et
eret ſtátuas domûs So-
quæ ſunt in terra
pti : & delúbra deó-
Ægypti combúret igni.
Ecce dies véniunt.

RIA TERTIA.
Jeremía Prophéta.
o j. Cap. 44.
Erbum , quod fac-
tum eſt per Jere-
míam ad omnes Ju-
, qui habitábant in
Ægypti , habitantes
ágdalo , & in Taph-
& in Memphis , & in
Phatúres , dicens :
dicit Dóminus exer-
m , Deus Iſraël : Vos
is omne malum iſtud ,
addúxi ſuper Jerúſa-
& ſuper omnes urbes
: & ecce deſertæ ſunt
, & non eſt in eis
átor : propter malí-
, quam fecérunt ut
i iracúndiam provo-
cárent , & irent ut ſacrificárent , & cólerent deos aliénos , quos neſciébant & illi , & vos , & patres veſtri.

℟. Ecce dies vénient. 313.

Lectio ij.

ET nunc hæc dicit Dóminus exercítuum , Deus Iſraël : Quarè vos fácitis malum grande hoc contrà ánimas veſtras , ut intéreat ex vobis vir & múlier , párvulus & lactens de médio Judæ , nec relinquátur vobis quidquam resíduum : provocantes me in opéribus manuum veſtrárum , ſacrificando diis aliénis in terra Ægypti , in quam ingreſſi eſtis ut habitétis ibi : & diſpereátis , & ſitis in maledictiónem , & in oppróbrium cunctis géntibus terræ ? Numquid oblíti eſtis mala patrum veſtrórum , & mala regum Juda , & mala uxórum ejus , & mala veſtra , & mala uxórum veſtrárum , quæ fecérunt in terra Juda , & in regiónibus Jerúſalem ? Non ſunt mundáti uſquè ad diem hanc : & non timuérunt , & non ambulavérunt in lege Dómini , & in præceptis meis , quæ dedi coram vobis & coram pátribus veſtris.

℟. In diébus. 313.

Lectio iij.

IDeò hæc dicit Dóminus exercítuum , Deus Iſ-

raël : Ecce ego ponam fáciem meam in vobis in malum : & diſperdam omnem Judam. Et aſſúmam relíquias Judæ, qui poſuérunt fácies ſuas ut ingrederentur terram Ægypti, & habitárent ibi : & conſumentur omnes in terra Ægypti : cadent in gládio & in fame : & conſumentur à mínimo uſquè ad máximum, in gládio & in fame morientur : & erunt in jusjurandum, & in miráculum, & in maledictiónem, & in oppróbrium. Et viſitábo ſuper habitatóres terræ Ægypti, ſicut viſitávi ſuper Jerúſalem in gládio, & fame, & peſte. Et non erit qui effúgiat, & ſit reſíduus de relíquiis Judæórum, qui vadunt ut peregrinentur in terra Ægypti : & revertantur in terram Juda, ad quam ipſi élevant ánimas ſuas, ut revertantur & hábitent ibi : non revertentur niſi qui fúgerint.

℟. Adinvénit. 313.

FERIA QUARTA.

De Jeremía Prophéta.

Lectio j. Cap. 46.

QUod factum eſt verbum Dómini ad Jeremíam prophétam contrà Gentes, ad Ægyptum, adversùm exércitum Pharaónis Néchao regis Ægypti, qui erat juxtà flúvium Euphráten in Chárcamis, quem percuſſit Nabuchodónoſor rex Babylónis, in quarto anno Jóakim fílii Josíæ regis Juda. Præparáte ſcutum, & clypeum, & procédite ad bellum. Júngite equos, & aſcéndite équites : ſtate in gáleis, políte lánceas, indúitæ vos loricis. Quid ígitur? vidi ipſos pávidos, & terga vertentes, fortes eórum cæſos : fugérunt cónciti, nec reſpexérunt : terror úndiquè, ait Dóminus. Non fúgiat velox, nec ſalvári ſe putet fortis : Ad Aquilónem juxtà flumen Euphráten victi ſunt, & ruérunt.

℟. Ecce nos. 312.

Lectio ij.

VErbum quod locútus eſt Dóminus ad Jeremíam prophétam, ſuper eo quòd ventúrus eſſet Nabuchodónoſor rex Babylónis, & percuſſúrus terram Ægypti. Annuntiáte Ægypto, & audítum fácite in Mágdalo, & réſonet in Memphis, & in Taphnis, dícite : Sta, & præpara te, quia devorábit gládius ea, quæ per circúitum tuum ſunt. Quarè compútruit fortis tuus? non ſtetit : Quóniam Dóminus ſubvertit eum. Multiplicávit ruentes, cecidítque vir ad próximum ſuum, & dicent : Surge, & revertámur ad pópulum noſtrum, & ad terram nativitátis noſtræ, à fácie gládii columbæ.

minus. 312.
Lectio iij.
Dóminus exercí-
m, Deus Iſraël :
viſitábo ſuper tu.
Alexandríæ, &
araónem, & ſu-
ptum, & ſuper
s, & ſuper reges
t ſuper Pharaó-
ſuper eos, qui
t in eo. Et dabo
anus quæréntium
eórum, & in ma-
uchodónoſor regis
is, & in manus
ejus: & poſt hæc
tur ſicut diébus
, ait Dóminus. Et
meas, ſerve meus
& ne páveas Iſ-
iia ecce ego ſalvum
m de longinquo,
n tuum de terra
ītis tuæ: & rever-
cob, & requieſ-
proſperábitur: &
qui extérreat eum.
oli timére, ſerve
cob, ait Dómi-
ia tecum ego ſum,
conſúmam cunc-
es ad quas ejéci te:
non conſúmam,
gábo te in judício,
ſi innocenti par-
i.
ce dies véniunt. 312.
IA QUINTA.
eremía Prophéta.
i. Cap. 47.
Uod factum eſt ver-
bum Dómini ad Je-
remíam prophétam
contrà Paleſtínos, ánte-
quàm percúteret Phárao
Gazam: hæc dicit Dómi-
nus: Ecce aquæ aſcendunt
ab Aquilóne, & erunt quaſi
torrens inundans, & opé-
rient terram, & plenitú-
dinem ejus, urbem & ha-
bitatóres ejus: clamábunt
hómines, & ululábunt om-
nes habitatóres terræ à ſtré-
pitu pompæ armórum, &
bellatórum ejus, à com-
motióne quadrigárum ejus,
& multitúdine rotárum il-
líus. Non reſpexérunt pa-
tres fílios mánibus diſſo-
lútis, pro adventu diéi, in
quo vaſtabuntur omnes
Philíſthiim, & diſſipábitur
Tyrus, & Sidon cum óm-
nibus réliquis auxíliis ſuis.
Depopulátus eſt enim Dó-
minus Palæſtínos, relí-
quias ínſulæ Cappadóciæ.
℟. Ecce dies vénient.
313.
Lectio ij. Cap. 48.
AD Moab, hæc dicit Dó-
minus exercítuum,
Deus Iſraël: Væ ſuper Na-
bo, quóniam vaſtáta eſt,
& confúſa: capta eſt Ca-
riáthaim: confúſa eſt for-
tis, & trémuit. Non eſt ul-
trà exultátio in Moab con-
trà Héſebon: cogitavérunt
malum. Veníte & diſper-
dámus eam de gente, ergò
ſilens conticeſces, ſeque-
turque te gládius. Vox cla-
móris de Orónaim: váſti-
tas, & contrítio magna.
Contríta eſt Moab: an-

nuntiáte clamórem párvulis ejus.

℟. In diébus. 313.

Lectio iij. Cap. 49.

AD fílios Ammon, hæc dicit Dóminus: Numquid non fílii ſunt Iſraël? aut hæres non eſt ei? Cur igitur hæreditáte poſſédit Melchom, Gad: & pópulus ejus in úrbibus ejus habitávit? Ideò ecce dies véniunt, dicit Dóminus: & audítum fáciam ſuper Rabbath filiórum Ammon frémitum prælii, & erit in túmulum diſſipáta, filiæque ejus igni ſuccendentur, & poſſidébit Iſraël poſſeſſóres ſuos, ait Dóminus. Ulula Héſebon, quóniam vaſtáta eſt Hai. Clamáte fílii Rabbath, accíngite vos cilíciis: plángite & circúite per ſepes: quóniam Melchom in tranſmigratiónem ducétur, ſacerdótes ejus & príncipes ejus ſimul.

℟. Adinvénit. 313.

FERIA SEXTA.

De Jeremía Prophéta.

Lectio j. Cap. 50.

VErbum, quod locútus eſt Dóminus de Babylóne, & de terra Chaldæórum in manu Jeremíæ prophétæ. Annuntiáte in Géntibus, & audítum fácite: leváte ſignum, prædicáte, & nolíte celáre: dícite: Capta eſt Bábylon, confúſus eſt Bel, victus eſt Mérodach, confúſa ſunt ſculptília ejus, ſuperáta ſunt idóla eórum. Quóniam aſcendit contra eam gens ab Aquilóne, quæ ponet terram ejus in ſolitúdinem: & non erit qui hábitet in ea ab hómine uſquè ad pecus: & moti ſunt, & abiérunt. In diébus illis, & in témpore illo, ait Dóminus: vénient fílii Iſraël, ipſi & fílii Juda ſimul: ambulantes & flentes properábunt, & Dóminum Deum ſuum quærent.

℟. Ecce nos. 312.

Lectio ij.

IN Sion interrogábunt viam, hùc fácies eórum. Vénient, & apponentur ad Dóminum fœdere ſempiterno, quod nullâ obliviône delébitur. Grex pérditus factus eſt pópulus meus: paſtóres eórum ſeduxérunt eos, fecerúntque vagári in móntibus: de monte in collem tranſiérunt, oblíti ſunt cubílis ſui. Omnes, qui invenérunt, comedérunt eos: & hoſtes eórum dixérunt: Non peccávimus: pro eo quòd peccavérunt Dómino decóri juſtítiæ, & expectatióni patrum eórum Dómino. Recédite de médio Babylónis, & de terra Chaldæórum egredímini: & eſtóte quaſi hœdi ante gregem.

℟. Dóminus. 312.

Lectio iij.

Uóniam ecce ego ſúſcito, & addúcam in ylónem congregatió· Géntium magnárum rra Aquilónis: & præbuntur adversùs eam, idè capiétur: ſagitta quaſi viri fortis interiris, non revertétur ia. Et erit Chaldæa in lam: omnes vaſtantes replebuntur, ait Dóus. Quóniam exultá· & magna loquímini, pientes hæreditátem m: quóniam effúſi eſicut vítuli ſuper her-, & mugiſtis ſicut i. Confúſa eſt mater ra nimìs, & adæquáta eri, quæ génuit vos: novíſſima erit in Génſ, deſerta, ínvia, & s.

Ecce dies véniunt. 312.

SABBATO.

Si hoc Sabbatum ſit num ante Septuageſi-ı, legetur de libro Ba-ı, ut infrà in Officio inicæ VI. Si non ſit ul-ım, legetur ut ſequitur.]

e Jeremía Prophéta.

io j. Cap. 51.

HÆc dicit Dóminus: Ecce ego ſuſcitábo ſuper Babylónem uper habitatóres ejus, cor ſuum levavérunt trà me, quaſi ventum ilentem. Et mittam in ylónem ventilatóres, entilábunt eam & demolientur terram ejus; quóniam venérunt ſuper eam úndiquè in die afflictiónis ejus. Non tendat qui tendit arcum ſuum, & non aſcendat lorícátus, nolíte párcere juvénibus ejus, interfícite omnem milítiam ejus. Et cadent interfecti in terra Chaldæórum, & vulneráti in regiónibus ejus. Quóniam non fuit viduátus Iſraël & Juda à Deo ſuo Dómino exercítuum: terra autem eórum repléta eſt delicto à ſancto Iſraël.

[*Si fiat de Sabbato, ℟℟℟. ſumentur è II. Nocturno Dominicarum.*]

Lectio ij.

FUgite de médio Babylónis, & ſalvet unuſquiſque ánimam ſuam: nolíte tacére ſuper iniquitátem ejus: quóniam tempus ultiónis eſt à Dómino, viciſſitúdinem ipſe retríbuet ei. Calix áureus Bábylon in manu Dómini, inébrians omnem terram: de vino ejus bibérunt Gentes, & ídeò commótæ ſunt. Súbitò cécidit Bábylon, & contríta eſt: ululáte ſuper eam, tóllite resínam ad dolórem ejus, ſi fortè ſanétur. Curávimus Babylónem, & non eſt ſanáta: derelinquámus eam, & eámus unuſquiſque in terram ſuam: quóniam pervénit uſquè ad cœlos judícium ejus, & elevátum eſt uſquè ad nubes.

Lectio iij.

PRótulit Dóminus juſtítias noſtras : veníte, & narrémus in Sion opus Dómini Dei noſtri. Acúite ſagittas, impléte pháretras : ſuſcitávit Dóminus ſpíritum regum Medórum : & contrà Babylónem mens ejus eſt ut perdat eam, quóniam últio Dómini eſt, últio templi ſui. Super muros Babylónis leváte ſignum, augéte cuſtódiam : leváte cuſtódes, præparáte insídias : quia cogitávit Dóminus, & fecit quæcumque locútus eſt contrà habitatóres Babylónis.

Ad Magníficat.

*Ant.*6.Beáti ſumus, Iſraël; quia quæ Deo placent, manifeſta ſunt nobis.*Baruch* 4.

Oratio,ut infrà ad Landes.

DOMINICA SEXTA poſt Epiphaniam.

IN I. NOCTURNO.

Incipit liber Baruch.

Lectio j. Cap. 1.

ET hæc verba libri, quæ ſcripſit Baruch fílius Neríæ, fílii Maasíæ, fílii Sedecíæ, fílii Sédei, fílii Helcíæ in Babylónia, in anno quinto, in séptimo die menſis, in témpore quo cepérunt Chaldæi Jerúſalem, & ſuccendérunt eam igni. Et legit Baruch verba libri hujus ad aures Jechoníæ fílii Jóakim regis Juda,& ad aures univerſi pópuli venientis ad librum, & ad aures poténtium filiórum regum, & ad aures presbyterórum, & ad aures pópuli, à mínimo uſquè ad máximum eórum ómnium habitántium in Babylónia, ad flumen Sodi. Qui audientes plorábant, & jejunábant, & orábant in conſpectu Dómini.

℟. Ecce nos. 312.

Lectio ij.

ET collegérunt pecúniam ſecundùm quod pótuit uniuſcujuſque manus, & miſérunt in Jerúſalem ad Jóakim fílium Helcíæ fílii Salom Sacerdótem, & ad Sacerdótes, & ad omnem pópulum, qui inventi ſunt cum eo in Jerúſalem : cùm accíperet vaſa templi Dómini, quæ abláta fúerant de templo, revocáre in terram Juda décimâ die menſis Sivan, vaſa argéntea, quæ fecit Sedecías fílius Josíæ rex Juda, poſtéaquàm cepiſſet Nabuchodónoſor rex Babylónis Jechoníam, & príncipes, & cunctos potentes, & pópulum terræ ab Jerúſalem, & duxit eos vinctos in Babylónem. Et dixérunt : Ecce míſimus ad vos pecúnias, de quibus émite holocautómata, & thus, & fácite manna, & offerte pro peccáto ad aram Dómini Dei noſtri.

℟. Dóminus. 312.

Lectio iij.

ET oráte pro vita Nabuchodónoſor regis Ba-

s, & pro vita Bál-
filii ejus, ut ſint
rum ſicut dies cœli
terram: & ut det
ius virtútem nobis,
ninet óculos noſtros
ímus ſub umbra Na-
dónoſor regis Baby-
& ſub umbra Bál-
fílii ejus, & ſerviá-
s multis diébus, & in-
ius grátiam in conſ-
eórum. Et pro no-
s oráte ad Dóminum
noſtrum: quia pec-
us Dómino Deo noſ-
t non eſt averſus fu-
is à nobis uſquè in
diem. Et légite li-
iſtum, quem míſi-
l vos recitári in tem-
ómini, in die ſo-
, & in die oppor-
& dicétis: Dómino
oſtro juſtítia, nobis
confúſio faciéi noſ-
cut eſt dies hæc omni
& habitántibus in
lem, régibus noſtris,
ncípibus noſtris, &
óribus noſtris, &
tis noſtris, & pá-
noſtris.
cce dies véniunt. 312.

I. NOCTURNO.

ſancti Fulgéntii
Epíſcopi.
cont. Fab. fragm. 11.

Lectio iv.

ſáti Cypriáni acci-
piámus & ampleƈtá-
mur útiquè ſentén-
qui ſcribens ad Qui-
, in libro ſecundo, capítulo ſexto, ſub título, Quòd Deus ſit Chriſtus; inter ália teſtimónia étiam hoc prótulit: Hic Deus noſter, & non deputábitur álius abſque illo: qui invénit omnem viam prudéntiæ, & dedit eam Jacob púero ſuo, & Iſraël dileƈto ſibi. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum homínibus converſátus eſt. Agnoſce teſtimónio tanti mártyris, de Chriſto dictum: Hic Deus noſter, & non æſtimábitur álius abſque illo: & diſce ut divína diƈta reƈtè intélligas, & non adversùs Dei Fílium rebellis exiſtas.

℟. Ecce dies vénient. 313.

Lectio v.

MYſtérium enim divínæ Incarnatiónis beátus Prophéta volébat oſténdere. Undè neceſſe eum fuit, ut & Deum noſtrum, ad quem álius non æſtimábitur, ſecundùm divinitátem Chriſtum díceret, & eumdem in terris viſum ſecundùm veram carnis ſubſtántiam prophetáret. A fidélibus enim non æſtimátur, (id eſt, non créditur, non accípitur, non putátur) álius abſque Dei Fílio Deus: quia Deus non perſónæ nomen eſt, ſed natúræ.

℟. In diébus. 313.

Lectio vj.

SI ergò natúram atténdimus, quia Pater, & Fílius, & Spíritus ſanƈtus,

unus eſt Deus, hoc eſt, una natúra; ſicut abſque Patre non æſtimátur álius Deus, ſic abſque Fílio non æſtimátur álius Deus, ſic étiam abſque Spíritu ſancto non æſtimátur álius Deus. Ideò ergò abſque Dei Fílio non poteſt álius Deus à fidélibus æſtimári, quia extrà natúram Fílii Dei, quæ illi cum Patre & Spíritu ſancto una eſt, nullátenùs poteſt álius Deus inveníri.

℟. Adinvénit. 313.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio vij. Cap. 13.

IN illo témpore; Parábolam propóſuit turbis Jeſus, dicens: Símile eſt regnum cœlórum grano ſinápis, quod accípiens homo ſeminávit in agro ſuo. Et reliqua.

Homília ſancti Hierónimi Preſbyteri.

Lib. 2. in Matth.

REgnum cœlórum, prædicátio Evangélii eſt, & notítia Scripturárum, quæ ducit ad vitam, & de qua dícitur ad Judæos: Auferétur à vobis regnum Dei, & dábitur genti facienti fructus ejus. Símile eſt ergò hujuſcémodi regnum grano ſinápis, quod accípiens homo ſeminávit in agro ſuo. Homo qui ſéminat in agro ſuo, à pleriſque Salvátor intellígitur, quod in ánimis credéntium ſéminet. Ab áliis, ipſe homo ſémínans in agro ſuo, hoc eſt, in ſemetipſo, & in corde ſuo.

℟. Locútus eſt Jeſus in parábolis ad turbas, ut implerétur quod dictum eſt per Prophétam: * Eructábo abſcóndita à conſtitutióne mundi. ℣. Apériam in parábolis os meum; loquar propoſitiónes ab inítio: * Eructábo abſcóndita. *Matth.* 13. *Pſ.* 77.

Lectio viij.

QUis eſt iſte qui ſéminat, niſi ſenſus noſter & ánimus; qui ſuſcípiens granum prædicatiónis, & fovens ſementem humóre fídei, facit in agro ſui péctoris pulluláre? Prædicátio Evangélii mínima eſt ómnibus diſciplínis. Ad primam quippè doctrínam fidem non habet veritátis, hóminem Deum, Deum mórtuum, & ſcándalum crucis prædicans. Confer hujuſcémodi doctrínam dogmátibus philoſophórum, & libris eórum, & ſplendóri eloquéntiæ, & compoſitióni ſermónum; & vidébis quantò minor ſit céteris ſemínibus ſementis Evangélii.

℟. Dimiſſis turbis, venit Jeſus in domum; & * Acceſſérunt ad eum diſcípuli ejus, dicentes: Ediſſere nobis parábolam. ℣. Cor ſapientis quærit doctri-

ccceſſérunt. *Matth.*
. 15.
Lectio ix.
lla cùm créverit,
mordax, nihil ví-
ihil vitále demonſ-
d totum fláccidum
nque & mollítum
ı ólera, & in her-
citò areſcunt &
. Hæc autem præ-
quæ parva vide-
princípio, cùm
nima credéntis,
to mundo ſata fúe-
exurgit in ólera,
t in árborem; ita
res cœli (quas vel
credéntium, vel
nes Dei ſervítio
tas ſentíre debé-
iant & hábitent
ejus. Ramos puto
cæ árboris, quæ
ſinápis créverit,
m eſſe diverſitátes,
us ſupradictárum
ı unaquæque re-

e ſemináverit ho-
& metet; quó-
ſéminat in carne
çarne & metet
nem: * Qui au-
nat in ſpíritu, de
etet vitam æter-
Qui ſéminat ini-
, metet mala:
em. Glória. * Qui
alat. 6. Prov. 22.
Benedictus.
d. Símile eſt reg-
ſrum grano ſiná-
l mínimum qui-
dèm eſt omnibus ſemíni-
bus: cùm autem créverit,
majus eſt ómnibus oléri-
bus. *Matth.* 13.

Oratio.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus, ut ſemper rationabília meditantes, quæ tibi ſunt plácita, & dictis exequámur & factis; Per.

Ad Magníficat.

Ant. 1. a. Símile eſt regnum cœlórum fermento quod acceptum múlier abſcondit in farínæ ſatis tribus, donec fermentátum eſt totum. *Matth.* 13.

FERIA SECUNDA.

De Baruch Prophéta.

Lectio j. Cap. 2.

STátuit Dóminus Deus noſter verbum ſuum, quod locútus eſt ad nos, & ad júdices noſtros, qui judicavérunt Iſraël, & ad reges noſtros, & ad príncipes noſtros, & ad omnem Iſraël, & Juda: ut addúceret Dóminus ſuper nos mala magna quæ non ſunt facta ſub cœlo, quemádmodùm facta ſunt in Jerúſalem, ſecundùm quæ ſcripta ſunt in lege Móyſi, ut manducáret homo carnes fílii ſui, & carnes fíliæ ſuæ. Et dedit eos ſub manu regum ómnium, qui ſunt in circúitu noſtro, in impropérium, & in deſolatiónem in ómnibus pópulis, in quibus nos diſperſit Dóminus. Et

facti ſumus ſubtùs, & non ſuprà: quia peccávimus Dómino Deo noſtro, non obaudiendo voci ipsíus.

℟. Ecce nos. 312.

Lectio ij.

DOmino Deo noſtro juſtítia: nobis autem, & pátribus noſtris confúſio faciéi, ſicut eſt dies hæc. Quia locútus eſt Dóminus ſuper nos ómnia mala hæc, quæ venérunt ſuper nos: & non ſumus deprecáti fáciem Dómini Dei noſtri, ut reverterémur unuſquiſque noſtrûm à viis noſtris péſſimis. Et vigilávit Dóminus in malis, & addúxit ea ſuper nos: quia juſtus eſt Dóminus in ómnibus opéribus ſuis, quæ mandávit nobis: & non audívimus vocem ipsíus ut irémus in præceptis Dómini, quæ dedit ante fáciem noſtram.

℟. Dóminus. 312.

Lectio iij.

ET nunc Dómine Deus Iſraël, qui eduxiſti pópulum tuum de terra Ægypti in manu válida, & in ſignis, & in prodígiis, & in virtúte tua magna, & in bráchio excelſo, & feciſti tibi nomen ſicut eſt dies iſte: peccávimus, ímpiè égimus, iníquè géſſimus, Dómine Deus noſter, in ómnibus juſtítiis tuis. Avertátur ira tua à nobis: quia derelicti ſumus pauci inter gentes, ubi diſperſiſti nos. Exaudi Dómine preces noſtras, & orationes noſtras, & educ nos propter te: & da nobis invenire grátiam ante fáciem eórum, qui nos abduxérunt: ut ſciat omnis terra quia tu es Dóminus Deus noſter, & quia nomen tuum invocátum eſt ſuper Iſraël, & ſuper genus ipsíus.

℟. Ecce dies véniunt. 312.

FERIA TERTIA.

De Baruch Prophéta.

Lectio j. Cap. 3.

AUdi Iſraël mandáta vitæ: áuribus pércipe, ut ſcias prudéntiam. Quid eſt Iſraël quòd in terra inimicórum es? Inveteraſti in terra aliéna, coinquinátus es cum mórtuis: deputátus es cum deſcendéntibus in inférnum. Dereliquiſti fontem ſapiéntiæ. Nam ſi in via Dei ambulaſſes, habitáſſes útiquè in pace ſempitérna. Diſce ubi ſit prudéntia, ubi ſit virtus, ubi ſit intellectus: ut ſcias ſimul ubi ſit longitúrnit[illegible] vitæ & victûs, ubi ſit lumen oculórum, & pax.

℟. Ecce dies vénien[illegible] 313.

Lectio ij.

QUis invénit locum ejus & quis intrávit in theſauros ejus? Ubi ſunt prí[illegible]cipes Géntium, & qui dominantur ſuper béſtias, qui ſunt ſuper terram? Qui

ludunt, qui
ſaurízant, &
10 confídunt
non eſt finis
eórum ? qui
ricant & ſol-
ec eſt invén-
órum ? Ex-
t, & ad ín-
runt, & álii
rrexérunt.
s. 313.
iij.
runt lumen,
érunt ſuper
a autem diſ-
vérunt, ne-
unt ſémitas
ii eórum ſuſ-
, à fácie ip-
ſta eſt: non
terra Chá-
ſa eſt in The-
oque Agar,
prudéntiam,
ſt, negotia-
, & The-
latóres, &
rudéntiæ &
viam autem
érunt, ne-
ráti ſunt ſé-

t. 313.
UARTA.
Prophéta.
Cap. 3.
uàm magna
is Dei, & in-
us poſſeſſió-
is eſt, & non
celſus & im-
runt gigan-
, qui ab iní-

tio fuérunt, ſtatúrâ magnâ, ſcientes bellum. Non hos elégit Dóminus, neque viam diſciplínæ invenérunt: proptéreà periérunt. Et quóniam non habuérunt ſapiéntiam, interiérunt propter ſuam inſipiéntiam.

℞. Ecce nos. 312.

Lectio ij.

Quis aſcendit in cœlum, & accépit eam, & edúxit eam de núbibus? Quis transfretávit mare, & invénit illam, & áttulit illam ſuper aurum electum? Non eſt qui poſſit ſcire vias ejus, neque qui exquírat ſémitas ejus: ſed qui ſcit univerſa, novit eam, & adinvénit eam prudéntiâ ſuâ.

℞. Dóminus. 312.

Lectio iij.

Qui præparávit terram in æterno témpore, & replévit eam pecúdibus, & quadrupédibus: qui emittit lumen, & vadit: & vocávit illud, & obédit illi in tremóre. Stellæ autem dedérunt lumen in cuſtódiis ſuis, & lætátæ ſunt: vocátæ ſunt, & dixérunt: Adſumus: & luxérunt ei cum jucunditáte, qui fecit illas. Hic eſt Deus noſter, & non æſtimábitur álius adversùs eum. Hic adinvénit omnem viam diſciplínæ, & trádidit illam Jacob púero ſuo, & Iſraël dilecto ſuo. Poſt hæc in

terris viſus eſt : & cum homínibus converſátus eſt.

℟. Ecce dies véniunt. 312.

FERIA QUINTA.

De Baruch Prophéta.

Lectio j. Cap. 4.

HIc liber mandatórum Dei, & lex, quæ eſt in æternum: omnes, qui tenent eam, pervénient ad vitam : qui autem dereliquérunt eam, in mortem. Convértere Jacob, & apprehende eam, ámbula per viam ad ſplendórem ejus contrà lumen ejus. Ne tradas álteri glóriam tuam, & dignitátem tuam genti aliénæ. Beáti ſumus Iſraël : quia quæ Deo placent, manifeſta ſunt nobis.

℟. Ecce dies vénient. 313.

Lectio ij.

ANimæquior eſto pópulus Dei, memorábilis Iſraël : venúndati eſtis Géntibus non in perditiónem : ſed propter quòd in ira ad iracúndiam provocaſtis Deum, tráditi eſtis adverſáriis. Exacerbaſtis enim eum, qui fecit vos, Deum æternum, immolantes dæmóniis, & non Deo. Oblíti enim eſtis Deum, qui nutrívit vos, & contriſtaſtis nutrícem veſtram Jerúſalem.

℟. In diébus. 313.

Lectio iij.

VIdit enim iracúndiam à Deo venientem vobis, & dixit : Audíte confínes Sion, addúxit enim mihi Deus luctum magnum : vidi enim captivitátem pópuli mei, filiórum meórum, & filiárum, quam ſuperdúxit illis æternus. Nutrívi enim illos cum jucunditáte : dimíſi autem illos cum fletu & luctu. Nemo gáudeat ſuper me víduam, & deſolátam: à multis derelicta ſum propter peccáta filiórum meórum, quia declinavérunt à lege Dei. Juſtítias autem ipsíus neſciérunt, nec ambulavérunt per vias mandatórum Dei, neque per ſémitas veritátis ejus cum juſtítia ingreſſi ſunt.

℟. Adinvénit. 313.

FERIA SEXTA.

De Baruch Prophéta.

Lectio j. Cap. 4.

VEniant cõfínes Sion, & memorentur captivitátem filiórum, & filiárum meárum, quam ſuperdúxit illis æternus. Addúxit enim ſuper illos gentem de longinquo, gentem ímprobam, & altérius linguæ : qui non ſunt revériti ſenem, neque puerórum miſerti ſunt, & abduxérunt dilectos víduæ, & à fíliis únicam deſolavérunt. Ego autem quid poſſum adjuváre vos ? Qui enim addúxit ſuper vos mala, ipſe vos erípiet de mánibus inimicórum veſtrórum.

℟. Ecce nos. 312.

Lectio ij.
æquióres eſtóte fi-
:lamáte ad Dómi-
erípiet vos de ma-
ipum inimicórum.
:1 ſperávi in ætér-
ítem veſtram : &
ıi gáudium à ſanc-
miſericórdia, quæ
ıbis ab æterno ſa-
ıſtro. Emíſi enim
luctu & plorátu :
autem vos mihi
; cum gáudio & ju-
: in ſempiternum.
m vidérunt vicí-
captivitátem veſ-
eo, ſic vidébunt
ritáte ſalútem veſ-
)eo, quæ ſuper-
obis cum honóre
& ſplendóre æ-

mimus. 312.
Lectio iij.
patienter ſuſtinéte
, quæ ſupervénit
erſecútus eſt enim
us tuus, ſed citò
erditiónem ipsíus,
cervíces ipsíus aſ-
Delicáti mei am-
nt vias áſperas :
ıt enim ut grex
ab inimícis. Ani-
es eſtóte fílii, &
ite ad Dóminum :
a memória veſtra
ri duxit vos. Sicut
t ſenſus veſter ut
à Deo, déciès
iterùm converten-
iirétis eum. Qui
lúxit vobis mala,
ipſe rursùm addúcet vobis
ſempiternam jucunditátem
cum ſalúte veſtra.

℟. Ecce dies. 312.

SABBATO.

De Baruch Prophéta.

Lectio j. Cap. 4.

ANimæquior eſto Jerúſalem ; exhortátur enim te, qui te nominávit. Nocentes períbunt, qui te vexavérunt : & qui gratuláti ſunt in tua ruína, punientur. Civitátes, quibus ſerviérunt fílii tui, punientur ; & quæ accépit fílios tuos. Sicut enim gavíſa eſt in tua ruína, & lætáta eſt in caſu tuo, ſic conſtriſtábitur in ſua deſolatióne. Et amputábitur exultátio multitúdinis ejus, & gaudimónium ejus erit in luctum.

[*Si fiat de Sabbato*, ℟℟℟. *Sumentur è II. Nocturno Dominicarum.*]

Lectio ij. Cap. 4. & 5.

CIrcúmſpice Jerúſalem ad Oriéntem, & vide jucunditátem à Deo tibi veniéntem. Ecce enim véniunt fílii tui, quos dimiſiſti diſperſos ; véniunt collecti ab Oriénte, uſquè ad Occidéntem, in verbo ſancti gaudentes in honórem Dei. Éxue te Jerúſalem ſtolâ luctûs, & vexatiónis tuæ ; & índue tedecóre, & honóre ejus, quæ à Deo tibi eſt, ſempitérnæ glóriæ. Circúmdabit te Deus diplóide juſtítiæ, &

impónet mitram cápiti honóris æterni. Deus enim oſtendet ſplendórem ſuum in te omni qui ſub cœlo eſt. Nominabitur enim tibi nomen tuum à Deo in ſempiternum: Pax juſtítiæ, & honor pietátis.

Lectio iij. Cap. 5.

EXurge Jeruſalem, & ſta in excelſo: & circúmſpice ad Orientem, & vide collectos fílios tuos ab Oriente ſole uſquè ad Occidentem, in verbo ſancti gaudentes Dei memóriâ. Exiérunt enim abs te pédibus ducti ab inimícis: addúcet autem illos Dóminus ad te portátos in honóre ſicut fílios regni. Conſtítuit enim Deus humiliáre omnem montem excelſum, & rupes perennes, & convalles replére in æqualitátem terræ: ut ámbulet Iſraël diligenter in honórem Dei.

SABBATO

Ante Septuageſimam.

ADVESPERAS.

[*Ab hac Hora uſquè ad Nonam Feriæ IV. majoris Hebdomadæ, initio cujuſcumque Horæ Officii, loco* Allelúia, *dicitur* Laus tibi, Dómine, Rex æternæ glóriæ. *Si Veſperæ ſint de Feſto, dic.* All. *in principio & ad Antiph. ad* Magníficat. *& ampliùs non dicitur.*]

Pſalmi de Pſalterio.

Ant. 6. FIde intelligimus aptáta eſſe ſǽcula verbo Dei, ut ex inviſibílibus viſibília fierent. *Hebr.* 11.

Ant. 5. C. Omnipotens manus tua, Dómine, creávit orbem terrárum: ómnia in menſúra & póndere diſpoſuiſti. *Sap.* 11.

Ant. 3. a. Dómine, pater noſter es tu, nos verò lutum; & fictor noſter es tu, & ópera mánuum tuárum omnes nos. *Iſ.* 64.

Ant. 7. d. Peregríni ſumus coram te, & ádvenæ, ſicut omnes patres noſtri: dies noſtri quaſi umbra ſuper terram. 1. *Paral.* 29.

Ant. 8. G. Réliquum eſt, ut qui utuntur hoc mundo, ſint tanquàm non utantur: prætérit enim figúra hujus mundi. 1. *Cor.* 7.

CAPITULUM. *Exod.* 31.

CUſtódiant fílii Iſraël ſábbatum, & célebrent illud in generatiónibus ſuis. Pactum eſt ſempiternum inter me & fílios Iſraël, ſignumque perpétuum; ſex enim diébus fecit Dóminus cœlum & terram, & in ſéptimo ab ópere ceſſávit.

HYMNUS.

TElæta, mundi Cónditor,
Unum manet ſemper quies:
Feſtíva cœleſtes choros
Semper decent præcónia.
Nos, ſanctitáte pérditâ,
Pœnális expectat labor:
Hymnos ne dulces pátriæ
Mœſti canámus éxules?

piis placábilem
futúrum flétibus,
la longi, Pater,
cauſas éxilî.
ſalúbrem témpe-

mœrórem fides;
quiéti nos tuæ,
reddes cánticis.
os creávit, laus
i;
ii redémit, Fílio;
ı noſtra cónſecras,
ıi laus, Spíritus.
n.
iuſquàm montes
aut formarétur
rbis, ℟. A ſéculo
in ſéculum tu es,
ſ. 89.
Magníficat.
1. D. Dóminus
ter fecit terram in
ıe ſua, præparávit
ſapiéntia ſua, &
ì ſuâ extendit cœ-
n 51.
ıt infrà ad Laudes.
OMPLETORIUM,
& Crpitulum de
etera ut infrà in
is.
MINICIS
ıgeſima ad Qua-
ageſimam,
ICIUM NOCT.
. Dóminum Deum
ı, Deum Iſaac,
Jacob, * Veníte,
ſ. Exod. 3.
94. Veníte. 2.
YMNUS.
creátis nil égens,
et beátus, nunc tuo

Prodis ab arcáno, Deus,
Mundóque das primórdia.
Tu cuncta quæ non ſunt
vocas,
Et illa ſe ſiſtunt tibi;
Miróque concentu, ſuo
Dant conditóri glóriam.
At mundus è ſinu tuo
Dùm prodit aſpectábilis,
Auguſtiórem cógitas
Mundum, Creátor, álte-
rum.
Illum Redemptor ártifex
Virtútibus condet ſuis,
Sparsóque terris ómnibus
Verbi potentis ſémine.
Illum, peractis ſéculis,
Cœlo locábit; & throni
Menſæque conſortem ſuæ
Deo redonábit Patri.
Utríque mundo qui præ-
es,
Utrumque conſerva, Pater;
Utrumque, Fili, dírige;
Utrumque, Flamen, cón-
ſecra. Amen.

Pſalmi de Pſalterio.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Fide, plúrimam hóſtiam Abel quàm Caïn óbtulit Deo, per quam teſtimónium conſecútus eſt eſſe juſtus. *Hebr.* 11.

Ant. 2. Fide, Henoch tranſlátus eſt ne vidéret mortem; & non inveniebátur, quia tránſtulit illum Deus. *Hebr.* 11.

Ant. 3. a. Fide, Noë, reſponſo accepto de iis quæ adhuc non videbantur, métuens aptávit arcam in ſalútem domûs ſuæ. *Hebr.* 11.

℣. Memor fui óperum Dómini; ℟. Quia memor ero ab inítio mirabílium tuórum, Dómine. *Pſ.* 76.

Lectiones ut infrà.

℟. *j.* In princípio creávit Deus cœlum & terram: *Et vidit Deus cuncta quæ fécerat, & erant valdè bona. ℣. Omnis domus fabricátur ab áliquo: qui autem ómnia creávit, Deus eſt. * Et. *Gen.* 1. *Hebr.* 3.

℟. *ij.* Creávit Deus hóminem inexterminábilem, & ad imáginem ſimilitúdinis ſuæ fecit illum: * Invídiâ autem diáboli, mors introívit in orbem terrárum. ℣. Deus, qui fecit mundum, fecit ex uno omne genus hóminum inhabitáre ſuper univerſam fáciem terræ: * Invídiâ. *Sap.* 2. *Act.* 17.

℟. *iij.* Omnis caro corrúperat viam ſuam: factumque eſt dilúvium; & delévit Deus omnem ſubſtántiam quæ erat ſuper terram: * Remanſit autem ſolus Noë, & qui cum eo erant in arca. ℣. In arca pauci, id eſt octo ánimæ, ſalvæ factæ ſunt per aquam. * Remanſit. Glória. * Remanſit. *Gen.* 6. & 7. 1. *Petr.* 3.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. *a.* Fide, qui vocátur Abraham, obedívit in locum exíre quem acceptúrus erat in hæreditátem. *Hebr.* 11.

Ant. 5. *a.* Fide, & de futúris benedíxit Iſaac, Jacob & Eſaü. *Hebr.* 11.

Ant. 6. Fide, Jacob móriens ſíngulos filiórum Joſeph benedíxit, & adorávit faſtígium virgæ ejus. *Hebr.* 11.

℣. Meditábor in ómnibus opéribus tuis, Dómine, ℟. Et in adinventiónibus tuis exercébor. *Pſ.* 76.

Lectiones ut infrà.

℟. *iv.* Vocávit Angelus Dómini Abraham de cœlo, dicens: Quia non pepercíſti fílio tuo unigénito propter me, * Benedicentur in ſémine tuo omnes gentes terræ. ℣. Abrahæ promittens Deus, jurávit per ſemetipſum dicens: Niſi benedícens benedícam te, & multíplicans multiplicábo te. * Benedicentur. *Gen.* 22. *Hebr.* 6.

℟. *v.* Appáruit Iſaac Dóminus, & ait: Benedícam tibi complens juramentum quod ſpopondi Abraham patri tuo; * Et benedicentur in ſémine tuo omnes gentes terræ. ℣. Non omnes qui ex Iſraël ſunt, ii ſunt Iſraëlítæ; neque qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes fílii; ſed in Iſaac vocábitur tibi ſemen; * Et. *Gen.* 26. *Rom.* 9.

℟. *vj.* Vidit Jacob Dóminum dicentem ſibi: Erit ſemen tuum quaſi pulvis terræ, & * Benedicentur

in

ine tuo cunc-
e. ℣. Abrahæ
omiſſiónes &
Non dicit, &
uaſi in mul-
i in uno, &
qui eſt Chriſ-
centur. Gló-
icentur. *Gen.*

OCTURNO.
'ide, Joſeph
e profectióne
ël memorátus
ibus ſuis man-
, 11.
Fide, Móy-
Ægyptum,
animoſitátem
ſíbilem enim
dens ſuſtínuit.

Fide, tranſié-
rubrum tan-
ridam terram:
i Ægyptii, de-
Hebr. 11.
or ſui diérum
: ℟. Meditá-
ómnibus opéri-
ómine. *Pſ.* 142.
& ℟℟℟. *ut*
libet Dominica.
ur Te Deum.
l. Magnus Dó-
udábilis nimìs;
gnitúdinis ejus
is. *Pſ.* 144.
AUDES.
de Dominica.
eávit Deus hó-
inem ad imági-
; ad imáginem
t illum. *Gen.* 1.

Ant. 2. Per unum hóminem peccátum in mundum intrávit & per peccátum mors; & ita in omnes hómines mors pertránſiit, in quo omnes peccavérunt. *Rom.* 5.

Ant. 3. g. Miſericórdiæ Dómini quia non ſumus conſumpti; quia non defecérunt miſeratiónes ejus. *Thren.* 3.

Ant. 5. F. Cogitáte.

CANTICUM. *Eccli.* 44.

Laus Sanctorum qui ante Chriſtum vixerunt.

LAudémus viros glorióſos & parentes noſtros * in generatióne ſua.

Omnes iſti in generatiónibus gentis ſuæ glóriam adepti ſunt, * & in diébus ſuis habentur in láudibus.

Qui de illis nati ſunt, * reliquérunt nomen narrandi laudes eórum.

Illi viri miſericórdiæ ſunt, quorum pietátes non defuérunt: * cum ſémine eórum pérmanent bona.

Hæréditas ſancta nepótes eórum, * & in teſtamentis ſtetit ſemen eórum.

Et fílii eórum propter illos, uſquè in æternum manent: * ſemen eórum & glória eórum non derelinquétur.

Córpora ipſórum in pace ſepulta ſunt, * & nomen eórum vivit in generatiónem & generatiónem.

Sapiéntiam ipſórum narrent pópuli, * & laudem

eórum núntiet ecclésia.

[*Dicitur tantùm in Officio de Tempore.*]

Ant. Cogitáte per generatiónem & generatiónem, quia omnes qui ſperant in Dóminum, non infirmantur. 1. *Mach.* 2.

Ant. 4. a. Nihil odiſti eórum quæ feciſti: parcis autem ómnibus; quóniam tua ſunt, Dómine, qui amas ánimas. *Sap.* 11.

CAPITULUM. *Eccli.* 18.

QUi vivit in æternum, creávit ómnia ſimul. Deus ſolus juſtificábitur, & manet invictus Rex in æternum. Quis ſúfficit enarráre ópera illíus? Quis enim inveſtigábit magnália ejus?

HYMNUS.

QUi nos creas ſolus, Pater,
De príſtino lapſos ſtatu
Non ſolus inſtauras: ſimul
Noſtros labóres éxigis.

Delicta pœniténtibus
Clemens reláxas; ímprobos
Vocas morantes, & viam
Erróris urges línquere.

Scelus remordet; íntimo
Pectus dolóre ſcínditur:
Ultóris & partes Dei
Exercet in ſemet nocens.

Vitáre plagas ádmonet
Ægrè recepta ſánitas,
Et arctiórem ſénſuum
Hortátur ad cuſtódiam.

Divína non ſcrutábilis
O altitúdo cónſilî!
Sic vel malórum próvidus
Edúcis è ſinu bona.

At obſtinátis víndicem
Iram reſervas, mérgitur
Sceleſtus orbis; únicus
Noë ſuperſtes éffugit.

Hic, præco pœniténtiæ,
Novi ſequeſter fœderis,
Servátor orbis & parens,
Chriſti figúram prætulit.

Quæ nos creaſti, Trínitas,
Quâ rursùs in Chriſto ſumus
Novo creáti múnere,
Sit laus tibi per ſécula.
Amen.

℣. Magnus eſt Deus ſuper præ ómnibus diis;
℟. Omnia quæcumque vóluit, fecit. *Pſ.* 134.

Ant. ad Benedictus, *&* *Oratio, ut in qualibet Dominica.*

Ante Præſentationem fit Commemoratio de Virgine Deipara, ut ſuprà, 115.

AD HORAS.

Doxologia, Quæ nos creaſti, Trínitas. *ut ſuprà ad Laudes.*

AD PRIMAM.

Ant. 1. f. Creávit Deus.

In ℟. *br.* ℣. Qui es primogénitus * omnis creatúræ. *Col.* 1.

AD TERTIAM.

Ant. 2. Per unum hóminem.

CAPITULUM. 2. *Cor.* 11.

FRatres, Tímeo ne ſicut ſerpens Hevam ſedúxit aſtútiâ ſuâ, ita corrumpantur ſenſus veſtri, & excidant à ſimplicitáte quæ eſt in Chriſto.

℟. *br.* Salvum me fac, Dómine, * Quóniam defécit

Salvum. ℣.
at veritátes à
ım. * Quó-
. Salvum. *Pſ.*

's declinavé-
inútiles facti
ı eſt qui fáciat
ı eſt uſquè ad
3.
XTAM.
Miſericórdiæ

l. *Sap.* 10.
illum qui pri-
átus eſt à Deo
errárum, cùm
cátus, cuſto-
úxit illum à
& dedit illi
ntinendi óm-

ıómodò miſe-
iórum, * Mi-
minus timén-
uómodò. ℣.
ſe cognóvit *
oſtrum. * Mi-
Glória. Quó-

látus eſt quó-
ſumus : ℟.
fœnum dies
l.
O N A M.
Nihil odiſti.
M. *Sap.* 1.
rtem non fe-
ec lætátur in
ivórum; creá-
eſſent ómnia,
fecit natiónes
m.
us, tu conver-
emalis.

ſus * Vivificábis nos. Deus. ℣. Et plebs tua * lætábitur in te. * Vivificábis nos. Glória. Deus. *Pſ.* 84.

℣. Dómine, miſericórdia tua in ſǽculum : ℟. Opera mánuum tuárum ne deſpícias. *Pſ.* 137.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Dominica.

Ant. 1. D. DOmine Deus ómnium creátor, qui feciſti patres electos, & ſanctificaſti eos, cuſtódi partem tuam, & ſanctífica. 2. *Mach.* 1.

Ant. 4. E. Ne áuferas miſericórdiam tuam à nobis, propter Abraham dilectum tuum, & Iſaac ſervum tuum, & Iſraël ſanctum tuum. *Dan.* 3.

Ant. 2. Juxtà fidem defuncti ſunt iſti, non acceptis repromiſſiónibus, ſed à longè eas aſpicientes, & ſalutantes, & confitentes quia peregríni & hóſpites ſunt ſuper terram. *Hebr.* 11.

Ant. 5. C. Deus non confúnditur vocári Deus eórum; parávit enim illis civitátem. *Hebr.* 11.

Ant. 3. a. Móyſes ſecùs rubum dicit Dóminum, Deum Abraham, & Deum Iſaac, & Deum Jacob : Deus autem non eſt mortuórum, ſed vivórum. *Luc.* 20.

CAPITULUM. 1. *Mach.* 2.

MEmentóte óperum patrum, quæ fecérunt in generatiónibus ſuis; &

accipiétis glóriam magnam, & nomen æternum.

HYMNUS.

VOs, ante Chriſti témpora,
Chriſti fidéles áſſeclæ,
Verenda juſtórum cohors,
Primíque credentûm patres.

Veſtram quis, ô, dignis queat
Efferre láudibus fidem?
Crebros anhelantis ſpei
Quis éxplicet ſuſpíritus?

Hìc éxules, hìc ádvenæ,
Mundi figúram ſpérnitis:
Non lítterâ, ſed ſpíritu,
Promiſſa penſátis bona.

Intenta mens uni Deo
Reſpectat æternas domos:
Fac, Chriſte, nos veram quoque
Deſideráre pátriam.

Quæ nos creaſti, Trínitas,
Quâ rursùs in Chriſto ſumus
Novo creáti múnere,
Sit laus tibi per ſécula.
Amen.

℣. Cogitávi dies antíquos, ℟. Et annos æternos in mente hábui. *Pſ.* 76.

Ant. ad Magníficat, & *Oratio, ut in qualibet Dominica.*

Ante Præſentationem Domini fit comm. de Virgine Deipara, ut suprà, 317.

AD COMPLETORIUM.

Pſalmi de Dominica.

Ant. 2. Eſt fides ſperandárum ſubſtántia rerum, argumentum non apparéntium: in hac enim teſtimónium conſecúti ſunt ſenes. *Hebr.* 11.

HYMNUS.

QUæ legis ante témpora
Sub lege fecit & Patres
Juſtos fides; ſub grátia
Tot Chriſtiános párturit.

Nunc ergò nubem téſtium,
Quæ lucis oſtendit viam,
Spectémus; & veram fidem
Sanctis probémus móribus.

Agnoſcit auctórem ſuum,
O Chriſte, noſtra te fides:
Nobis eam da créſcere;
Nobis eam da pérfici.

Dum corpus ággravat ſopor,
Cor clamet ad te líberum;
Amémus uſquè; cáritas
Numquàm precári déſinat.

Quæ nos creaſti, Trínitas,
Quâ rursùs in Chriſto ſumus
Novo creáti múnere,
Sit laus tibi per ſécula.
Amen.

Capitulum & ℟. *br. ut in Pſalterio.*

Ad Nunc dimittis.

Ant. 4. A. Moriátur ánima mea morte juſtórum, & fiant novíſſima mea horum ſimília. *Num.* 23.

Cetera ut in Pſalterio.

FERIIS
à Septuageſima ad diem Cinerum.

AD OFFICIUM NOCT.

Invitatorium. Dóminum Deum Iſraël, * Veníte, adorémus. *Exod.* 5.

Pſ. 94. Veníte. 2.

Hymnus. Rebus creátis *ut ſuprà*, 429.

ut in Pſalterio.
ınæ, ℣. & ℟℟℟.
o Dominicarum
i : ſcilicet,
. IV. & VI. è pri-
noDominicarum.
I. V. & Sabbato,
Nocturno.
itur Te Deum.
erd. ut ſuprà in
r.

LAUDES.

de Pſalterio, cum
audémus. ut ſu-
minicis ſub ſolà
a Cogitáre. quar-
m Dominicarum.
um, Hymnus &
à in Dominicis.
Benedictus.
. Deus ab initio
hóminem, & re-
um in manu con-
adjécit mandáta
ta ſua. Eccli. 15.
Dominicæ præce-

ræſent. Domini,
. ſola de Virgine
ut ſuprà, 315.
ſentationem, Suf-
ſueta.

HORAS.

gia, Quæ nos
Trínitas. ut ſuprà
icis.
ır etiam in Offic.
n ad Horas, præ-
in Offic. B. Ma-
.]
de Pſalt. Antipho-
rà in Dominicis.
mam, in ℟. br.
imogénitus * om-
nis creatúræ. Col. 1.

[Dicitur tantùm in Officio de Tempore.]

Ad Tertiam, Sextam & Nonam, Capitula, ℟℟℟. brevia & ℣℣℣. ut ſuprà in Dominicis.

Oratio Dominicæ præcedentis.

AD VESPERAS.

Pſalmi de Pſalterio ſub ſola Antiphona Dómine Deus. prima Veſperarum Dominicarum.

Capitulum, Hymnus & ℣. ut ſuprà in Dominicis.

Ad Magníficat.

Ant. 7. d. Ante hóminem vita & mors, bonum & malum; quod placúerit ei, dábitur illi. Eccli. 15.

Oratio Dominicæ præcedentis.

Ante Præſentationem Domini, Commem. ſola de Virgine Deipara, ut ſuprà, 317.

Poſt Præſentationem, Suffragia conſueta.

AD COMPLETORIUM.

Pſalmi de Pſalterio.

Ant. & Hymnus ut ſuprà in Dominicis.

Capitulum & ℟. br. ut in Pſalterio.

Ad Nunc dimittis, Ant. ut ſuprà in Dominicis.

Cetera ut in Pſalterio.

DOMINICA
SEPTUAGESIMÆ.

Omnia ut in Dominicis à Septuágeſima ad Quadrageſimam, ſuprà, 429. additis quæ ſequuntur.

AD OFFICIUM NOCT.

IN I. NOCTURNO.

Incipit liber Géneſis.

Lectio j. Cap. 1.

IN princípio creávit Deus cœlum & terram. Terra autem erat inánis & vácua, & ténebræ erant ſuper fáciem abyſſi; & Spíritus Dei ferebátur ſuper aquas. Dixitque Deus: Fiat lux. Et facta eſt lux. Et vidit Deus lucem, quòd eſſet bona: & divíſit lucem à ténebris. Appellavitque lucem, Diem; & ténebras, Noctem. Factumque eſt véſpere & mane dies unus. Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum in médio aquárum; & dívidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum; diviſitque aquas quæ erant ſub firmamento, ab his quæ erant ſuper firmamentum. Et factum eſt ita. Vocavitque Deus firmamentum, Cœlum. Et factum eſt véſpere & mane, dies ſecundus. Dixit verò Deus: Congregentur aquæ quæ ſub cœlo ſunt, in locum unum; & appáreat árida. Et factum eſt ita. Et vocávit Deus áridam, Terram; congregationeſque aquárum appellávit Mária. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. Et ait: Gérminet terra herbam virentem & facientem ſemen, & lignum pomíferum fáciens fructum juxtà genus ſuum, cujus ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram. Et factum eſt ita. Et prótulit terra herbam virentem, & facientem ſemen juxtà genus ſuum, lignumque fáciens fructum, & habens unumquodque ſementem ſecundùm ſpéciem ſuam. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. Et factum eſt véſpere & mane, dies tértius.

℟. In princípio. 430.

Lectio ij.

DIxit autem Deus: Fiant luminária in firmamento cœli, & dívidant diem ac noctem, & ſint in ſigna & témpora, & dies & annos, ut lúceant in firmamento cœli, & illúminent terram. Et factum eſt ita. Fecitque Deus duo luminária magna: lumináre majus, ut præeſſet diéi; & luminàre minus, ut præeſſet nocti; & ſtellas. Et póſuit eas in firmamento cœli, ut lucérent ſuper terram, & præeſſent diéi ac nocti, & divíderent lucem ac ténebras. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. Et factum eſt véſpere & mane, dies quartus. Dixit étiam Deus: Prodúcant aquæ réptile ánimæ viventis, & volátile ſuper terram, ſub firmamento cœli. Creavitque Deus cete grándia, & omnem ánimam viventem atque motábilem, quam prodúxerant

ıécies ſuas, & ſtile ſecundùm ı. Et vidit Deus bonum. Bene- ;, dicens: Créſ- nultiplicámini, aquas maris; ıltiplicentur ſu- . Et factum eſt nane, dies quin-

rit Deus. 430.
Cap. 1. & 2.

quoque Deus: ícat terra áni- ıtem in génere ıta, & reptília, terræ ſecundùm . Factumque eſt :it Deus béſtias ſpécies ſuas, & & omne réptile nere ſuo. Et vi- quòd eſſet bo- ait: Faciámus ad imáginem & em noſtram: & :ibus maris, & cœli, & béſ- erſæque terræ, :ptili quod mové- .Et creávit Deus ad imáginem imáginem Dei um: máſculum m creávit eos. ue illis Deus, & :ite, & mulipli- repléte terram, : eam; & domi- ſcibus maris & cœli, & uni- imántibus quæ ſuper terram. Dixitque Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & univerſa ligna quæ habent in ſemetipſis ſementem géneris ſui, ut ſint vobis in eſcam, & cunctis animántibus terræ, omníſque vólucri cœli, & univerſis quæ moventur in terra, & in quibus eſt ánima vivens, ut hábeant ad veſcendum. Et factum eſt ita. Viditque Deus cuncta quæ fécerat; & erant valdè bona. Et factum eſt véſpere & mane, dies ſextus. Igitur perfecti ſunt cœli & terra, & omnis ornátus eórum. Complevitque Deus die ſéptimo opus ſuum quod fécerat; & requiévit die ſéptimo ab univerſo ópere quod patrârat. Et benedíxit diéi ſéptimo, & ſanctificávit illum; quia in ipſo ceſſáverat ab omni ópere ſuo quod creávit Deus ut fáceret.

℟. Omnis caro. 430.

IN II. NOCTURNO.

Ex libro ſancti Auguſtíni Epíſcopi, de Civitáte Dei.

Lib. 14. *C.* 15. §. 1.

Lectio iv.

QUia contemptus eſt Deus jubens, qui creáverat, qui ad ſuam imáginem fécerat, qui céteris animálibus præpoſúerat, qui in paradíſo conſtitúerat, qui rerum ómnium cópiam ſalutiſque

præſtíterat, qui præceptis nec plúribus, nec grándibus, nec difficílibus oneráverat; ſed uno breviſſimo atque leviſſimo ad obediéntiæ ſalubritátem adminiculáverat, quo eam creatúram cui líbera ſérvitus expedíret, ſe eſſe Dóminum commonébat; juſta damnátio ſubſecúta eſt, taliſque damnátio, ut homo qui cuſtodiendo mandátum, futúrus fúerat étiam carne ſpiritális, fíeret étiam mente carnális: & qui ſuâ ſupérbiâ ſibi placúerat, Dei juſtítiâ ſibi donarétur; nec ſic ut in ſua eſſet omnímoda poteſtáte, ſed à ſe ipſe quoque diſſéntiens, ſub illo cui peccando conſénſit, pro libertáte quam concupívit, duram miſeramque ágeret ſervitútem; mórtuus ſpíritu volens, & córpore moritúrus invítus; deſertor ætérnæ vitæ, étiam ætérnâ, niſi grátia liberáret, morte damnátus.

℟. Vocávit Angelus. 430.

Lectio v.

QUiſquis hujúſmodi damnatiónem vel nímiam vel injuſtam putat, metíri profectò neſcit quanta fúerit iníquitas in peccando, ubi tanta erat non peccandi facílitas. Sicut enim Abrahæ non immérito magna obediéntia prædicátur, quia, ut occíderet fílium, res difficíllima eſt imperáta; ita in paradíſo tantò major inobediéntia fuit, quantò id quod præceptum eſt, nullíus difficultátis fuit. Et ſicut obediéntia ſecundi hóminis eò prædicabílior eſt, quò factus eſt obédiens uſquè ad mortem; ita inobediéntia primi hóminis eò deteſtabílior, quò factus eſt inobédiens uſquè ad mortem. Ubi enim magna eſt inobediéntiæ pœna propóſita, & res à Creatóre fácilis imperáta; quiſnam ſatis éxplicet, quantum malum ſit non obedíre in re fácili, & tantæ poteſtátis império, & tanto terrenti ſupplício?

℟. Appáruit Iſaac. 430.

Lectio vj.

DÉniquè, ut bréviter dicátur, in illíus peccáti pœna, quid inobediéntiæ, niſi inobediéntia retribúta eſt? Nam quæ hóminis eſt ália miſéria, niſi adversùs eum ipſum inobediéntia ejus ipſíus; ut quóniam nóluit quod pótuit, quod non poteſt velit? In paradíſo enim, etiamſi non ómnia póterat ante peccátum, quidquid tamen non póterat, non volébat; & ideò póterat ómnia quæ volébat: nunc verò, ſicut in ejus ſtirpe cognóſcimus, & divína Scriptúra teſtátur: Homo vanitáti símilis factus eſt. Quis enim enúmeret quàm

ı poteſt velit,
, id eſt, vo-
ipſe ánimus
inférior caro
ɔbtémperat ?
invíto, &
mquè turbá-
dolet, & ve-
nóritur.
acob. 430.
CTURNO.
Evangélii ſe-
latthæum.
Cap. 20.
ıpore; Dixit
ulis ſuis pará-
: Símile eſt
ırum hómini
, qui éxiit
ɔndúcere ope-
am ſuam. Et

ƈti Auguſtíni
:opi.
verbis Evang.
m primâ horâ
ur, qui re-
ab útero ma-
eſſe Chriſtiá-
â púeri, quaſi
, quaſi nonâ
énium, quaſi
nnínò decré-
tamen vitæ
irium omnes
d atténdite &
atres mei, ne
díſſerat veníre
quia ſecúrus
, quandocum-
ipſum dená-
rus eſt. Secú-
:m quòd ipſe
promíttitur;

ſed differre non jubétur.

℟. Paterfamílias éxiit primo mane condúcere operários in víneam ſuam; & circà horam tértiam vidit álios in foro otióſos, & dixit: * Ite in víneam meam, & quod juſtum fúerit dabo vobis. ℣. Quid adhuc retardátis? operámini opus veſtrum, & Dóminus dabit vobis mercédem veſtram in témpore ſuo. * Ite. *Matth.* 20. *Eccli.* 51.

Lectio viij.

QUid ille datúrus ſit, & quid factúrus ſit, penès ipſum consílium eſt. Tu quandò vocáris, veni: merces enim cunctis æquális promíttitur; ſed de ipſa hora operandi magna quæſtio eſt. Si illi enim, verbi grátiâ, qui vocáti ſunt horâ ſextâ, in hac ætáte córporis conſtitúti, ubì juveníles anni fervent, ſicut ipſa hora ſexta fervet; ſit dícerent illi júvenes vocáti, Expecta; audívimus enim in Evangélio, quia omnes unam mercédem acceptúri ſunt; cùm ſenes facti fuérimus, horâ undécimâ veniémus, tantumdèm acceptúri; quarè ámpliùs laboratúri? reſponderétur eis, & dicerétur: Laboráre non vis, qui utrùm vivas uſquè ad ſenectam neſcis? Sextâ horâ vocáris, veni.

℟. Circa undécimam in-

vénit álios ſtantes, & dicit illis: Quid hìc ſtatis totâ die otióſi? * Ite & vos in víneam meam. ℣. Non diſſolvantur manus veſtræ; erit enim merces óperi veſtro. * Ite. *Matth.* 20. 2. *Paral.* 15.

Lectio ix.

PAter famílias tibi quidèm étiam undécimâ venienti denárium promíſit; ſed utrùm vivas uſquè ad ſéptimam, nemo tibi promíſit. Non dico uſquè ad undécimam, ſed uſquè ad ſéptimam. Quarè ergò differs vocantem te, certus de mercéde, incertus de die? Vide ne fortè quod tibi ille datúrus eſt promittendo, tu tibi áuferas differendo. Si hoc rectè dícitur de infántibus, tanquàm ad horam primam pertinéntibus; ſi rectè dícitur de púeris, tanquàm ad horam tértiam pertinéntibus; ſi rectè dícitur de juvénibus, tanquàm in horæ ſextæ flagrántia conſtitútis; quantò magìs rectè de decrépitis dícitur: Ecce jam hora undécima eſt, & adhuc ſtas, veníre piger es?

℟. Dicit dóminus víneæ procuratóri ſuo: Redde operáriis mercédem, incípiens à noviſſimis. Primi murmurábant; at ille uni eórum dixit: * Non fácio tibi injúriam; volo huic noviſſimo dare ſicut & tibi. ℣. Ego miſerébor cui volúero, & clemens ero in quem mihi placúerit. * Non fácio. Glória. *Repet.* ℟. Dicit. *uſque ad* ℣. *Matth.* 20. *Exod.* 33.

Ad Benedictus.

Ant. 8. *G.* Amíce, nonnè ex denário convenisti mecum? Tolle quod tuum eſt. Non licet mihi quod volo fácere? An óculus tuus nequam eſt, quia ego bonus ſum? *Matth.* 20.

Oratio.

PReces pópuli tui, quæſumus, Dómine, cleménter exaudi; ut qui juſtè pro peccátis noſtris afflígimur, pro tui nóminis glória miſericórditer liberémur; Per Dóminum.

Ad Magníficat.

Ant. 6. Erunt noviſſimi primi, & primi noviſſimi; multi enim ſunt vocáti, pauci verò electi. *Matth.* 20.

Oratio, ut ſuprà.

FERIA SECUNDA.

De libro Géneſis.

Lectio j. Cap. 2.

ISTæ ſunt generatiónes cœli & terræ, quandò creáta ſunt, in die quo fecit Dóminus Deus cœlum & terram; & omne virgultum agri, ántequàm orirétur in terra; omnemque herbam regiónis, priuſquàm germináret: non enim plúerat Dóminus Deus ſuper terram, & homo non erat qui operaré-

n ; ſed fons aſ-
: terra, írrigans
ſuperfíciem ter-
ívit ígitur Dómi-
ıóminem de limo
inſpirávit in fá-
ſpiráculum vitæ,
:ſt homo in áni-
:ntem. Plantáve-
Dóminus Deus
, voluptátis à
, in quo póſuit
quem formáve-
ıxitque Dóminus
humo omne lig-
hrum viſu, & ad
ı ſuáve ; lignum
æ in médio para-
ıumque ſciéntiæ
mali. Et flúvius
tur de loco vo-
d irrigandum pa-
qui indè divídi-
átuor cápita.
princípio. 430.
ectio ij.
ergò Dóminus
: hóminem, &
n in paradíſo vo-
ut operarétur &
: illum ; præce-
, dicens : Ex om-
paradíſi cómede ;
autem ſciéntiæ
ıali ne cómedas :
nque enim die co-
x eo, morte mo-
ixit quoque Dó-
:us : Non eſt bo-
hóminem ſolum :
ei adjutórium sí-
, Formátis ígitur
: Deus de humo
ıimántibus terræ ;
& univerſis volatílibus cœli, addúxit ea ad Adam, ut vidéret quid vocáret ea ; omne enim quod vocávit Adam ánimæ viventis, ipſum eſt nomen ejus. Appellavitque Adam nomínibus ſuis cuncta animántia, & univerſa volatília cœli, & omnes béſtias terræ.

℟. Creávit Deus. 430.

Lectio iij.

ADæ verò non inveniebátur adjútor símilis ejus. Immíſit ergò Dóminus Deus ſopórem in Adam : cùmque obdormiſſet, tulit unam de coſtis ejus, & replévit carnem pro ea. Et ædificávit Dóminus Deus coſtam, quam túlerat de Adam, in mulíerem ; & addúxit eam ad Adam. Dixitque Adam : Hoc nunc os ex óſſibus meis, & caro de carne mea : hæc vocábitur Virágo, quóniam de viro ſumpta eſt. Quamobrem relinquet homo patrem ſuum & matrem, & adhærébit uxóri ſuæ : & erunt duo in carne una. Erat autem uterque nudus, Adam ſcilicèt, & uxor ejus ; & non erubeſcébant.

℟. Omnis caro. 430.

FERIA TERTIA.

De libro Géneſis.

Lectio j. Cap. 3.

SEd & ſerpens erat callídior cunctis animántibus terræ, quæ fécerat Dóminus Deus. Qui

dixit ad mulíerem : Cur præcépit vobis Deus, ut non comederétis de omni ligno paradíſi ? Cui reſpondit múlier : De fructu lignórum quæ ſunt in paradíſo, véſcimur ; de fructu verò ligni, quod eſt in médio paradíſi, præcépit nobis Deus ne comederémus, & ne tangerémus illud, ne fortè moriámur. Dixit autem ſerpens ad mulíerem : Nequáquàm morte moriémini ; ſcit enim Deus quòd in quocumque die comedéritis ex eo, aperientur óculi veſtri, & éritis ſicut dii, ſcientes bonum & malum. Vidit ígitur múlier quòd bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum óculis, aſpectúque delectábile : & tulit de fructu illíus, & comédit ; deditque viro ſuo, qui comédit. Et aperti ſunt óculi ambórum.

℟. Vocávit Angelus. 430.

Lectio ij.

CUmque cognoviſſent ſe eſſe nudos, conſuérunt fólia ficûs & fecérunt ſibi perizómata. Et cùm audíſſent vocem Dómini Dei deambulantis in paradíſo ad auram poſt merídiem, abſcondit ſe Adam, & uxor ejus à fácie Dómini Dei in médio ligni paradíſi. Vocavitque Dóminus Deus Adam, & dixit ei : Ubi es ? Qui ait : Vocem tuam audívi in paradíſo, & tímui, eò quòd nudus eſſem, & abſcondi me. Cui dixit : Quis enim indicávit tibi quòd nudus eſſes, niſi quòd ex ligno de quo præcéperam tibi ne coméderes, comediſti ? Dixitque Adam : Múlier quam dediſti mihi ſóciam, dedit mihi de ligno ; & comédi. Et dixit Dóminus Deus ad mulíerem : Quarè hoc feciſti ? Quæ reſpondit : Serpens decépit me, & comédi.

℟. Appáruit Iſaac. 430.

Lectio iij.

ET ait Dóminus Deus ad ſerpentem : Quia feciſti hoc, maledictus es inter ómnia animántia & béſtias terræ : ſuper pectus tuum gradiéris, & terram cómedes cunctis diébus vitæ tuæ. Inimicítias ponam inter te & mulíerem, & ſemen tuum & ſemen illíus : ipſa cónteret caput tuum, & tu inſidiáberis calcáneo ejus. Mulíeri quoque dixit : Multiplicábo ærumnas tuas & conceptus tuos : in dolóre páries filios, & ſub viri poteſtáte eris ; & ipſe dominábitur tuî. Adæ verò dixit : Quia audiſti vocem uxóris tuæ, & comediſti de ligno ex quo præcéperam tibi ne coméderes, maledicta terra in ópere tuo : in labóribus cómedes ex ea cunctis diébus vitæ tuæ. Spinas & tríbulos germinábit tibi, & cómedes herbam terræ. In ſudóre vultûs tui veſcé-

, donec revertáris
a de qua ſumptus
ı pulvis es, & in
ı revertéris. Et vo-
lam nomen uxóris
va; eò quòd mater
ctórum vivéntium.
dit Jacob. 430.

A QUARTA.

libro Géneſis.

i. Cap. 3.

it Dóminus Deus
læ & uxóri ejus
nicas pellíceas, &
os; & ait: Ecce
naſi unus ex nobis
ſt, ſciens bonum
n; nunc ergò ne
ttat manum ſuam,
t étiam de ligno
: cómedat, & vi-
ternum. Et emíſit
minus Deus de pa-
oluptátis, ut opera-
ram, de qua ſump-
Ejecitque Adam,
cávit ante paradí-
uptátis Chérubim,
neum gládium at-
átilem, ad cuſto-
ı viam ligni vitæ.
princípio. 430.

ij. Cap. 4.

n verò cognóvit
rem ſuam Hevam;
ıcépit, & péperit
licens: Poſſédi hó-
per Deum. Rur-
péperit fratrem ejus
uit autem Abel paſ-
ım, & Caïn agrí-
ıctum eſt autem poſt
dies ut offerret Caïn
de frúctibus terræ múnera Dómino. Abel quoque óbtulit de primogénitis gregis ſui, & de adípibus eórum: & reſpéxit Dóminus ad Abel, & ad múnera ejus; ad Caïn verò, & ad múnera illíus non reſpéxit: iratuſque eſt Caïn vehementer, & cóncidit vultus ejus. Dixitque Dóminus ad eum: Quarè irátus es? & cur cóncidit fácies tua? Nonnè ſi benè égeris, recípies? ſin autem malè, ſtatìm in fóribus peccátum áderit? Sed ſub te erit appetítus ejus, & tu domináberis illíus.

℟. Creávit Deus. 430.

Lectio iij.

Dixitque Caïn ab Abel fratrem ſuum: Egrediámur foràs. Cùmque eſſent in agro, conſurréxit Caïn adversùs fratrem ſuum Abel, & interfécit eum. Et ait Dóminus ad Caïn: Ubi eſt Abel frater tuus? Qui reſpondit: Néſcio; nùm cuſtos fratris mei ſum ego? Dixitque ad eum: Quid feciſti? vox ſánguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc ígitur maledictus eris ſuper terram, quæ apéruit os ſuum, & ſuſcépit ſánguinem fratris tui de manu tua. Cùm operátus fúeris eam, non dabit tibi fructus ſuos: vagus & prófugus eris ſuper terram.

℟. Omnis caro. 430.

FERIA QUINTA.

De libro Géneſis.

Lectio j. Cap. 4.

DIxit Caïn ad Dóminum: Major eſt iníquitas mea, quàm ut véniam merear. Ecce éjicis me hódiè à fácie terræ, & à fácie tua abſcondar, & ero vagus & prófugus in terra; omnis ígitur qui invénerit me, occídet me. Dixitque ei Dóminus: Nequáquàm ita fiet; ſed omnis qui occíderit Caïn, ſéptuplùm puniétur. Poſuitque Dóminus Caïn ſignum, ut non interfíceret eum omnis qui inveniſſet eum. Egreſſuſque Caïn à fácie Dómini, habitávit prófugus in terra ad orientálem plagam Eden.

℟. Vocávit Angelus. 430.

Lectio ij.

COgnóvit autem Caïn uxórem ſuam, quæ concépit & péperit Henoch: & ædificávit civitátem, vocavitque nomen ejus ex nómine fílii ſui, Henoch. Porrò Henoch génuit Irad, & Irad génuit Maviáël, & Maviáël génuit Mathúſaël, & Mathúſaël génuit Lamech. Qui accépit duas uxóres: nomen uni Ada, & nomen álteri Sella. Genuitque Ada Jabel, qui fuit pater habitántium in tentóriis, atque paſtórum. Et nomen fratris ejus, Jubal: ipſe fuit pater canéntium cítharâ & órgano. Sella quoque génuit Tubálcaïn, qui fuit malleátor, & faber in cuncta ópera æris & ferri. Soror verò Tubalcaïn, Noéma.

℟. Appáruit Iſaac. 4[illegible]

Lectio iij.

DIxitque Lamech uxóribus ſuis, Adæ & Sellæ: Audíte vocem meam, uxóres Lamech, auſcultáte ſermónem meum: Quóniam occídi virum in vulnus meum, & adoleſcéntulum in livórem meum. Séptuplùm últio dábitur de Caïn; de Lamech verò ſeptuágiès ſéptiès. Cognóvit quoque adhuc Adam uxórem ſuam; & péperit fílium, vocavitque nomen ejus Seth, dicens: Póſuit mihi Deus ſemen áliud pro Abel quem occídit Caïn. Sed & Seth natus eſt fílius, quem vocávit Enos: iſte cœpit invocáre nomen Dómini.

℟. Vidit Jacob. 430.

FERIA SEXTA.

De libro Géneſis.

Lectio j. Cap. 5.

HIc eſt liber generatiónis Adam. In die quâ creávit Deus hóminem, ad ſimilitúdinem Dei fecit illum. Máſculum & féminam creávit eos, & benedíxit illis; & vocávit nomen eórum Adam, in die quo creáti ſunt. Vixit autem Adam centum triginta annis, & génuit ad imáginem & ſi-

:m ſuam , voca-
men ejus Seth. Et
dies Adam , poſt-
.uit Seth, octin-
i ; genuitque fí-
.as. Et factum eſt
npus quod vixit
ıni nongenti tri-
nórtuus eſt. Vixit
eth centum quin-
, & génuit Enos.
Seth , poſtquàm
ıos , octingentis
ınis ; genuitque
lias. Et facti ſunt
:s Seth nongentó-
lecim annórum ,
us eſt. Vixit verò
.aginta annis , &
áinan. Poſt cu-
ı vixit octingentis
a annis, & génuit
lias. Factíque ſunt
es Enos nongenti
ınni , & mórtuus

ɪrincípio. 430.

ectio ij.

quoque Cáinan
ıaginta annis , &
aláleël , & vixit
poſtquàm génuit
, octingentis qua-
annis , genuit-
s & fílias. Et
omnes dies Cái-
genti decem an-
ıórtuus eſt. Vixit
lalálëel ſexaginta
ınnis , & génuit
vixit Maláleël ,
ı génuit Jared ,
is triginta annis ,
; fílios & fílias.

Et facti ſunt omnes dies Maláleël octingenti nonaginta quinque anni , & mórtuus eſt. Vixitque Jared centum ſexaginta duóbus annis , & génuit Henoch. Et vixit Jared poſtquàm génuit Henoch , octingentis annis , & génuit fílios & fílias. Et facti ſunt omnes dies Jared nongenti ſexaginta duo anni , & mórtuus eſt. Porrò Henoch vixit ſexaginta quinque annis , & génuit Mathúſalam. Et ambulávit Henoch cum Deo : & vixit , poſtquàm génuit Mathúſalam , trecentis annis ; & génuit fílios & fílias. Et facti ſunt omnes dies Henoch trecenti ſexaginta quinque anni. Ambulavitque cum Deo ; & non appáruit , quia tulit eum Deus.

℟. Creávit Deus. 430.

Lectio iij.

VIxit quoque Mathúſala centum octoginta ſeptem annis , & génuit Lamech. Et vixit Mathúſala , poſtquàm génuit Lamech , ſeptingentis octoginta duóbus annis ; & génuit fílios & fílias. Et facti ſunt omnes dies Mathúſala nongenti ſexaginta novem anni , & mórtuus eſt. Vixit autem Lamech centum octoginta duóbus annis , & génuit fílium. Vocavitque nomen ejus Noë , dicens : Iſte conſolábitur nos ab opéribus & labóribus má-

nium noſtrárum, in terra cui maledíxit Dóminus. Vixitque Lamech, poſtquàm génuit Noë, quingentis nonaginta quinque annis; & génuit fílios & fílias. Et facti ſunt omnes dies Lamech ſeptingenti ſeptuaginta ſeptem anni, & mórtuus eſt.

℟. Omnis caro. 430.

AD VESPERAS, à Capitulo de beata Maria in Sabbato, niſi occurrat Feſtum ſemid. Commemoratio de Simplici, ſi occurrat.

SABBATO.

De libro Géneſis.

Lectio j. Cap. 5. & 6.

NOë cùm quingentórum eſſet annórum, génuit Sem, Cham & Japheth. Cùmque cœpiſſent hómines multiplicári ſuper terram, & fílias procreaſſent, videntes fílii Deî fílias hóminum quòd eſſent pulchræ, accepérunt ſibi uxóres ex ómnibus quas elégerant. Dixitque Deus: Non permanébit ſpíritus meus in hómine in æternum, quia caro eſt: eruntque dies illíus centum viginti annórum. Gigantes autem erant ſuper terram in diébus illis. Poſtquàm enim ingreſſi ſunt fílii Dei ad fílias hóminum, illæque genuérunt, iſti ſunt potentes à ſéculo viri famóſi.

Lectio ij.

VIdens autem Deus quòd multa malítia hóminum eſſet in terra, & cuncta cogitátio cordis intenta eſſet ad malum omni témpore, pœnítuit eum quòd hóminem feciſſet in terra. Et tactus dolóre cordis intrínſecùs, Delébo, inquit, hóminem quem creávi, à fácie terræ, ab hómine uſquè ad animántia, à réptili uſquè ad vólucres cœli: pœnitet enim me feciſſe eos. Noë verò invénit grátiam coram Dómino. Hæ ſunt generatiónes Noë: Noë vir juſtus atque perfectus fuit in generatiónibus ſuis: cum Deo ambulávit; & génuit tres fílios, Sem, Cham & Japheth. Corrupta eſt autem terra coram Deo, & repléta eſt iniquitáte.

Lectio iij.

CUmque vidiſſet Deus terram eſſe corruptam, (omnis quippè caro corrúperat viam ſuam ſuper terram,) dixit ad Noë: Finis univerſæ carnis venit coram me: repléta eſt terra iniquitáte à fácie eórum, & ego diſperdam eos cum terra. Fac tibi arcam de lignis lævigátis: manſiúnculas in arca fácies, & bitúmine línies intrínſecùs & extrínſecùs. Et ſic fácies eam: Trecentórum cubitórum erit longitúdo arcæ, quinquaginta cubitórum la-

& triginta cubi-
titúdo illíus. Fe-
in arca fácies,
bito conſummábis
tem ejus; óſtium
rcæ pones ex lá-
:orsùm, cœnácula
a fácies in ea. Ecce
ſcam aquas dilúvii
rram, ut interfí-
nem carnem in qua
vitæ eſt ſubter cœ-
iverſa quæ in terra
conſumentur. Po-
fœdus meum te-
ingrediéris arcam
ii tui, uxor tua &
iliórum tuórum te-
ex cunctis animán-
iverſæ carnis bina
in arcam, ut vi-
um, maſculíni ſexûs
íni.

*V*ESPERAS.

h. Fide. *ut ſuprà in ante Septuageſi-*

ULUM. *Sap.* 14.
nítio cùm periíent
erbi gigantes, ſpes
errárum ad ratem
ens, remíſit ſéculo
nativitátis, quæ
â, Pater, erat gu-
.

us & ℣. ut in Sab-
e Septuageſ. 428.
l Magníficat.
ſ. C. Noë vir juſ-
e perfectus fuit in
iónibus ſuis: cum
nbulávit. *Gen.* 6.
o, ut infrà ad Lau-

DOMINICA SEXAGESIMÆ.

AD OFFICIUM NOCT.

De libro Géneſis.

Lectio j. Cap. 6. & 7.

FEcit Noë ómnia quæ præcéperat illi Deus. Dixitque Dóminus ad eum: ingrédere tu, & omnis domus tua in arcam; te enim vidi juſtum coram me in generatióne hac. Ex ómnibus animántibus mundis tolle ſepténa & ſepténa, máſculum & féminam; de animántibus verò immundis duo & duo, máſculum & féminam. Sed & de volatílibus cœli ſepténa & ſepténa, máſculum & féminam; ut ſalvétur ſemen ſuper fáciem univerſæ terræ. Adhuc enim, & poſt dies ſeptem ego pluam ſuper terram quadraginta diébus & quadraginta nóctibus; & delébo omnem ſubſtántiam quam feci, de ſuperfície terræ. Fecit ergò Noë ómnia quæ mandáverat ei Dóminus.

℟. In princípio. 430.

Lectio ij.

CUmque tranſiſſent ſeptem dies, aquæ dilúvii inundavérunt ſuper terram. Anno ſexcentéſimo vitæ Noë, menſe ſecundo, ſeptimo décimo die menſis, rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & cataractæ cœli apertæ ſunt: & facta eſt plúvia ſuper terram quadraginta diébus

omne ánimal ſecundùm genus ſuum, univérſaque jumenta in génere ſuo, & omne quod movétur ſuper terram in génere ſuo, cunctumque volátile ſecundùm genus ſuum, univerſæ aves, omneſque vólucres, ingreſſæ ſunt ad Noë in arcam, bina & bina ex omni carne in qua erat ſpíritus vitæ. Et quæ ingreſſa ſunt, máſculus & fémina, ex omni carne introiérunt, ſicut præcéperat ei Deus; & inclúſit eum Dóminus déforis.

℟. Creávit Deus. 430.

Lectio iij.

FActumque eſt dilúvium quadraginta diébus ſuper terram; & multiplicátæ ſunt aquæ, & elevavérunt arcam in ſublíme à terra. Vehementer enim inundavérunt; & ómnia replevérunt in ſuperfície terræ: porrò arca ferebátur ſuper aquas. Et aquæ prævaluérunt nimìs ſuper

quæ erat ſuper
hómine uſquè
tàm réptile quà
cœli; & delét
terra. Remanſit
lus Noë, & q
erant in arca. O
que aquæ terra
quinquaginta di

℟. Omnis ca

IN II. NOC

Ex libro ſanct
Epíſcópi, de
dis rúdibus.
Cap. 18.

QUidquid
rit, lau
ſuis fact
Deum:
rit, laudábilem
juſtítiam præn
peccáverit, lau
venit per juſtí
ciórum: ſi pecc
ſus ad rectè vi
díerit, laudábil
per miſericórdi
gentiárum. Cu
fáceret Deus

e propágine morta-
us futúros ſanctos.
cávit Angelus. 430.
19. *Lectio v.*
iuntiabátur dilúvii
amento, quo per
juſti liberáti ſunt,
Ecclésia, quam Rex
Deus Chriſtus myſ-
æ crucis ab hujus
ıbmerſióne ſuſpen-
que enim Deus ig-
quòd étiam ex illis
ant in arca ſerváti,
i erant mali: ſed
k exemplum futúri
edit, & ſanctórum
ónem ligni myſtério
tiávit. Nam & poſt
n ceſſávit repullu-
ſtia per ſupérbiam,
lines, & illícitas
tes. Neque tunc
fuérunt juſti, quos
ventúra humílitas
ritum reveláta ſaná-
orum ſanctórum,
ceſſérunt témpore
tem Dómini, non
ſermo, ſed étiam
t conjúgia, & fílii,
, prophetía fuit hu-
poris, quo per fidem
s Chriſti ex génti-
ıgregátur Ecclésia.
ppáruit Iſaac. 430.
Lectio vj.
llos ſanctos Patriar-
s & Prophétas car-
pulo Iſraël & viſi-
eneficia miniſtra-
, quæ carnáliter à
o deſiderábant, &
iónes pœnárum cor-

porálium, quibus pro témpore terrerentur, ſicut eórum duritiéi congruébat. Et in his tamen ómnibus myſtéria ſpiritália ſignificabantur, quæ ad Chriſtum & Ecclésiam pertinérent: cujus Ecclésiæ membra erant étiam illi ſancti, quamvìs in hac vita fúerint ántequàm ſecundùm carnem Chriſtus Dóminus naſcerétur. Ipſe enim unigénitus Dei Fílius, Verbum Patris, æquale & coætérnum Patri, per quòd facta ſunt ómnia, homo propter nos factus eſt, ut totíus Ecclésiæ tanquàm totíus córporis caput eſſet. Sed velut totus homo dùm náſcitur, etiamſi manum in naſcendo præmittat, tamen univerſo córpori ſub cápite conjuncta atque compacta eſt, quemádmodùm étiam nonnulli in ipſis Patriarchis ad hujus ipsíus rei ſignum manu præmiſsâ nati ſunt: ita omnes ſancti qui ante Dómini noſtri Jeſu Chriſti nativitátem in terris fuérunt, quamvìs antè nati ſunt, tamen univerſo córpori, cujus ille caput eſt, ſub cápite cohæſérunt.

℞. Vidit Jacob. 430.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lectio vij. Cap. 8.

IN illo témpore; cùm turba plúrima conveni-

rent, & de civitátibus properárent ad Jeſum, dixit per ſimilitúdinem: Exiit qui ſéminat, ſemináre ſemen ſuum. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

Hom. 15. in Evang. habita in Baſilica S. Pauli, Dominicâ Sexageſimæ. n. 1.

LÉctio ſancti Evangélii, quam modò, fratres caríſſimi, audiſtis, expoſitióne non índiget, ſed admonitióne. Quam enim per ſemetipſam Véritas expóſuit, hanc diſcútere humána fragílitas non præſúmit. Sed eſt quod ſollícitè in hac ipſa expoſitióne Domínica penſáre debeátis: quia ſi nos vobis ſemen verbum, agrum mundum, vólucres dæmónia, ſpinas divítias ſignificáre dicerémus; ad credendum nobis mens fórſitan veſtra dubitáret. Undè & idem Dóminus per ſemetipſum dignátus eſt expónere quod dicébat, ut ſciátis rerum ſignificatiónes quærere in iis étiam quæ per ſemetipſum nóluit explanáre.

℟. Dixit Jeſus per ſimilitúdinem: Exiit qui ſéminat, ſemináre ſemen ſuum; & áliud * Semen cécidit in terram bonam, & ortum fecit fructum céntuplum. ℣. Sic erit verbum quod egrediétur de ore meo: non revertétur ad me vácuum. * Semen. *Luc.* 8. *Iſ.* 55.

Lectio viij.

EXponendo ergò quod dixit, figurátè ſe loqui innótuit: quátenus certos vos rédderet, cùm vobis noſtra fragílitas verbórum illíus figúras aperíret. Quis enim mihi umquàm créderet, ſi ſpinas divítias interpretári voluíſſem; máximè cùm illæ pungant, iſtæ deléctent? & tamen ſpinæ ſunt; quia cogitatiónum ſuárum punctiónibus mentem lácerant: & cùm uſquè ad peccátum pértrahunt, quaſi inflicto vúlnere cruentant. Quas benè hoc in loco, álio Evangeliſtâ atteſtante, nequáquàm Dóminus divítias, ſed falláces divítias appellat.

℟. Vobis datum eſt noſſe myſtéria regni cœlórum; illis autem non eſt datum. * Ideò in parábolis loquor eis; quia videntes non vident, & audientes non áudiunt. ℣. Dixit Dóminus: Excæca cor pópuli hujus, & óculos ejus claude; ne fortè vídeat óculis ſuis, & ſanem eum. * Ideò. *Matth.* 13. *Iſ.* 6.

n. 1. & 2. *Lectio ix.*

FAlláces enim ſunt, quæ nobiſcum diù permanére non poſſunt: falláces ſunt, quæ mentis noſtræ inópiam non expellunt. Solæ autem divítiæ veræ

quæ nos dívites vir-
s fáciunt. Si ergò ,
: caríſſimi , dívites
ipitis , veras divítias
. Si culmen veri ho-
quæritis , ad cœleſte
m téndite. Si gló-
lignitátum diligitis ,
ı ſuperna Angelórum
ıſcríbi feſtináte. Ver-
ımini , quæ aure per-
: , mente retinéte.
enim mentis eſt ſer-
lei ; & quaſi acceptus
ſtómacho languente
ur , quandò audítus
in ventre memóriæ
ınétur. Sed quiſquis
ıta non rétinet,hujus
ìò vita deſperátur.
ſicut exaltantur cœli
ı , ſic exaltátæ ſunt
ıeæ à viis veſtris. *
ómodò deſcendit im-
& inébriat terram ,
: ſemen ferenti , &
ı comedenti ; ſic erit
n meum. ℣. Sic eſt
n Dei , quemádmo-
homo jáciat ſemen-
ı terram , & ſemen
ıet & increſcat. *
·lória Patri. *Repet.*
:ut. *uſque ad* ℣. *Iſ.*
arc. 4.
d Benedíctus.
. 1. D. Qui ſecùs
, hi ſunt qui áudiunt ;
ıolus tollit verbum de
eórum : qui autem
petram , hi radíces
ıabent ; ad tempus
ıt,& in témpore ten-
.is recédunt. *Luc.* 8.

Oratio.

DEus , qui cónſpicis quia ex nulla noſtra actióne confídimus : concéde propítius , ut contrà adverſa ómnia , grátiæ tuæ protectióne muniámur ; Per Dóminum.

Ad Magníficat.

Ant. J. Quod in ſpinas cécidit , hi ſunt qui à ſollicitudínibus , & divítiis , & voluptátibus vitæ euntes , ſuffocantur : quod autem in bonam terram , hi ſunt qui in corde bono & óptimo audientes verbum rétinent , & fructum áfferunt in patiéntia. *Luc.* 8.

Oratio , ut ſuprà.

FERIA SECUNDA.

De libro Géneſis.

Lectio j. Cap. 8.

REcordátus Deus Noë, cunctorumque animántium , & ómnium jumentórum quæ erant cum eo in arca , addúxit ſpíritum ſuper terram , & imminútæ ſunt aquæ. Et clauſi ſunt fontes abyſſi , & cataractæ cœli ; & prohíbitæ ſunt plúviæ de cœlo. Reverſæque ſunt aquæ de terra , euntes & redeuntes ; & cœpérunt mínui poſt centum quinquaginta dies. Requievitque arca menſe ſéptimo , vigéſimo ſéptimo die menſis , ſuper montes Arméniæ. At verò aquæ ibant & decreſcébant uſquè ad décimum menſem ; décimo

enim menſe , primâ die menſis , apparuérunt cacúmina móntium.

℟. In princípio. 430.

Lectio ij.

CUmque tranſiiſſent quadraginta dies, apériens Noë feneſtram arcæ, quam fécerat , dimíſit corvum , qui egrediebátur , & non revertebátur, donec ſiccarentur aquæ ſuper terram. Emíſit quoque columbam poſt eum , ut vidéret ſi jam ceſſaſſent aquæ ſuper fáciem terræ. Quæ cùm non inveniſſet ubi requiéſceret pes ejus, reverſa eſt ad eum in arcam ; aquæ enim erant ſuper univerſam terram. Extenditque manum , & apprehenſam íntulit in arcam. Expectátis autem ultrà ſeptem diébus áliis , rursùm dimíſit columbam ex arca. At illa venit ad eum ad véſperam, portans ramum olívæ viréntibus fóliis in ore ſuo. Intelléxit ergò Noë quòd ceſſaſſent aquæ ſuper terram : expectavitque nihilóminùs ſeptem álios dies, & emíſit columbam, quæ non eſt reverſa ultrà ad eum.

℟. Creávit Deus. 430.

Lectio iij.

IGitur ſexcentéſimo primo anno, primo menſe, primâ die menſis , imminútæ ſunt aquæ ſuper terram : & apériens Noë tectum arcæ , aſpéxit , viditque quòd exſiccáta eſſet ſuperfícies terræ. Menſe ſecundo , ſéptimo & vigéſimo die menſis , arefacta eſt terra. Locútus eſt autem Deus ad Noë , dicens : Egrédere de arca , tu & uxor tua , fílii tui & uxóres filiórum tuórum tecum. Cuncta animántia quæ ſunt apud te , ex omni carne, tam in volatílibus , quàm in beſtiis , & univerſis reptílibus quæ reptant ſuper terram , educ tecum , & ingredímini ſuper terram : créſcite , & multiplicámini ſuper eam. Egreſſus eſt ergò Noë , & fílii ejus, uxor illíus , & uxóres filiórum ejus cum eo. Sed & ómnia animántia , juménta , & reptília quæ reptant ſuper terram ſecundùm genus ſuum , egreſſa ſunt de arca. Ædificávit autem Noë altáre Dómino ; & tollens de cunctis pecóribus & volúcribus mundis , óbtulit holocauſta ſuper altáre. Odoratuſque eſt Dóminus odórem ſuavitátis , & ait : Nequáquàm ultrà maledícam terræ propter hómines : ſenſus enim & cogitátio humáni cordis in malum prona ſunt ab adoleſcéntia ſua.

℟. Omnis caro. 430.

FERIA TERTIA

De libro Géneſis.

Lectio j. Cap. 9.

BEnedíxit Deus Noë & fílios ejus ; & dixit ad eos : Créſcite , &

ultiplicámini, & repléte erram. Et terror veſter ac emor ſit ſuper cuncta animália terræ, & ſuper omes vólucres cœli, cum niverſis quæ moventur ſuer terram. Omnes piſces naris mánui veſtræ tráditi unt; & omne quod movétur & vivit, erit vobis n cibum: quaſi ólera viréntia trádidi vobis ómnia, excepto quòd carnem cum ſánguine non comedétis: ſánguinem enim animárum veſtrárum requíram de manu cunctárum beſtiárum; & de manu hóminis, de manu viri & fratris ejus, requíram ánimam hóminis. Quicumque effúderit humánum ſánguinem, fundétur ſanguis illíus; ad imáginem quippè Dei factus eſt homo.

℟. Vocávit Angelus. 430.

Lectio ij.

HÆc quoque dixit Deus ad Noë, & ad filios ejus cum eo: Ecce ego ſtátuam pactum meum vobiſcum, & cum ſémine veſtro poſt vos: & ad omnem ánimam viventem quæ eſt vobiſcum, tàm in volúcribus quàm in jumentis & pecúdibus terræ cunctis, quæ egreſſa ſunt de arca, & univerſis béſtiis terræ. Státuam pactum meum vobiſcum, & nequáquàm ultrà interficiétur omnis caro aquis dilúvii, neque erit deinceps dilúvium díſſipans terram. Dixitque Deus: Hoc ſignum fœderis quod do inter me & vos, & ad omnem ánimam viventem quæ eſt vobiſcum in generatiónes ſempiternas: Arcum meum ponam in núbibus, & erit ſignum fœderis inter me & inter terram. Cùmque obdúxero núbibus cœlum, apparébit arcus meus in núbibus, & recordábor fœderis mei vobiſcum, & cum omni ánima vivente quæ carnem végetat: & non erunt ultrà aquæ dilúvii ad delendum univerſam carnem.

℟. Appáruit Iſaac. 430.

Lectio iij.

ERant ergò filii Noë, qui egreſſi ſunt de arca, Sem, Cham & Japheth: porrò Cham ipſe eſt pater Chánaan. Tres iſti filii ſunt Noë, & ab his diſſeminátum eſt omne genus hóminum ſuper univerſam terram. Cœpitque Noë vir agrícola exercére terram, & plantávit víneam. Bibenſque vinum inebriátus eſt, & nudátus in tabernáculo ſuo. Quod cùm vidiſſet Cham pater Chánaan, verenda ſcilicèt patris ſui eſſe nudáta, nuntiávit duóbus frátribus ſuis forás. At verò Sem & Japheth pállium impoſuérunt húmeris ſuis, & incedentes retrorsùm, operuérunt verenda patris ſui; facieſque eórum averſæ erant,

& patris virília non vidérunt. Evígilans autem Noë ex vino, cùm didiciſſet quæ fécerat ei fílius ſuus minor, ait: Maledictus Chánaan, ſervus ſervórum erit frátribus ſuis. Dixitque: Benedictus Dóminus Deus Sem; ſit Chánaan ſervus ejus. Dilátet Deus Japheth, & hábitet in tabernáculis Sem; ſitque Chánaan ſervus ejus. Vixit autem Noë poſt dilúvium trecentis quinquaginta annis: & impléti ſunt omnes dies ejus nongentórum quinquaginta annórum, & mórtuus eſt.

℟. Vidit Jacob. 430.

FERIA QUARTA.

De libro Géneſis.

Lectio j. Cap. 11.

ERat terra lábii unius, & ſermónum eorumdem. Cùmque proficiſcerentur de oriente, invenérunt campum in terra Sénnaar, & habitavérunt in eo. Dixitque alter ad próximum ſuum: Veníte, faciámus láteres, & coquámus eos igni. Habueruntque láteres pro ſaxis, & bitúmen pro cæmento, & dixérunt: Veníte, faciámus nobis civitátem, & turrim, cujus culmen pertingat ad cœlum; & celebrémus nomen noſtrum ántequàm dividámur in univerſas terras. Deſcendit autem Dóminus ut vidéret civitátem, & turrim quam ædificábant fílii Adam, & dixit: Ecce unus eſt pópulus, & unum lábium ómnibus; cœperuntque hoc fácere, nec deſiſtent à cogitatiónibus ſuis, donec eas ópere cómpleant. Veníte igitur, deſcendámus, & confundámus ibi línguam eórum, ut non áudiat unuſquiſque vocem próximi ſui. Atque ita diviſit eos Dóminus ex illo loco in univerſas terras, & ceſſavérunt ædificáre civitátem. Et idcircò vocátum eſt nomen ejus, Babel, quia ibi confúſum eſt lábium univerſæ terræ: & indè diſperſit eos Dóminus ſuper fáciem cunctárum regiónum.

℟. In princípio. 430.

Lectio ij.

HÆ ſunt generatiónes Sem. Sem erat centum annórum quandò génuit Arphaxad biénnio poſt dilúvium.... Arphaxad génuit Sale.... Sale génuit Heber..... Heber génuit Phaleg.... Phaleg génuit Reü....Reü génuit Sarug.... Sarug génuit Nachor.... Nachor génuit Thare.... Vixitque Thare ſeptuaginta annis, & génuit Abram, & Nachor, & Aram. Hæ ſunt autem generatiónes Thare: Thare génuit Abram, Nachor, & Aran. Porrò Aran génuit Lot. Mortuuſque eſt Aran ante Thare patrem ſuum, in

tivitátis ſuæ, in
læórum. Duxérunt
lbram & Nachor
: nomen uxóris
Sáraï; & nomen
Nachor, Melcha
n, patris Melchæ,
: Jeſchæ. Erat au-
aï ſtérilis, nec ha-
eros. Tulit ítaque
bram fílium ſuum,
ílium Aran fílium
, & Sáraï nurum
xórem Abram fílii
edúxit eos de Ur
rum, ut irent in
Chánaan: vene-
uſque Haran, &
runt ibi. Et facti
s Thare ducentó-
nque annórum, &
s eſt in Haran.
eávit Deus. 430.
j. Cap. 12.
t autem Dóminus
Abram: Egrédere
tua, & de cog-
tua, & de domo
ui, & veni in ter-
m monſtrábo tibi;
ue te in gentem
n, & benedícam
& magnificábo no-
um, eriſque bene-
Benedícam benedi-
s tibi, & maledí-
aledicéntibus tibi;
n te benedicentur
æ cognatiónes ter-
greſſus eſt ítaque
, ſicut præcéperat
inus, & ivit cum
Septuaginta quin-
nórum erat Abram, cùm egrederétur de Haran. Tulitque Sáraï uxórem ſuam, & Lot fílium fratris ſui, univerſamque ſubſtántiam quam poſſéderant, & ánimas quas fécerant in Haran; & egreſſi ſunt, ut irent in terram Chánaan.

℟. Omnis caro. 430.

FERIA QUINTA.

De libro Géneſis.

Lectio j. Cap. 13

FActa eſt rixa inter paſtóres gregum Abram & Lot. Eo autem témpore Chananæus & Pherezæus habitábant in terra illa. Dixit ergò Abram ad Lot: Ne, quæſo, ſit júrgium inter me & te, & inter paſtóres meos & paſtóres tuos; fratres enim ſumus: ecce univerſa terra coram te eſt; recéde à me, óbſecro. Si ad ſiniſtram íeris, ego déxteram tenébo: ſi tu déxteram elégeris, ego ad ſiniſtram pergam. Elevátis ítaque Lot óculis, vidit omnem circà regiónem Jordánis, quæ univerſa irrigabátur, ántequàm ſubvérteret Dóminus Sódomam & Gomorrham, ſicut paradíſus Dómini, & ſicut Ægyptus veniéntibus in Segor. Elegitque ſibi Lot regiónem circà Jordánem, & receſſit ab Oriente.

℟. Vocávit Angelus. 430.

Lectio ij.

ABram habitávit in terra Chánaan: Lot verò

morátus eſt in óppidis quæ erant circà Jordánem, & habitávit in Sódomis. Hómines autem Sodomítæ péſſimi erant, & peccatóres coram Dómino nimis. Dixitque Dóminus ad Abram, poſtquàm diviſſus eſt ab eo Lot: Leva óculos tuos, & vide à loco in quo nunc es, ad aquilónem & merídiem, ad orientem & occidentem. Omnem terram quam cónſpicis, tibi dabo & ſémini tuo uſquè in ſempiternum. Faciamque ſemen tuum ſicut púlverem terræ: ſi quis poteſt hóminum numeráre púlverem terræ, ſemen quoque tuum numeráre póterit. Surge, & perámbula terram in longitúdine & in latitúdine ſua; quia tibi datúrus ſum eam.

℟. Appáruit Iſaac. 430.

Lectio iij. Cap. 14.

Cum audiſſet Abram, captum vidélicèt Lot fratrem ſuum, numerávit expedítos vernáculos ſuos trecentos decem & octo; & perſecútus eſt uſque Dan. Et diviſis ſóciis, írruit ſuper eos nocte; percuſſitque eos, & perſecútus eſt eos uſque Hoba, quæ eſt ad lævam Damaſci. Reduxitque omnem ſubſtántiam, & Lot fratrem ſuum cum ſubſtántia illíus, mulíeres quoque & pópulum. Egreſſus eſt autem rex Sodomórum in occurſum ejus, poſtquàm reverſus eſt à cæde Chodorlá-homor, & regum qui cum eo erant in valle Save, quæ eſt vallis regis. At verò Melchíſedech rex Salem, próferens panem & vinum (erat enim Sacerdos Dei altíſſimi,) benedixit ei, & ait: Benedictus Abram Deo excelſo, qui creavit cœlum & terram: & benedictus Deus excelſus, quo protegente hoſtes in mánibus tuis ſunt. Et dedit ei décimas ex ómnibus.

℟. Vidit Jacob. 430.

FERIA SEXTA

De libro Géneſis.

Lectio j. Cap. 17.

Poſtquàm Abram nonaginta & novem annórum eſſe cœperat, appáruit ei Dóminus, dixitque ad eum: Ego Deus omnípotens: ámbula coram me, & eſto perfectus. Ponamque fœdus meum inter me & te, & multiplicabo te vehementer nimis. Cecidit Abram pronus in faciem. Dixitque ei Deus: Ego ſum, & pactum meum tecum, eriſque pater multárum géntium. Nec ultrà vocábitur nomen tuum Abram, ſed appellaberis Abraham; quia patrem multárum géntium conſtitui te. Faciamque te creſcere vehementíſſimè, ponam te in géntibus, geſque ex te egredientur

:ipio. 430.
o ij.
ùm Deus ad
1 : Et tu ergò
um meum, &
poſt te in ge-
ſuis. Hoc eſt
1 quod obſer-
ne & vos, &
poſt te : Cir-
x vobis omne
& circumci-
præpútii veſ-
ſignum fœde-
& vos. Infans
circumcidétur
mne maſculí-
atiónibus veſ-
náculus quàm
rcumcidétur,
non fúerit de
: eritque pac-
1 carne veſtra
rnum. Máſcu-
pútii caro cir-
fúerit, delébi-
la de pópulo
ctum meum ír-

t Deus. 430.
o iij.
ıque Deus ad
m : Sáraï uxó-
on vocábis Sá-
ram. Et bene-
ex illa dabo
cui benedictú-
tque in nació-
es populórum
eo. Cécidit
fáciem ſuam,
is in corde ſuo:
tenário naſcé-
& Sara nona-

genária páriet ? Dixitque ad Deum : Utinam Iſmael vivat coram te ! Et ait Deus ad Abraham : Sara uxor tua páriet tibi fílium, vocabiſque nomen ejus Iſaac, & conſtítuam pactum meum illi in fœdus ſempiternum, & ſémini ejus poſt eum. Super Iſmael quoque exaudívi te : ecce benedícam ei, & augébo, & multiplicábo eum valdè : duódecim duces generábit, & fáciam illum in gentem magnam. Pactum verò meum ſtátuam ad Iſaac, quem páriet tibi Sara témpore iſto in anno áltero.

℟. Omnis caro. 430.

VESPERÆ, à Capitulo de Beata Maria in Sabbato, niſi occurrat Feſtum ſemiduplex. Commemoratio de Simplici occurrente.

SABBATO.

De libro Géneſis.

Lectio j. Cap. 19.

VEnérunt duo Angeli Sódomam véſpere, & ſedente Lot in fóribus civitátis. Qui cùm vidiſſet eos, ſurréxit, & ivit óbviàm eis, adoravitque pronus in terram, & dixit : Obſecro, dómini, declináte in domum púeri veſtri, & manéte ibi : laváte pedes veſtros ; & manè proficiſcémini in viam veſtram. Qui dixérunt : Mínimè, ſed in platéa manébimus. Cómpulit illos óppidò ut divérterent ad

morátu
erant c
habitá
mines a
ſimi er
res co
mis. Di
Abram,
eſt ab e
los tuos
quo nur
nem &
orientem
Omnem
picis, t
tuo uſqu
Faciamq
cut púlv
quis pot
meráre
ſemen qu
ráre pó
perámbu
gitúdine
ſua; qui
eam.

℟. Ap

Lectio iij

Cum capti
fratrem
expedito
trecento
& perſ
Dan. Et
ruit ſup
cuſſitque
tus eſt
quæ eſt a
Reduxit
tántiam
ſuum cu
mulíere
lum. E

rem tuam, & duas filias
habes; ne & tu pa
pereas in ſcélere civi
Diſſimulante illo,
prehendérunt manum
uxóris, a
ejus; e
Dómini
que eum
extra civi

Lectio ii

I Dómin

ito cum illo.
℟ ℣. *ut in Sab-*
eptuageſimam,

gnificat.
2. Abraham in
nventus eſt fidé-
rejurando dedit
óriam in gente
14.
nfrà ad Laudes.
INICA
JAGESIMÆ.
)CTURNO.
:o Géneſis.
Cap. 21.
ivit Dóminus
ım ſicut promí-
t, & implévit
ı eſt. Concepit-
ıperit filium in
a, témpore quo
ei Deus. Voca-
raham nomen
uem génuit ei
:; & circumcídit
ı die, ſicut præ-
)eus, cùm cen-
annórum. Hâc
ıte patris natus
)ixitque Sara:
it mihi Deus:
audíerit, corri-
Rursùmque ait:
túrum créderet
quòd Sara lac-
ı, quem péperit
?
incípio. 430.
Cap. 22.
lt Deus Abra-
& dixit ad eum:
Abraham. At
llt: Adſum. Ait

illi: Tolle filium tuum unigénitum, quem díligis, Iſaac, & vade in terram viſiónis; atque ibi ófferes eum in holocauſtum ſuper unum móntium quem monſtrávero tibi. Igitur Abraham de nocte conſurgens, ſtravit áſinum ſuum, ducens ſecum duos júvenes, & Iſaac filium ſuum. Cùmque concidiſſet ligna in holocauſtum, ábiit ad locum quem præcéperat ei Deus. Die autem tértio, elevátis óculis, vidit locum procul, dixitque ad púeros ſuos: Expectáte hìc cum áſino; ego & puer illùc uſque properantes, poſtquàm adoravérimus, revertémur ad vos. Tulit quoque ligna holocauſti, & impóſuit ſuper Iſaac filium ſuum; ipſe verò portábat in mánibus ignem & gládium. Cùmque duo pérgerent ſimul, dixit Iſaac patri ſuo: Pater mi. At ille reſpondit: Quid vis, fili. Ecce, inquit, ignis & ligna; ubi eſt víctima holocauſti? Dixit autem Abraham: Deus providébit ſibi víctimam holocauſti, fili mi.

℟. Creávit Deus. 430.

Lectio iij.

PErgébant ergò páriter, & venérunt ad locum quem oſténderat ei Deus, in quo ædificávit altáre, & déſuper ligna compóſuit. Cùmque alligaſſet Iſaac fi-

eum : ingreſſiſque domum illíus fecit convívium, & coxit ázyma ; & comedérunt. Priùs autem quàm irent cúbitum, viri civitátis vallavérunt domum à púero uſquè ad ſenem, omnis pópulus ſimul. Vocaveruntque Lot, & dixérunt ei : Ubi ſunt viri qui introiérunt ad te nocte? Educ illos hùc, ut cognoſcámus eos.

Lectio ij.

VImque faciébant Lot vehementíſſimè : jamque propè erat ut effríngerent fores. Et ecce miſérunt manum viri, & introduxérunt ad ſe Lot, clauſeruntque óſtium : & eos qui foris erant, percuſſérunt cæcitáte à mínimò uſquè ad máximum, ita ut óſtium invenire non poſſent. Dixérunt autem ad Lot : Habes hìc quémpiam tuórum? génerum, aut fílios, aut fílias, omnes qui tui ſunt, educ de urbe hac : delébimus enim locum iſtum, eò quòd incréverit clamor eórum coram Dómino, qui miſit nos ut perdámus illos. Egreſſus ítaque Lot, locútus eſt ad géneros ſuos, qui acceptúri erant fílias ejus, & dixit : Súrgite, egredímini de loco iſto ; quia delébit Dóminus civitátem hanc. Et viſus eſt eis quaſi ludens loqui. Cùmque eſſet manè, cogébant eum Angeli, dicentes : Surge, tolle uxórem tuam, & duas fílias quas habes ; ne & tu páriter péreas in ſcélere civitátis. Diſſimulante illo, apprehendérunt manum ejus, & manum uxóris, ac duárum filiárum ejus ; eò quòd párceret Dóminus illi. Eduxeruntque eum, & poſuérunt extra civitátem.

Lectio iij.

IGitur Dóminus pluit ſuper Sódomam & Gomorrham ſulphur & ignem à Dómino de cœlo : & ſubvertit civitátes has, & omnes circà regiónem, univerſos habitatóres úrbium, & cuncta terræ viréntia. Reſpiciénſque uxor ejus poſt ſe, verſa eſt in ſtátuam ſalis. Abraham autem conſurgens manè, ubi ſtéterat priùs cum Dómino, intúitus eſt Sódomam & Gomorrham, & univerſam terram regiónis illíus : viditque aſcendentem favillam de terra quaſi fornácis fumum. Cùm enim ſubvérteret Deus civitátes regiónis illíus, recordátus Abrahæ, liberávit Lot de ſubverſióne úrbium in quibus habitáverat.

AD VESP. Antiph. Fili, *ut ſuprà in Sabbato ante Septuageſimam.*

CAPITULUM. *Eccli. 44.*

ABraham magnus pater multitúdinis géntium, & non eſt inventus ſimilis illi in glória ; qui conſervávit legem Excelſi, & fuit

ımiento cum illo.
ıus & ℣. ut in Sab-
:te Septuageſimam ,

Magnificat.
7. G. Abraham in
ɔne inventus eſt fidé-
ò jurejurando dedit
ıs glóriam in gente
cli. 44.
ut infrà ad Laudes.
ƆMINICA
ɴQUAGESIMÆ.
NOCTURNO.
libro Géneſis.
i. Cap. 21.
Iſitávit Dóminus
Saram ſicut promí-
ſerat , & implévit
:útus eſt. Concepit-
& péperit fílium in
te ſua , témpore quo
:rat ei Deus. Voca-
Ábraham nomen
i quem génuit ei
ſaac ; & circumcídit
ávo die , ſicut præ-
ei Deus , cùm cen-
ſſet annórum. Hâc
ætáte patris natus
ıc. Dixitque Sara :
fecit mihi Deus :
ıque audíerit , corri-
ıihi. Rursùmque ait:
ıuditúrum crédereт
ım , quòd Sara lac-
lium , quem péperit
ſeni ?
ı princípio. 430.
ij. Cap. 22.
ıtávit Deus Ábra-
m , & dixit ad eum :
ım , Abraham. At
ɔondit : Adſum. Ait

illi : Tolle fílium tuum unigénitum , quem díligis , Iſaac , & vade in terram viſiónis ; atque ibi ófferes eum in holocauſtum ſuper unum móntium quem monſtrávero tibi. Igitur Abraham de nocte conſurgens , ſtravit áſinum ſuum , ducens ſecum duos júvenes , & Iſaac fílium ſuum. Cùmque concidíſſet ligna in holocauſtum , ábiit ad locum quem præcéperat ei Deus. Die autem tértio , elevátis óculis , vidit locum procul , dixitque ad púeros ſuos : Expectate hìc cum áſino ; ego & puer illùc uſque properantes , poſtquàm adoravérimus , revertémur ad vos. Tulit quoque ligna holocauſti , & impóſuit ſuper Iſaac fílium ſuum ; ipſe verò portábat in mánibus ignem & gládium. Cùmque duo pérgerent ſimul , dixit Iſaac patri ſuo : Pater mi. At ille reſpondit : Quid vis , fili. Ecce , inquit , ignis & ligna ; ubi eſt víctima holocauſti ? Dixit autem Abraham : Deus providébit ſibi víctimam holocauſti , fili mi.

℟. Creávit Deus. 430.

Lectio iij.

PErgébant ergò páriter , & venérunt ad locum quem oſténderat ei Deus , in quo ædificávit altáre , & déſuper ligna compóſuit. Cùmque alligaſſet Iſaac fi-

lium ſuum, póſuit eum in altáre ſuper ſtruem lignórum. Extenditque manum, & arrípuit gládium, ut immoláret fílium ſuum. Et ecce Angelus Dómini de cœlo clamávit, dicens: Abraham, Abraham. Qui reſpondit: Adſum. Dixitque ei: Non extendas manum tuam ſuper púerum, neque fácias illi quidquam: nunc cognóvi quòd times Deum, & non pepercíſti unigénito fílio tuo propter me. Levávit Abraham óculos ſuos, viditque poſt tergum aríetem inter vepres hærentem córnibus, quem aſſúmens óbtulit holocauſtum pro fílio.

℟. Omnis caro. 430.

IN II. NOCTURNO.

Ex libro ſancti Auguſtíni Epíſcopi de Civitáte Dei.

Libr. 16. C. 31. & 32.

Lectio iv.

NAtus eſt Abrahæ, ſecundùm promiſſiónem Dei, de Sara fílius. Tentátur Abraham de immolando dilectíſſimo fílio ipſo Iſaac; ut pia ejus obediéntia probarétur, ſéculis in notítiam proferenda, non Deo. Nunquàm ſanè créderet Abraham quòd víctimis Deus delectarétur humánis, quamvis, divíno intonante præcepto, obediendum ſit, non diſputandum. Verúmtamen Abraham confeſtìm fílium, cùm fuiſſet immolátus, reſurrectúrum credidiſſe laudandus eſt. Poſtrémò quia Iſaac occídi non oportébat, poſtéaquàm eſt pater ferire prohíbitus; quis erat ille áries, quo immoláto implétum eſt significatívo ſánguine ſacrifícium? Nempè, quandò eum vidit Abraham, córnibus in frútice tenebátur. Quis ergò ille figurabátur, niſi Jeſus, ántequàm immolarétur, ſpinis Judáicis coronátus? ſed divína per Angelum verba pótiùs audiámus. Per memetipſum jurávi, propter quod feciſti verbum hoc, & non pepercíſti fílio tuo dilecto propter me, niſi benedícens benedícam te; & benedicentur in ſémine tuo omnes gentes terræ. Hoc modo eſt illa de vocatióne géntium in ſémine Abrahæ, poſt holocauſtum quo ſignificátus eſt Chriſtus, étiam juratióne Dei firmáta promíſſio. Sæpè enim promíſerat; ſed nunquàm juráverat. Quid autem eſt Dei veri veraciſque jurátio, niſi promiſſi confirmátio, & infidélium quædam increpátio?

℟. Vocávit Angelus. 430.

Lectio v. Cap. 36.

ACcépit étiam Iſaac oráculum tale quale pater ejus; de quo oráculo ſic ſcriptum eſt: Státuam juramentum meum quod jurávi Abrahæ patri tuo, & multiplicábo ſemen tuum

um ſtellas cœli, & ſémini tuo omnem i hanc, & benedi- r in ſémine tuo om- entes terræ, pro eo obaudívit Abraham tuus vocem meam. atriarcha nec uxórem t áliam, nec áliquam ibínam; ſed poſteri- duórum geminórum o concúbitu procrea- i contentus fuit. Nec tamen iſtum patri præferre debémus, iſte nullam féminam r unam cónjugem nó- . Erant enim procul paternæ fídei & obe- iæ mérita potióra, in m ut propter illum Deus huic ſe fácere quæ facit, ut nové- ; non ex bonis ſíngu- ter ſe hómines com- e; ſed in unoquó- onſiderémus univerſa. enim poteſt, ut há- áliquid in vita & in bus quíſpiam quo ſú- álium, idque ſit lon- ræſtabílius quàm eſt undè ab álio ſuperátur. Appáruit Iſaac. 430.

o vj. Cap. 37. & 38.

Uo Iſaac filii, Eſaü & Jacob, páriter creſ- . Primátus majóris fúnditur in minórem acto & plácito inter Seneſcit Iſaac, ejuſ- óculis per ſenectam aufertur. Vult bene- e fílium majórem, & pro illo néſciens benedícit minórem. Míttitur Jacob à paréntibus in Meſopotámiam, ut ibi ducat uxórem. Patris mittentis hæc verba ſunt: Deus meus benedícat te, & áugeat te, & multíplicet te; & eris in congregatiónes géntium; &, Det tibi benedictiónem Abrahæ patris tui, tibi & sémini tuo poſt te. Hic jam intellígimus ſegregátum ſemen Jacob ab álio ſémine Iſaac, quod factum eſt per Eſaü. Quandò enim dictum eſt, in Iſaac vocábitur tibi ſemen, pértinens útiquè ſemen ad Civitátem Dei; ſeparátum eſt indè áliud ſemen Abrahæ, quod erat in ancillæ fílio, & quod futúrum erat in fíliis Cethuræ. Sed adhuc erat ambíguum de duóbus géminis fíliis Iſaac, an ad utrumque, an ad unum eórum illa benedíctio pertinéret; & ſi ad unum, quiſnam eſſet illórum. Quod nunc declarátum eſt, cùm prophéticè à patre benedícitur Jacob, & dícitur ei, Et eris in congregatiónes géntium; &, Det tibi benedictiónem Abrahæ patris tui.

℟. Vidit Jacob. 430.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lectio vij. Cap. 18.

IN illo témpore: Aſſumpſit Jeſus duódecim &

ait illis : Ecce aſcéndimus Jeroſólymam, & conſummabuntur ómnia, quæ ſcripta ſunt per Prophétas de Fílio hóminis. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

Homil. 2. in Evang. habita in Baſilica S. Petri, Dom. Quinquageſimæ. n. 1.

REdemptor noſter prævidens ex paſſióne ſua diſcipulórum ánimos perturbandos, eis longè antè & ejuſdem paſſiónis pœnam, & reſurrectiónis ſuæ glóriam prædícit; ut cùm eum morientem, ſicut prædictum eſt, cérnerent, étiam reſurrectúrum non dubitárent. Sed quia carnáles adhuc diſcípuli nullo modo valébant cápere verba myſtérii, venítur ad miráculum. Ante eórum óculos cæcus lumen récipit: ut qui cœleſtis myſtérii verba non cáperent, eos ad fidem cœléſtia facta ſolidárent.

℟. Cæcus quidam ſedébat ſecùs viam, mendícans. Dixérunt autem ei quòd Jeſus transíret. Et clamávit, dicens : * Jeſu, fili David, miſerére meî. ℣. Dóminus firmamentum virtútis, & adjutórium casûs, exaltans ánimam, & illúminans óculos : * Jeſu. *Luc.* 18. *Eccli.* 34.

Lectio viij.

SEd mirácula Dómini & Salvatóris noſtri ſic accipienda ſunt, fratres caríſſimi, ut & in veritáte credantur facta, & tamen per ſignificatiónem nobis áliquid innuant. Opera quippè ejus & per poténtiam áliud oſtendunt, & per myſtérium áliud loquuntur. Ecce enim, quis juxtà hiſtóriam cæcus ille fúerit, ignorámus; ſed tamen, quem per myſtérium ſignificet, nóvimus. Cæcus quippè eſt genus humánum, quod in parente primo à paradíſi gáudiis expulſum, claritátem ſupernæ lucis ignórans, damnatiónis ſuæ ténebras pátitur; ſed tamen per Redemptóris ſui præſentiam illuminátur, ut æternæ lucis gáudia jam per deſidérium vídeat, atque in via vitæ boni óperis greſſus ponat.

℟. Stans Jeſus, juſſit cæcum addúci ad ſe; & interrogávit illum, dicens: Quid tibi vis fáciam? At ille dixit : * Dómine, ut vídeam. ℣. Deus meus, illúmina ténebras meas : * Dómine. *Luc.* 18. *Pſ.* 17.

Lectio ix. n. 2. 3. & 4.

QUiſquis ergò cæcitátis ſuæ ténebras agnóſcit, quiſquis hoc quod ſibi deeſt lumen æternitátis intélligit; clamet medúllis cordis, clamet & vócibus mentis, dicens : Jeſu fili David, miſerére meî. Sed quid, clamante cæco, ſubjúngitur, audiámus : Et qui

[...]tæſbant, increpábant eum [u]t tacéret. Quid autem de[si]gnant iſti qui Jeſum venientem præcédunt, niſi [d]eſideriórum carnálium turbas, tumultuſque vitiórum? qui, priuſquàm Jeſus [a]d cor noſtrum véniat, tentatiónibus ſuis cogitatiónem noſtram díſſipant, & voces cordis in oratióne perturbant. Sed quid ad hæc illuminandus iſte cæcus fecit, audiámus. Séquitur: Ipſe verò multò magis clamábat: Fili David, miserére meî. Ecce quem turba increpat ut táceat, magis ac magis clamat; quia quantò gravióri tumultu cogitatiónum carnálium prémimur, tantò oratióni insíſtere ardéntiùs debémus.

℟. Jeſus dixit illi: Réſpice, fides tua te ſalvum fecit. Et confeſtim vidit: * Et ſequebátur illum, magníficans Deum. ℣. Statim viſum recépit, dicebatque: Benedíco te, Dómine Deus Iſraël. * Et. Glória Patri. *Repetitur* ℟. Jeſus dixit. *uſquè ad* ℣. *Luc.* 18. *Tob.* 11.

Ad Benedictus.

Ant. 8. *G.* Aſſumpſit Jeſus duódecim, & ait: Ecce aſcéndimus Jeroſólymam; & conſummabuntur ómnia quæ ſcripta ſunt per Prophétas de Fílio hóminis. *Luc.* 18.

Oratio.

Preces noſtras, quæſumus, Dómine, clementer exaudi; atque à peccatórum vínculis abſolútos, ab omni nos adverſitáte cuſtódi; Per.

Ad Magníficat.

Ant. 8. *G.* Fílius hóminis tradétur géntibus, & illudétur, & flagellábitur, & conſpuétur; & poſtquàm flagelláverint, occídent eum: & tértiâ die reſurget. *Luc.* 18.

Oratio, ut ſuprà.

FERIA SECUNDA.

De Libro Géneſis.

Lectio j. Cap. 25.

HÆ ſunt generatiónes Iſaac fílii Abraham: Abraham génuit Iſaac; qui cùm quadraginta eſſet annórum, duxit uxórem Rebeccam fíliam Bathuélis Syri de Meſopotámia, ſorórem Laban. Deprecatuſque eſt Iſaac Dóminum pro uxóre ſua, eò quòd eſſet ſtérilis; qui exaudívit eum, & dedit conceptum Rebeccæ. Sed collidebantur in útero ejus párvuli; quæ ait: Si ſic mihi futúrum erat, quid neceſſe fuit concípere? Perrexitque ut conſúleret Dóminum. Qui reſpondens, ait: Duæ gentes ſunt in útero tuo, & duo pópuli ex ventre tuo dividentur; populuſque pópulum ſuperábit, & major ſérviet minóri. Jam tempus pariendi advénerat, & ecce gémini in útero ejus reperti ſunt. Qui prior egreſ-

ſus eſt, rufus erat & totus in morem pellis híſpidus: vocatumque eſt nomen ejus, Eſaü. Prótinùs alter egrédiens, plantam fratris tenébat manu; & idcircò appellávit eum Jacob.

℟. In princípio. 430.

Lectio ij. Cap. 27.

DIxit Rebecca fílio ſuo Jacob: Audívi patrem tuum loquentem cum Eſaü fratre tuo, & dicentem ei: Affer mihi de venatióne tua, & fac cibos ut cómedam; & benedícam tibi coram Dómino, ántequàm móriar. Nunc ergò, fili mi, acquieſce conſíliis meis; & pergens ad gregem, affer mihi duos hædos óptimos, ut fáciam ex eis eſcas patri tuo, quibus libenter véſcitur: quas cùm intúleris, & coméderit, benedícat tibi priuſquàm moriátur. Cui ille reſpondit: Noſti quòd Eſaü frater meus homo pilóſus ſit, & ego lenis: ſi attrectáverit me pater meus, & ſénſerit, tímeo ne putet me ſibi voluiſſe illúdere, & indúcam ſuper me maledictiónem pro benedictióne. Ad quem mater: In me ſit, ait, iſta maledíctio, fili mi: tantùm audi vocem meam, & pergens affer quæ dixi. Abiit, & áttulit, deditque matri. Parávit illa cibos, ſicut velle nóverat patrem illíus. Et véſtibus Eſaü valdè bonis, quas apud ſe habébat domi, índuit eum; pelliculaſque hædórum circúmdedit mánibus, & colli nuda protéxit. Deditque pulmentum; & panes quos cóxerat, trádidit. Quibus illátis, dixit: Pater mi. At ille reſpondit: Audio. Quis es tu, fili mi? Dixitque Jacob: Ego ſum primogénitus tuus Eſaü.

℟. Creávit Deus. 430.

Lectio iij.

DIxitque Iſaac: Accéde huc, ut tangam te, fili mi, & probem utrùm tu ſis fílius meus Eſaü, an non. Acceſſit ille ad patrem; & palpáto eo, dixit Iſaac: Vox quidem, vox Jacob eſt; ſed manus, manus ſunt Eſaü. Et non cognóvit eum, quia pilóſæ manus ſimilitúdinem majóris expréſſerant. Benedícens ergò illi, ait: Tu es fílius meus Eſaü? Reſpondit: Ego ſum. At ille: Affer mihi, inquit, cibos de venatióne tua, fili mi; ut benedícat tibi ánima mea. Quos cùm oblátos comediſſet, óbtulit ei étiam vinum; quo hauſto, dixit ad eum: Accéde ad me, & da mihi óſculum, fili mi. Acceſſit, & oſculátus eſt eum. Statímque ut ſenſit veſtimentórum illíus fragrántiam, benedícens illi, ait: Ecce odor fílii mei ſicut odor agri pleni,

ai benedíxit Dóminus. Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguédine terræ abundántiam frumenti & vini. Et ſérviant tibi pópuli, & adórent te tribus: eſto dóminus fratrum tuórum, & incurventur ante te fílii matris tuæ: qui maledíxerit tibi, ſit ille maledíctus; & qui benedíxerit tibi, benedictiónibus repleátur.

℟. Omnis caro. 430.

FERIA TERTIA.

De libro Géneſis.

Lectio j. Cap. 27. & 28.

ODerat ſemper Éſaü Jacob pro benedictióne quâ benedíxerat ei pater; dixitque in corde ſuo: Vénient dies luctus patris mei, & occídam Jacob fratrem meum. Nunciáta ſunt hæc Rebéccæ; quæ mittens & vocans Jacob fílium ſuum, dixit ad eum: Ecce Éſaü frater tuus minátur ut occídat te. Nunc ergò, fili mi, audi vocem meam; & conſurgens, fuge ad Laban fratrem meum in Haran; habitabíſque cum eo dies paucos, donec requieſcat furor fratris tui, & ceſſet indignátio ejus, obliviſcaturque eórum quæ fecíſti in eum: póſteà mittam, & addúcam te indè huc. Cur utróque orbábor fílio in uno die? Dixitque Rebecca ad Iſaac: Tædet me vitæ meæ propter fílias Heth; ſi accéperit Jacob uxórem de ſtirpe hujus terræ, nolo vívere. Vocávit ítaque Iſaac Jacob, & benedíxit eum, præcepítque ei, dicens: Noli accípere cónjugem de génere Chánaan; ſed vade, & proficíſcere in Meſopotámiam Syriæ, ad domum Báthuel patris matris tuæ, & accipe tibi indè uxórem de filiábus Laban avúnculi tui. Deus autem omnípotens benedícat tibi, & créſcere te fáciat, atque multíplicet, ut ſis in turbas populórum.

℟. Vocávit Angelus. 436.

Lectio ij. Cap. 28.

IGitur egreſſus Jacob de Berſabée, pergébat Haran. Cùmque veniſſet ad quemdam locum, & vellet in eo requiéſcere poſt ſolis occúbitum, tulit de lapídibus qui jacébant; & ſuppónens cápiti ſuo, dormívit in eódem loco. Viditque in ſomnis ſcalam ſtantem ſuper terram, & cacúmen illíus tangens cœlum, Angelos quoque Dei aſcendentes & deſcendentes per eam, & Dóminum innixum ſcalæ, dicentem ſibi: Ego ſum Dóminus Deus Abraham patris tui, & Deus Iſaac; terram in qua dormis, tibi dabo & ſémini tuo. Eritque ſemen tuum quaſi pulvis terræ: dilatáberis ad occidentem & orientem, & ſepten-

triónem & merídiem ; & benedicentur in te & in ſémine tuo cunctæ tribus terræ. Et ero cuſtos tuus quocumque perréxeris, & redúcuam te in terram hanc ; nec dimittam, niſi complévero univerſa quæ dixi.

℟. Appáruit. 430.

Lectio iij. Cap. 35.

ERant autem filii Jacob duódecim. Fílii Liæ, primogénitus Ruben, & Símeon, & Levi, & Judas, & Iſſachar, & Zabúlon : filii Rachel, Joſeph & Bénjamin : filii Balæ ancillæ Rachélis, Dan & Néphthali : filii Zelphæ ancillæ Liæ, Gad & Aſer. Hi ſunt filii Jacob, qui nati ſunt ei in Meſopotámia Syriæ. Venit étiam ad Iſaac patrem ſuum in Mambre civitátem Arbée, hæc eſt Hebron : in qua peregrinátus eſt Abraham & Iſaac. Et compléti ſunt dies Iſaac centum octoginta annórum. Conſumptúſque ætáte, mórtuus eſt : & appóſitus eſt pópulo ſuo ſenex & plenus diérum ; & ſepeliérunt eum Eſau & Jacob filii ſui.

℟. Vidit Jacob. 430.

ROPRIUM
SANCTORUM.
PARS HIEMALIS.

ſrimis Veſperis Dominicæ I. Adventûs uſque ad ras diei 14. Decembris incluſivè, & à Laudibus ım Dominicæ uſque ad Laudes diei 23. ejuſdem s incluſivè (exceptis Solemnibus & ſuprà, eorum-Octavis) poſt Commemorationes Sanctorum, ſi quæ rant, fit Commemoratio de Virgine Deum pari-, ut infrà.

x quo autem incœptæ ſunt Antiphonæ majores, O. fit in Veſperis Commemoratio de Feſto ſimplici.

AD VESPERAS.

t. Ecce Virgo concípiet & páriet Fílium, & vocá-nomen ejus Emmánuel. *Iſ.* 7.

Jurávit Dóminus David veritátem, & non fruſtrá-eam : ℟. De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem . *Pſ.* 131.

Oratio.

Eus, qui de beátæ Maríæ vírginis útero Verbum tuum, Angelo nuntiante, carnem ſuſcípere vo-: præſta ſupplícibus tuis, ut, qui verè eam geni-m Dei crédimus, ejus apud te interceſſiónibus adju-ır; Per eumdem Dóminum.

AD LAUDES.

ıt. María, ecce concípies in útero, & páries Fi-; & vocábis nomen ejus Jeſum. *Luc.* 1.

Elégit eam Dóminus, ℟. In habitatiónem ſibi. 131.

atio, Deus, qui de beátæ Maríæ. *ut ſuprà.*

Circumciſione ad Præſentationem Domini, fiet mem. de Virgine Deipara, ut habetur in Proprio empore, & Sanctorum.

ıſt Præſentationem verò, in Veſperis Feriæ VI. & audibus Sabbati cujuſvis Hebdomadæ, fiet de B.

Virgine Commemor. tanquàm de Feſto ſimplici, ut infrà in Officio de Beata in Sabbato; niſi de ea ſit Officium.

DIE XXVI. NOVEMBRIS.

VESPERÆ de Sabbato ante Dominicam I. Adventûs, ut in Proprio de Tempore.

Fit Commem. SS. Vitalis & Agricolæ, Mart. Ant. Cum vos óderint. ℣. Viríliter. xvj.

Oratio.

DEus, cujus grátiâ, ſancti Mártyres Vitális & Agrícola, mundi nec blandítiis, nec terróribus devicti ſunt; da nobis, eórum interceſſióne, ut te ſolum diligentes, próſpera mundi ſimul & adverſa deſpiciámus; Per Chriſtum.

Poſteà de S. Lino, Papa & Mart. Ant. Juſtum non derelíquit Deus. ℣. Poſuiſti. xv.

Oratio.

QUæſumus, omnípotens Deus, ut nos virtúte ſancti Spíritûs, & ad credendum fáciles, & ad confitendum fortes efficias; qui beáto Lino Pontífici, propter verbum tuum & teſtimónium Jeſu, ánimam ſuam pónere tribuiſti; Per eumdem Chriſtum.

Ultimò fit Commemorat. de Virgine Deum paritura.

DIE XXVII.

SS. Martyrum VITALIS & AGRICOLÆ, *Commemoratio.*

AD OFFIC. NOCT. Dominicæ I. Adventûs.

De exhortatióne ſancti Ambróſii Epíſcopi ad virginitátem.

Lectio ix. Cap. 1. §. 2.

MArtyri nomen Agrícola eſt, cui Vitális ſervus fuit ante, nunc conſors & collége martyrii. Præceſſit ſervus ut providéret locum: ſecútus eſt dóminus, ſecúrus quod fide ſérvuli jam inveníret parátum. Cumque ſanctus Vitális cogerétur à perſequéntibus ut Chriſtum negáret, & ille ámpliùs Dóminum Jeſum Chriſtum, ómnia tormentórum génera in eum exercentes, ut non eſſet in córpore ejus ſine vúlnere locus, oratiónem fudit ad Dóminum, dicens: Dómine Jeſu Chriſte, Salvátor meus & Deus meus, jube ſúſcipi ſpíritum meum, quia jam deſídero ut accípiam corónam quam Angelus tuus ſanctus mihi oſtendit; & compléta oratióne, emíſit ſpíritum. Sanctus verò Agrícola mitior habebátur móribus, ut ab ipſis étiam inimícis

ur : ideóque diffe-
jus paſſiónem. Sed
ſecutórum honori.
omni erat imma-
cérbior, quæ invi-
artyrium. Dénique
acquiévit ſanctus
i, crucifixus eſt:
támus illas blan-
eórum non ſeduli-
iſſe, ſed fraudis.
o ſervi dóminum
voluérunt : vertit
riſtus in grátiam,
yrium ſervi dómi-
tarétur.
*LAUD. pro eorum
noratione, Ant.*
. Multæ. xix. *Ora-*
ıus, cujus grátiâ.
*Deindè fit Commem.
ne Deum paritura.
VESP. fit primùm
n. SS. Mart. Vita-
gricolæ. Ant.* Datæ
. In æternum. xxj.
Deus, cujus. *ſu-
poſteà de Virgine
aritura.*
*Semiduplicia (niſi
ili Officio aut ſu-
currant) habent
Veſperas integras
lo : Pſalmi dicun-
unica Antiphona,
prima è primis
in Communi, vel
, ſi adſit.*]

E XXIX.
In Feſto
I SATURNINI,
Toloſani Epiſc.
rt. *Semiduplex.*
*a ut in Communi
unius Martyris, excepti's
quæ ſequuntur.*

*Pridiè AD VESP. Pſ. ſub
ſola Ant.* Fortitúdo. viij.
Oratio, Deus, qui. *infrà.
Commem. de Adventu, &
de Virgine Deum paritura.*

*AD NOCT. Lectio j. de
Scriptura occurrente, ex
tribus fit una; & ſic in om-
nibus Semiduplicibus.*

Lectio ij.

*Ex Greg. Tur. Sur. Sidon.
Fortunat. Till. & aliis.*

SAturnínus à Románo Pontífice, unà cum ſex áliis Epíſcopis miſſus in Gállias, & Tolóſæ Póntifex conſtitútus anno conſulatûs Décii & Grati, multos ab idólis ad Chriſtum convertit : dæmónibus qui ibi colebantur ádeò terríbilis, ut fruſtrà ſacrifíciis animálium evocáti, orácula réddere ceſſáverint. Tam inexpectáto ſiléntio commóti gentíles, ímpetu facto, Saturnínum in capitólium urbis traxérunt, comminátí duríſſimam mortem, niſi more pátrio diis ſacra fáceret. Quod cùm renuiſſet, pedes ejus tauro alligárunt, qui ſanctum Præſulem per declíves gradus capitólii raptátum, collíſo cápite, excuſſo cérebro, membriſque diſcerptis, interémit.

Lectio iij.

EXánime corpus tándiu à tauro diſtractum eſt, quoad, rupto fune, ac-

ceptum, & ligneo immiſſum féretro, mulíeres duæ in alta ſcrobe tumultuáriò condidérunt. Inventum eſt póſteà ab Hilário Toloſáno; qui, effoſſâ circùm humo, ſacras véritus relíquias commovére, túmulum ſuperimpóſuit, & oratórium extruxit. Deinde ſanctus Sylvius, Hilárii ſucceſſor, ad transferendum Mártyris corpus baſílicam inchoávit, quæ ab ejus ſucceſſóre ſancto Exupério perfecta eſt. Inde in baſílicam áliam, ſancti Mártyris nómine dedicátam, ſacrum corpus póſteà tranſlátum, ibi etiamnùm religióſè aſſervátur & cólitur.

Oratio.

DEus, qui beáti Saturníni Mártyris tui atque Pontíficis prædicatióne, de incredulitátis ténebris pópulos vocaſti in admirábile lumen tuum: fac ut ejus interceſſióne, creſcámus in grátia & cognitióne Dómini noſtri Jeſu Chriſti; Qui tecum vivit.

Commemoratio de Adventu, & de Virgine Deum paritura.

VESPERÆ de ſequenti.

DIE XXX.

In Feſto

S. ANDREÆ, APOST.

Duplex-majus.

Omnia de Communi Apoſtolorum, præter ea quæ ſequuntur.

IN I. VESPER

℣. Dóminus vir nobiſcum; ℟. Suſ noſter Deus Jacob. P

Ad Magnificat.

Ant. 8. *G.* Invéni dréas fratrem ſuum nem, & dicit ei: I mus Meſſiam; & a eum ad Jeſum. Joa

Oratio ut infrà des.

Fit Commem. S *nini. Ant.* Juſtum ſuiſti. xv. *Orat.* De *ſuprà.*

Deindè de Adv de Virgine Deum

IN I. NOCT

Lectiones de occurrente.

IN II. NOCT

Lectio i

Ex Evangelio *Eccleſiaſti*

ANdréas natus, q lilææ vici Petri, diſcípul Baptiſtæ, cùn Chriſto dicenten Ecce Agnus De Jeſum, fratren ſuum ad eumder Cùm póſteà un tre piſcarétur in lilææ, ambo à te Chriſto vocát bis, Veníte po ciam vos fieri hóminum; nul ponentes mora lictis rétibus, eum. Poſt cuju

tiónem & aſcenſiónem, Andréas in Scythia prædicávit. Cùmque in Græciam perveniſſet, multis ab idolórum cultu ad Chriſtum colendum adductis, urbem Patras in Achaia, ſuâ morte nobilitávit. Ejus relíquias Conſtántius Imperátor, ex voto Conſtantíni patris, anno vigéſimo regni ſui Conſtantinópolim transferri, & in auguſtíſſimo Apoſtolórum templo collocári curávit; undè póſteà decerpta pígnora diverſis locis quaſi vitæ ſémina diſperſa ſunt.

Sermo ſancti Petri Chryſólogi.

Sermo 133. *Lectio v.*

BEátus Andréas hódiè moriendo pro Dómino, toto virtútis gradu Domínicis incumbit hærére veſtígiis. Nec eum curſus fáciat díſparem fratri, quem natúra símilem, vocátio ſócium, parem grátia ipſa perfécerat. Ad unam vocem Dómini, ſicut ille, patrem, pátriam, cenſum relíquit. Solum eſt quòd témpore Domínicæ paſſiónis fugit; ſed neque hoc impar, quia non eſt grávius fúgere quàm negáre. Sed æquávit fratres vénia, quos ſic diſcréverat culpa. Nam crucem quam refúgerant, póſteà conjunctis víribus, ardenter invádunt; ut undè reátum ſúmpſerant, indè conſcénderent cœlum, indè præmium ſúmerent & corónam. Petrus namque crucem, árborem conſcendit Andréas; ut qui Chriſto cómpati geſtiébant, in ſemetipſis figúram, formamque ipsíus exprímerent paſſiónis, & redempti ligno conſummarentur ad palmam. Sic Andréas noſter, etſi cedit órdini, præmio tamen non cedit & labóri.

Sermo ſancti Bernardi Abbátis.

Sermo 2. *de S. Andrea. n.* 1.

Lectio vj.

BEáti Andréæ Apóſtol ſolémnitas hódiè celebrátur: quam ſi piâ ſollicitúdine perſcrutémur, multa invenímus in ea, quæ ædíficent ánimas noſtras. In ipſo síquidèm converſiónis ſuæ inítio, magnum nobis perfectæ obediéntiæ præſtat exemplum; quod quidèm Chriſtiánis ómnibus neceſſárium. Sola enim eſt cáritas quæ obediéntiam gratam facit & acceptábilem Deo; hílarem quippè datórem díligit Deus. Undè autem in Andréa jamjam moritúro tàm ſpirituális mens fuit, tàm fervens cáritas, ánimus tàm robuſtus? Planè Spíritus erat qui adjuvábat infirmitátem ejus, per quem diffundebátur in corde ipsíus cáritas fortis ut

mors, imò & fórtior morte. Cujus ô ſi & nos partícipes inveniámur! Et ſicut beáto Andréæ crucem & mortem ipſam, ſic nobis quoque labórem, & pœniténtiam noſtram fáceret, non ſolùm non moleſtam, ſed étiam deſiderábilem atque omnínò delectábilem eſſe.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio vij. Cap. 4.

IN illo tempore; Ambulans Jeſus juxtà mare Galilææ, vidit duos fratres, Simónem qui vocátur Petrus, & Andréam fratrem ejus, mittentes rete in mare. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

5. *in Ev. habita in Baſ. S. Andreæ, die nat. ejus. n.* 1.

AUdiſtis, fratres caríſſimi, quia ad uníus juſſiónis vocem Petrus & Andréas, relictis rétibus, ſecúti ſunt Redemptórem; & ad unum Dómini præceptum, hoc quod poſſidére videbantur, oblíti ſunt. In cœlo jam ſedet, qui de converſióne nos ádmonet: jam jugo fídei colla Géntium ſúbdidit, jam mundi glóriam ſtrávit, jam ruínis ejus crebreſcéntibus, diſtricti ſui judícii diem propinquantem denúntiat: & tamen ſuperba mens noſtra non vult hoc ſponte deſerere, quod quotídiè perdit invíta. Quid ergò, fratres caríſſimi, quid in ejus judício dictúri ſumus, qui ab amóre præſentis ſæculi nec præceptis flectimur, nec verbéribus emendámur?

Lectio viij. n. 2.

SEd fortaſsè áliquis tacitis ſibi cogitatiónibus dicit: Ad vocem Domínicam uterque iſte piſcátor quid aut quantùm dimíſit, qui penè nihil hábuit! Sed hac in re, fratres caríſſimi, affectum debémus pótiùs penſáre quàm cenſum. Multum relíquit, qui ſibi nihil retínuit: multum relíquit, qui quantúmlibet parùm, totum déſeruit. Certè nos & hábita cum amóre poſſidémus, & ea quæ mínimè habémus, ex deſidério quærimus. Multum ergò Petrus, & Andréas dimíſit, quando uterque étiam deſidéria habendi derelíquit.

Lectio ix. n. 4

QUia ergò, fratres caríſſimi, beáti Andr[eæ] Apóſtoli natalítia celeb[ra]mus, debémus imitári qu[em] cólimus. Oſtendat noſ[tra] obſéquium devotiónis, i[m]mutátæ ſolémnitas ment[is:] deſpiciámus quæ terr[ena] ſunt: relictis tempor[ali]bus, mercémur æterna. [Si] autem necdùm póſſum[us] relínquere própria, ſal[tem] non concupiſcámus alié[na.]

lùm mens noſtra ac-
ır igne caritátis, in
óne ſua hábeat fre-
imóris; ut profec-
i páſſibus vegetáta,
ıb alienórum appe-
mpéſcitur, quandó-
d própria contem-
perducátur, adju-
Dómino noſtro Jeſu
o.

L A U D E S.

Mihi adhærére Deo
ı eſt, ℟. Pónere in
ıo Deo ſpem meam.

Ad Benedictus.

3. a. Erant Petrus
Iréas piſcatóres, &
ı Jeſus: Veníte poſt
k fáciam vos fíeri
ires hóminum. At
ıtínuò, relictis ré-
ſecúti ſunt eum.
ı 4.

Oratio.

jeſtátem tuam, Dó-
iine, ſupplíciter exo-
, ut ſicut Eccléſiæ
:átus Andréas Apóſ-
ːxtitit prædicátor & rector, ita apud te ſit pro nobis perpétuus interceſſor; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, &c.

Fit Commem. de Adventu, & de Virgine Deum paritura.

A D V E S P E R A S.

℣. Quid mihi eſt in cœlo, & à te quid vólui ſuper terram? ℟. Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. *Pſ.* 72.

Ad Magníficat.

Ant. 4. d. Omnia detrimentum feci, ut Chriſtum lucrifáciam, ad cognoſcendum illum, & virtútem reſurrectiónis ejus, & ſocietátem paſſiónum illíus, configurátus morti ejus. *Philipp.* 3.

Oratio, ut ſuprà ad Laudes.

Fit Commem. S. Eligii, Epiſc. Ant. Elégit. ℣. Beátus. xxiij. *Orat.* Deus, fidélium. xxvij.

Poſteà de Adventu, & de Virgine Deum paritura.

STA DECEMBRIS.

D I E I.

In Feſto
CTI ELIGII,
omenſis Epiſcopi.
Semiduplex.
ia de Communi Pon-
, additis quæ ſe-
r.

Lectio ij.

Ex ejus vita, autore S. Audoëno Rothom.

ELígius Lémovix, auríſaber indúſtrius, Paríſios ſe cóntulit, ubì períſtiæ ſuæ famâ Clotário ſecundo innótuit. Sanctióris

vitæ deſidério accenſus, ómnium ab adoleſcéntia delictórum exomologéſim fecit coràm Sacerdóte, & exindè in ópera pietátis omni ſtúdio incúbuit. Nam étiam cùm artem exercébat, ſubindè in ſacros códices óculos intendébat; ita ut mens Deo vacáret, dùm manus úſibus ſerviébant humánis. Quidquid arte ſuâ comparábat, id totum fovendis egénis, & captívis, rerum étiam ſibi neceſſariárum diſpéndio, redimendis erogábat. Hinc tantus ad eum páuperum concurſus, ut quærenti domum Elígii dicerétur: Ubi páuperum cœtum conſpéxeris, illic & Elígium repéries. Intrà domum autem vacábat oratióni cum familiáribus, qui diù noctùque in ejus cámera canónicum curſum ſolémniter adimplébant. Non minùs acceptus Dagoberto quàm Clotário patri: & ab illo ad Aremoricórum regem, pacis componendæ cauſâ miſſus, reges ambos felíci fœdere ſociávit.

Lectio iij.

VAria ejus hortátu & impenſis extructa ſunt templa & monaſtéria. Plúrima diverſis tempóribus auro, argento & gemmis ornávit ſepulcra Sanctórum. De Eccléſiæ diſciplína ſollícitus, Simoníacam labem, quæ altas in Gállia radíces égerat, extirpávit. Tandem ad Noviomenſem Epiſcopátum aſſumptus, non modò ſalúti gregis ſibi commiſſi invigilávit, ſed & Flandros & Fríſios, alioſque ad Septentriónem pópulos, non ſine magno labóre & vitæ diſcrímine, ad Chriſtum adduxit. Sedit in Concilio Cabilonenſi ſub Clodovéo ſecundo. Multa præclára ſcripſit, ejécit dæmones, futúra divínitùs prædixit, aliiſque miráculis illuſtris, óbiit ſeptuagenárius, deſinente die últimâ Novembris, anno ſexcenteſimo quinquagéſimo nono, & Novióми ſepultus eſt.

Oratio, Deus, fidélium lumen. xxvij.

Commem. de Adventu, & de Virgine Deum paritura.

IN VESP. Commem. de Adventu; poſtea de S. Franciſco Xaverio, Preſb.

Ant. Notum. ℣. Oculi. *Orat.* Deus, qui. *infrà.*

Ultimò, de Virgine Deum paritura.

DIE III.

S. FRANCISCI XAVERII

Preſbyteri,

Commemoratio.

Lectio iij.

Ex vita ejus per Turſelinum ſcripta.

FRanciſcus Xaverius nóbilis Cántaber, Pariſiis emenſo philoſóphiæ ſtádio, magiſtérium conſecútus,

Profeſſor, ac
áureus, Theo-
abrúpit, ut
tio ſócium ad-
im ſanctióris
ofitéri cœpit,
nodò aliiſque
iſtatiónibus,
, præſertìm
curâ, qui-
óchiis miniſ-
t ſingulári re-
agandæ ſtú-
in Epíſcopos
os obſervàn-
que in Deum
átis, quem
er orandum
Procurante
iniæ rege, à
ndiæ deſtiná-
paſsim toto
tiános ad me-
n revocávit,
mos pópulos
nebris invo-
iſti fidem ad-
ræter Indos,
k Malábares,
'arávis, Má-
cénis, Min-
lacénſibus &
nultis éditis
exantlátis la-
ngélii lucem
ſtrátâ tandèm
Sinas profec-
úla Sanciána
ætátis qua-
nto, Chriſti
uingentéſimo
ſecundo.
poſt menſes
egrum & in-
corruptum, Goam delátum eſt. Hunc, Indiárum Apóſtolum toto orbe appellátum, Gregórius décimus-quintus Sanctis aſcripſit, anno milléſimo ſexcentéſimo vigéſimo ſecundo.

AD LAUDES, pro ejus Commemoratione, Ant. Fidúciam habémus. ℣. Emitte lucem tuam. xlix.

Orémus.

DEus, qui ad fídei propagatiónem beátum Franciſcum Xavérium verendo ſacerdótii miniſtério decoraſti: præſta, ut, per quem pópulus tuus Evangélii verbum & Domínici córporis ſacramentum ſuſcépit, ejus patrocínio dignos utriuſque fructus percípiat; Per Chriſtum.

Deindè fit Commemor. de Virgine Deum paritura.

DIE IV.

In Feſto

OMNIUM

SS. EPISCOPORUM

& SACERDOTUM

Provinciæ Eccleſiaſticæ

Narbonenſis.

Duplex - minus.

IN I. VESPERIS.

Pſalmi de Feria, & ſic in reliquo Officio.

Ant. 6. DAbo vobis paſtóres juxtà cor meum, & paſcent vos ſciéntiâ & doctrínâ, dicit Dóminus. *Jerem.* 3.

* *Ant.* 2. Ipſi accédent ad me, ut miniſtrent mihi, & ſtabunt in conſpectu meo, ut ófferant mihi ádipem & ſánguinem, ait Dóminus Deus. *Ezech.* 44.

Ant. 3. a. Ipſi ingredientur ſanctuárium meum; ipſi accédent ad menſam meam, ut miniſtrent mihi, & cuſtódiant cæremónias meas. *Ezech.* 44

Ant. 1. D. Pópulum meum docébunt quid ſit inter ſanctum & pollútum, & inter mundum & immundum oſtendent eis: ſtabunt in judíciis meis, & judicábunt. *Ezech.* 44.

Ant. 7. a. Leges meas & præcepta mea in ómnibus ſolemnitátibus meis cuſtódient, & ſábbata mea ſanctificábunt. *Ezech.* 44.

Capitulum. *Iſaiæ* 62.

Super muros tuos, Jerúſalem, conſtítui cuſtódes: totâ die & totâ nocte in perpétuum non tacébunt. Qui reminiſcímini Dómini, ne taceátis, & ne detis ſiléntium ei, donec ſtabíliat & donec ponat Jerúſalem laudem in terra.

Hymnus.

Tartari diræ páveant cohortes:
Bella divínum mediátur agmen:
In ſuis Unctis Deus ipſe miles
Prælia tentat.

Pródeunt tecti gáleâ ſalútis,
Cum crucis ſigno gladióque verbi:
Intonant Chriſtum; ruit ecce præceps
Hoſtis in umbras.

Pax tuos ergo manet alta fines,
Chriſte; jam liber tibi ſervit orbis;
Jam ſuis latè tua ſponſa regnat
Tuta miniſtris.

Súſtinent curas gregis, & quieſcit:
Léniunt flendo lácrymas gementûm;
Quas ſibi duri rápiunt, egénus
Páscitur eſcis.

Si reo vindex minitétur ira,
Inferunt blandâ preces vim Tonanti,
Víncitur votis Deus, & vibráta
Tela coërcet.

Quæ tuis formas pópulis miniſtros,
Laus tibi jugis, Déitas ſupréma:
Fac ut in Clero ſua prima virtus,
Chriſte, reſurgat.
Amen.

℣. Sacerdótes Sion índuam ſalutári, ℟. Et ſancti ejus exultatióne exultábunt. *Pſ.* 131.

Ad Magníficat.

Ant. 5. C. Inebriábo ánimam Sacerdótum pinguédine; & pópulus meus bonis meis adimplébitur, ait Dóminus. *Jerem.* 31.

, Deus, qui. *in-*
Laudes.
emoratio de Ad-
de Virgine Deum
.
OMPLETORIUM, *ut*
ſt II. Veſperas.
FICIUM NOCT.
Jeſum Paſtórem &
um animárum noſ-
, * Veníte, adoré-
Petr. 2.
. Veníte. 2.
YMNUS.
, ô Pontífices, præ-
sídium gregis,
tangit amor, ſol-
tos tenet;
quæ cor aduſſit,
nunc quoque cá-
s.
frugífero vínea pál-
te
is creſcit adhuc cul-
labóribus;
fémina ſurgunt,
nata ſatóribus.
na fuit cura, ſalus
gis;
una quies, contí-
us labor;
vívere Chriſtus;
grande lucrum
ri.
turpis opum nil pó-
t fames;
aurus pótior péctora
verat:
pródiga dextra
ſit quæ méteret polo.
uxére tuum Pontí-
es gregem,
nos, Chriſte, præis,
rrere fac viam;

Duc, ne lóngiùs errent;
Serva, ne péreant oves.
Laus, qui Pontífices conſtí-
tuit, Patri;
Paſtórum cápiti, laus
quoque Fílio;
Qui pinguédine mentes
Ungis, laus tibi, Spí-
ritus. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. *f.* Laudémus vi-
ros glorióſos, & parentes
noſtros, in generatióne
ſua. *Eccli.* 44.

Ant. 2. In generatióni-
bus gentis ſuæ, glóriam
adepti ſunt, & in diébus
ſuis habentur in láudibus.
Eccli. 44.

Ant. 3. *a.* Cum fémine
eórum pérmanent bona, &
hæréditas ſancta nepótes
eórum. *Eccli.* 44.

℣. Potens in terra erit
ſemen juſti; ℟. Generá-
tio rectórum benedicétur.
Pſ. 111.

Lectiones de Scriptura
occurrente.

Poſt j. Lect. ℟. Hómines
dívites in virtúte iſti ſunt,
* Pulchritúdinis ſtúdium
habentes, pacificantes in
dómibus ſuis. ℣. Miniſtri
Dei ſunt, in hoc ipſum
ſervientes; * Pulchritúdi-
nis. *Eccli.* 44. *Rom.* 13.

Poſt ij. Lect. ℟. Viri mi-
ſericórdiæ ſunt, quorum
pietátes non defuérunt:
* Hómines miſericórdiæ,
invenientes grátiam in ócu-
lis omnis carnis. ℣. Pro-
videntes bona, non tan-

tùm coram Deo, ſed étiam coram ómnibus homínibus; * Hómines. *Eccli.* 44. *Rom.* 12.

Poſt iij. Lect. ℟. Hómines magni virtúte iſti ſunt, nuntiantes in Prophétis dignitátem Prophetárum, & * Imperantes in præſenti pópulo, & virtúte prudéntiæ pópulis ſanctíſſima verba. ℣. Prædicavérunt ubíquè Dómino cooperante, *Imperantes. Glória. * Imperantes. *Eccli.* 44. *Marc.* 16.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 6. Docébant pópulum in Juda, habentes librum legis Dómini, & circuíbant cunctas urbes Juda, atque erudiébant pópulum. 2. *Par.* 17.

Ant. 5. a. Ad eórum eruditiónem omnis Iſraël ſanctificabátur Dómino. 2. *Par.* 35.

Ant. 4. *E.* Sapiéntiam ipſórum narrent pópuli, & laudem eórum núntiet Ecclésia. *Eccli.* 14.

℣. Annuntiavérunt ópera Dei, ℟. Et facta ejus intellexérunt. *Pſ.* 63.

Sermo ſancti Bernardi Abbátis.

Serm. 76. in Cantica.

Lectio iv.

Ecce jam præſtò ſunt qui novam ſponſam, cœleſti nuptúram ſponſo, de quibus oportet inſtruant & informent, fidem dóceant, formam pietátis ac religiónis tradant. Audi namque: Invenérunt me vígiles qui cuſtódiunt civitátem. Qui enim vígiles hi! nempè illi quos Salvátor in Evangélio beátos pronúntiat, ſi, cùm vénerit, invénerit vigilantes. Quàm boni vígiles, qui nobis dormiéntibus ipſi pervígilant, quaſi ratiónem redditúri pro animábus noſtris! Quàm boni cuſtódes, qui vigilantes ánimo, atque in oratiónibus pernoctantes, hóſtium insídias ſagáciter explórant, antícipant consília malignántium, deprehéndunt láqueos, elúdunt tendículos, retiácula diſſipant, machinamenta fruſtrántur!

℟. Ædificavérunt ſancta, & átria ſanctificavérunt: * Et adoravérunt, & benedixérunt in cœlis eum qui proſperávit eis. ℣. Diſſeminabátur verbum Dómini per univerſam regiónem: * Et adoravérunt. 1. *Mach.* 4. *Act.* 13.

Lectio v.

Hi ſunt fratrum amató- res & pópuli Chriſ- tiáni, qui multùm ora- pro pópulo & univerſa ſan- ta civitáte. Hi ſunt q- multùm ſollíciti pro ſ- commiſſis domínicis ov- bus, cor ſuum tradunt vigilandum dilúculo ad D- minum qui fecit illos, in conſpectu Altíſſimi d-

vígilant &
ientes ſuam
& quia,
cuſtodíerit
ſtrà vígilat
. Porrò cum
præcípiat,
e, ne intré-
em; liquet
lúplici hoc
m, ſtudió-
non poteſt
'itas, non
ves.
icórdiis tuis
ne, non di-
* Columna
:eſſit ab eis
:olumna ig-
, ut oſtén-
er quod in-
℣. Conteſ-
is & porten-
irtútibus, &
i diſtributió-
mna. *Neh.* 9.

Conſid. Cap.
& 4.
vj.
ſe totos óvi-
ndis expóne-
ópere & nó-
es, nihil ſibi
lignum, niſi
'ium obviáre
n quærentes
, ſed impen-
ndêre curam,
ſtántiam, im-
s. Unde unus
go, ait, ſu-
pro animábus
nquàm díce-

rent: Non vénimus miniſtrári, ſed miniſtráre; ponébant, quóties oportuíſſet, ſine ſumptu Evangélium. Unus erat de ſúbditis quæſtus; una pompa, únaque voluptas, ſi quo modo eos poſſent paráre Dómino plebem perfectam. Id omnímodis ſatagébant, étiam in multa contritióne cordis & córporis, in labóre & ærumna, in fame & ſiti, in frígore & nuditáte. Ubi nunc, quæſo, conſuetúdo hæc? ſúbiit diſſímilis valdè.

℟. Sacerdótes ſine mácula, voluntátem habentes in lege Dei, * Mundavérunt ſancta, & † Tulérunt lápides contaminatiónis in locum immundum. ℣. Corripientes omnem hóminem, & docentes omnem hóminem in omni ſapiéntia, * Mundavérunt. Glória. † Tulérunt. 1. *Mach.* 4. *Coloſſ.* 1.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. c. Non noſmetipſos prædicámus, ſed Jeſum Chriſtum Dóminum noſtrum. 2. *Cor.* 4.

Ant. 4. A. Non gratis panem manducávimus ab áliquo, ſed in labóre & in fatigatióne, nocte & die operantes. 2. *Theſſ.* 3.

Ant. 5. a. Deus, qui dixit de ténebris lucem ſplendéſcere, ipſe illúxit in córdibus noſtris ad illumi-

natiónem ſciéntiæ claritátis Dei. 2. *Cor.* 4.

℣. Benedíximus vobis de domo Dómini : ℟. Deus Dóminus, & illúxit nobis. *Pſ.* 117.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio vij. Cap. 24.

IN illo témpore ; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis : Vigiláte, quia neſcítis quâ horâ Dóminus veſter ventúrus ſit. Et réliqua.

Homília ſancti Fulgéntii Epíſcopi.

Serm. I. de diſpenſat. Domini, n. 1.

DOminus Sermo quē debémus omnes, non ſolùm ſtudióſè, verùm étiam ſapienter audíre, cui nos oportet humíliter ac delectabíliter obedíre, moderatiónis ſuæ tenens ubíquè tempériem, ut nec óvibus deſint pábula, nec paſtóribus alimenta ; quædam ſpeciáliter ſolis præcipit nobis, quædam verò generáliter & nobis & vobis. Nobis namque, (id eſt, ſervis, quos Pater ille .famílias, rerum ómnium Dóminus, ad hoc in ſua magna domo conſtítuit, ut pópulo ejus verbum grátiæ miniſtrémus,) ſpeciáliter adjúngitur ſanctæ prædicatiónis offícium ; generáliter verò & nobis & vobis ſalutáris indícitur obſervántia mandatórum.

℟. Audíte, fílii : * Servíte Dómino in veritáte, & inquírite ut faciátis quæ plácita ſunt illi ; & fíliis veſtris mandáte ut ſint mémores Dei. ℣. Mementóte præpoſitórum veſtrórum, qui vobis locúti ſunt verbum Dei. * Servíte. *Tob.* 14. *Hebr.* 13.

Lectio viij.

SErvórum ígitur quos pópulo ſuo præpóſuit Dóminus, ſpeciáliter volens officium demonſtráre, ait : Quis, putas, eſt fidélis diſpenſátor & prudens, quem conſtítuit Dóminus ſupra famíliam ſuam, ut det illis in témpore trítici menſúram ? Beátus ille ſervus, quem cùm vénerit Dóminus, invénerit ita faciéntem. Quis eſt iſte Dóminus, fratres ? Chriſtus ſine dúbio, qui ſuis diſcípulis ait : Vos vocátis me, Magiſter & Dómine ; & benè dícitis ; ſum étenim. Quæ eſt étiam hujus Dómini família ? Nimírùm illa eſt, quam ipſe Dóminus de manu inimíci redémit, & ſuo domínio mancipávit. Hæc autem família ſancta eſt Eccléſia cathólica, quæ per orbem terræ copióſâ fertilitáte diffúnditur, & redemptam ſe pretióſo ſui Dómini ſánguine gloriátur.

℟. O fílii, æmulatóres eſtóte legis, & * Mementóte óperum patrum, quæ fecérunt in generatiónibus ſuis, & accipiétis glóriam magnam

nomen æter-
, obedíte pa-
:is in Dómi-
n juſtum eſt.
:. 1. *Mach.* 2.

n. 2. & 3.
or verò quis
m oportet eſſe
er ac pruden-
iobis oſtendit
qui de ſe ſuiſ-
quens ait : Sic
et homo ut
riſti , & diſ-
myſteriórum
n quæritur in-
óres , ut fidé-
veniátur. Ne
noſtrûm ſolos
penſatóres fac-
; negleƈtóque
itális offício ,
infidéliter im-
: dormítet ;
Apóſtolus Epiſ-
diſpenſatóres
ait : Oportet
pum ſine crí-
ſicut Dei diſ-
Servi patris-
nus ; menſú-
quam vobis
ccépimus. Quæ
menſúra trítici
; , ipſam quo-
beátus Paulus
ſtendit dicens :
Sicut Deus di-
'am fídei. Hu-
ienſúram vobis
Dómini damus,
aminári dono
itális , ſecun-
iemalis. A.

dùm régulam veræ fídei diſ-putámus ; & eamdem trítici menſúram per Domínicos diſpenſatóres accípitis , cùm quotídie per Dei fámulos verbum veritátis audítis.

℟. Jeſus Chriſtus, Princeps regum terræ , dilexit nos , & fecit nos regnum & Sacerdótes Deo & Patri ſuo : * Ipſi glória & impérium † In ſécula ſeculórum. ℣. Dómini eſt aſſúmptio noſtra , & Sanƈti Iſraël regis noſtri : * Ipſi. Gloria. † In. *Apoc.* 1. *Pſ.* 88.

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Domus Aaron , benedícite Dómino : ℟. Domus Levi , benedícite Dómino. *Pſ.* 134.

AD LAUDES.

Ant. 1. D. SIc nos exíſtimet homo ut miniſtros Chriſti , & diſpenſatóres myſteriórum Dei. 1. *Cor.* 4.

Ant. 2. Dei ſumus adjutóres : Dei agricultura eſtis ; Dei ædificátio eſtis. 1. *Cor.* 3.

Ant. 6. Fundamentum áliud nemo poteſt pónere , præter id quod póſitum eſt , quod eſt Chriſtus Jeſus : unuſquiſque autem vídeat quómodò ſuperædíficet. 1. *Cor.* 3.

Ant. 3. a. Licèt Angelus de cœlo evangelízet vobis præterquàm quod evangelizávimus vobis , anáthema ſit. *Gal.* 1.

Ant. 7. *d.* Sicut prædíximus, & nunc íterum dico: Si quis vobis evangelizáverit præter id quod accepiſtis, anáthema ſit. *Gal.* 1.

CAPITULUM. *Epheſ.* 5.

NEmo vos ſedúcat inánibus verbis; propter hæc enim venit ira Dei in fílios diffidéntiæ: nolíte ergò éffici partícipes eórum. Erátis enim aliquando ténebræ, nunc autem lux in Dómino.

HYMNUS.

O Qui pro grégibus das ánimam tuis,
Alto conſílio quàm benè próvidos
Caro ponis ovíli,
Quos tu, Chriſte, vocas duces!
Facti forma, Deo quem páriunt, gregis,
Quæ ſermóne docent, móribus éxprimunt;
Cùm mandant, amor urget;
Cùm damnant, amor árguit.
Ii dum corda ſacris légibus ímbuunt,
Diſcuſſis ténebris, ſtat fidéi decus;
Se-ſe pandit aperta
Pleno lúmine Véritas.
Nuſquàm lenta tenent ótia déſides;
Noctes atque dies invígilant agro,
Subrépens inimícus
Ne zizánia ſéminet.
Quas erráre vident à grege dévias,
Cautè ſollíciti per juga móntium,
Per deſerta requírunt,
Et portant húmeris oves.
Laus, qui Pontífices conſtítuit, Patri;
Paſtórum Cápiti, laus quoque Fílio;
Qui pinguédine mentes
Ungis, laus tibi, Spíritus. Amen.

℣. Sacerdótes tui, Dómine, induantur juſtítiam;
℟. Et Sancti tui exultent. *Pſ.* 131.

Ad Benedictus.

Ant. J. Chriſtus dedit quoſdam quidem Apóſtolos, alios autem Paſtóres & Doctóres, ad conſummatiónem ſanctórum, in opus miniſtérii, in ædificatiónem córporis Chriſti. *Epheſ.* 4.

Oratio.

DEus, qui in opus miniſtérii Evangélici, ſanctos quos cólimus Pontífices & Sacerdótes Spíritu veritátis ac dilectiónis implevíſti: eumdem ſuper nos Spíritum, quæſumus, benignus infunde; ut quod, te donante, miniſtérium accépimus, illud, te adjuvante, fidéliter impleámus; Per Dóminum... in unitáte ejuſdem.

Fit Commem. de Adventu, & de Virgine Deum paritura.

AD HORAS, Doxologia de Adventu, Qui liberátor ádvenis.

) PRIMAM.

. 1. D. Sic nos.

. br. ℣. Qui es Pón-

* conſeſſiónis noſtræ.

3.

TERTIAM.

Ant. 2. Dei.

.TULUM. 1. *Petr.* 2.

Chriſtum acceden-

s lápidem vivum, &

nquàm lápides vivi

dificámini, domus

ális, ſacerdótium

m, offerre ſpirituá-

ſtias, acceptábiles

er Jeſum Chriſtum.

br. Benedícite Dó-

n, * Qui ſtatis in

Dómini. Benedícite.

tóllite * manus veſ-

n ſancta, * Qui.

i. Benedícite. *Pſ.* 133.

Tóllite hóſtias, ℟. Et

te Dóminum in átrio

ejus. *Pſ.* 95.

) SEXTAM.

. 6. Fundamentum.

ITULUM. 2. *Cor.* 2.

)n ſumus ſicut plú-

imi, adulterantes

m Dei; ſed ex ſince-

, ſed ſicut ex Deo,

i Deo, in Chriſto

mur.

br. Iníquè non égi-

* In teſtamento tuo,

ne. Iníquè. ℣. Et non

it retrò * cor noſtrum,

Glória Patri. Iniquè.

Ecce qui elongant ſe

períbunt; ℟. Perdi-

mnes qui fornicantur

. *Pſ.* 72.

AD NONAM.

Ant. 7. *d.* Sicut.

CAPITULUM. *Jer.* 6.

HÆc dicit Dóminus: State ſuper vias, & vidéte; & interrogáte de ſémitis antíquis quæ ſit via bona, & ambuláte in ea: & inveniétis refrigérium animábus veſtris.

℟. *br.* Patres noſtri * Annuntiavérunt nobis. Patres. ℣. Opus quod operátus es, Dómine, * in diébus antiquis * Annuntiavérunt. Glória. Patres. *Pſal.* 43.

℣. Narravérunt nobis laudes Dómini, ℟. Virtútes ejus, & mirabília ejus. *Pſ.* 77.

AD II. VESPERAS.

Ant. 3. *a.* HI cuſtodiérunt elóquium tuum, Dómine, & pactum tuum ſervavérunt: judícia tua, ô Jacob; & legem tuam, ô Iſraël. *Deut.* 33.

Ant. 1. a. Locútus es cum eis de cœlo, Dómine; & dediſti eis judícia recta & legem veritátis, cæremónias & præcepta bona. *Neh.* 9.

Ant. 7. d. Multiplicaſti, Dómine, fílios eórum ſicut ſtellas cœli, & adduxiſti eos ad terram de qua díxeras pátribus eórum, ut ingrederentur & poſſidérent. *Neh.* 9.

Ant. 2. In columna nubis ductor eórum fuiſti, Dómine, per diem, & in columna ignis per noctem, ut

apparéret eis via per quam ingrediebantur. *Neh.* 9.

Ant. 5. C. Dixiſti eis, Dómine, ut ingrederentur & poſſidérent terram, ſuper quam levaſti manum tuam ut tráderes eis. *Neh.* 9.

CAPITULUM. *Dan.* 12.

Qui docti fúerint, fulgébunt quaſi ſplendor firmamenti; & qui ad juſtítiam erúdiunt multos, quaſi ſtellæ in perpétuas æternitátes.

HYMNUS.

Jam non bella furunt: poſt data prælia,
In longa plácidi pace quiéſcitis:
Gratâ nunc vice, Paſtor
Pleno Númine páſcitur.
Gens per vos Súperûm cœtibus addita,
Cœlo vos géminis plauſibus éxcipit:
Certat prompta corónas
Veſtris néctere fróntibus.
Denſis quæ fúerat núbibus óbſita,
Puro nuda patet lúmine Véritas;
Aris quæ latitábat,
Se nunc Hóſtia détegit.
Os quondam mádidum ſánguine Núminis,
De torrente bibit gáudia plénius;
Quem ſprevére, ſuperbo
Mundum nunc pede cónterunt.
Qui ſtelláta poli tángitis átria,
Proles veſtra ſumus, Pontífices ſacri;
Quæ ſupréma tenétis,
Nati poſſídeant bona.
Per vos aſſíduis culta labóribus
Tellus, nos ſégetes pínguior áttulit:
Veſtram ferte ſuperni
Meſſem Patris in hórrea.
Jugis, ſumma Trias, ſit tibi glória;
Quæ ſolemne tuo præpóſitis gregi,
Pro mercéde labóris,
Te das pródiga præmium.
Amen.

℣. Inebriabuntur ab ubertáte domûs tuæ, Dómine;
℟. Et torrente voluptátis tuæ potábis eos. *Pſ.* 35.

Ad Magníficat.

Ant. 6. In his ſecunda mors non habet poteſtátem; ſed erunt Sacerdótes Dei & Chriſti, & regnábunt cum illo. *Apoc.* 20.

Oratio, ut ſuprà ad Laudes.

Fit Comm. de Adventu, & de Virgine Deum paritura.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 1. F. Advéniet dies Dómini ut fur: propter quod, caríſſimi, ſatágite immaculáti & invioláti ei inveníri in pace. 2. *Petr.* 3.

Hymnus de Adventu, In noctis: *cum ſua Doxologia.*

Ad Nunc dimittis.

Ant. 3. E. Ecce vénio ſicut fur: beátus qui vígilat, & cuſtódit veſtimenta ſua. *Apoc.* 16.

D I E V I.
In Feſto
CTI NICOLAI,
yrenſis Epiſcopi.
Semiduplex.
lie AD VESP. Pſalmi
la Ant. Suſcitábo.
rat. Deus, qui. *infrà.*
mem. de Adventu,
Virgine Deum pari-

Lectio ij.
ſtoria ejus apud Su-
n, Tillemont, &c.
coláus Myræ, quæ
yciæ Metrópolis eſt,
pus, pópulis ómni-
ſteri & vulgátâ famâ
eſt. Quanto honóre
hábitus à Græcis, vel
eſtátur precátio in-
Litúrgiæ, quæ ſancti
is Chryſóſtomi nómi-
ſcríbitur. Multæ ſub
nómine erectæ ſunt
antinópoli Baſílicæ.
præſentem opem ſen-
e Theodórus, qui
ſem ejus ſedem tené-
coram Pátribus in
a ſecunda Synodo
ſtátus eſt ad aſſeren-
& confirmandam,
priùs impugnáverat,
m Sanctórum ima-
s veneratiónem. Cùm
octingentéſimo ſépti-
x quidam Arabum,
id nómine, Myrâ
átâ, ſacram urnam
a ſancti Nicolái cor-
ſervabátur, confrín-
entáret; & in vicí-
ex erróre vim & ictus inferret, eum, ut ſcribit Theóphanes, ſanctus & Thaumaturgus Nicoláus manifeſtâ ultióne exagitávit: extempló enim, inquit, immánis ventórum procella, marinórum flúctuum ímpetus, tonítruum fulgurumque promíſcua tempeſtas ádeò claſſem jactávit, ut pleræque naves conquaſſátæ ſubmergerentur; ipſeque Dei hoſtis Chumid, Sancti virtútem expertus, vix ac præter ſpem potúerit effúgere.

Lectio iij.

EX ejus ſepulcro ſtillábat óleum depellendis váriis morbórum genéribus ſalúbre, quod penículo extractum ex urna fidélibus diſtríbui ſolébat in váſculis. Eórum nonnullis in Occidentem allátis, cœpit apud Latínos nóminis & miraculórum ejus fama celebrári, quam prædicant nono ſéculo Martyrológia Uſuardi & Adónis. In Gálliis jam ad annum milléſimum trigéſimum, Robertus rex in palátio régio Paríſiis Baſílicam ſub nómine ſancti Nicolái condíderat. Aucta eſt autem imprímis ſancti Pontíficis venerátio, ex quo, devaſtátâ à Turcis Myrâ, allátum eſt corpus ejus Bárium in Apúlia, anno ſalútis milléſimo octogéſimo ſéptimo. Ibi enim extructa eſt impenſis civitátis Baſílica,

quam in honórem ſancti Nicolái Urbánus Papa ſecundus, poſt biénnium in Apúliam véniens, dedicávit; in eáque ſacrum corpus cóndidit.

Oratio.

DEus, qui beátum Nicoláum Pontíficem innúmeris decoraſti miráculis: tríbue, quæſumus, ut omnes qui ejus implórant auxílium, petitiónum ſuárum ſalutárem conſequantur effectum; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum.

Commem. de Adventu, & de Virgine Deum paritura.

DIE VIII. DECEMBRIS.

IN FESTO
ONCEPTIONIS
B. MARIÆ VIRGINIS.

SOLEMNE-MINUS.

I. VESPERIS.
Pſalmi de Feria.

. A Mulíere inítium
r. factum eſt pec-
, & per illam omnes
rimur. *Eccli.* 25.
Int. 6. Dixit Dóminus
is ad mulíerem : Quarè
feciſti ? Quæ reſpon-
: Serpens decépit me.
eſ. 3.
Int. 3. *a*, Ait Dóminus
us ad ſerpentem : Quia
iſti hoc, inimicítias po-
n inter te & mulíerem,
ſemen tuum & ſemen
us. *Geneſ.* 3.
Int. 1. D. Ipſa cónteret
ut tuum ; & tu inſidiá-
ris cálcáneo ejus. *Gen.* 3.
Int. 2. Dómine, erit
memoriále nóminis tui,
n manus féminæ dejé-
it eum. *Judith* 9.
APITULUM. *Sophon.* 3.
Ætáre & exulta in omni
corde, fília Jeruſa-
: ábſtulit Dóminus ju-
ium tuum ; avertit ini-
mícos tuos : Rex Iſraël Dó-
minus in médio tuî.

℟. Benedictus Dóminus, qui creávit cœlum & terram, * Qui te diréxit in vúlnera cápitis príncipis inimicórum noſtrórum. ℣. Fecit poténtiam in bráchio ſuo : diſperſit ſuperbos mente cordis ſuis ; * Qui. Glória. *Repet.* ℣. Benedictus. *uſquè ad* ℣. *Judith* 13. *Luc.* 1.

HYMNUS.

DÉbitam morti ſóbolem creârat
Eva peccátrix : nova deſtinátur,
Quæ ſacro partu ſcelus atque mortem
Déſtruat, Eva.
Victa ſerpentis fuit illa fraude ;
Intimis virus récipit medullis :
Vulnus hæc ſanat, tumidíque colla
Cónterit anguis.
Quò dolus ceſſit ? Dómitâ parente,

Tótius ſperat ſóbolis ruí-
nam :
Omnibus reddet Sóboles
parentis
Una ſalútem.
Sic lucro cedunt, Dómino
volente,
Damna, dùm gratâ vice
per Maríam
Delet antíquam nova
vita mortem,
Grátia culpam.
Díceris mater quoque noſ-
tra, Virgo;
Te proba noſtram, pia
Virgo, matrem,
Éfficax blandis précibus
ſevérum
Fléctere Numen.
Laus ſit æternæ ſua Trini-
táti,
Quæ laborantem miſe-
ráta mundum,
Próximos Chriſti, præ-
eunte Matre,
Núntiat ortus.
Amen.

℣. Deus rex noſter operátus eſt ſalútem : ℟. Tu confregiſti cápita dracónis. *Pſ.* 73.

Ant. 5. C. *duplic.* Benedíxit te Dóminus in virtúte ſua, quia per te ad níhilum redégit inimícos noſtros. *Judith.* 13.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Fit Commem. de Adventu tantùm.

Ad Complet. *Pſalmi & Capit. de Fer. Reliqua, ut infrà poſt II. Veſperas.*

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Jeſum de María natum, * Veníte, adorémus. *Matth.* 1.

Pſ. 94. Veníte. &c.

HYMNUS.

LÆtis terra ſonet pláuſibus; huic Dei
Mater virgo datur: múnere quo nova
Se rerum fácies prótinùs éxerit,
Mundo pax redit áurea.
Hæc eſt illa domus, qui Deus ádvena
In terris hábitat, digna Deo domus;
Templum grande, ſibi quod própriâ manu
Summus cóndidit Artifex.
Aureis arca vetus fúlſerit úndiquè
Scintillans rádiis: hæc vácuas decent
Umbras: intérior Núminis ípſius
Arcam nobílitas decet.
Non hîc manna latet, légifer aut lapis,
Non ramus ſtérilis: ſed viget hîc ferax
Virtútum; ſacer hîc panis, homo Deus;
Hîc legis réſidet dator.
Sit laus ſumma Patri, ſummaque Fílio:
Ambórum ſit idem Spirítui decus,
Arcánis hábilem qui thálamum modis
Chriſto præparat hóſpiti.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Pſ. Dómine Dóminus noſter. 46.

ım incarnatum, An-
r mortalitatem mi-
n, per divinitatem
altatum.
1. g. Sanctificábo
iculum teſtimónii;
tábo in médio filió-
ſraël, eróque eis
Exod. 29.
Cœli enarrant. *cum*
iſione. 58.
m, Apoſtoli : ſol,
r : Lex, Evangelium.
5. a. Opus grande
ıeque enim hómini
átur habitátio, ſed
. *Paral.* 29.
ructávit cor meum.

hus, Rex : Regina,
Mater.
2. Scient gentes
go Dóminus ſancti-
Iſraël, cùm fúerit
cátio mea in médio
. *Ezech.* 37.
Hæc réquies mea :
habitábo, quòniam
ım. *Pſ.* 131.
Iſaía Prophéta.
i. Cap. 44.
Audáte, cœli, quó-
niam miſericórdiam
fecit Dóminus : ju-
, extréma terræ : re-
, montes, laudatió-
ſaltus & omne lig-
jus; quóniam redé-
óminus Jacob, &
gloriábitur. Hæc di-
ominus, redemptor
ι formátor tuus ex
Ego ſum Dóminus
; ómnia, extendens
cœlos ſolus, ſtabíliens ter-
ram, & nullus mecum.
¶Hæc dicit Dóminus Deus :
Convertímini ad me, &
ſalvi éritis. *Nihil reſpon-*
detur.

℟. Sanctificávit taberná-
culum ſuum Altíſſimus :
* Deus in médio ejus : Dó-
minus virtútum nobiſcum,
ſuſceptor noſter Deus Ja-
cob. ℣. Virgo in útero ha-
bébit, & pariet fílium; &
vocábunt nomen ejus Em-
mánuel, quod eſt interpre-
tátum, Nobiſcum Deus.
* Deus. *Pſ.* 45. *Matth.* 1.

Lectio ij. Cap. 45.

EGo Dóminus, & non
eſt alter, formans lu-
cem, & creans ténebras,
fáciens pacem, & creans
malum : ego Dóminus fá-
ciens ómnia hæc. Roráte,
cœli, déſuper; & nubes
pluant Juſtum : aperiátur
terra, & gérminet Salva-
tórem; & juſtítia oriátur
ſimul : ego Dóminus creávi
eum. Hæc dicit, &c.

℟. Elégit Dóminus eam,
* Elégit eam in habitatió-
nem ſibi. ℣. Perficientur ea
quæ dicta ſunt à Dómino.
* Elégit eam. *Pſ.* 131. *Luc.*
1.

Lectio iij.

HÆc dicit Dóminus :
Labor Ægypti, & Sá-
baïm viri ſublímes ad te
tranſíbunt, & tui erunt;
poſt te ambulábunt; vincti
mánicis pergent, & te ado-
rábunt, teque deprecabun-

tur. Tantùm in te eſt Deus, & non eſt abſque te Deus. Verè tu es Deus abſcónditus, Deus Iſraël ſalvátor. Confúſi ſunt & erubuérunt omnes : ſimul abiérunt in confuſiónem fabricatóres errórum. Iſraël ſalvátus eſt in Dómino ſalúte æternâ. Hæc dicit, &c.

℟. Deſcendet ſicut plúvia in vellus : * Benedictum nomen majeſtátis ejus in æternum, & † Replébitur majeſtáte ejus omnis terra. ℣. Ecce tabernáculum Dei cum homínibus, & habitábit cum eis ; & ipſe Deus cum eis erit eórum Deus. * Benedictum. Glória Patri. † Replébitur. *Pſ.* 71. *Apoc.* 21.

IN II. NOCTURNO.

Pſ. Deus noſter refúgium. 153.

Vivum Dei tabernaculum non commovebitur.

Ant. 7. *d.* Ipſa eſt múlier quam præparávit Dóminus Fílio Dómini mei. *Gen.* 24.

Pſ. Deus, judícium tuum regi da. *Cum ſua diviſione.* 59.

Incarnati Verbi ortus ineffabilis & immenſa poteſtas.

Ant. 8. *G.* Benedícam ei, & ex illa dabo Fílium cui benedictúrus ſum. *Gen.* 17.

Pſ. Benedixiſti Dómine, terram tuam. 63.

Terra Iſraël hoſtibus liberata dat fructum ſuum Chriſtum.

Ant. 1. *D.* Conſtítuam pactum meum illi in fœdus ſempiternum, & ſémini ejus. *Gen.* 17.

℣. Benedicentur in ipſo omnes tribus terræ : ℟. Omnes gentes magnificábunt eum. *Pſ.* 71.

Abſol. & Benedict. de B. M. V.

Ex libro ſancti Epiphánii Epíſcopi adverſus Hæreſes.

Hær. 78. *Lectio iv.*

María ſignificátur per Evam, quæ mater vivéntium ænígmatis involúcro nuncupátur. Illìc enim mater vivéntium appelláta eſt, cùm jam illud audiſſet, Terra es, & in terram revertéris, poſt transgreſſiónem. Idque mirum eſt, quòd poſt offenſiónem tam magnum cognómen ei attribútum fuit. Ac ſecúndùm id quod ſénſibus óbvium eſt, ab illa Eva totíus géneris humáni orígo in terra deducta eſt: hîc verò à María vita ipſa verè in mundum introducta eſt, ut viventem páriat, & ſic María mater vivéntium. Per ænigma ígitur María mater vivéntium vocáta eſt.

℟. Ecce draco ſtetit ante mulíerem quæ erat paritúra Fílium qui rectúrus erat omnes gentes : * Et projectus eſt draco ille magnus, ſerpens antíquus, qui ſedúcit univerſum or-

℣. Per manum fémi-
:rcuſſit illum Dómi-
Deus noſter : * Et
:tus eſt draco. *Apoc.*
ıdith 13.

Lectio v.

a homínibus cauſam
ıortis áttulit : per
quippè mors intrávit
.undum. María verò
:auſam præbuit, per
vita nobis nata
.tque ídeò Fílius Dei
ındum advénit ; &
ıbundávit delictum,
abundávit grátia :
dè mors áccidit, vita
acceſſit, ut in mortis
ı vita ſuccéderet, &
m à mulíere mortem,
ui è mulíere, vita
et noſtra, natus erat,
leret. Et quia illìc
m Eva, cùm eſſet
, in tranſgreſſióne
:diéntiæ éxtitit ; rur-
er vírginem facta eſt
iéntia grátiæ, cùm
gelizátus eſt de cœlo
ıtus vitæ æternæ ſé-
um carnem.
In multitúdine forti-
is ſuæ dixit ſe júve-
occiſúrum, infantes
in prædam & vírgi-
: * Dóminus autem
ipotens nócuit eum,
ádidit eum in manus
ıæ, & confódit eum.
átus eſt draco in mu-
n ; & ábiit fácere præ-
cum réliquis de ſé-
ejus : * Dóminus.
th 16. *Apoc.* 12.

Lectio vj.

NAm illìc ait ad ſerpentem Deus : Inimicítias ponam inter te & inter illam, inter ſemen tuum & ſemen illíus. Atqui nuſquàm ſemen mulíeris invenítur : undè non áliter, quàm per adumbratiónem ad Evam illæ inimicítiæ referuntur, quas cum hujus ſtirpe ſerpens, atque in eo diábolus & invídia exercent. Et perfectè quidèm accommodári ad illam univerſa néqueunt ; verè autem implentur in fémine ſancto, exímio, ac ſingulári, quod à ſola María vírgine ſine ullo viri confórtio propagátum eſt.

℟. Deus noſter adimplévit miſericórdiam ſuam quam promíſit dómui Iſraël ; * Et † Interfécit in manu mea hoſtem pópuli ſui. ℣. Suſcépit Deus Iſraël púerum ſuum, recordátus miſericórdiæ ſuæ : * Et interfécit. Glória. † Interfécit. *Judith* 13. *Luc.* 1.

IN III. NOCTURNO.

Pſ. Fundamenta ejus. 154.

Gloria civitatis Dei, in qua natus eſt Chriſtus.

Ant. 3. c. Ego ſum Deus Abraham patris tui ; noli timére, quia ego tecum ſum : benedícam tibi. *Geneſ.* 26.

Pſ. Dóminus regnávit, exultet terra. 64.

Regnat Chriſtus ; indè lætatur Sion , exultantque filiæ Judæ.

Ant. 6. Ponam thronum regni ſuper Iſraël in ſempiternum , ſicut locútus ſum David patri tuo. 3. *Reg.* 9.

Pſ. Cantáte Dómino. . . quia. 50.

Chriſti Salvatoris manifeſtatio : indè univerſæ terræ gaudium.

Ant. 4. *E.* Benedictiónes patris tui confortátæ ſunt benedictiónibus patrum ejus , donec veníret deſidérium cóllium æternórum. *Gen.* 49.

℣. Diſpóſui teſtamentum electis meis : ℟. Jurávi David : In æternum præparábo ſemen tuum. *Pſ.* 88.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio vij. Cap. 1.

LIber generatiónis Jeſu Chriſti , fílii David , fílii Abraham. Abraham génuit Iſaac , Iſaac autem génuit Jacob. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Lib. 2. *de conſenſu Evang. Cap.* 1.

MAtthæus Evangeliſta ſic orſus eſt : Liber generatiónis Jeſu Chriſti , fílii David , fílii Abraham. Quo exórdio ſuo ſatìs oſtendit , generatiónem Chriſti ſecundùm carnem ſe ſuſcepiſſe narrandam. Secundùm hanc enim Chriſtus fílius hóminis eſt , quod étiam ſe ipſe ſæpiſſimè appellat , commendans nobis quid misericórditer dignátus ſit eſſe pro nobis. Nam illa ſuperna & æterna generátio , ſecundùm quam Fílius Dei unigénitus eſt ante omnem creatúram , quia ómnia per ipſum facta ſunt ; ita ineffábilis eſt , ut de illa dictum à Prophéta intelligátur : Generatiónem ejus qui enarrábit ?

℟. Abrahæ dictæ ſunt promiſſiónes , & sémini ejus. * Non dicit : Et ſemínibus , quaſi in multis ; ſed , quaſi in uno , Et sémini tuo , qui eſt Chriſtus. ℣. Dixit Abraham Deus : Státuam pactum meum , ut ſim Deus tuus , & séminis tui poſt te , dabóque tibi & sémini tuo poſſeſſiónem æternam. *Non dicit. *Galat.* 3. *Gen.* 17.

Lectio viij.

EXéquitur ergò humánam generatiónem Chriſti Matthæus , ab Abraham generatóres commémorans , quos perdúcit ad Joſeph virum Maríæ , de qua natus eſt Jeſus. Neque enim fas erat , ut ob hoc eum à conjúgio Maríæ ſeparandum putáret , quòd non ex ejus concúbitu , ſed virgo péperit Chriſtum. Hoc enim exempló magníficè inſinuátur fidélibus conjugátis , étiam

nſenſu con-
e permanére
úgium, non
ooris ſexu,
nentis affec-
quia naſci
: pótuit ſine
a carnáli,
olos gignen-
endus eſt.
ſraël eréxit
nobis in do-
ri ſui, * Ad
iſericórdiam
noſtris, &
tamenti ſui
jurávit ad
Jurávit Dó-
eritátem, &
ir eam, * Ad
c. 1. *Pſ.* 131.
Cap. 2.
enter dicat
Paulus ex
ſecundùm
um, ipſam
m de ſtirpe
n conſangui-
e, dubitáre
émus. Cujus
am nec ſa-
us tacétur,
acâ, quòd
eſſet Eliſa-
icit de filiá-
irmíſſimè te-
rnem Chriſti
ere propagá-
a ſcílicèt &
a quibus per-
m pópulum
iam myſtica
itur, id eſt,
è Chriſti no-

men elúcet, tantò antè étiam illâ evidentíſſimâ ſignificatióne prænuntiátum.

℞. Fecit mihi magna qui potens eſt, & ſanctum nomen ejus: * Et miſericórdia ejus à progénie in progénies timéntibus eum. ℣. Cogitáte per generatiónem & generatiónem, quia omnes qui ſperant in eum, non infirmantur; * Et miſericórdia. Glória Patri. *Repetitur* ℞. Fecit mihi. *uſquè ad* ℣. *Luc.* 1. 1. *Mach.* 2.

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Adjuvábit eam Deus ℞. Manè dilúculo. *Pſ.* 45.

AD LAUDES.

Pſalmi de Dominica.

Ant. 8. G. BEnedicta es tu, fília, à Dómino Deo excelſo præ ómnibus muliéribus ſuper terram. *Judith.* 13.

Ant. 3. a. Dóminus fáciens & formans te; ab útero auxiliátor tuus. *Iſ.* 44.

Ant. 1. f. Ex te mihi egrediétur qui ſit dominátor in Iſraël; & egreſſus ejus ab inítio, à diébus æternitátis. *Mich.* 5.

Canticum, Incípite. *ut in Pſalterio.* 149.

Ant. 2. Soror noſtra es, creſcas: & poſſídeat ſemen tuum portas inimicórum ſuórum. *Gen.* 24.

Ant. 4. a. In te benedicentur univerſæ cognatiónes terræ. *Gen.* 12.

Capitulum. *Rom.* 15.

Erit radix Jeſſe, & qui exurget régere gentes: in eum gentes ſperábunt.

H y m n u s.

Mortále, cœlo tolle, genus, caput:
En noctis horror déſiit; en jubar
Naſcentis auróræ propinquum
Admónuit properáre Solem.

Sacro tumentes gérmine jam polus
Terras amícis ímbribus írrigat:
De ſtirpe Jeſſe virga ſurgit,
Conſpícuum paritúra florem.

Cœleſtis illum grátia Spíritûs
Inunget: illi Juſtítia & Fides,
Timorque caſtus, Veritaſque
Et Píetas cómites præíbunt.

Hunc ergò, quem tot ſecla fidélibus
Votis anhélant; quem míſero Deus
Promíſit orbi, ſpem ſalútis,
Accélera, pia Virgo, fructum.

Sit Trinitáti perpétuum decus,
Inflicta mundo quæ míſerans mala,
In matre pignus naſcitúri
Non dúbium dat habére Chriſti. Amén.

℣. Semèl jurávi David in ſancto meo: ℟. Semen ejus in æternum manébit. *Pſ.* 88.

Ad Benedictus.

Ant. 6. *duplicanda.* In me ancilla ſua adimplévit Dóminus Deus noſter miſericórdiam ſuam, quam promíſit dómui Iſraël. *Judith* 13.

Oratio.

Famulis tuis, quæſumus, Dómine, cœleſtis grátiæ munus impertíre; ut quibus beátæ Vírginis partus éxtitit ſalútis exórdium, Conceptiónis ejus votíva ſolémnitas pacis tríbuat incrementum; Per Dóminum.

Fit ſola Comm. de Adv.

A D H O R A S.

Doxologia.

Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória
Cum Patre, cumque Spíritu,
In ſempiterna ſǽcula.
Amen.

Pſalmi de Dominica.

A D P R I M A M.

Non dicitur Symbolum, Quicumque.

Ant. 8. G. Benedicta es.

In ℟. *br.* ℣. Qui natus es * de María vírgine. *Matth.* 1.

Canon proprius. clviii.

A D T E R T I A M.

Ant. 3. a. Dóminus.

Capitulum. *Eccli.* 24.

Qui creávit me, requiévit in tabernáculo

meo, & dixit mihi : In Jacob inhábita, & in Iſraël hæreditáre, & in electis meis mitte radíces.

℟. *br.* De ventre matris meæ * Deus meus es tu, * Allelúia, allelúia. De ventre. ℣. Spes mea * ab ubéribus matris meæ, * Allelúia. Glória. De ventre. *Pſ.* 21.

℣. Tu poſſediſti, Dómine, renes meos : ℟. Suſcepiſti me de útero matris meæ. *Pſ.* 138.

AD SEXTAM.

Ant. 1. f. Ex te mihi egrediétur.

CAPITULUM. *Mal.* 3.

ECce ego mitto Angelum meum, & præparábit viam ante fáciem meam : & ſtatim véniet ad templum ſuum Dominátor quem vos quæritis, & Angelus teſtamenti quem vos vultis : ecce venit, dicit Dóminus exercítuum.

℟. *br.* Propè timentes Dóminum * ſalutáre ipſíus, * Allelúia, allelúia. Propè. ℣. Ut inhábitet glória * in terra noſtra. * Allelúia. Glória. Propè.

℣. Dóminus dabit benignitátem, ℟. Et terra noſtra dabit fructum ſuum. *Pſ.* 84.

AD NONAM.

Ant. 4. a. In te.

CAPITULUM. *Judith* 13.

NOmen tuum Dóminus ita magnificávit, ut non recédat laus tua de ore hóminum, qui mémores fúerint virtútis Dómini in æternum.

℟. *br.* Ipſe eſt Dóminus Deus tuus, * & adorábunt eum, * Allelúia, allelúia. Ipſe. ℣. Vultum tuum deprecabuntur * omnes dívites plebis, * Allelúia. Glória. Ipſe.

℣. Pópuli confitebuntur tibi in æternum : ℟. Mémores erunt nóminis tui. *Pſ.* 44.

AD II. VESPERAS.

Pſalmi de Officio parvo.

Ant. 2. SIcut lílium inter ſpinas, ſic amíca mea inter fílias. *Cant.* 2.

Ant. 4. E. Tota pulchra es, amíca mea ; & mácula non eſt in te. *Cant.* 4.

Ant. 1. f. Hortus conclúſus ſoror mea ſponſa ; hortus conclúſus, fons ſignátus. *Cant.* 4.

Ant. 5. C. Fons hortórum, púteus aquárum vivéntium, quæ fluunt ímpetu de Líbano. *Cant.* 4.

Ant. 7. *d.* Surge, amíca mea, ſpecióſa mea ; & veni. *Cant.* 2.

CAPITULUM. *Iſ.* 62.

VOcábitur tibi nomen novum, quod os Dómini nominábit : & eris coróna glóriæ in manu Dómini, & diadéma regni in manu Dei tui.

Allelúia, allelúia. ℣. Afferentur Regi vírgines poſt eam ; próximæ ejus afferentur tibi. Allelúia. *Pſ.* 44.

HYMNUS.

UNus bonórum fons,
Deus, ómnium,
Quàm liberáli fundis
opes manu!
Non antè conceſſis Ma-
ríam
Quot próperas cumuláre
donis!
Inter rigentes, ceu roſa,
cláuditur
Spinas, & acres vincit
acúleos;
Præſens amáram viru-
lenti
Grátia vim frúticis re-
tundit.
Quantùm pudícas ínclyta
vírgines
Præſtat remóto quæ dó-
minam gradu
Sequuntur, & Regis pa-
rentem
Sidéreâ comitantur aulâ!
Nec Angelórum par decus:
hi Deo
Adſtant ſedenti; fert hó-
minem Deum
María, nomen dulce ma-
tris
Virgíneo ſócians honóri.
Regína mundi, Virgo clién-
tium
Tutéla, mœſtis perfú-
gium reis,
Fer noſtra Nato vota:
triſtem
Non pátitur génitrix re-
pulſam.
Sit Trinitáti perpétuum de-
cus,
Inflicta mundo quæ mí-
ſerans mala,
In matre pignus naſcitúri

Non dúbium dat h
Chriſti. Amen.
℣. Omnis glória e
liæ regis ab intùs:
fímbriis áureis ci
micta varietátibus.
Ad Magníficat
Ant. 1. D. *dup*
Una eſt columbà
perfecta mea:
eam fíliæ, & bea
prædicavérunt. *Ca*
Oratio, *ut ſupr*
des.
Fit ſola Comme
ventu.
AD COMPLET
Pſſ. & *Capit. de*
Ant. 2. Ecce tér
rient terram, &
pulos; ſuper te a
tur Dóminus. *Iſ.*
Hymn. Virgínei
Ad Nunc di
Ant. 1. g. In
ortûs tui, omne
laudem Dómin
tiantes. *Iſ.* 60.
DIE I
SANCTÆ LEO
Virginis & Ma
Commemor
Lectio i
Ex Martyrol. Ro
roniique in ipſi
ac ex Hiſt. Con
LEocádia vir
tána, ferv
cletiáni imperat
cutióne, à præ
paniárum Dacián
cerem detrúſa e
cùm prælia vi
beátæ Euláliæ &

diviſſet, pó-
ım génibus,
ɔrávit ut ejuſ-
párticeps ſie-
er orandum,
Chriſto ſpíri-
t. Saracénis
ſtántibus, ſa-
liæ corpus in
ım fuiſſe trá-
Toléti in ejus
ctæ basílicæ;
a ubì nata,
aſſa, tértia
lta fuit. Plu-
juntur Synodi
æque celebér-
cclésia ſanctæ
ɔitæ, quibus
píſcopi pro-
ɪenſis.
'ES, pro ejus
ıt. Factus eſt.
as. *Oratio*,
ter. lviij.
ımem. de Vir-
ritura.
E X.
EULALIÆ,
Martyris,
ıoratio.
VESP. Ant.
)eus. liv. *Ora-*
ɔotens. lviij.
Commem. de
n paritura.
io iij.
de Coronis,
ſid. Hiſpal. in
reg. Tur. lib.
Mart.
go apud Eme-
ùm Luſitániæ
eſſet annórum

nata duódecim, furóri Daciáni præfecti, qui Chriſtiános vel ad idólis ſacrificandum, vel ad necem quærébat, à matre prærepta, aliquámdiu ruri procul ab urbe delitéſcere coacta eſt. Verùm inde noctu fúgiens, per ínvia & vepres carpens iter, angélico ſtipata choro, ipsíque lucem præbente, manè urbem ingréditur: ſtatimque ad tribunal progreſſa, ſe chriſtiánam eſſe declárat; idóla protérere ſe ſub pédibus exclámans, ac deos eorumque cultóres nihil eſſe. Quibus auditis accenſus prætor, cum nec minis nec blandítiis Euláliam à fide Chriſti deterrére poſſet, jubet eam ſupplíciis óbrui. Tum péctori & utríque vírginis láteri admótis fácibus, voráces flammas, ore párvulo hauríre viſa eſt, ſpiritumque ſub ſpécie columbæ læta ſponſo réddere. Huic vírginem Júliam martyrii & corónæ ſociam adjungunt. Euláliæ corpus Emerítæ magnâ religióne magnóque ſuffragiórum fructu cólitur. Sanctam mártyrem váriis inſignibuſque miráculis claruiſſe teſtantur ſanctus Iſidórus Hiſpalenſis, & ſanctus Gregórius Turonenſis.

AD LAUD. pro ejus Commem. Ant. Factus eſt. ℣. Hæréditas. *Oratio*, Omnípotens. lviij.

Deindè Commem. de Virgine Deum paritura.

VESPERÆ de ſequenti.

Die XI.

In Feſto SANCTI PAULI, primi Narbonenſis Epiſcopi.

Duplex-majus.

IN I. VESPERIS.

Pſalmi de Feria, & ſic in reliquo Officio.

Ant. 1. D. MIttam ex eis qui ſalváti fúerint ad gentes, ad eos qui non audiérunt de me, & non vidérunt glóriam meam. *Iſ.* 66.

Ant. 2. Seminábo eos in pópulis, & confortábo eos in Dómino; & in nómine ejus ambulábunt. *Zach.* 10.

Ant. 3. a. Scient germen eórum in médio populórum: omnes qui víderint eos, cognoſcent illos, quia iſti ſunt ſemen cui benedixit Dóminus. *Iſ.* 61.

Ant. 4. E. Annuntiábunt glóriam meam géntibus, & addúcent fratres veſtros de cunctis géntibus donum Dómino. *Iſ.* 66.

Ant. 5. a. Incurvábitur ſublímitas hóminum; & elevábitur Dóminus ſolus in die illa; & idóla pénitùs conterentur. *Iſ.* 2.

Capitulum. *Iſaïæ* 49.

HÆc dicit Dóminus Deus: Ecce levábo ad gentes manum meam, & ad pópulos exaltábo ſignum meum. Et áfferent fílios tuos in ulnis, & fílias tuas ſuper húmeros portábunt.

℟. Dóminus Deus nunc magnificábitur uſque ad términos terræ: * Et erit in die illa, dicit Dóminus, períre fáciam ſculptília tua, & non adorábis ultrà ópera mánuum tuárum. ℣. Géntibus miſſum eſt hoc ſalutáre Dei, & ipſi áudient. * Et erit. Glória Patri. * Et erit. *Mich.* 5. *Act.* 18.

Hymnus.

PRome, Gens, lætus, Atacína, cantus,
Hæc dies Paulo ſacra dùm recurrit;
Ac tui plaudens memoranda pange
Facta Parentis.

Multa Románâ pátiens in urbe,
Non perit; nobis Deus hunc parábat:
Sicque non fuſo méruit vocári
Sánguine martyr.

Núminis ſummi ſtimulante juſſu,
Gállicæ gentis petit arva Præſul;
Et fidem ſpargens, veneranda firmat
Dógmata ſignis.

Primus obſcúræ ténebras repellit
Noctis, ac primus rádios ſalúbris
Lucis huc defert, docet & ſupernæ
Múnera vitæ.

noſtrórum píetas avórum
rit ex illo : máneat ſuperſtes ;
ſta nec longo minuentis ævi
óncidat uſu.
a laus Patri, Genitóque ſumma ;
s tibi compar, utriuſque Nexus,
ite quo, Genti ſacra Paulus affert
erba ſalútis. Amen.
Dóminus dabit verenvangelizántibus, túte multâ. *Pſ.* 67.
ld Magníficat.
, 5. C. Ecce ſuper
s pedes evangelizan-
& annuntiantis pa-
Célebra, Juda, feſ-
es tuas, & redde
ia. *Nahum.* 1.
tio, Deus, cujus. *ut*
ad Laudes.
Commem. de Ad-
& de Virgine Deum
ra.
COMPLETORIUM, *ut*
oſt II. Veſperas.
FFICIUM NOCT.
t. Deum qui de téne-
os vocávit in admi-
lumen ſuum, * Ve-
adorémus. 1. *Petr.* 2.
. 94. Veníte. 2.
HYMNUS.
x ô quanta fugit,
quantus adeſt dies,
Chriſtum réſonans,
ox ſacra Núminis,
tem Paulus aperto
lúmine récreat!

Plebem Præco Dei crímina dédocet,
Sanctos ſubſtítuit rítibus ímpiis;
Et ſermóne potenti
Aras fánaque déſtruit.
Duri cultor agri, cónſerit áſperis
Sinceræ fídei ſémina méntibus :
Hoc fœcunda labóre,
Tellus quam ſégetem dabit!
Diſpar facta novis Gens ſibi móribus,
Chriſtum merſa ſacris fóntibus índuit;
Et dat thura ſuprémo,
Spretis numínibus, Deo.
Hæc, ô Chriſte, tibi débita múnera;
Autor tu fídei : namque forìs ſonans
Dum vox pércutit aures,
Mentes tu bonus érudis.
Sit laus ſumma Patri, ſúmmaque Fílio;
Sit par, ſancte, tibi laus quoque, Spíritus,
Qui de fúneris ulnis
Ad vitam pópulos vocas.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 8. *G.* Audívi vocem Dómini dicentis : Quem mittam? & quis ibit nobis? Et dixi : Ecce ego, mitte me. *Iſ.* 6.

Ant. 3. a. Dixit Dóminus ad me : Ecce dedi verba mea in ore tuo; ecce conſtítui te hódie ſuper gentes, ut evellas & plantes. *Jerem.* 1.

Ant. 6. Dóminus dixit mihi : In gentes nunc ego mitte te, aperíre óculos eórum, ut convertantur à ténebris ad lucem. *Act.* 26.

℣. Laudáte Dóminum, omnes gentes : ℟. Laudáte eum, omnes pópuli. *Pſ.* 116.

Lectiones de Scriptura occurrente.

Poſt j. Lect. ℟. Factum eſt verbum Dómini ad eum, dicens : * Surge, & vade in civitátem magnam, & prædica in ea prædicatiónem quam ego loquor ad te. ℣. Dixit Spíritus mihi ut irem nihil hæſitans : * Surge. *Jon.* 3. *Act.* 11.

Poſt ij. Lect. ℟. Cùm veniſſem propter Evangélium Chriſti, & óſtium mihi apertum eſſet in Dómino, non hábui réquiem. * Deo autem grátias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto Jeſu, & odórem notítiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco. ℣. Dóminus vóluit ut ſanctificáret pópulum ſuum, & magnificáret legem, & extólleret. * Deo autem. 2. *Cor.* 2. *Iſ.* 42.

Poſt iij. Lect. ℟. Uſque ad vos pervénimus in Evangélio Chriſti, * Non gloriantes in aliénis labóribus; ſpem autem habentes creſcentis fídei veſtræ, in vobis magnificári, étiam in illa quæ ultrà vos ſunt evangelizáre. ℣. Dóminus Deus

oppróbrium pópuli ſ
feret de univerſa t
exultábimus & læti
in ſalutári ejus ; *
Glória Patri. * N
Cor. 10. *Iſ.* 25.

IN II. NOCTU

Ant. 1. f. Fide o
in locum exíre, qu
ceptúrus erat in h
tem. *Hebr.* 11.

Ant. 5. a. Surré
ábiit juxta verbum
ni; & cœpit introi
vitátem. *Jon.* 3.

Ant. 8. c. Inc
ſpíritus ejus in ipſo
idololátriæ dédita
tem. *Act.* 17.

℣. Omnes dii g
dæmónia : ℟. .
autem cœlos fecit

Lectio iv.

Ex Actis S. Pau
Uſuardo, Adon
lia Chriſtiana.

PAulus, prii
bonenſis E
quarto & q
culo in Ecclésia
juxta véterem N
& Viennenſis Gá
tiónem, téſtibu
& Adóne, ipſói
tolórum fuit diſc
à beáto Paulo
in Hiſpániam
Narbóne ad pra
Evangélium, ſic
láte Tróphimus
que Creſcens, r
verò Actis ejus
Romæ jam pro (
multa paſſus ſu

ſilias inde miſſus, iter
rovínciam Narbonen-
lirèxit: in quibus Gal-
on pártibus apoſtóli-
munus exercens, pro-
adæ Religióni Chriſ-
e totus incúbuit, mul-
e ab idolórum cultu
ter revocávit.

Dixit Dóminus illi:
aere, & ne táceas,
ter quod ego ſum te-
; * Quóniam pópulus
ihi multus in hac civi-
℣. Verbum meum
revertétur ad me vá-
n; ſed fáciet quæcum-
vólui, & proſperábi-
: * Quóniam. *Act.* 18.
5.

Lectio v.

Um ad civitátem Biter-
renſem perveniſſet Pau-
, altáre Dómino con-
ávit; primuſque ibi cá-
lram epiſcopálem te-
ſe tráditur. Conciliátâ
póſtmodùm per totam
regiónem exímiæ vir-
s famâ, miſſam ad eum
nt legatiónem à Nar-
énſibus, Paulum ad
ipiendam Chriſti fidem
Epíſcopum poſtulánti-
: quorum votis eò li-
tiùs ánnuit, quòd ex
urbe, quæ tunc tém-
is incolárum multitúdi-
, advenárum frequén-
, notíſſima erat, in
s civitátes Chriſti Evan-
um propagári commó-
s poſſe exiſtimávit.
℟. Circumdántibus eum diſcípulis, ſurgens intrávit civitátem: * Cùmque evangelizaſſent civitáti, & docuiſſent multos, confirmábant ánimas diſcipulórum, exhortantes ut permanérent in fide. ℣. Adjuvábant eum fratres ejus; & directa eſt ſalus in manu ejus: * Cùmque. *Act.* 14. 1. *Mach.* 3.

Lectio vj.

PAulus, ordináto, ut fertur, in locum ſuum Biterris Aphrodíſio, Narbónem ſe cóntulit; cujus adventûs memória quotannis undécimo Calendas Aprílis peculiári devotióne Narbone celebrátur. Ibi íllicò parvum oratórium conſtruxit; deinde, ſalútis doctrínâ ſensìm convaleſcente, ac creſcente in dies diſcipulórum número, trans pontem álteram eccléſiam, ſub invocatióne beátæ Maríæ Vírginis, ædificári curávit. Demùm, cùm in ſumma ſanctitátis laude vixiſſet Paulus, multis clarus miráculis, hinc indè acquiſítis Eccléſiæ pópulis, & fide ſummóperè dilatátâ, pacífico fine quiévit. Narbóne ſepultus eſt in ea eccléſia quam trans pontem conſtrúxerat; ubi ſacrum ejus corpus religióſè aſſervatum, váriis ægrotántium qui ſanitáti redduntur, votis cólitur & honorátur.

℟. Cùm ſumpſiſſet cor

ejus audáciam propter vias Dómini, étiam excelſa & lucos ábſtulit ; * Et † Miſit de ſuis ut docérent in civitátibus. ℣. Credidérunt quoquot erant præ ordináti ad vitam æternam : diſſeminabátur autem verbum Dómini per univerſam regiónem ; * Et miſit. Glória Patri. † Miſit. 2. *Paral.* 17. *Act.* 13.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. a. Evangélium noſtrum non fuit ad vos in ſermóne tantùm, ſed & in virtúte, & in Spíritu ſancto, & in plenitúdine multa. 1. *Theſſ.* 1.

Ant. 4. E. Etſi áliis non ſum Apóſtolus, ſed tamen vobis ſum ; nam ſignáculum Apoſtolátûs mei vos eſtis in Dómino. 1. *Cor.* 9.

Ant. 5. C. Quæ eſt noſtra ſpes aut gáudium, aut coróna glóriæ ? Nonnè vos ante Dóminum Jeſum ? vos enim eſtis glória noſtra & gáudium. 1. *Theſſ.* 2.

℣. Magnificávit Dóminus fácere nobiſcum : ℟. Facti ſumus lætantes. *Pſ.* 25.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Marcum.

Lectio vij. Cap. 16.

IN illo témpore ; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis : Euntes in mundum univerſum, prædicáte Evangélium omni creatúræ. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

In Evang. 29.

POteſt, omnis creatúræ nómine, omnis nátio Géntium deſignári. Ante enim dictum fúerat, In viam Géntium ne abiéritis ; nunc autem, Prædicáte omni creatúræ : ut ſcîlicèt priùs à Judæis Apoſtolórum repulſa prædicátio, tunc nobis in adjutórium fieret, cùm hanc illa ad damnatiónis ſuæ teſtimónium ſuperba repuliſſet. Sed cùm ad prædicandum diſcípulos Véritas mittit, quid áliud in mundo facit, niſi grana séminis ſpargit ? Et pauca grana mittit in ſémine, ut multárum méſſium fruges recípiat ex noſtra fide. Neque enim in univerſo mundo tanta fidélium meſſis exúrgeret, ſi de manu Dómini ſuper rationálem terram illa electa grana prædicántium non veniſſent.

℟. Scitis quáliter unumquemque veſtrûm (ſicut pater fílios ſuos) deprecantes vos & conſolantes, teſtificáti ſumus ut ambularétis dignè Deo, * Qui vocávit vos in ſuum regnum & glóriam. ℣. Oculi veſtri vidérunt ómnia ópera Dómini magna quæ fecit ; ut cuſtodiátis univerſ. mandáta illíus, * Qui vocávit vos. 1. *Theſſ.* 2. *Deut.* 11.

ctio viij.
:díderit, & bap-
ıs fúerit, ſalvus
erò non credíde-
mnábitur. For-
quiſque apud ſe-
dicat: Ego jam
lvus ero. Verum
lem opéribus te-
étenim fides eſt,
c quod verbis di-
bus non contra-
c eſt enim quòd
lam falſis fidéli-
; dicit: Qui con-
e noſſe Deum,
m negant. Quod
it, fídei noſtræ
in vitæ noſtræ
ióne debémus ag-
Tunc enim verá-
:s ſumus, ſi quod
míttimus, opéri-
mus. In die quip-
natis, ómnibus
ui hoſtis opéri-
ómnibus pompis
áre promíſimus.
nuſquiſque noſ-
conſideratiónem
ıtis óculos redú-
ſervat poſt bap-
uod ante baptiſ-
ondit, certus jam
is eſt, gáudeat.
is intróïtum noſ-
os quia non iná-
:d fidúciam habúi-
eo noſtro loqui ad
gélium Dei. * In
icitúdine. ℣. Ego
& médius fui in-
inum & vos, ut
:em vobis verba
ejus. * In. 1. *Theſſ.* 2. *Deut.* 5.

Lectio ix.

Signa autem eos qui cre-
ditúri ſunt, hæc ſe-
quuntur: In nómine meo
dæmónia ejícient; linguis
loquentur novis; ſerpentes
tollent; & ſi mortíferum
quid bíberint, non eis no-
cébit; ſuper ægros manus
impónent, & benè habé-
bunt. Numquidnam, fra-
tres mei, quia iſta ſigna
non fácitis, mínimè cré-
ditis? Sed hæc neceſſária
in exórdio Eccléſiæ fué-
runt. Ut enim ad fidem
créſceret multitúdo cre-
déntium, miráculis fúerat
nutrienda. Quia & nos,
cum arbuſta plantámus,
tándiù eis aquam infúndi-
mus, quouſque ea in terra
jam coaluiſſe videantur; at
ſi ſemèl radícem fíxerint,
irrigátio ceſſábit. Hinc eſt
enim quod Paulus dicit:
Linguæ in ſignum ſunt,
non fidélibus, ſed infidé-
libus.

℟. Debémus grátias áge-
re Deo ſemper pro vobis,
quòd elégerit vos primítias
in ſalútem. * Ipſe autem
qui dedit ſpem bonam in
grátia, corda veſtra con-
firmet in omni ópere bono.
℣. Vobis junctus eſt Dó-
minus, & elégit vos, quia
diléxit vos. * Ipſe autem.
Glória Patri. * Ipſe au-
tem. 2. *Theſſ.* 2. *Deut.* 7.

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Elégit nobis Dóminus hæreditátem ſuam: ℟. Pſállite Deo noſtro, pſállite Regi noſtro. *Pſ.* 46.

AD LAUDES.

Ant. 1. f. MIſit me Chriſtus evangelizáre, non in ſapiéntia verbi, ut non evacuétur crux Chriſti. 1. *Cor.* 1.

Ant. 3. a. Non ſprevíſtis, neque reſpuiſtis; ſed ſicut ángelum Dei excepiſtis me, ſicut Chriſtum Jeſum. *Gal.* 4.

Ant. 5. C. Excipientes verbum cum gáudio Spíritûs ſancti, converſi eſtis ad Deum à ſimulácris, ſervíre Deo vivo & vero. 1. *Theſſ.* 3.

Ant. 7. c. Dei ædificátio eſtis: ſecundùm grátiam quæ data eſt mihi, ut ſápiens architectus fundaméntum pósui. 2. *Cor.* 3.

Ant. 4. E. Teſtis mihi eſt Deus, quómodò cúpiam omnes vos in viſcéribus Jeſu Chriſti: & hoc oro, ut cáritas veſtra magis ac magis abundet. *Philip.* 1.

CAPITULUM. 1. *Theſſ.* 4.

FRatres, rogámus vos & obſecrámus in Dómino Jeſu, ut quemádmodùm accepiſtis à nobis quómodò opórteat vos ambuláre & placére Deo, ſic & ambulétis, ut abundétis magis.

HYMNUS.

JAm Pauli mónitis, Chriſte, poténtibus,
Portentiſque ſimul grándibus éxcita,
Se Gens tota tibi ſúbjicit, & ſuum
Ultrò te ſéquitur ducem.

Per quem tanta Deus múnera cóntulit,
Per quem, Narbo, tibi vita, ſalus adeſt,
Heu! raptus ténero Paſtor amans gregi,
Morbo lánguidus óccidit.

Præſul ſancte, cupis nobiliùs mori?
Enſes, carníficem, martyrium petis?
Sed fervens ánimo vívida cáritas
Æquat martyrii decus.

Ergo purpúreâ ſpléndidus in ſtolâ,
Nunc inter rútilans ágmina Mártyrum,
Terris aſſíduus quam péperit labor,
Cœlo ſúſcipe láuream.

Et tu, Chriſte, pii Pontíficis manu
Excultam ſégetem perpétuùm fove;
Dum, matúra polo grana, perénnibus
Nos condas bonus hórreis.

Sit laus ſumma Patri, ſummaque Fílio;
Sit par Spirítui: laus tibi, Trínitas,
Quæ nos de míſeris nóctibus érutos,
Ad cœleſte vocas jubar.
Amen.

℣.

℣. Veníte, fílii; audíte e: ℟. Timórem Dómini docébo vos. *Pſ.* 33.

Ad Benedíctus.

Ant. 6. Ut fílios meos cariſſimos móneo; nam in Chriſto Jeſu per Evangélium ego vos génui: rogo ergo vos, imitatóres mei eſtóte, ſicut & ego Chriſti. *Cor.* 4.

Oratio.

DEus, cujus grátiâ beátus Póntifex Paulus per Evangélium in Chriſto nos génuit: concéde propítius, ut qui ejus miniſtério dediſti nos veræ fídei eſſe cultóres, ejuſdem méritis ac précibus nos fácias vitæ cœleſtis eſſe conſortes; Per eumdem Dóminum.

Fit Commem. de Advent., & de Virgine Deum paritura.

AD HORAS, Doxologia de Adventu, Qui liberátor advenis.

AD PRIMAM.

Ant. 1. f. Miſit me Chriſtus.

In ℟. *br.* ℣. Qui es autor fidei, * & conſummátor. *Hebr.* 12.

AD TERTIAM.

Ant. 3. a. Non ſpreviſtis.

CAPITULUM. 2. *Theſſ.* 2.

VOcávit vos Deus per Evangélium noſtrum, in acquiſitiónem glóriæ Dómini noſtri Jeſu Chriſti: itaque, fratres, ſtate; & tenéte traditiónes quas didiciſtis.

℟. *br.* Beáta gens.* Cujus eſt Dóminus Deus ejus. Beáta. ℣. Pópulus quem elégit*in hæreditátem ſibi, * Cujus. Glória. Beáta. *Pſ.* 32.

℣. Ipſe eſt Dóminus Deus noſter; ℟. Nos autem pópulus ejus, & oves páſcuæ ejus. *Pſ.* 94.

AD SEXTAM.

Ant. 5. C. Excípientes verbum.

CAPITULUM. 1. *Theſſ.* 2.

GRátias ágimus Deo ſine intermiſſióne, quóniam cùm accepiſſétis à nobis verbum audítûs Dei, accepiſtis illud, non ut verbum hóminum, ſed (ſicut eſt verè) verbum Dei, qui operátur in vobis qui crediſtis.

℟. *br.* Miſit Dóminus verbum ſuum, * Et ſanávit eos. Miſit. ℣. Et eripuit eos * de interitiónibus eórum; * Et. Glória. Miſit. *Pſ.* 106.

℣. Non fecit táliter omni natióni, ℟. Et judícia ſua non manifeſtávit eis. *Pſ.* 125.

AD NONAM.

Ant. 4. E. Teſtis mihi eſt Deus.

CAPITULUM. *Coloſſ.* 1.

NOn ceſſámus pro vobis orantes, & poſtulantes ut impleámini agnitióne voluntátis Dei, in omni ſapiéntia & intellectu ſpirituáli; ut ambulétis dignè Deo, per ómnia placentes,

in omni ópere bono fructificantes, & creſcentes in ſciéntia Dei.

℟. br. Réſpice de cœlo, Dómine, * Et víſita víneam iſtam. Réſpice. ℣. Et pérfice eam, * quam plantávit déxtera tua; * Et víſita. Glória. Réſpice. *Pſ.* 79.

℣. Manda, Deus, virtúti tuæ: ℟. Confirma hoc, Deus, quod operátus es in nobis. *Pſ.* 67.

AD II. VESPERAS.

Ant. 2. HIc eſt qui fuit in Eccléſia cum pátribus noſtris, qui accépit verba vitæ dare nobis. *Act.* 7.

Ant. 3. E. Ipſe eſt directus divínitùs in pœniténtiam Gentis, & tulit abominatiónes impietátis. *Eccli.* 49.

Ant. 6. Máximus in ſalútem electórum Dei, quam glóriam adeptus eſt! *Eccli.* 46.

Ant. 5. C. Oſſa ipsíus viſitáta ſunt, & poſt mortem prophetavérunt. *Eccli.* 49.

Ant. 4. E. Non recédet memória ejus, & nomen ejus requirétur à generatióne in generatiónem. *Eccli.* 39.

CAPITULUM. *Hebr.* 13.

MEmentóte Præpoſitórum veſtrórum, qui vobis locúti ſunt verbum Dei; quorum intuentes éxitum converſatiónis imitámini fidem.

HYMNUS.

NUnc, Præſul, ſi
vectus in æther
Pro paſtis óvibus,
mine páſceris;
Et pro luce data,
perénnibus
Hauris lúmina fó
At nos de pátrio quo
polo,
Si te noſtra moven
pice ſúpplices:
In Chriſto génit
pétuis, Pater,
Natos ſubsídiis fc
Noſtras, noſter ad
lige Póntifex,
Summo ferre pre
taque Númini:
Fac per te fidei
pátribus,
Creſcant múnera
Paſtórum Cápiti nu
pior ſedens,
Ne terris húmile
tuas oves:
Diros pelle lupo
que ſalúbribus
Duc, Paſtor bone,
Quondàm terra tu
labóribus
Ne fruges ſtérilis
déſinat,
Fac meſſis Dó
Paule, tibi
Det nobis operá
Quâ cæcis óritur l
méntibus,
Indivíſa Trias,
máxima:
Da, quâ nos fi
ſpléndida fúlge
Cunctis jam pópu
Amen.

. Confiteantur tibi pó-
. , Deus ; ℟. Confi-
atur tibi pópuli omnes.
66.

Ad Magníficat.

Ant. 1. D. Benedícimus Dómine, quia feciſti iſcum miſericórdiam m : fac ut cognoſcat vérſitas géntium quia es Deus ſolus in uniſa terra. *Tob.* 8.

tio, ut ſuprà ad Laudes.

t Commem. S. Damaſi, æ. Ant. Elégit. ℣. Beá- . xxiij. *Orat.* Dírige. *rà.*

Poſteà de Adventu, & de gine Deum paritura.

COMPLETORIUM.

Ant. 5. a. Occupábit ſalus os tuos, & portas tuas dátio ; & erit tibi Dónus in lucem ſempitern. *Iſ.* 60.

Hymnus de Adventu, In tis. *cum ſua Doxologia.*

Ad Nunc dimittis.

Ant. 7. G. Conſolátus eſt minus pópulum ſuum : ávit bráchium ſanctum m in óculis ómnium tium. *Iſ.* 52.

DIE XII.

In Feſto

NCTI DAMASI,

Papæ. *Semiduplex.*

Omnia ut in Communi ntificum.

Lectio ij.

ſcriptis ejus, & variis Scriptoribus Eccleſiaſt.

DAmaſus, poſt Libérium, Románus Póntifex, teſtante ſancto Ambróſio, manifeſto Dei judício electus ; & tandèm confirmátus eſt, dejecto in Synodo Romána Urſicíno, qui quorumdam factióne pſeudoepíſcopus ordinátus fúerat. Hic in írritum miſit Ariminenſem conventum, in quo Cathólicis ſtructa fraus, Válentis potíſſimùm & Urſátii perfídiâ ; detectamque in Synodo Apollináris hæreſim primus anathémate percuſſit. Accépit litteras à Pátribus in Concílio ſecundo œcuménico Conſtantinópoli congregátis, cujus decréta pro fide rata hábuit. Priſcillianiſtas in Synodo Cæſarauguſtána ſolemni judício proſcriptos, cùm purgandæ fídei ſuæ ſpécie, Romam ad ipſum veniſſent, ne ad conſpectum quidem admíttere vóluit. Sanctum Hierónymum ad ſe vocávit, ut eo in conſcribendis epíſtolis, & reſponſiónibus ſynodálibus uterétur. Ejus quoque juſſu idem Hierónymus novum Teſtamentum Græcæ fídei réddidit, & Pſaltérium quo Romána utebátur Eccléſia juxtà Septuáginta intérpretum tranſlatiónem, emendávit. Elegans in componendis verſibus ingénium hábuit : verſus, & ſolútâ orátione multa ſcripſit. Tandèm annis octódecim in Pon-

tiſicátu exactis, Theodóſio imperante, deceſſit, & viâ Ardeatínâ ſepultus eſt.

De libro Apologétiæ ſancti Hierónymi pro libris ſuis, contrà Joviniánum.

Circa finem.

Lectio iij.

DUm advíveret ſanctæ memóriæ Dámaſus, librum contrà Helvídium de beátæ Maríæ virginitáte perpétua ſcripſimus; in quo neceſſe fuit nobis ad virginitátis beatitúdinem prædicandam multa de moléſtiis dícere nuptiárum. Nùm vir egrégius & erudítus in Scriptúris, & virgo, Eccléſiæ vírginis doctor, áliquid in illo ſermóne reprehendit? In libro quoque ad Euſtóchium, multò barióra de núptiis díximus, & nemo ſuper hac re læſus eſt. Amátor quippè caſtitátis, præcónium pudicítiæ intentâ aure captábat. Lege Tertulliánum, lege Cypriánum, lege Ambróſium; & cum illis me vel accúſa, vel líbera.

Oratio.

DIrige oves tuas, Dómine, in viam ſalútis ætérnæ, quam beáti Pontíficis Dámaſi vita cum doctrína monſtrávit; & fac nos, eódem intercedente, ſic eius ſúbſequi veſtígia, ut cum ipſo coronári mereámur; Per Dóminum.

Fit Commem. de Adventu, & de Virgine Deum paritura.

AD VESPERAS, [...] Capitulo de ſequenti: [...] Commemoratione præcedentis, & Adventus, & Virginis Deum pariture.

DIE XIII.

In Feſto

SANCTÆ LUCIÆ, Virginis & Martyris.

Semiduplex.

Omnia de Communi Virginum Martyrum, [...] quæ ſequuntur. Oratio, Deus, qui beátæ. *infrà.*

Ex libro ſancti Adelmi Sariſbarienſis Epíſcopi de láudibus ſanctæ virginitátis.

Lectio ij. Cap. [...]

SIcut Catanenſe [...] cípium, præ cæteris Trinácriæ úrbibus, Agathæ martyrio felíciter coronátur; ita famoſiſſimum Chriſti tirúnculæ Lúciæ prærogatívâ, Syracúſæ, óppidum Siciliæ, proſperis ſuccéſſibus ſublimantur. Quæ genitrícem prolixâ valetúdine fatigátam, & [...] ritis Agathæ à rivo cru[...] ris curátam, cùm alter[...] tìm confabularentur, h[...] juſcémodi précibus inte[...] pellans: Per ipſam, i[...] quit, te déprecor, quæ ſervávit, ne tu mihi ſp[...] ſum nómines, nec de [...] poſteritáte fructum imm[...] talitátis inquíras; ſed ó[...] nia quæ mihi eunti ad c[...] ruptiónis meæ auctóri[...]

m moritúrum eras
, da mihi eunti ad
átis meæ auctórem
ım noſtrum Jeſum
m. Matre ígitur
iente, fit rerum
ıa diſtráctio, arcá-
ſtellæ referantur,
um marſúpia re-
, ſponſália erogan-
:púndia, & cœli
antur triclínia; ac
rnále diſſipátur pa-
um, ſpirituále exer-
atrimónium.

Lectio iij.

ım pro hujúſmodi
ʒótio ſponſus ira-
fácibus inflammá-
cháſius Conſul tri-
poteſtáte fretus,
góre affícitur, eò
ıriſti tirúncula, nec
ım ſeveritáte caſti-
ec lenónum falláci
o trádita, à rígido
átis propóſito péni-
cti váluit. Quamvis
conſtrictam, ad de-
: proſtíbulum & in-
lupánar ſcortórum
niterentur Sanc-
:d ab omni magó-
íchina illæſam, &
ım ſuperſtitióne in-
inátam Chriſti tu-
téxit. Poſtrémò fu-
ıs Conſul flammí-
aſſandam tórribus
; ita ut atræ picis
æ fomentum cum
ınte óleo, rogórum
ı- cumulárent. Sed
ínæ poteſtátis ím-
bribus ſopíta, dicto cítiùs tabuérunt. Igitur beáta Lúcia, ſalvo pudóris ſignáculo, & conſummáto vitæ currículo, glorióſum martyrii triumphum méruit; dùm mucróne confoſſa, máluit purpúreum ſánguinem fúndere, quàm pretióſam pudicítiam pérdere.

Oratio.

Deus, qui beátæ Lúciæ, pro gémina virginitátis & martyrii victória, dúplicem corónam tuâ grátiâ contuliſti; da, quæſumus, ut de mundo, carne & diábolo triumphantes, cœleſtem glóriam conſequámur; Per Dóminum.

Commem. de Adventu, & de Virgine Deum paritura.

Die xviii.

SANCTI GATIANI, primi Turonenſis Epiſc.

Commemoratio.

Ex ſancto Gregório Turonenſi.

Lectio iij.

Hiſt. Franc. l. 10. c. 31.

Primus Turónicus Epíſcopus Gatiánus, anno impérii Décii primo, à Románæ ſedis Papa tranſmiſſus eſt. In qua urbe multitúdo paganórum idolólátriis dédita commorabátur: de quibus nonnullos prædicatióne ſuâ converti fecit ad Dóminum. Sed interdùm occulébat ſe ob impugnatiónem potentûm,

eò quòd ſæpiùs eum injúriis & contuméliis, cum repérerant, affeciſſent: ac per cryptas & latíbula cum paucis Chriſtiánis per eumdem converſis, myſtérium ſolemnitátis diéi Domínici clánculò celebrábat. Erat autem valdè religióſus, & timens Deum: ut niſi fuiſſet talis, non útiquè domos, parentes & pátriam ob Domínici amóris diligéntiam reliquiſſet. In hac urbe ſub tali conditióne, ut ferunt, annos quinquaginta commorátus, óbiit in pace, & ſepultus eſt in ipsíus vici cœmetério quod erat Chriſtianórum.

AD LAUDES, pro Commem. ejuſd. Ant. Ego ſum. ℣. Elégit. xxvj.

Oratio.

Deus qui per beátum Gatiánum Pontíficem infidéles pópulos de ténebris ad lucem veritátis veníre tribuiſti: da nobis, ejus interceſſióne, in fide ſtábiles, & à ſpe Evangélii quod prædicávit immóbiles permanére; Per Chriſtum.

Deindè Commem. de Virg. Deum paritura.

DIE XXI.

In Feſto

S. THOMÆ APOSTOLI.

Duplex-majus.

Omnia de Communi Apoſtolorum, exceptis quæ ſeq.

IN I. VESPERIS.

℣. Adhæſit ánima mea poſt te, Dómine: ℟. Me ſuſcépit déxtera tua. Pſ. 62.

Ad Magníficat.

Ant. 7. a. Dixit Jeſus Thomæ: Ego ſum via, véritas, & vita; nemo venit ad Patrem niſi per me. *Joan.* 14.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Fit ſola Commem. de Adventu, per Ant. O. cum triplic. ut notatur ſuo loco.

AD OFFICIUM NOCT.

IN I. NOCT. Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Lectio iv.

Ex Evangelio & Hiſtor. Eccleſ.

Thomas, qui & Dídymus, unus ſuit ex Duódecim quos Chriſtus è diſcípulis ſuis elégit & Apóſtolos nominávit. Dóminum, audità morte Lázari, in Judæam proficiſci volentem cùm diſcípuli objecto lapidatiónis perículo deterrére conarentur, dixit Thomas: Eámus & nos, ut moriámur cum eo. Cùm autem Chriſtus tranſitúrus ad Patrem dixiſſet diſcípulis, Vado paráre vobis locum; ſciſcitátus Thomas quò váderet & quam iníret viam, his ab eo verbis edoctus eſt: Ego ſum via, véritas & vita; nemo venit ad Patrem, niſi per me.

› v.
à Reſurrec-
; vidit ſtan-
m in médio
; & qui priùs
ſſe non cre-
entem intúi-
vit : Dómi-
Deus meus.
um Petro &
: filiis Zebe-
us áliis diſcí-
, manifeſtávit
ſus ad mare
oſt acceptum
ctum , Par-
: Evangélium
Tùm ad In-
t : quibus in
ligióne eru-
látûs· honó-
. corónâ cu-

o vj.
1 honóre apud
iit ; cujus plú-
titere monu-
ndiæ loco in
ejus primùm
:, extructum
um , & tem-
nagnitúdinis ,
multis mirá-
i ſui glóriam
deſſæ in Me-
iò ejus relí-
æ ſunt , ædí-
ſilica inſignis ,
ne dicáta ; in
loci ſanctitá-
ſine intermiſ-
antur. Hujus
ausâ Valens
Edeſſam pro-
fectus, cùm pulſos ex ea orthodóxos úndiquè in campum vicínum conflúere ægrè ferret, extréma quæque licèt minátus, fruſtrà prohibére tentávit, & parátos omnes invénit ad mortem pro fide oppetendam.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Joannem.

Lectio vij. Cap. 20.

IN illo témpore ; Thomas unus ex Duódecim, qui dícitur Dídymus, non erat cum eis quandò venit Jeſus. Et réliqua.

Homília ſancti Gregórii Papæ.

Homil. 26. in Evang. n. 2.

QUid, fratres caríſſimi, quid inter hæc animadvértitis? Numquid caſu geſtum créditis, ut electus ille diſcípulus tunc deeſſet, poſt autem véniens audíret, áudiens dubitáret, dúbitans palpáret, palpans créderet? Non hoc caſu, ſed divínâ diſpenſatióne geſtum eſt. Egit namque miro modo ſuperna cleméntia, ut diſcípulus ille dúbitans, dùm in magiſtro ſuo vúlnera palpáret carnis, in nobis vúlnera ſanáret infidelitátis. Plùs enim nobis Thomæ infidélitas ad fidem, quàm fides credéntium diſcipulórum prófuit; quia dùm ille ad fidem palpando redúcitur, noſtra

mens, omni dubitatióne poſtpóſitâ, in fide ſolidátur.

Lectio viij. *n.* 8.

SIc quippè diſcípulum Dóminus poſt reſurrectiónem ſuam dubitáre permíſit, nec tamen in dubitatióne deſéruit; ſicut ante nativitátem ſuam habére Maríam ſponſum vóluit, qui tamen ad ejus núptias non pervénit. Nam ita factus eſt diſcípulus dúbitans & palpans, teſtis veræ reſurrectiónis, ſicut ſponſus matris fúerat cuſtos integerrimæ virginitátis. Palpávit autem, & exclamávit: Dóminus meus & Deus meus. Dicit ei Jeſus: Quia vidiſti me, Thoma, credidiſti. Cùm Paulus Apóſtolus dicat: Eſt autem fides ſperandárum ſubſtántia rerum, argumentum non apparéntium; profectò liquet quia fides illárum rerum argumentum eſt, quæ apparére non poſſunt. Quæ étenìm appárent, jam fidem non habent, ſed agnitiónem.

Lectio ix. *n.* 9.

DUm ergò vidit Thomas, dùm palpávit, cur ei dícitur, Quia vidiſti me, credidiſti? Sed áliud vidit, áliud crédidit. A mortáli quippè hómine divínitas vidéri non pótuit. Hóminem ergò vidit, & Deum confeſſus eſt, dicens: Dóminus meus, & Deus meus. Videndo ergò crédidit, qui conſiderando verum hóminem, hunc Deum eſſe quem vidére non póterat, exclamávit. Lætíficat valdè quod ſéquitur: Beáti qui non vidérunt, & credidérunt. In qua nimírùm ſenténtia nos ſpeciáliter ſignáti ſumus, qui eum quem carne non vídimus, mente retinémus. Nos ſignáti ſumus, ſed ſi fidem noſtram opéribus ſéquimur. Ille étenìm verè credit, qui exercet operándo quod credit.

AD LAUDES.

℣. Sitívit ánima mea ad Deum fortem, vivum: ℟. Quandò véniam & apparébo ante fáciem Dei? *Pſ.* 41.

Ad Benedictus.

Ant. 6. Vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli eſſe incrédulus, ſed fidélis. *Joan.* 20.

Oratio.

DA nobis, quæſumus, Dómine, beáti Apóſtoli tui Thomæ ſolemnitátibus gloriári; ut ejus ſemper & patrocíniis ſublevémur, & fidem cóngruâ devotióne ſectémur; Per Dóminum noſtrum.

Fit Comm. de Adv. & de Virgine Deum paritura.

AD II. VESPERAS.

℣. Deus meus es tu, & confitébor tibi; ℟. Deus meus es tu, & exaltábo te. *Pſ.* 117

Ad Magníficat.

Ant.* 8. *G. Quia vidiſti .e, Thoma, credidiſti : eáti qui non vidérunt, & redidérunt. *Joan.* 20.

Pro Commemor. de Adv. ***Int.* O.** *quæ triplicatur*, t *notatur ſuo loco.*

DIE XXIII.

ANCTÆ ANASTASIÆ Viduæ & Martyris, *Commemoratio.*

x Martyrológio ſancti Adónis Viennenſis Epíſcopi.

Lectio iij.

OCtávo Calendas Januárii, natális ſanctæ naſtáſiæ, quæ témpore Diocletiáni, primò diram t immítem cuſtódiam à iro ſuo perpeſſa eſt : in qua amen à Chryſógono conſſóre Chriſti multùm conoláta & confortáta eſt. Deindè à Præfecto Illyrici graviſſima æquè atque iútina cuſtódia maceráta ſt : in qua duóbus ménſius refecta eſt cœléſtibus ſcis per ſanctam Theódoem, quæ martyrium priùs aſſa eſt. Deindè navi impóſita cum ducentis viris & quingentis féminis, ut demergerétur in mare, perláta eſt ad ínſulas Palmárias : ubi per manus & pedes extenſa, & ligáta ad palos fixos, circà média ejus ignis accenſus eſt, in quo martyrium conſummávit, & omnes qui cum illa vénerant, váriis interfectiónibus martyrium celebrárunt. Tunc Apollónia Chriſtiána matróna, tollens corpus beátæ Anaſtáſiæ, exoſculabátur ; & aromátibus cóndiens, digniſque linteamínibus obvolvens, intrà viridárium domûs ſuæ fabricátâ Baſílicâ, ut décuit, Mártyrem ſepelívit.

AD LAUDES, pro ejus Commem. Ant. Invocávi. ℣. Adhæſit. lxv.

Oratio.

MArtyris tuæ Anaſtáſiæ, nos, Dómine, confeſſio ſancta commúniat : & fragilitáti noſtræ contínuum ímpetret ſubſídium ; Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

Deindè Comm. de Virgine Deum paritura.

FESTA JANUARII.

¶ *Officium Feſti ſancti Baſilii, & aliorum quæ uſquè ad diem decimam quartam hujus menſis occurrunt, habentur in Proprio de Tempore.*]

In omni Officio, à die II. Januarii uſquè ad Præſentationem Domini, exceptis Feſtis Solemnibus & ſuprà, (ſi quæ occurrant) eorumque Octavis, fit Comm.

de Virgine Deipara, ut ſequitur.

AD LAUDES.

Ant. Péperit María Fílium ſuum primogénitum, & pannis eum involvit, & reclinávit eum in præſépio. *Luc.* 2.

℣. Confiteantur tibi, Deus, pópuli omnes: ℟. Terra dedit fructum ſuum. *Pſ.* 66.

Oratio.

Deus, qui ſalútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fœcundâ humáno géneri præmia præſtitiſti: tríbue, quæſumus, ut ipſam pro nobis intercédere ſentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ ſuſcípere Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum; Qui tecum.

AD VESPERAS.

Ant. Beátus venter qui te portávit, & úbera quæ ſuxiſti. Quinimmò, beáti qui áudiunt verbum Dei, & cuſtódiunt illud. *Luc.* 11.

℣. Benedixiſti, Dómine, terram tuam: ℟. Avertiſti captivitátem Jacob. *Pſ.* 84.

Oratio ut ſuprà.

DIE XIV.

In Feſto

S. HILARII, EPISCOPI, & Eccleſiæ Doctoris.

Duplex-minus.

Omnia de Communi Doctorum, additis quæ ſeq.

In I. NOCT. Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURN

Lectio iv.

Ex ſcriptis ejus, & ex v
ipſius per Fortunat. ap
Bolland.

Hilárius, Pictávi
Gállia Aquitán
nóbili génere
tus, doctrínâ & eloqu
tiâ excélluit. Ætáte m
râ in cathólica conſub
tiális Trinitátis fide r
tus, hanc ita dídicit a
nuit, ut áliter crédere
nec poſſe, nec velle
tanter aſſeréret. Adhu
cus & uxorátus à C
licæ religiónis hóſtib
horrébat. Electus
vórum Epíſcopus
témpore terróribus
rum ſpoliatióne,
omni ſævítiâ Con
Cathólicos vexába
ad Ariánas partes
rent, Hilárius t
firmíſſimum muru
nis ſe fórtiter opp
à Saturníni Arel
Ursácii & Valent
munióne ſe unà c
licánis Epíſcopis
Itaque multis exp
ſídiis, tandèm ejus
turníni factióne a
renſem Synodum i
pulſus, cùm vel
tis, vel exſilii
imponerétur; exſi
pléxus, de ipſa Sy
Phrygiam relegát
ubi duódecim li
Trinitáte ſcripſit.
exílii anno, cùm (

Concílium
Isáuriæ ur-
t, quo tém-
ur in Occi-
ïs Synodus,
ideſſe com-
.us. Illic in-
eſſet Gal-
ꝛpóſitâ fide
e à Pátri-
ſcripta fúe-
libus perhí-
m, eoſque
eréſeos cri-
cávit.
v.
lio, legátos
Conſtanti-
ꝛ, per ſce-
ıcienſis Sy-
Ariminen-
audem de-
. In tanto
ꝛ popoſcit
iéntiam, ut
adversáriis
l annuente
ellum edit,
n impietá-
ıe fraude ac
ıcipis reli-
ꝛns, eníxè
.tis fídei in-
ítuat. Sed
iónibus ef-
quaſi diſ-
um, & per-
tis, manen-
pœnâ, re-
s juberétur.
ɔ ſe itíneri
e Orientá-
n céleri reſi-

piſcéntiâ cértior factus, lítteras quas ſtatim ab ipſis accéperat, ante ſe præmittendas ad Gallos Epíſcopos judicávit, ut per eas edocti, Ariminenſes legátos à ſua communióne contínuò removérent, & frátribus per Orientem exulántibus, quòd Uſiæ vocábulo conſtanter uterentur, quamprímùm ſubveníꝛent. His acceptis litteris, Synodus apud Paríſios congregátur; in qua, ex mente Hilárii qui à Pátribus fidélis Domínici nóminis prædicátor appellátur, abrogátis Ariminenſis Synodi geſtis, eius legáti totíus fraudis architecti, communiónis exſortes declarantur, pax adímitur erróris conſórtibus, & cum Orientálibus ſancítur; ſuffecti dénique ſédibus exulántium intrà Gálliasproſcribuntur.

Lectio vj.

INtéreà Hilárius permenſus orbem penè terrárum, dùm redit in Gállias, Romam venit; eóque ſanctus Martínus ex ora maris Ligúſtici, illi ut occúrreret, acceſſit: ſed cùm eum jam præteriiſſe audíret, ad Gállias uſquè ſecútus eſt. Tunc Galliárum Ecclésia, ut ait ſanctus Hierónymus, Hilárium de prælio revertentem com-

pléxa eſt : qui per frequentes Synodos & Epíſtolas in id totus incúbuit, ut detectâ Ariminenſis Synodi fraude, ea quæ ibi geſta fúerant, ab ómnibus tandèm Epíſcopis damnarentur, & ſic Gálliæ ab hæreſis contagióne ſervarentur; fruſtrà conſuétas artes opponente Saturníno, qui propter hæreſim, & ália nefanda crímina ab Ecclésia ejectus eſt. In Itália quoque & Illyrico inſtaurandis Ecclésiis cum ſancto Euſébio Vercellenſi, natúrâ lénior, & ad perſuadendum áptior, allaborávit Hilárius. Medioláni Auxéntium Ariánum in pública diſputatióne coégit ut Chriſtum verum Deum profiterétur. Sed cùm Auxéntii, qui captióſo fídei libello Valentiniánum Imperatórem decéperat, dolis obsíſteret; Medioláno pulſus, quod ibi geſtum eſſet, ſcriptâ ad omnes Orthodóxos epíſtolâ, expóſuit. Demùm innúmeris ad Cathólicam fidem tuendam labóribus perfunctus, multiſque éditis miráculis conſpícuus, óbiit Pictávis circà annum trecentéſimum ſexagéſimum octávum, Valentiniáno & Valente regnántibus. Quos ſcripſit libros, inoffenſo pede decurri poſſe teſtátur ſanctus Hierónymus.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Joannem.

Lectio vij. Cap. 10.

IN illo témpore; Circumdedérunt Jeſum Judæi, & dicébant ei: Quouſquè ánimam noſtram tollis? Si tu es Chriſtus, dic nobis palàm. Reſpondit eis Jeſus: Loquor vobis, & non créditis. Et réliqua.

Homília ſancti Hilárii Epíſcopi.

Lib. contr. Conſt. Aug.

TEmpus eſt loquendi, quia jam prætériit tempus tacendi. Clament paſtóres, quia mercenárii fugérunt. Ponámus ánimas pro óvibus; quia fures introiérunt, & leo ſæviens círcuit. Ad martyrium exeámus, & commoriámur Chriſto, ut Chriſto conregnémus. Ulteriùs enim tacére diffidéntiæ ſignum eſt, non modéſtiæ rátio; quia non minùs perículi eſt ſemper tacuiſſe, quàm nunquàm. Ego, fratres, ut mihi omnes qui me vel áudiunt, vel familiaritáte cógnitum habent, teſtes ſunt, graviſſimum fídei perículum longè ánteà prævidens, quinto ab hinc anno à Saturníni, & Urſácii, & Valentis communióne me cum Gallicánis Epíſcopis ſeparávi, indultâ ceréris conſórtibus eórum reſipiſ-

di facultáte ; atque ıdè toto hoc témpore exſilio detentus , neque edendum mihi eſſe de riſti confeſſióne decrévi, ue honeſtam áliquam probábilem ineundæ tátis ratiónem ſtátui puendam. Nunc mihi ı ália ad dicendum cau- quàm Chriſti eſt , cui hoc débui quòd uſque ıc tácui , & ex réliquo intélligo debére ne tá- m.

Si Feſtum transferatur , ſequenti Lectione duæ nt , diviſione factâ ad riſcum , * Nunc.]

Lectio viij.

Tque útinam illud pó- tiùs, omnípotens Deus iniverſórum creátor, ſed uníus Dómini noſtri u Chriſti Pater , ætáti æ & témpori præſtitiſ- , ut hoc confeſſiónis æ in te atque in Uni- iitum tuum , miniſté- m Neroniánis Decianiſ- tempóribus expleſſem ! c ego per miſericórdiam mini , & Dei Fílii tui a Chriſti , calens Spí- ı ſancto , equúleum me- ſem ; nec ignes timuiſ- ı , nec crucem , & frag- nta crurum meórum ſſem , nec profundum ris trepidaſſem. Pugna- ius enim palàm & cum icia contrà negantes te , ıtrà torquentes , contrà ulantes ; & nos pópuli tui tanquàm duces ſuos ad confeſſiónis religiónem intelligéntiâ perſecutiónis públicæ , comitarentur. * Nunc pugnámus contrà perſecutórem fallentem , contrà hoſtem blandientem. Sed me ipſe Unigénitus Deus quem in me perſéqueris , admónuit ne tibi créderem , neque me hoc fallax in te ementitumque nomen illúderet. Vide tu ſi præferens nomen Dómini in verbis, voluntátem effícias Dei Patris in rebus. Clamat ille : Hic eſt Fílius meus dilectus ; & tu decernis non eſſe Fílium , neque eſſe Patrem, ſed adoptiónis nómina. Clamat Fílius : Ego & Pater unum ſumus ; &, Opéribus meis crédite , quia Pater in me , & ego in Patre : tu Chriſtum objurgas veritátis , tu Patrem árguis profeſſiónis , & orbem terræ profánâ ſimultáte committis , negans hoc de Deo quod ipſe de ſe profeſſus eſt.

De Sancto Felice.

Lectio ix.

Ex S. Paulin. Nol. & S. Greg. Tur.

FElix , Préſbyter Nolánus , à Máximo Epíſcopo , qui declinandæ perſecutiónis causâ , juxtà Dómini præceptum ſecéſſerat , paſcendi gregis curam ad tempus accépit. Quo múnere dùm fúngitur,

ab iis qui Pontíficem quærébant, conjícitur in cárcerem : ſed ab Angelo eductus, Máximum in monte latitantem adit, exánimem penè & humi jacentem érigit, uvâ divínitùs repertâ refocillat, reveƈtumque húmeris commendat ánui quæ ſola ex Præſulis famulítio ſupérerat. Felix domum reverſus, in ea látuit, donec pax Eccléſiæ redderétur. Exortâ rursùs perſecutióne, ab iis étiam qui eum quærébant ad necem, concionantemque audiébant & alloquebantur, agnoſci non pótuit; atque inter dírutos paríetes per anguſtum ingreſſus eſt áditum, quem repentè ex rúdere córruens agger præclúſit; & aránea ſic telis obtéxit, ut némini recentis látebræ ſuſpício relicta ſit. In ſicca deindè ciſterna ſex menſes deliteſcentem Chriſtus miniſtério cujuſdam mulíeris mirabíliter pavit. Finítâ tandèm perſecutióne, oblátum ſibi poſt Máximi mortem Epiſcopátum conſtanter recúſans, obtínuit ut Quinto deferrétur, qui ſeptem ante ſe diébus Préſbyter fúerat ordinátus. Quintus dignitáte major Felícem ut ſanctitáte potiórem ſemper obſervávit, eíque prædicandi munus injunxit. Céterùm Felix paupertátem exímiè cóluit : nec prædia ampliſſima in perſecutióne proſcripta vóluit repétere; ſed tribus terræ jugéribus, iiſque conductis, & hórtulo próprii juris contentus, labóre mánuum victum quærébat, parte fructuum paupéribus erogátâ. Tot virtútibus inſignis migrávit in cœlum : ejuſque ſepulcrum crebris nobilitátum eſt miráculis.

Oratio.

PRoſit nobis, Dómine, beáti Pontíficis Hilárii feſtíva ſolémnitas; ut ſicut conſubſtantiális tibi Verbi fidem per univerſas Gállias ſervávit illæſam, ita nos, ejus interceſſióne, in eádem fide ſtábiles, ipſi ſemper Verbo vivámus Fílio tuo Dómino noſtro; Qui tecum vivit.

Fit Commem. ſancti Felicis, Preſb. Ant. Fidúciam habémus. ℣. Emitte *ut in Communi Juſtorum*, xlix.

Oratio.

EXcita in Eccléſia tua, Dómine, Chriſtiánæ paupertátis ſpíritum, quem ſanctus Préſbyter Felix tui nóminis conféſſor religióſè cóluit; ut, ejus intercedéntibus méritis, promiſſa paupéribus ſpíritu præmia felíciter conſequámur; Per Chriſtum.

Ultimò, de Virg. Deipara.

AD VESP. fit Commem. S. Mauri, Abbatis. Ant. Egrédere. ℣. Potens. *ut in*

uni Abbatum,xxxvij.
, Da nobis. xlj.
ò, de Virg. Deipara.
D I E X V.
In Feſto
AURI, ABBATIS.
Semiduplex.
Lectio ij.
Greg. Magno, & one Abb. Glannoſ.
aurus Diáconus, qui i multis ſéculis, ut o miraculórum ſanc-ıedicti conſtat, is ıs eſt quem juſſu m patris Benedicti aquas cucurriſſe ut n Placidum eríperet, in Diálogis beátus rius; cùm in Gál-eniſſet, Glannoſo-monaſtérium in An-enſium ſolo ad Líge-ab título Salvatóris úxit. Cœnóbium il-heodebertus Auſtra-ı rex, ejuſque ſuc-Theodevaldus ac rius primus multis s locupletârunt. Cum Maurus annis plúri-Iónachos ibi ſanctíſ-exiſſet, ſuffecto in ſuum Bertulfo, ıd Dóminum; & in quátuor monaſtérii is quæ ſancti Martíni itur, ſepultus eſt, rálem altárispartem.
Lectio iij.
no Dómini octin-ntéſimo quadragéſi-uinto, Mártii die cimâ, oſſa beáti Mauri è ſuo loco ſubláta, ad partem orientálem, ponè ſcílicèt altáre in arca férrea cóndita ſunt. Tùmque in túmulo membránula vetuſtíſſima inventa eſt, hæc verba cóntinens: Hic requieſcit corpus Mauri Mónachi & Levítæ, qui témpore Theodeberti regis in Gálliam venit, & octávo decimo Calendárum Februariárum migrávit à ſéculo. Vigéſimo poſt tranſlatiónem hanc anno, corpus idem propter Normannórum incurſiónem, ad pagum Sagienſem, indè poſt annum in Burgúndiam, tandèm jubente Cárolo Calvo, ad monaſtérium Foſſatenſe agri Pariſienſis ad Mátronam flúvium illátum eſt: undè anno milléſimo ſeptingentéſimo quinquagéſimo ad monaſtérium ſancti Germáni apud Paríſios fuit tranſlátum.
Oratio. Da nobis. *in Communi Commem. de Virgine Deipara.*
AD VESPERAS, ſit à Capitulo de ſequenti, cum Commemor. præcedentis & Virginis Deiparæ.

D I E X V I.
In Feſto
SANCTI FULGENTII,
Epiſcopi & Doctoris.
Semiduplex.
Omnia de Communi Doctorum, additis quæ ſequuntur. Oratio. Deus, pro cujus. *infrà.*

Lectio ij.

Ex ejus vita per diſcipulum ſcripta.

FUlgéntius parentes hábuit in Senátu Carthagínenſi præcípuos. Ingénio præſtans ſimul & índole, magnos in lítteris, in pietáte majóres progreſſus fecit. Vix annum attígerat ætátis ſuæ vigéſimum, cùm jam régii procuratóris múnere in Byzacéna Província fungerétur. Sed non multò poſt mundi pertæſus, in monaſtérium ſe cóntulit, ut ibi totus Deo vacáret & cœléſtibus. Ab Ariáno preſbytero cæſus immániter, Confeſſóris Chriſti nomen adeptus eſt & glóriam. In Epíſcopum Ruſpenſem præter ſpem & mentem raptus, mox Trazimundi Regis Ariáni juſſu, exul in Sardíniam deportátus eſt.

Lectio iij.

IN Sardíniam jam exulábant Præſules pluſquàm ſexaginta: quibus licèt ætáte & ordinatióne poſtrémus, ipſis tamen ad propugnanda tùm grátiæ divínæ, tùm Incarnatiónis dógmata, lingua fuit & ingénium. Hinc ádeò percrébuit Fulgéntii nomen, ut ipſum Trazimundus Cartháginem evocáverit, qui tantum virum de fácie cognóſceret. Verùm ibi diù quiéſcere non lícuit: quòd enim multa & præclára pro fide ſcríberet, ſecundò in Sardíniam exílio depéllitur. Mórtuo Trazimundo, Eccléſiæ ſuæ reſtitútus, cùm hanc per annos adhuc decem ſummis curis paviſſet & exemplis, móritur calendis Januárii anno quingentéſimo trigéſimo tértio. Longâ ante óbitum ægritúdine, acerrimiſque fatigátus dolóribus, hæc ſæpiùs iterábat verba, digna ſanè quæ póſteris in patiéntiæ & humilitátis commendentur exemplum: Da mihi, Dómine, hìc patiéntiam, póſteà indulgéntiam.

Oratio.

DEus, pro cujus verbo beátus Fulgéntius Confeſſor tuus, Póntifex & Doctor, vexatiónes invictâ fide ſuſtínuit; da nobis ejus exemplo magis elígere afflígi in hoc ſéculo, quàm temporális peccáti habére jucunditátem; Per Dóminum.

AD VESP. fit à Capitulo de ſequenti, cum Commem. præcedentis.

Deindè S. Sulpitii, Bituricenſis Epiſc. Ant. Elégit. ℣. Beátus. xxiij.

Oratio.

DEus, qui dignè tibi ſerviéntium nos imitári deſíderas famulátum: da nobis in manſuetúdine ópera noſtra perfícere, exemplo beáti Sulpítii Pontíficis, qui ſuâ lenitáte di-

batum, xxxvij.
nobis. xlj.
irg. Deipara.
X V.
'eſto
ABBATIS.
plex.
o ij.
Magno, &
. Glannoſ.
iáconus, qui
s ſéculis, ut
ulórum ſanc-
conſtat, is
quem juſſu
is Benedicti
cucurriſſe ut
lum eríperet,
ilogis beátus
cùm in Gál-
, Glannoſo-
érium in An-
ſolo ad Líge-
lo Salvatóris
œnóbium il-
rtus Auſtra-
ejuſque ſuc-
devaldus ac
imus multis
etârunt. Cum
s annis plúri-
s ibi ſanctíſ-
, ſuffecto in
Bertulfo,
inum; & in
r monaſtérii
ancti Martíni
epultus eſt,
ltárispartem.
iij.
mini octin-
quadragéſi-
Mártii die
oſſa beáti

Mauri è ſuo loco ſubláta, ad partem orientálem, ponè ſcílicèt altáre in arca férrea cóndita ſunt. Tùmque in túmulo membránula vetuſtíſſima inventa eſt, hæc verba cóntinens: Hìc requieſcit corpus Mauri Mónachi & Levítæ, qui témpore Theodeberti regis in Gálliam venit, & octávo-decimo Calendárum Februariárum migrávit à ſéculo. Vigéſimo poſt tranſlatiónem hanc anno, corpus idem propter Normannórum incurſiónem, ad pagum Sagienſem, indè poſt annum in Burgúndiam, tandèm jubente Cárolo Calvo, ad monaſtérium Foſſatenſe agri Pariſienſis ad Mátronam flúvium illátum eſt: undè anno milléſimo ſeptingentéſimo quinquagéſimo ad monaſtérium ſancti Germáni apud Paríſios fuit tranſlátum.

Oratio. Da nobis. *in Communi Commem. de Virgine Deipara.*

AD VESPERAS, fit à Capitulo de ſequenti, cum Commemor. præcedentis & Virginis Deiparæ.

DIE XVI.

In Feſto

SANCTI FULGENTII,

Epiſcopi & Doctoris.

Semiduplex.

Omnia de Communi Doctorum, additis quæ ſequuntur. Oratio. Deus, pro cujus. *infrà.*

Lectio ij.

Ex ejus vita per diſcipulum ſcripta.

FUlgéntius parentes hábuit in Senátu Carthagínenſi præcípuos. Ingénio præſtans ſimul & índole, magnos in lítteris, in pietáte majóres progreſſus fecit. Vix annum attígerat ætátis ſuæ vigéſimum, cùm jam régii procuratóris múnere in Byzacéna Província fungerétur. Sed non multò poſt mundi pertæſus, in monaſtérium ſe cóntulit, ut ibi totus Deo vacáret & cœléſtibus. Ab Ariáno preſbytero cæſus immániter, Confeſſóris Chriſti nomen adeptus eſt & glóriam. In Epíſcopum Ruſpenſem præter ſpem & mentem raptus, mox Trazimundi Regis Ariáni juſſu, exul in Sardíniam deportátus eſt.

Lectio iij.

IN Sardíniam jam exulábant Præſules pluſquàm ſexaginta: quibus licèt ætáte & ordinatióne poſtrémus, ipſis tamen ad propugnanda tùm grátiæ divínæ, tùm Incarnatiónis dógmata, lingua fuit & ingénium. Hinc ádeò percrébuit Fulgéntii nomen, ut ipſum Trazimundus Cartháginem evocáverit, qui tantum virum de fácie cognóſceret. Verùm ibi diù quiéſcere non lícuit: quòd enim multa & præclára pro fide ſcriberet, ſecundò in Sardíniam exilio depéllitur. Mórtuo Trazimundo, Ecclèſiæ ſuæ reſtitútus, cùm hanc per annos adhuc decem ſummis curis paviſſet & exemplis, móritur calendis Januárii anno quingentéſimo trigéſimo tértio. Longâ ante óbitum ægritúdine, acerrimiſque fatigátus dolóribus, hæc ſæpiùs iterábat verba, digna ſanè quæ póſteris in patiéntiæ & humilitátis commendentur exemplum: Da mihi, Dómine, hic patiéntiam, póſteà indulgéntiam.

Oratio.

DEus, pro cujus verbo beátus Fulgéntius Confeſſor tuus, Póntifex & Doctor, vexatiónes invictâ fide ſuſtínuit; da nobis ejus exemplo magis elígere afflígi in hoc ſéculo, quàm temporális peccati habére jucunditátem; Per Dóminum.

AD VESP. fit à Capitulo de ſequenti, cum Commem. præcedentis.

Deindè S. Sulpitii, Bituricenſis Epiſc. Ant. Élégi ℣. Beátus. xxiij.

Oratio.

DEus, qui dignè ſ... ſerviéntium nos i... tári deſíderas famulátum da nobis in manſuetúdi... ópera noſtra perficere exemplo beáti Sulpítii Pontíficis, qui ſuâ lenitáte

hominibus,
ibus præmia
re; Per Chriſ-

Virgine Dei-

X.V I I.
eſto
NTONII,
Semiduplex.
ij.
er S. Athana-
ripta.
ióbilis Ægyp-
circà annum
um ingreſſus
x Evangélio
vis perfectus
de ómnia quæ
paupéribus;
i dicta eſſent,
uæ habébat
s eſt inter vi-
ſque vénditæ
rétium pau-
vit; ac pri-
haud procul
bi rebus óm-
is, non déſ-
emolumento
ióſynis páu-
non áliud ſibi
ictum quàm
ẻmeret, quo
lis occáſum
dhíbito tan-
ndimentum,
m temperan-
s poſthàc ſo-
ério, in mo-
iúſius reman-
cuídam man-
m ſibi ſtatú-
erret. Anno ætátis trigéſimo quinto erémum pétiit, undè poſt annos propè viginti, Spíritûs ſancti impulſu exiit; ut Cœnobítas moderarétur. Sæviente deindè Maximíno, martyrii deſidério flagrans, Mártyres uſquè ad Alexandríam, quò ducebantur, ſecútus eſt. Sed cùm votis non reſponderet ſucceſſus, finítâ perſecutióne, in cœnóbium rédiit. Magnum Athanáſium, ab Ariánis penè oppreſſum, crebrò inviſit. Ejus grátiâ ad Conſtantínum non ſemèl ſcripſit. Ab hæreticórum congreſſu ſemper abſtínuit. Ariános ejus auctoritáte ſe tuentes, público ſermóne damnávit. Morti próximus, inter ália mónita, hæc frátribus inculcávit: Cuſtodienda eſt pia fides in Chriſtum, & Patrum ſervanda tradítio. Paulum Anachorétam primum, quem ſenex adíerat, ſepelívit. Vixit annos quinque ſuprà centum. Scripſit Ægyptíacè ſeptem Epíſtolas, quæ in Græcam linguam tranſlátæ ſunt.

De S. Sulpitio Epiſcopo.
Lectio iij.
Ex ejus vita apud Sur. & Bolland.

SUlpítius à púero pietáti déditus, cùm Eccléſiis & Monaſtériis conſtruendis ac miſericórdiæ opéribus eſſet intentus, ab Auſtregíſilo Bituricenſi Epíſcopo

ad Diaconátum promótus eſt, ut in Eccléſia officium docendi exercéret. Préſbyter factus, à Clotário ſecundo poſtulátus eſt, ut in ejus caſtris Abbátis officio fungerétur; Regemque ipſum morbo graviſſimo laborantem, ſeptem diérum oratióne & jejúnio ſanitáti reſtítuit. Auſtregiſilo ſucceſſor datus, óptimi præſulis partes implévit. Diœceſánas ſæpè Synodos, interdùm étiam provinciáles celebrávit. Judæos omnes in Bituríglbus degentes, ad Chriſti fidem adductos, baptizávit. Cùm ad Eccléſiam noctu oratiónis causâ veníret, non ante recedébat, quàm Pſalmórum librum íntegrum recitaſſet. Indicto trídui jejúnio, ſuis précibus obtínuit à Dagoberto ut vectígal inſólitum, quod plebi Bituricenſi impoſúerat, abrogáret. Sedit in Concílio Remenſi ſub Sonnátio Reménſium Epíſcopo. Coadjutórem ſibi in ſenectúte, ex conſenſu Regis, Volfolendum cooptávit: tuncque totum ſe dedit levandis & inſtruendis paupéribus. Plenus tandem dierum quiévit in Dómino, & in urbe Bituricenſi ſepultus eſt.

Oratio.

DEus, cujus verbo foris ſonante, & grátiâ intus movente, excitátus

Antónius, ut ... ómnia relíquit: ... Evangélicæ ... ſtúdium ingre... rere, ut bra... felicitátis accip... Dóminum.

Fit Commem. S...
Ant. Ego ſum. ... xxvj. *Oratio*, D... dignè. *ſuprà.*

Ultimò, de Vi...

VESPERÆ à...

DIE XV...

In Feſt...

PONTIFI...

SEU CATH...

S. PETRI ...

Quâ primùm ... ſedit, tùm ...

Duplex ...

IN I. VES...

Pſalmi de F... in toto Officio.

Ant. SUſcitáb... 4. E. ... meas unum; ipſe ... dicit Dóminus.

Ant. 3. a. ... in Deum, & ... princeps in m... *Ezech.* 34.

Ant. 8. G. E... ter habitánti... lem; & figam ... lum in loco fid...

Ant. 1. g. Ip... mihi domum; ... ſólium ejus uſ... num. 1. *Paral*...

Ant. 6. Ecc... cem fœderis ... ipſi pactum Sa... piternum. *Nu*...

. *Iſaïæ* 33.
vidébunt Je-
abitatiónem
abernáculum
am transferri
: auferentur
mpiternum,
s non rum-

: *Dupl. maj.*
vum meum,
dabo in ma-
Dabo clavem
ſuper húme-
† Apériet,
claudat; &
on erit qui
c dicit Sanc-
, qui habet
qui áperit,
it; claudit,
: : * Dabo.
riet. *Iſ.* 22.

N U S.
uo, ſumme
ras
: óperi; non
gis
pibus, non
ocas
nátibus vi-

ymba; labor

úmeras hic
nen;
ium píſcibus

ladis replet.
pis ſcílicèt

potens vis
cis :

Uti debílibus te juvat; ínfimis
Gaudes árdua víncere.
Sit laus ſumma Patri, ſúmmaque Fílio:
Ambórum ſit idem Spirítui decus,
Per quem, Chriſte, tuam vox hóminum crucem
Terris éxtulit ómnibus. Amen.

℣. Humília réſpicit Dóminus in cœlo & in terra,
℟. Súſcitans à terra ínopem. *Pſ.* 112.

Ad Magníficat.

Ant. J. Súſcitat Dóminus de púlvere egénum, & de ſtércore élevat páuperem, ut ſédeat cum princípibus, & ſólium glóriæ téneat. 1. *Reg.* 2.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Fit Commem. ſancti Antonii, Ant. Attendite. ℣. Juſtus. xliij. *Orat.* Deus. *ſuprà.*

Ultimò de Virgine Deipara.

AD COMPLETORIUM, *ut infrà poſt II. Veſperas.*

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Caput córporis Eccléſiæ Dóminum, * Veníte, adorémus. *Epheſ.* 5. *Pſ.* 94. Veníte. 2.

H Y M N U S.

SAcri ſenátûs, Petre, caput, gregis
Verende paſtor; grande tuæ decus
Dùm prædicámus dignitátis,
Fer ſúpero pia vota Regi.

Chriſto vocanti promptus ades : ratem
Tu deſerendo déſeris ómnia :
Temet relinquis, pauperíſque
Non dúbitas comes ire pauper.

Cœleſtis intùs te Pater ádoocet,
Hinc voce certâ progénitum Deo
Parente Chriſtum confitéris,
Ingénito símilem Parenti.

Nunc ergò Petro nomen erit tibi:
Innixa petram quam ſuper árdua
Fundátur ædes veritátis,
Tartáreas domitúra portas.

Dùm, Chriſte, Patri nos quoque te parem
Cantámus, auge quam tríbuis fidem;
Infunde ſacrum, quo vigémus,
Pectóribus, Deus alme, Flamen. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 3. a. Invénit Andréas fratrem ſuum Simónem, & dixit ei : Invénimus Meſsíam. *Joan.* 1.

Ant. 2. Adduxit Andréas Simónem fratrem ſuum ad Jeſum. *Joan.* 1.

Ant. 4. E. Intúitus Simónem Jeſus, dixit : Tu es Simon fílius Jona ; tu vocáberis Céphas, quod interpretátur Petrus. *Joan.* 1.

℣. Véritas mea & miſericórdia mea cum ipſo; ℟. Et in nómine meo exaltábitur cornu ejus. *Pſ.* 88.

Lectiones de Scriptura occurrente.

Poſt j. Lect. ℟. Vidit Jeſus Simónem & Andréam fratrem ejus, & dixit eis: * Fáciam vos fieri Piſcatóres hóminum. ℣. Sacerdótes Dómini vocabímini, Miniſtri Dei noſtri. * Fáciam. *Matth.* 4. *Iſ.* 61.

Poſt ij. Lect. ℟. Ait Jeſus Simóni, qui vocátur Petrus, & Andreæ fratri ejus : Veníte poſt me: * Illi contínuò, relíctis rétibus, ſecúti ſunt eum. ℣. Honórem vocis audiérunt aures illórum; * Illi contínuò. *Matth.* 4. *Eccli.* 17.

Poſt iij. Lect. ℟. Aſcendens Jeſus in navim, quæ erat Simónis, dixit: * Duc in altum, & laxáte rétia veſtra in captúram. ℣. Sanabuntur aquæ ; & omnis ánima vivens, quæcumque vénerit torrens, vivet; & erunt piſces multi ſatis. * Duc. Glória. * Duc. *Luc.* 5. *Ezech.* 47.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 7. d. Concluſérunt píſcium multitúdinem copióſam ; rumpebátur autem rete eórum. *Luc.* 5.

Ant. 1. a. Petrus procidit ad génua Jeſu, dicens: Exi à me, quia peccátor ſum, Dómine. *Luc.* 5.

Ant. 8. G. Ait ad Si-

ſoli timére,
ómines eris
5.
de ſtércore
em, ℟. Ut
cum Princí-

eónis Papæ.
Cap. 3.
iv.
decim Apóſ-
eptâ per Spí-
nctum óm-
ne linguá-
um Evangé-
, diſtribútis
ártibus, ſuſ-
tíſſimus Pe-
poſtólici ór-
em Románi
érii; ut lux
in ómnium
abátur ſalú-
is ſe ab ipſo
tum mundi
eret. Cujus
s hómines in
non eſſent?
m gentes ig-
. Roma didi-
conculcandæ
piniónes, hìc
rant terrénæ
nitátes, hìc
æmonum cul-
nium ſacrifi-
tas deſtruen-
entíſſimâ ſu-
bebátur col-
quid uſquàm
rróribus inſ-

Jeſus Diſcí-
k elégit duó-

decim ex ipſis, quos & Apóſtolos nomínávit. *Primus Simon qui dícitur Petrus. ℣. Nimis honorificáti ſunt amíci tui, Deus: nimis confortátus eſt principátus eórum. * Primus. *Luc. 6. Pſ.* 138.

Lectio v.

AD hanc ergò urbem tu, beatíſſime Petre Apóſtole, veníre non métuis; & conſorte glóriæ tuæ Paulo Apóſtolo aliárum adhuc Eccleſiárum ordinatiónibus occupáto, ſylvam iſtam freméntium beſtiárum, & turbulentíſſimæ profunditátis océanum, conſtántior quàm cùm ſupra mare graderéris, ingréderis. Nec mundi dóminam times Romam, qui in Cáiphæ domo expáveras ſacerdótis ancillam. Numquid aut judício Piláti aut ſævítiâ Judæórum minor erat, vel in Cláudio poteſtas, vel in Neróne crudélitas? Vincébat ergò matériam formídinis vis amóris; nec æſtimábas terróri cedendum, dùm horum ſalúti cónſulis, quos ſuſcéperas diligendos.

℟. Exaltávit eum in conſpectu ómnium amicórum ſuórum, * Et ſtátuit ei principátum Sacerdótii. ℣. Dedit ei Deus grátiam & ſapiéntiam, & conſtítuit eum Præpóſitum ſuper omnem domum ſuam; * Et

ſtátuit. 1. *Mach.* 11. *Act.* 7.

Lectio vj.

HUnc autem intrépidæ caritátis affectum jam tunc profectò concéperas, quandò proféſſio tui amóris in Dóminum trinæ interrogatiónis eſt ſolidáta myſtério. Nec áliud ab hac mentis tuæ intentióne quæſítum eſt, quàm ut paſcendis ejus quem dilígeres óvibus, cibum quo ipſe eras opimátus, impénderes. Augébant quoque fidúciam tot ſigna miraculórum, tot dona charíſmatum, atque experimenta virtútum. Jam pópulos qui ex circumciſióne crediderant, erudíeras; jam Antiochénam Eccléſiam, ubi primùm Chriſtiáni nóminis dignítas eſt orta, fundáveras; jam Pontum, Galátiam, Cappadóciam, Aſiam, atque Bithyniam légibus evangélicæ prædicatiónis impléveras; nec aut dúbius de provectu óperis, aut de ſpátio tuæ ignárus ætátis, trophæum crucis Chriſti Románis árcibus inferébas, quò te divínis præordinatiónibus anteíbant, & honor poteſtátis, & glória paſſiónis.

℟. Parum eſt ut ſis mihi ſervus ad ſuſcitandas Tribus Jacob, & fœces Iſraël convertendas, ecce, * Dedi te in lucem Géntium.

℣. Ut convertant... nebris ad lucem, &... teſtáte ſátanæ ad D... * Dedi. Glória. * *Iſ.* 49. *Act.* 26.

IN III. NOCTU...

Ant. 6. Multi D... lórum abiérunt retr... ergò Jeſus ad Duó... Numquid & vos vul... re? *Joan.* 6.

Ant. 5. a. Reſp... Simon Petrus: D... ad quem ibimus? ... vitæ ætérnæ habe...

Ant. 4. A. N... mus & cognóvimu... es Chriſtus Fíli... *Joan.* 6.

℣. Non diſcédim... Dómine: ℟. V... nos, & nomen tu... cábimus. *Pſ.* 79.

Léctio ſancti Eva... cundùm Matth...

Lectio vij.

IN illo tempor... Jeſus in partes... Philippi, & inte... diſcípulos ſuos... Quem dicunt hó... fílium hóminis?... qua.

Homília ſancti... Epíſcopi... *Comment. in Mat...*

CHriſtus à... requírit qu... mines eſſe... & adjécit, Fíliu... nis. Hæc enim... nis tenenda rátio... ſicut Dei Fílium... Fílium hóminis...

quia álterum ſine
nihil ſpei tríbuit ad
. Editis ítaque quæ
de eo erant hómi-
pinióníbus, quid de
ſéntiant quærit. Pe-
ſpondit: Tu es Chriſ-
ius Dei vivi. Sed Pe-
nditiónem propoſi-
expénderat. Dómi-
im díxerat : Quem
mines eſſe dicunt ?
hóminis ? Et certè
hóminis contemplá-
órporis præferébat.
ldéndo, Quem me
icunt ? ſignificávit
id quod in ſe vide-
eſſe áliud ſentien-
erat enim hóminis

Quem dicunt hómi-
ſſe Fílium hóminis ?
Jeſus diſcípulis ſuis.
ndens Petrus, dixit:
Chriſtus, Fílius Dei
* Ait Jeſus : Et ego
tibi, quia tu es Pe-
& ſuper hanc pe-
ædificábo Eccléſiam
. ℣. Portæ Jerúſalem
pphíro & ſmaragdo
abuntur; & ex lápide
ſo omnis circúitus
rum ejus. * Ait Jeſus.
. 16. *Tob.* 13.

Lectio viij.

Jod ígitur de ſe opi-
nandi judícium deſide-
? Non illud arbitrá-
, quod de ſe ipſe con-
eſt : ſed occúltum
de quo quærebátur,
od ſe credéntium fides
debébat exténdere. Et dignum planè conféſſio Petri præmium conſecúta eſt, quia Dei Fílium vidiſſet. Beátus hic eſt, qui ultra humános óculos & intendiſſe & vidiſſe laudátus eſt : non id quod ex carne & ſánguine erat cóntuens, ſed Dei Fílium cœleſtis Patris revelatióne conſpíciens; dignuſque judicátus, qui quod in Chriſto Dei eſſet, primus agnóſceret.

℟. Tibi dabo claves regni cœlórum : * Et quodcumque ligáveris ſuper terram erit ligátum & in cœlis, & quodcumque ſólveris ſuper terram, erit ſolútum & in cœlis. ℣. Vocábo ſervum meum, & dabo clavem domûs David ſuper húmerum ejus; & erit in ſólium glóriæ dómui patris ejus. * Et. *Matth.* 16. *Iſ.* 22.

Lectio ix.

O In nuncupatióne novi nóminis felix Eccléſiæ fundamentum, dignáque ædificatióne illíus petra, quæ infernas leges, & tártari portas, & ómnia mortis clauſtra diſſólveret ! O beátus cœli jánitor, cujus arbítrio claves ætérni áditûs traduntur, cujus terreſtre judícium, præjudicáta authóritas ſit in cœlo; ut quæ in terris aut ligáta ſint, aut ſolúta, ſtatúti ejuſdem conditiónem obtíneant & in cœlo!

℟. Dixit Dóminus Petro : Quis, putas, eſt fidélis diſpenſátor & prudens, quem conſtítuit Dóminus ſupra famíliam ſuam? * Verè dico vobis quóniam † Supra ómnia quæ póſſidet, conſtítuet illum. ℣. Multi hómines miſericórdes vocantur; virum autem fidélem quis invéniet? * Verè. Glória Patri. † Supra. *Luc.* 12. *Prov.* 20.

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Pópulus Dómini, & oves páſcuæ ejus, ℟. Introíte portas ejus in confeſſióne. *Pſ.* 99.

AD LAUDES.

Ant. 1. g. Ait Dóminus : Simon, Simon, ecce ſátanas expetívit vos ut cribráret ſicut tríticum; ego autem rogávi pro te. *Luc.* 22.

Ant. 2. Ego rogávi ut non defíciat fides tua; & tu aliquandò converſus, confirma fratres tuos. *Luc.* 22.

Ant. 3. *a.* Dicit Jeſus Simóni Petro : Simon Joannis, díligis me plùs his? Dicit ei : Etiam, Dómine; tu ſcis quia amo te. Dicit ei : Paſce agnos meos. *Joan.* 21.

Ant. 4. E. Dicit ei íterùm : Simon Joannis, díligis me? Ait illi : Etiam, Dómine; tu ſcis quia amo te. Dicit ei : Paſce agnos meos. *Joan.* 21.

Ant. 6. Dicit ei tér-tiò : Simon Joannis, [...] me? Contriſtátus e[...] trus, & dixit : Dó[...] tu ómnia noſti; t[...] quia amo te. Di[...] Paſce oves meas. *Jo*[...]

CAPITULUM. 1. P[...]

Senióres qui in [...] ſunt óbſecro, [...] nior & teſtis Chri[...] ſiónum; qui & eju[...] in futúro revelan[...] glóriæ communicát[...] cite qui in vobis e[...] gem Dei.

HYMNUS.

Qualis poteſtas [...]
quis terris h[...]
Cui jura Chriſt[...]
conceſſit ſua!
Quidquid ligábis [...]
quid & ſolves [...]
Hoc & ligábit [...]
& polo Deus.
Tui probáto cordi [...]
ſuum
Paſtor ſuprémus [...]
tibi gregem : [...]
Serva, tuére, pa[...]
Paſtor bone :
Illíus & nos, [...]
pars gregis ſu[...]
Patri ſuprémo ſit [...]
glória :
Tibíque laudes [...]
bis cóncinat,
Æterne Fili, q[...]
trus confeſſus [...]
Compar ſit al[...]
decuſque Flá[...]
Amen.

℣. Póſui adjuto[...] potente, ℟. Et electum de plebe m[...]

dictus.
Eccléſia ædi-
bulans in ti-
, & conſola-
píritûs reple-
s autem per-
erſos. *Act.* 9.
tio.
. beáto Petro
tuo, collá-
gni cœleſtis,
li atque ſol-
ſcium tradi-
: ut interceſ-
xſlio, à pec-
tórum néxi-
; Qui vivis.
em. de Virg.

IS, *Doxolo-*
re, ſive ante,
ageſimam.
IMAM.
Ait Dóminus.
. Qui es Paſ-
pus * animá-
n. 1. *Petr.* 2.
R TIAM
, Ego.
. *Jerem.* 15.
n te, & ante
neam ſtabis;
ris pretióſum
s meum eris:
ipſi ad te, &
rtéris ad eos:
adversùm te,
llébunt; quia
ſum, ut ſal-
uam te, dicit

nine, * Lábia
Dómine. ℣.
* annuntiábit

laudem tuam. * Lábia. Glória Patri. Dómine. *Pſ.* 50.

℣. Narrábo nomen tuum frátribus meis: ℟. In médio Eccléſiæ laudábo te. *Pſ.* 21.

AD SEXTAM.

Ant. 3. *a.* Dicit Jeſus.

CAPITULUM. 1. *Paral.* 11.

TU eras, qui educébas & introducébas Iſraël; tibi enim dixit Dóminus Deus tuus: Tu paſces pópulum meum Iſraël, & tu eris princeps ſuper eum.

℟. *br.* Accépit eum, * Páſcere Jacob ſervum ſuum. Accépit. ℣. Et Iſraël * hæreditátem ſuam, * Páſcere. Glória Patri. Accépit. *Pſ.* 77.

℣. Qui regis Iſraël, inténde: ℟. Qui dedúcis velut ovem Joſeph. *Pſ.* 79.

AD NONAM.

Ant. 6. Dicit ei.

CAPITULUM. *Ezech.* 34.

IPſe erit eis in Paſtórem, ego autem Dóminus ero eis in Deum, & ſervus meus princeps in médio eórum: ego Dóminus locútus ſum.

℟. *br.* Pavit eos * In innocéntia cordis ſui. Pavit. ℣. Et in intelléctibus mánuum ſuárum * dedúxit eos, * In innocéntia. Glória. Pavit. *Pſ.* 77.

℣. Nos pópulus tuus, & oves páſcuæ tuæ, ℟. Confitébimur tibi in ſéculum. *Pſ.* 78.

moriális Sanctórum, ducens eos céteris in exemplum. Manávit autem non ſolùm per Ægyptum ſanctórum Juliáni & Baſiliſſæ cultus; verùm étiam à ſexto jam ſǽculo, ut refert Martyrológium ſancti Hierónymi nómine inſignítum, orientálem tranſcénderat Eccléſiam, & multas in Occidente províncias occupáverat. Eórum feſtum diem poſtrídie Epiphaniórum Dómini in Hiſpánia fuiſſe celebrátum, teſtátur Miſſále Mozarábicum. Extábat antíquitùs Conſtantinópoli inſignis basílica in honórem eorumdem Sanctórum extructa.

Oratio.

DEus, qui ſanctis conjúgibus Juliáno & Baſiliſſæ virginitátis propóſitum ac martyrii deſidérium infudiſti: da nobis, eórum interceſſióne, ut caſtè vivendo, & adverſa fórtiter tolerando, ad núptias Agni immaculáti cum ipſis perveníre mereámur; Qui tecum vivit.

Fit Commemoratio de Virgine Deipara.

VESPERÆ de S. Sebaſtiano, ut in Communi unius Martyris. Oratio, Vide, Dómine. *infrà.*

Fit Commem. SS. Juliani & Baſiliſſæ. Ant. Datæ ſunt. ℣. In æternum. xxi. *Oratio,* Deus, qui ſanctis. *ſuprà.*

Ultimò, de Virgine Deip.

DIE XX.
In Feſto
SANCTI SEBAST
Martyris.
Duplex-minu
Omnia de Commu Martyris, additis quuntur.
IN I. NOCT. L de Scriptura occurr
IN II. NOCTU
Lectio iv.
Ex S. Amb. & A apud Bollan

SEbaſtiánus, natus, ex Na patre, & m diolanenſi, undè AmbróſiusillumM oriundum ſcribit mórtuo, Medio matre vídua puer atque ibì lítteris tiánâ religióne formátus. In Ca mùm aliquándiù eſt. PóſtmodùmD imperatóris bene ità ſibi conciliáv eo primæ coh conſtitútus fúerit nam fidem deindè tus, moriendi p deſidério flagran déret Medioláni lum eſſe, vel Chriſti fide certá mam profectus propter fidei ſtúd biſſima fervébat tiónis violéntia.

Lectio v

UT primùm R vénit Sebaſt

ibus adjuváre,
, palàm auſus
reſque ac Már-
ıtiónibus con-
ım ob rem à
ice delátus eſt
ıum; qui, cùm
lo, nec ter-
hriſti fide po-
ſtiánum avér-
lum alligátum
figi juſſit. Ad
ıium opinióne
réne pia vídua
ut corpus ejus
auferret; ſed
tum in domum
lit.

io vj.

tâ valetúdine,
ſartyr Diocle-
a factus, ejus
libériùs accu-
aſpectu cùm
obſtupuiſſet,
um créderet;
& acri Sebaſ-
enſióne excan-
ım in Hippó-
látii duci, &
us cædi impe-
ánimam exha-
orpus in clóa-
m, Lucína à
n ſomnis ad-
eſſet, & quo
vellet, ad Ca-
pelívit. Sancti
a, Ludovíci
e, annuente
ındo, in Gál.
ſummâque po-
atulatióne ex-
ribus in locis
peculiári veneratióne có-
luntur.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Lucam.

Lectio vij. Cap. 21.

IN illo témpore; Dicébat Jeſus diſcípulis ſuis: Injícient vobis manus ſuas, & perſequentur tradentes in Synagógas & cuſtódias, trahentes ad reges & præſides propter nomen meum. Et réliqua.

Homília ſancti Ambróſii Epíſcopi.

Expoſ. in Pſ. 118. *Serm.* 20. *n.* 43. & 44.

NOn unus perſecútor eſt, multos miniſtros habet; ſed non te térreant. Per multas enim tribulatiónes oportet nos introíre in regnum Dei. Si multæ perſecutiónes, multæ probatiónes; ubi multæ corónæ, multa certámina. Tibi ergò próficit quòd multi perſecutóres ſunt; ut inter multas perſecutiónes facíliùs invénias quemádmodùm coronéris. Utámur exemplo Sebaſtiáni mártyris, cujus hódiè natális eſt. Hic Mediolanenſis oriundus eſt. Fortaſsè aut jam diſcéſſerat perſecútor, aut adhuc non vénerat in hæc pártium, aut mítior erat. Advertit hic aut nullum eſſe, aut tepére certámen. Romam profectus eſt, ubi propter fídei ſtúdium perſecutiónis acer-

ba fervébant: ibi paſſus eſt, hoc eſt, ibi coronátus. Itaque ille, quò hoſpes advénit, domicílium immortalitátis perpétuæ collocávit.

Lectio viij. *n.* 45.

SI unus perſecútor fuiſſet, coronátus hic Martyr útiquè non fuiſſet. Sed quod pejus, non hi solùm perſecutóres ſunt qui videntur, ſed étiam qui non videntur; & multò plures perſecutóres. Sicut enim unus perſecútor rex multis perſecutiónis præcepta mittébat, & per ſíngulas vel civitátes, vel províncias, erant diverſi perſecutóres; ita étiam diábolus multos miniſtros ſuos dírigit, qui non foris tantúmmodò, ſed étiam intùs fáciant perſecutiónes in ánimis ſingulórum. De his dictum eſt perſecutiónibus: Omnes qui volunt piè vívere in Chriſto Jeſu, perſecutiónem patiuntur. Omnes dixit, nullum excépit. Quis enim exceptus poteſt eſſe, cùm ipſe Dóminus perſecutiónum tentamenta toleráverit? Perſéquitur avarítia, perſéquitur ambítio, perſéquitur luxúria, perſéquitur ſupérbia, perſéquitur fornicátio. Undè & Apóſtolus ait: Fúgite fornicatiónem. Nam quâ causâ fúgeres, niſi illa te perſequerétur? Eſt enim malus ſpíritus fornicatiónis, eſt malus ſpíritus avarítiæ, malus ſpíritus ſupérbiæ.

Lectio ix.

ISti ſunt perſecutóres graves, qui ſine gládii terróre mentem hóminis frequenter elídunt, qui illécebris magis quàm terróribus ánimos expúgnant fidélium. Hi tibi hoſtes cavendi, hi gravióres tyranni, per quos Adam captus eſt. Multi in perſecutióne pública coronáti, occultâ hac perſecutióne cecidérunt. Foris, inquit, pugnæ, intùs timóres. Advertis quàm grave certámen ſit, quod eſt intrà hóminem; ut ſecum ipſe confligat, cum ſuis cupiditátibus præliatur. Ipſe Apóſtolus fluctuat, hæret, aſtríngitur, captivári ſe áſſerit in lege peccáti, & mortis córpore debellári, nec potuiſſe evádere, niſi eſſet Dómini Jeſu grátiâ liberátus.

Oratio.

VIde, Dómine, infirmitátes noſtras; & intercedente beáto Sebaſtiáno Mártyre tuo, céleri nobis pietáte ſuccurre; Per Dóminum.

Fit Commem. de Virg. Deipara.

AD VESP. ſit Commem. S. Agnetis, Ant. Infirma. ℣. Deus. *ut in Comm.* liv. *Oratio,* Omnípotens. *infrà.*

Ultimò, de Virgine Deipara.

D I E XXI.
In Feſto
CTÆ AGNETIS,
ginis & Martyris.
Semiduplex.
bro ſancti Ambróſii
copi, de Virgínibus.
arcellinam ſororem,
1. *Cap.* 2. *Lectio ij.*
diè natális eſt ſanctæ
gnês. Hæc trédecim
um martyrium fe-
ráditur. Quò deteſta-
crudélitas, quæ nec
culæ pepercit ætáti:
magna vis fídei,
tiam ab illa teſtimó-
invénit ætáte. Fuit-
illo corpúſculo vúl-
locus? Et quæ non
quò ferrum recípe-
hábuit quò ferrum
ret. Hæc inter cruen-
arníficum impávida
s, hæc ſtridentium
bus immóbilis trácti-
atenárum, nunc fu-
mucróni mílitis to-
offerri corpus, mori
néſcia, ſed paráta;
ad aras invíta rape-
, téndere Chriſto in-
nes manus atque in
ſacrílegis focis tro-
m Dómini ſignáre
is; nunc ferrátis colla
ſque ambas inſérere
us. Sed nullus tàm
membra póterat
includere. Novum
rii genus! Nondùm
a pœnæ, & jam ma-
ictóriæ: certáre dif-
, fácilis coronári,
magiſtérium virtútis im-
plévit, quæ præjudícium
vehébat ætátis.

Lectio iij.

NOn ſic ad thálamum nupta properáret, ut ad ſupplícii locum, læta ſucceſſu, gradu feſtína virgo proceſſit. Flere omnes, ipſa ſine fletu. Mirári plerique quòd tàm fácilè vitæ ſuæ pródiga, quam nondùm háuſerat, jam quaſi perfuncta donáret. Stupére univerſi quòd jam divinitátis teſtis exíſteret, quæ adhuc árbitra ſuî per ætátem eſſe non poſſet. Quanto terróre egit cárnifex ut timerétur, quantis blandítiis ut ſuadéret, quantórum vota ut ſibi ad núptias proveníret! At illa: Et hæc ſponſi injúria eſt, inquit, expectáre placitúrum. Qui me ſibi prior elégit, accípiet. Quid, percuſſor, moráris? Péreat corpus quod amári poteſt óculis quibus nolo. Stetit, orávit, cervícem infléxit. Cérneres trepidáre carníficem, quaſi ipſe addictus fuiſſet; trémere percuſſóris déxteram; pallére ora aliéno timentis perículo, cùm puella non timéret ſuo. Habétis ígitur in una hóſtia duplex martyrium, pudóris & religiónis. Et virgo permanſit, & martyrium obtínuit.

Oratio.

OMnípotens, ſempitérne Deus, qui infirma

mundi éligis ut fórtia quæque confundas : concéde propítius, ut qui beátæ Agnétis, Vírginis & Mártyris tuæ, ſolémnia cólimus, ejus in fide conſtántiam ſubſequámur; Per Dóminum.

Commem. de Virgine Deipara.

AD VESP. ſit à Capitulo de ſequenti, cum Commem. præced. & Virginis Deip.

DIE XXII.

In Feſto
SANCTI VINCENTII,
Diaconi & Martyris.

Semiduplex.

Omnia de Communi unius Martyris, additis quæ ſequuntur. Oratio, Da nobis. *infrà.*

Lectio ij.

Ex Actis ejus apud Boll. & Ruin.

VIncéntius Diáconus in perſecutióne Diocletiáni apud Valéntiam Hiſpániæ civitátem ad Daciánum præſidem ductus, quòd palàm Chriſtum prædicáret, vinctus retortis bráchiis, extenſus eſt, donec oſſa membrátim divellerentur. Deindè férreis úngulibus ſemèl atque íterùm excarnificátus. At ille tormenta contempſit; nec addúci pótuit, ut libros ſacros tráderet igni comburendos. Quapropter in craticula ſubjectis prunis ardéntibus impóſitus, & candéntibus lá-
minis exuſtus eſt, ...
guttis, & ſale ...
Poſt hæc trúditur in ...
rem ſtratum teſtá...
mentis, ut ejus nud...
pus teſtárum acúleis ...
rétur, divaricátis ...
in nervo crúribus. ...
illuſtráto cœlitùs ...
re, ab Angelo ad ...
rium accénditur: il...
cárceris cuſtos rup...
ténis ambulantem ...
ciens, ſpectáculo ...
factus, Chriſtum ...
ſus eſt. Eductus ind...
locátur in molli ...
ut recreátus aliquán...
ácriùs dénuò torque...
ſed exhauſtus víribus ...
mam exhalávit. ...
ejus cùm projectum ...
inhumátum, corvu...
volúcribus & à lupo ...
guibus, roſtro, a...
rabíliter defendit. ...
cógnitâ, Daciánus i...
cúleo, ſaxóque illi...
in mare demergi ju...
indè étiam divínitù...
tum ad littus Ch...
ſepéliunt.

Sermo ſancti Au...
Epíſcopi.

Serm. 276. in na...
Vincentii, 3. C...

Lectio iij.

QUæ hodiè régio, ...
província ulla, ...
què vel Románi...
périum, vel Chriſ...
nomen exténditur, ...
lem non gaudet ...
Vincéntii Diáconi

aciáni vel
niſi Vin-
legiſſet ?
â curâ ſer-
Mártyris
ıd demonſ-
gubernaſſe
n non re-
ı ? Vicit
ivens Vin-
: mórtuus.
ı calcávit,
tranſnatá-
ıter undas
ver extinc-
r úngulas
: invictum.
ıa tortóris
ıerſit aqua
us. Sed in
i ómnibus
ıiſi pretió-
ı Dómini
ejus.
'.
ıuæſumus,
s Deus,
ıvictâ men-
toleráre;
ítam Vin-
ıis terréri,
s es ſupe-
num.
de Virgine

t à Capitu-
um Comm.
Virg. Deip.
X I I I.
to
BIANI,
rtyris.
lex.
Communi

unius Martyris, additis quæ ſequuntur. Oratio, Omnípotens, ſempiterne Deus. xiij.

Lectio ij.

Ex Euſebio, S. Cypriano & S. Hierón.

FAbiánus, poſt mortem Anterótis, qui Románam ſedem menſis unius ſpátio ténuit, ad Pontificátum, præter ómnium expectatiónem, divínitùs vocátus eſt. Nam, ut refert Euſébius, cùm de electióne Románi Pontíficis agerétur, ac nemo de Fabiáno cogitáret, columba è ſublími delapſa, repentè cápiti ejus inſediſſe fertur. Quo ſpectáculo permóti omnes, ſimul exclamáre cœpérunt Fabiánum dignum eſſe; ſtatìmque pontificáli cáthedræ eum impoſuérunt. Per lítteras ácriter reprehendit Privátum hæréticum, in Concílio nonaginta Epiſcopórum Africanórum, ob multa & grávia delicta condemnátum. Ad ipſum Orígenes epíſtolam de ſua fide conſcripſit. Ipſe vidétur plúrimos in Gállias miſiſſe viros Apoſtólicos, ſcílicèt, Dionyſium primum Pariſiórum Epíſcopum, Saturnínum Toloſanórum, Gatiánum Túronum, & álios qui cum eis venérunt. Paſſus eſt autem in perſecutióne Décii.

Lectio viij.

DE crudelitáte perſecutiónis quæ adversùm Chriſtiánoſ ſub Décio conſurréxit, eò quòd in religiónem Philippi Imperatóris, quem & interfécit, deſævíret, ſupérfluum eſt dícere, inquit ſanctus Hierónymus, cùm étiam Fabiánus Románæ Eccléſiæ Epíſcopus in ipſa occubúerit; & Alexander Babylaſque Hieroſolymórum & Antiochénæ Eccléſiæ Pontífices in cárcere pro confeſſióne dormíerint. De Fabiáni agóne ſanctus Cypriánus per epíſtolam Cleri Románi cértior factus, ſic reſcripſit: Plúrimùm grátulor, quòd ejus memóriam tàm célebri & illuſtri teſtimónio proſequámini; ut & per vos innotéſceret nobis, quod & vobis eſſet circà Præpóſiti memóriam glorióſum, & nobis quoque fídei ac virtútis præbéret exemplum. Fabiáno ſuffectus eſt Cornélius.

Fit Comm. de Virg. Deip.

AD VESPERAS, fit à Capitulo de ſequenti.

DIE XXIV.

In Feſto SANCTI TIMOTHEI, Epheſini Epiſc. & Mart.

Semiduplex.

Omnia ut in Communi unius Martyris, exceptis quæ ſequuntur.

Pridiè AD VESPERAS, poſt Hymnum, ℣. Oculi mei ad fidéles terræ, ℟. Ut ſédeant mecum. *Pſ.* 100.

Ad Magníficat.

Ant. 1. D. Ecce diſcípulus quidam erat Lyſtræ, nómine Timótheus: huic teſtimónium bonũ reddébant fratres: hunc vóluit Paulus ſecum proficíſci. *Act.* 16.

Oratio, Deus, qui beátum. *infrà ad Laudes.*

Fit Commem. S. Titi Cretenſis Epiſcopi, ut ſequitur.

Ant. Grátias Deo, qui dedit eamdem ſollicitúdinem pro vobis in corde Titi, quóniam exhortatiónem quidèm ſuſcépit, ſed cùm ſollicítior eſſet, ſuâ voluntáte profectus eſt ad vos. 2. *Cor.* 8.

℣. Accépit eum Dóminus páſcere Jacob ſervum ſuum, ℟. Et Iſraël hæreditátem ſuam. *Pſ.* 77.

Oratio, Deus, qui pro *infrà ad Laudes.*

Deindè fit Commem. S. Fabiani. Ant. Juſtum. ℣. Poſuiſti. xv. *Oratio*, Omnípotens. *ut in Communi unius Mart.*

Ultimò de Virgine Deip.

AD OFFICIUM NOCT.

Lectio ij.

Ex Actis Apoſt. Epiſt. S. Pauli, Euſebio, S. Joan. Chryſoſt. Theodor.

TImótheus, Lyſtris in Lycaónia natus patre gentíli, & matre Judæa fidéli, chriſtiánam colébat religiónem, cùm in ea loco venit Paulus Apóſ-

lus. Ab infántia ſacras
terras didícerat, & teſti-
ónium illi reddébant,
ii in Lyſtris erant & Icó-
o fratres. Hinc factum
t ut illum Paulus adhi-
ierit ſibi ſócium ſuæ pe-
grinatiónis; ſed propter
idæos qui ſe ad Chriſtum
nvérterant, ſcientes Ti-
óthei patrem eſſe gentí-
m, eum circumcídit.
ùm ígitur ambo Epheſum
niſſent, ibi ordinátus eſt
ɔíſcopus ab Apóſtolo,
eam Eccléſiam, imò
totam Aſiam minórem
ibernáret. Ad eum Apóſ-
lus duas epíſtolas ſcrip-
:, primam è Macedónia,
teram Româ, quibus in
ıſtorális offícii cura ip-
m confirmat. Ipſe crédi-
r eſſe hunc Angelum
phesi Eccléſiæ, quem
ɔmmendat & ádmonet
hriſtus in Joannis Apo-
lypſi. Sic verò poſt hanc
ımonitiónem profécit, ut
ım pópulum Epheſínum
quadam celebritáte diis
ımolantem, ab illa im-
etáte removére conaré-
ır, fúſtibus & lapídibus,
: fert Græcórum tradí-
o, óbrutus, inter diſci-
ılórum manus paulò pòſt
ddíderit ſpíritum.

e S. Tito Cretenſi Epiſc.

Lectio iij.

x Epiſt. S. Pauli, & variis Scriptor. Eccleſiaſt.

ALter dilectíſſimus ſancti Pauli diſcípulus fuit Titus, ad quem ſcripſit Epíſtolam, quæ duárum ad Timótheum Epiſtolárum quaſi compéndium eſt. Interpres fuiſſe in Evangélio à Sancto Hierónymo ſcríbitur. Corinthum ab eódem miſſus eſt ad componendas illíus Eccléſiæ controvérſias; & deindè in ínſula Creta relictus, ut ea quæ deeſſent, corrígeret, & Epíſcopos per civitátes conſtitúeret. Undè ab Euſébio vocátur Cretæ Eccleſiárum Epíſcopus. Conſtat ipſum, jubente Paulo, ad prædicandum Evangélium Dalmatiam profectum eſſe. Tandèm Cretam redux, in pace, ut tráditur, quiévit.

AD LAUDES, poſt Hymnum.

℣. Ambulans in via immaculáta, ℟. Hic mihi miniſtrábat. *Pſ.* 100.

Ad Benedictus.

Ant. 6. Spero in Dómino Jeſu Timótheum me citò míttere ad vos: néminem enim hábeo tàm unánimem, qui ſincérâ affectióne pro vobis ſollícitus ſit. Sicut patri fílius, mecum ſervívit in Evangélio. *Philip.* 2.

Oratio.

DEus, qui beátum Timótheum verbis fídei & bonæ doctrínæ enutrítum, fidélem Evangélii miniſtrum effeciſti; da nobis, ejus interceſſióne,

dívites fieri in opéribus bonis; ut ejus exemplo, juſtítiam ſectantes, veram vitam aprehendámus; Per Dóminum.

Fit Commem. S. Titi, ut ſequitur.

Ant. Relíqui te Cretæ, ut ea quæ deſunt córrigas, & conſtítuas per civitátes preſbyteros, ſicut & ego diſpóſui tibi. *Tit.* 1.

℣. Pavit eos in innocéntia cordis ſui; ℞. Et in intelléctibus mánuum ſuárum dedúxit eos. *Pſ.* 77.

Oratio.

DEus, qui per apoſtólicos beáti Titi labóres Eccléſiam tuam propagári voluiſti; quæſumus, ut contínuo ejus præſídio muníta, ſpirituálibus ſemper profíciat increméntis; Per Chriſtum.

Ultimò de Virgine Deipara.

VESPERÆ de ſequenti.

DIE XXV.
IN FESTO CONVERSIONIS SANCTI PAULI, APOSTOLI.

SOLEMNE-MINUS.

[*In Eccleſia Collegiata, ANNUALE.*]

IN I. VESPERIS.

Pſalmi de Feria.

Ant. 2. EGo Iſraelíta ſum, ex ſémine Abraham, de tribu Bénjamin. *Rom.* 11.

Ant. 6. Si quis álius vidétur confídere in carne, ego magis, circumcíſus octávo die, Hebræus ex Hebræis. *Philipp.* 3.

Ant. 1. a. Sum natus in Tarſo Cilíciæ, nutrítus autem in civitáte Jerúſalèm ſecùs pedes Gamáliel. *Act.* 22.

Ant. 3. c. Eram ſecundùm legem Phariſæus, ſecundùm juſtítiam quæ in lege eſt, converſátus ſine queréla. *Philipp.* 3.

Ant. 7. *d.* Suprà modum perſequébar Eccléſiam Dei, & expugnábam illam, abundántiùs æmulátor exiſtens paternárum meárum traditiónum. *Galat.* 1.

CAPITULUM. *Geneſ.* 49.

BEnjamin, lupus rapax, manè cómedet prædam, & véſperè dívidet ſpólia.

℞. Ut quid, Dómine, víneam tuam extermínávit aper de ſylva, & ſinguláris ferus depaſtus eſt eam? * Deus virtútum, convértere; réſpice de cœlo, & † Víſita víneam iſtam. ℣. Audívi quanta mala fecit ſanctis tuis in Jerúſalem: & hic habet poteſtátem alligandi omnes qui ínvocant nomen tuum. * Deus. Glória Patri. [*In Eccl. Colleg.* † Víſita.] *Repetitur* ℞. Ut quid. *uſque ad* ℣. *Pſ.* 79. *Act.* 9.

HYMNUS.

PAſtóre percuſſo, minas
Spirábat & cædes lupus;
Sparſumque vaſtábat gregem,

Te, Chriſte, Saulus néſciens.
Et jam caténas ſtríngere
Ferox parábat, jam cruces;
Sed ô! repentè ſtérnitur,
Verbóque perculſus ruit.
Quid, Saule, Saule, quid ſtruis?
Agnoſce victrícem manum:
Cœlo relucári nefas;
Abſiſte Jeſum pérſequi.
Jam tendit imbelles manus;
Jam colla ſubmittit jugo:
Stupens jacet, clamat tremens:
Quid, Chriſte, quid victor jubes?
Ex hoſte miles, ex lupo
Agnus, gregi ſe dévovet;
Et raptor ipſe nóbili
Raptus triumpho dúcitur.
O celſa cedrórum, Deus,
Qui voce vertis cúlmina!
O qui potenti ſúbjicis
Mentes ſuperbas grátiæ!
Tu, Paſtor, infenſas tuo
Vires ovíli cóntere;
Et noſtra, ſi quid dévium,
Ad te reflecte péctora.
Uni ſit & trino Deo
Supréma laus, ſummum decus,
De nocte qui nos ad ſuæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. Uſquequò, Deus, improperábit inimícus? ℟. Irrítat adverſárius nomen tuum in finem? *Pſ.* 73.

Ad Magníficat.

Ant. 1. D. *duplicanda.*

Egreſſum tuum & intr
tum tuum cognóvi; p
nam ergò frænum in lab
tuis, & redúcam te in vi
per quam veniſti. *Iſ.* 37.

Oratio, ut infrà ad La
des.

[*In Eccleſia Colleg. m*
tuntur ſequentes Comm

Pro Commem. S. *Ti*
thei,

Ant. Scio ópera tua,
labórem, & patiént
tuam: ſed hábeo adver
te quòd caritátem t
primam reliquiſti: ag
niténtiam; & prima
fac. Vincenti dabo
de ligno vitæ, quod
paradíſo Dei mei. *A*

℣. Juſtus, cùm
rit, nón collidétu
Quia Dóminus ſ
manum ſuam. *Pſ.*

Oratio, Deus,
tum. *ſuprà.*

Deindè fit Comm
Titi.

Ant. In ómnib
ſum præbe exempl
nórum óperum, i
trína, in integritá
gravitáte; verbum
irreprehensíbile. T

℣. Cuſtódi innoc
& vide æquitáte
Quóniam ſunt relíq
mini pacífico. *Pſ.*

Oratio, Deus,
ut ſuprà.

Non fit Commem.
gine Deipara.

AD COMPLETORI
infrà poſt II. Veſpe

JM NOCT.
ſtum qui vo-
per grátiam
ſte, adoré-

enſte. 2.
N U S.
ſtes, Saule,

:rcitus ?
l tot ardes
ìimas ?
ıem laceſſis,
indicem.
ſtat; impo-

, déjicit:
:ranti,
ubjicit;
Chriſti,
m pérſonat.
s qui miná-

ncula,
:, nec jam

lúcitur:
ıx furébat,
n vértitur.
iſte, quàm

ıéxterâ!
re nomen
ánguine,
x per orbem
ıo.
laus Paren-

ınia;
:démit
:ns ſuâ:
jus almo
álitu.

Pſalmi de Feria, [in Eccl. Colleg. de Dominica,] & ſic in reliquo Officio.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 8. c. Lapidábant Stéphanum; & teſtes depoſuérunt veſtimenta ſua secùs pedes adoleſcentis qui vocabátur Saulus. *Act.* 7. & 8.

Ant. 2. a. Saulus erat conſéntiens neci ejus: facta eſt autem in illa die perſecútio magna in Eccléſia quæ erat Jeroſólymis. *Act.* 7. & 8.

Ant. 3. a. Omnes diſperſi ſunt præter Apóſtolos: Saulus autem devaſtábat Eccléſiam. *Act.* 8.

℣. Quanta malignátus eſt inimícus in ſancto! ℟. Et gloriáti ſunt qui odérunt te. *Pſ.* 73.

De Actibus Apoſtolórum.

Lectio j. Cap. 9.

SAulus adhuc ſpirans minárum & cædis in diſcípulos Dómini, acceſſit ad príncipem Sacerdótum, & pétiit ab eo epíſtolas in Damaſcum ad Synagógas; ut ſi quos inveniſſet hujus viæ viros ac mulíeres, vinctos perdúceret in Jerúſalem. Et cum iter fáceret, cóntigit ut appropinquáret Damaſco; & ſúbitò circumfulſit eum lux de cœlo. Et cadens in terram, audívit vocem dicentem ſibi: Saule, Saule, quid me perſéqueris? Durum eſt tibi contra ſtímu-

lum calcitáre. Et tremens ac ſtupens dixit : Dómine, quid me vis fácere? Et Dóminus ad eum : Surge, & ingrédere civitátem ; & ibi dicétur tibi quid te opórteat fácere. Viri autem illi qui comitabantur cum eo, ſtabant ſtupefacti, audientes quidem vocem, néminem autem videntes. Surrexit autem Saulus de terra, apertiſque óculis nihil vidébat. Ad manus autem illum trahentes, introduxérunt Damaſcum. Et erat ibi tribus diébus non videns ; & non manducávit, neque bibit.

℟. Exiſtimáveram me adversùs nomen Jeſu Nazaréni debére multa contrária ágere : * Quod & feci Jeroſólymis, & multos ſanctórum ego in carcéribus inclúſi ; & † Cùm occiderentur, détuli ſenténtiam. ℣. Dixit inimícus : Pérſequar & comprehendam; dívidam ſpólia, implébitur ánima mea : * Quod. [*In Colleg.* Glória Patri. † Cùm.] *Act.* 26. *Exod.* 15.

Lectio ij.

Erat autem quidam diſcípulus Damaſci, nómine Ananías ; & dixit ad illum in viſu Dóminus : Ananía. At ille ait : Ecce ego, Dómine. Et Dóminus ad eum : Surge, & vade in vicum qui vocátur Rectus, & quære in domo Judæ Saulum nómine, Tarſenſem ; ecce enim orat. (Et vidit virum Ananiam nómine, introeuntem, & imponentem ſibi manus, ut viſum recípiat.) Reſpondit autem Ananías : Dómine, audívi à multis de viro hoc, quanta mala fecerit ſanctis tuis in Jeruſalem ; & hic habet poteſtatem à princípibus Sacerdótum alligandi omnes qui ínvocant nomen tuum. Dixit autem ad eum Dóminus : Vade, quóniam vas electiónis eſt mihi iſte, ut portet nomen meum coràm géntibus, & régibus, & fíliis Iſraël ; ego enim oſtendam illi quanta opórteat eum pro nómine meo pati.

℟. Eram conclúdens in cárcerem, & cædens eos qui credébant in te : * Cùm funderétur ſanguis Stéphani teſtis tui, ego aſtábam, & conſentiébam, & cuſtodiébam veſtiménta interficiéntium illum. ℣. Caſtigaſti me, & erudítus ſum quaſi juvénculus indómitus : * Cùm. [*In Colleg.* Glória Patri. * Cùm.] *Act.* 22. *Jerem.* 31.

Lectio iij.

Et ábiit Ananías, & introívit in domum ; & impónens ei manus, dixit : Saule frater, Dóminus miſit me Jeſus, qui appáruit tibi in via quâ veniébas, ut vídeas, & impleáris Spíritu ſancto. Et

confeſtim cecidérunt ab óculis ejus tanquàm ſquamæ, & viſum recépit, & ſurgens baptizátus eſt. Et cùm accepiſſet cibum, confortátus eſt. Fuit autem cum diſcípulis qui erant Damaſci per dies áliquot. Et contínuò prædicábat Jeſum, quóniam hic eſt Fílius Dei. Stupébant autem omnes qui audiébant; & dicébant: Nonne hic eſt qui expugnábat in Jerúſalem eos qui invocábant nomen iſtud; & huc ad hoc venit, ut vinctos illos dúceret ad príncipes Sacerdótum? Saulus autem multò magis convaleſcébat, & confundébat Judæos qui habitábant Damaſci, affirmans quóniam hic eſt Chriſtus.

℟. Ego ſum mínimus Apoſtolórum, qui non ſum dignus vocári Apóſtolus, quóniam * Perſecútus ſum Eccléſiam Dei: † Grátiâ autem Dei ſum id quod ſum. ℣. Hæc mutátio déxteræ Excelſi: quis Deus magnus ſicut Deus noſter? * Perſecútus ſum. Glória Patri. † Grátiâ. [*In Colleg. repet.* ℟. Ego. *uſquè ad* ℣.] 1. *Cor.* 15. *Pſ.* 76.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 5. a. Saulus per domos intrans, & trahens viros ac mulíeres, tradébat in cuſtódiam. *Act.* 8.

Ant. 7. c. Spirans minárum & cædis in diſcípulos Dómini, acceſſit ad príncipem Sacerdótum. *Act.* 9.

Ant. 2. Pétiit ab eo epíſtolas in Damaſcum ad Synagógas; ut ſi quos inveniſſet hujus viæ viros ac mulíeres, vinctos perdúceret in Jerúſalem. *Act.* 9.

℣. Miſerátor & miſéricors Dóminus: ℟. Longánimis & multùm miſéricors. *Pſ.* 102.

Sermo ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Serm. 279. *de Paulo Apoſt.*

Lectio iv.

VErba Apóſtoli audívimus, immò per Apóſtolum verba Chriſti loquentis in illo, quem de perſecutóre prædicatórem fecit, percútiens & ſanans, occídens & vivíficans; occíſus Agnus à lupis, & fáciens agnos de lupis. Prædictum erat in præclára prophetía, cùm Jacob ſanctus Patriarcha benedíceret fílios ſuos, præſentes tangens, futúra proſpíciens, prædictum erat quod in Paulo cóntigit. Cùm autem Jacob benedícens fílios ſuos veniſſet ad Bénjamin benedicendum, ait de illo: Benjamin, lupus rapax, manè rápiet, & ad véſperum dividet eſcas. Hoc in Apóſtolo Paulo complétum eſt, quia & de illo prædictum erat. Jam, ſi placet, inſpiciámus illum manè rapientem, & ad

véſperum eſcas dividentem. Manè & véſperum póſita ſunt pro eo ac ſi dicerétur, Priùs & póſteà. Sic ergo accipiámus, Priùs rápiet, póſteà dívidet eſcas.

℞. De cœlo circumfulſit me lux copióſa; & décidens in terram, audívi vocem dicentem mihi: * Saule, Saule, quid me perſéqueris? ℣. Audívi vocem ſermónum ejus, & áudiens jacébam conſternátus ſuper fáciem terræ: * Saule. [*In Colleg.* Glória Patri. * Saule.] *Act.* 22. *Dan.* 10.

Lectio v.

Attendite raptórem: Saulus, ſicut Actus Apoſtolórum teſtantur, ibat ſpirans & anhélans cædes. Hic eſt ille manè rápiens. Nam & quando lapidátus eſt Stéphanus primus Martyr pro nómine Chriſti, evidéntiùs áderat & Saulus. Audívimus, Manè rápiet; videámus, Ad véſperum dívidet eſcas. Voce Chriſti de cœlo proſtrátus, & accípiens interdictum ſæviendi, cécidit in fáciem ſuam; priùs proſternendus, deinde erigendus; priùs percutiendus, póſteà ſanandus. Non enim in illo Chriſtus póſteà viveret, niſi occiderétur in eo, quod malè ante vixiſſet. Quid ergo proſtrátus audívit? Saule, Saule, quid me perſéqueris? Durum eſt tibi adversùs ſtímulum calcitráre. Et ille: Quis es, Dómine? Et vox déſuper: Ego ſum Jeſus Nazarénus, quem tu perſéqueris. Membris adhuc in terra póſitis, caput in cœlo clamábat; & non dicébat: Quid perſéqueris ſervos meos? ſed, Quid me perſéqueris?

℞. Ego reſpondi ei qui loquebátur mecum: Quis es, Dómine? Dixitque ad me: Ego ſum Jeſus Nazarénus, quem tu perſéqueris. Et dixi: * Quid fáciam, Dómine? ℣. Tu terríbilis es, & quis reſiſtet tibi? de cœlo audítum fecíſti judícium. * Quid. [*In Colleg.* Glória Patri. * Quid.] *Act.* 22, *Pſ.* 75.

Lectio vj.

Et ille: Quid me vis fácere? Jam parat ſe ad obediendum, qui priùs ſæviébat ad perſequendum. Jam informátur ex perſecutóre prædicátor, ex lupo ovis, ex hoſte miles. Audívit quid fácere débeat. Cæcus ſanè factus eſt: ut interióre luce fulgéret cor ejus, extérior ad tempus ſubtracta eſt perſecutóri, ut redderétur prædicatóri; & eo tamen témpore quo cétera non vidébat, Jeſum vidébat. Ita & in ipſa ejus cæcitáte myſtérium informabátur credéntium: quóniam qui credit in Chriſtum, ipſum intuéri debet, cétera nec nata computáre; ut

úra vileſcat, & Creátor
ırde dulceſcat.
Exurge, & ſta ſuper
s tuos; * Ad hoc
appárui tibi, ut
ítuam te miniſtrum &
n eórum quæ vidiſti,
ırum quibus apparébo
℣. Intéllige verba quæ
loquor ad te, & ſta
adu tuo, & noli me-
: * Ad hoc. Gló-
'atri. * Ad hoc. [*In
g. repet.* ℟. Exurge.
ad ℣.] *Act.* 26. *Dan.*

III. NOCTURNO.

t. 1. f. Dóminus dixit
ıe: Surgens vade Da-
um, & ibi dicétur tibi
mnibus quæ te opór-
ácere. *Act.* 22.
t. 6. Cùm non vidé-
præ claritáte lúminis
, ad manum deduc-
comítibus, veni Da-
um. *Act.* 22.
t. 2. Qui mecum
, lumen quidèm vidé-
, vocem autem non
runt ejus qui loque-
mecum. *Act.* 22.
'u illúminas lucernam
1, Dómine: ℟. Deus
, illúmina ténebras
. *Pſ.* 17.
o ſancti Evangélii ſe-
ındùm Joannem.
) *vij.* Cap. 15.
illo témpore; Dixit
ıs diſcípulis ſuis: Non
ıe elegiſtis, ſed ego
vos, & póſui vos ut
, & fructum afferátis,
& fructus veſter máneat.
Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni
Epíſcopi.

In Joan. Tract. 86. *Ed.
Bened.*

HÆc eléctio grátiæ
eſt, de qua dicit
Apóſtolus: Sic ergò
& in hoc témpore relíquiæ
per electiónem grátiæ ſalvæ
factæ ſunt. Unde ſubjun-
git: Si autem grátiâ, jam
non ex opéribus; alióquin
grátia jam non eſt grátia.
Audi, ingráte; ingráte,
audi: Non vos me elegiſtis,
ſed ego elégi vos. Non eſt
ut dicas, Ideò electus ſum,
quia jam credébam; ſi
enim credébas in eum, jam
elégeras eum. Sed audi:
Non vos me elegiſtis. Quid
ergò dictúri ſumus audien-
do, Non vos me elegiſtis,
niſi quia mali erámus, &
electi ſumus, ut boni per
grátiam nos elígentis eſſé-
mus? Non eſt enim grátia,
ſi præcéſſerant mérita; eſt
autem grátia: hæc ígitur
non invénit, ſed effécit
mérita.

℟. Ananía, ſurge, &
vade in vicum qui vocátur
Rectus, & quære in domo
Judæ Saulum nómine,
Tarſenſem; * Quóniam
vas electiónis eſt mihi iſte,
ut portet nomen meum
coram Géntibus: ego enim
oſtendam illi quanta opór-
teat eum pro nómine meo
pati. ℣. Abiit vagus in via

Misericórdiam conſecu-
tus ſum. O conféſſio! Non
ait, Misericórdiam con-
ſecútus ſum, quia fidélis
eram; ſed, Ut fidélis eſſem,
miſericórdiam conſecútus
ſum. Veniámus ad ejus pri-
mórdia. Date mihi mérita
ejus. Si mérita quæris,
damnatiónis ſunt, non li-
beratiónis. Ibat ſævíre in
membra Chriſti; ibat ſán-
guinem fúndere; ibat lu-
pus, paſtor futúrus. Sic
ibat. Non enim póterat
áliter ire ad illa, propter
quæ ibat. Et cùm ſic ám-
bulat, cógitat, anhélat
cædes: cùm ducit pedes
ejus ira, movet membra
ódium; dùm pergit & ám-
bulat, obtémperat man-
cípium crudelitáti; & ecce
vox de cœlo: Saule, Sau-
le, quid me perſéqueris?
Ecce quarè dixit, Miſeri-
córdiam conſecútus ſum.
Non ſum, inquit, dignus
vocári Apóſtolus, quia per-

cadit, & i
óculi ejus.
[*In Colleg.*
tri. * Confe
Num. 24.

Lecti

ET grátia
vácua in
Ecce evang
quam aliqua
nec grátia i
illo, qui ait
non fuit, ſed
illis laboráv
erígere te c
ómnibus illis
undè. Quid
quod non ac
tìm reſpéxit;
ſet, Plùs óm
borávi, qua
verba ſua, &
ſe húmilem
autem ego,
mecum. Nen
nemo ſibi á
ſibi áliquid
gloriátur, ir
riétur.

; : * Et nunc quid
? exurge, bapti-
. áblue peccáta tua.
liet in te Spíritus
, & prophetábis,
táberis in virum
* Et nunc. Glória
* [*In Colleg.* * Et
Repetitur ℟. Vé-
ſque ad ℣. *Act* 22.
10.
Te Deum.
'acerd. Glorificábo
tuum in æternum;
ia miſericórdia tua
eſt ſuper me. *Pſ.* 85.

LAUDES.

Aptizátus eſt Sau-
lus: fuit autem
iſcípulis qui erant
:i, per dies áliquot;
tínuò in ſynagógis
ibat Jeſum. *Act.* 9.
2. Stupébant om-
audiébant, & di-
: Nonnè hic eſt qui
ábat in Jerúſalem
invocábant nomen
Act. 9.
5. a. Damaſci con-
fecérunt Judæi, &
ébant portas die ac
, ut eum interfíce-
Accipientes autem
ſcípuli noctè, per mu-
miſérunt eum, ſub-
.tes in ſporta. *Act.* 9.
7. a. Cùm veniſſet.
:ICUM. *Eccli.* 18.
*& miſericordiæ di-
opera inenarrabilia.*
us ſolus juſtificábi-
ır, * & manet in-
rex in æternum.

Quis ſúfficit enarráre ópera illíus? * quis enim inveſtigábit magnália ejus?

Virtútem autem magnitúdinis ejus quis enuntiábit? * aut quis adjíciet enarráre miſericórdiam ejus?

Non eſt minúere neque adjícere; * nec eſt inveníre magnália Dei.

Cùm conſummáverit homo, tunc incípiet; * & cùm quiéverit, aporiábitur.

Pátiens eſt Deus in [homínibus,] * & effundit ſuper eos miſericórdiam ſuam.

Vidit præſumptiónem cordis eórum quóniam mala eſt; * & cognóvit ſubverſiónem illórum quóniam nequam eſt.

Ideò adimplévit propitiatiónem ſuam in illis, * & oſtendit eis viam æquitátis.

Ant. Cùm véniſſet in Jerúſalem, Bárnabas duxit illum ad Apóſtolos; & narrávit illis quómodò in via vidiſſet Dóminum. *Act.* 9.

Ant. 3. a. Erat cum illis intrans & éxiens in Jerúſalem, & fiduciáliter agens in nómine Dómini; loquebátur quoque Géntibus, & diſputábat cum Græcis. *Act.* 9.

CAPITULUM. *Act.* 26.

NOn fui incrédulus cœleſti viſióni; ſed his qui ſunt Damaſci primùm, & Jeroſólymis, & in omnem regiónem Ju-

dææ, & Gentibus annuntiábam ut pœniténtiam ágerent, & converterentur ad Deum, digna pœniténtiæ ópera facientes.

HYMNUS.

Quæ glorióſum tanta cœlis évocat
Te, Chriſte, cauſa? tune rursùm víſere
Mundum redemptor? tune Judex ſéculi?
Novum-ne prodis ultor hoſtem pérdere?
Heu quàm cruentus perſecútor! quàm ferox
Inſurgit! horret, ac fugit grex quà premit;
Humána tanto nulla par hoſti manus:
Te, Chriſte, ſparſæ víndicem poſcunt oves.
Hunc ergò voce victor unâ ſúbjicis,
Totum ſed uno ſubdis in Saulo tibi,
Vinciſque mundum; ſternis ut mox érigas,
Agniſque prædam dívidat lupus tuis.
Sit Trinitáti ſempiterna glória,
Honor, poteſtas, atque jubilátio,
In unitáte, quæ gubernans ómnia,
Per cuncta regnat ſeculórum ſécula.
Amen.

℣. Miſericórdias Dómini in æternum cantábo: ℟. In generatiónem & generatiónem annuntiábo veritátem tuam. *Pſ.* 88.

Ad Benedictus.

Ant. 8. *G. duplicand.* Eram ignótus fácie Eccléſiis Judææ; tantùm autem audítum habébant: Quóniam qui perſequebátur nos aliquandò, nunc evangelízat fidem quam expugnábat; & in me clarificábant Deum. *Galat.* 1.

Oratio.

Deus omnípotens & clemens, qui virtútem & miſericórdiam tuam magnam in peccatórum converſióne manifeſtas: quæſumus, ut illa nos ad te grátia convertat, quæ beátum Apóſtolum Paulum de perſecutóre vas electiónis effécit; Per Dóminum noſtrum.

Non fit Commem. de Virg. Deipara.

AD HORAS,

Doxologia.

Qui, Chriſte, forti grátiâ
Saulum rebellem ſúbjicis,
Sit laus tibi par cum Patre
Et Spíritu per ſécula.
Amen.

AD PRIMAM.

Ant. 1. *f.* Baptizátus eſt.

In ℟. *br.* ℣. Qui apparuiſti Paulo, * ut conſtitúeres illum miniſtrum tuum. *Act.* 26.

CANON.

Ex Sancto Bernardo.

Sermo 1. *in Converſ. S. Pauli*, *n.* 1.

Meritò Convérſio Doctóris Géntium ab univerſitáte Géntium feſtivè

udiis hódie celebrátur. ultos enim ab hac radíce mos prodiiſſe vidémus. onverſus Paulus, converſiónis miniſter factus eſt iiverſo mundo. Multos iidem olim, in carne lhuc, ſed non jam ſeúndùm carnem ámbulans, rædicatiónis officio convertit ad Deum. Nunc uoque in ipſo felíciùs viens, & apud ipſum ne dhuc quidem ceſſat ab óminum converſióne, lico autem, exemplo, ratióne, doctrínâ. Tu utem.

AD TERTIAM.

Ant. 2. Stupébant omnes.

CAPITULUM. *Galat.* 1.

CUm plácuit ei qui me ſegregávit ex útero matris meæ, & vocávit per grátiam ſuam, ut revelaret Filium ſuum in me, ut evangelizárem illum in Géntibus; continuò non acquiévi carni & ſánguini.

[*Poſt Septuag. omiſſo* Allelúia. *in* ℟. *br. reſumptio fit à primo aſteriſco* *; *ſic ad Sextam & Nonam.*]

℟. *br.* Deus, docuiſti me; * pronutiábo mirabília tua, * Allelúia, allelúia. Deus. ℣. Dómine, * memorábor juſtítiæ tuæ ſolíus, * Allelúia. Glória Patri. Deus. *Pſ.* 70.

℣. Doce me fácere voluntátem tuam, ℟. Quia Deus meus es tu. *Pſ.* 142.

AD SEXTAM.

Ant. 5. a. Damaſci.

CAPITULUM. 2. *Cor.* 11.

SI gloriári oportet, quæ infirmitátis meæ ſunt, gloriábor: Deus & Pater Dómini noſtri Jeſu Chriſti ſcit quòd non méntior. Damaſci præpóſitus gentis Arétæ regis cuſtodiébat civitátem Damaſcenórum, ut me comprehénderet: & per feneſtram in ſporta dimiſſus ſum per murum, & ſic effúgi manus ejus.

℟. *br.* Liberátor meus * de inimícis meis iracundis, * Allelúia, allelúia. Liberátor. ℣. A viro iníquo * erípies me, * Allelúia. Glória Patri. Liberátor.

℣. Quis Deus præter Dóminum? ℟. Quis Deus præter Deum noſtrum? *Pſ.* 17.

AD NONAM.

Ant. 3. a. Erat cum illis.

CAPITULUM. *Act.* 22.

FActum eſt revertenti mihi in Jerúſalem, & oranti in templo, fíeri me in ſtupóre mentis, & vidére Jeſum dicentem mihi: Feſtína, & exi velóciter ex Jerúſalem; quóniam non recípient teſtimónium tuum de me: vade, quóniam ego in nationes longè mittam te.

℟. *br.* Vivit Dóminus, * & benedictus Deus meus, * Allelúia, allelúia. Vivit. ℣. Et exaltétur * Deus ſalútis meæ, * Allelúia. Glória Patri. Vivit.

℣. Erípies me de contradictiónibus pópuli; ℟. Conſtítues me in caput géntium. *Pſ.* 17.

AD II. VESPERAS.

Ant. 1. D. Fidélis ſermo, quòd Chriſtus Jeſus venit in hunc mundum peccatóres ſalvos fácere, quorum primus ego ſum. 1. *Tim.* 1.

Ant. 3. a. Grátias ago ei, quia fidélem me exiſtimávit, ponens in miniſtério; qui priùs blaſphémus fui, & perſecútor, & contumelióſus. 1. *Tim.* 1.

Ant. 6. Miſericórdiam conſecútus ſum, quia ignórans feci in incredulitáte. 1. *Tim.* 1.

Ant. 5. C. Superabundávit grátia Dómini noſtri, cum fide & dilectióne quæ eſt in Chriſto Jeſu. 1. *Tim.* 1.

Ant. 8. G. Grátia ejus in me vácua non fuit; ſed abundántiùs ómnibus laborávi; non ego autem, ſed grátia Dei mecum. 1. *Cor.* 15.

CAPITULUM. *Galat.* 2.

Vivo, jam non ego; vivit verò in me Chriſtus: quòd autem nunc vivo in carne, in fide vivo Fílii Dei, qui diléxit me, & trádidit ſemetipſum pro me.

[*Ante Septuag. dicitur*, Allelúja, allelúja. ℣. Ubi abundávit delíctum, ſuper abundávit grátia per Jeſum Chriſtum Dóminum noſtrum. Allelúia. *Rom.* 5.]

Hymnus, Paſtóre percuſſo, *ut in I. Veſperis*, 547.

℣. Pſallam tibi in natiónibus, Dómine; ℟. Quia magna eſt ſuper cœlos miſericórdia tua. *Pſ.* 107.

Ad Magníficat.

Ant. 6. *duplicanda.* Ideò miſericórdiam conſecútus ſum, ut in me primo oſténderet Chriſtus Jeſus omnem patiéntiam ad informatiónem eórum qui creditúri ſunt illi, in vitam ætérnam. 1. *Tim.* 1.

Oratio, ut ſuprà ad Laudes.

Nulla fit Commemoratio.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 6. Miſerébor cui volúero, & clemens ero in quem mihi placúerit, ait Dóminus. *Exod.* 33.

Hymnus de Tempore cum ſua Doxologia.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 5. F. Ecce ſicut lutum in manu ſiguli, ſic vos in manu mea, domus Iſraël, inquit Dóminus. *Jer.* 18.

[*In* ECCLES. COLLEG. *Officium per Octav. & in Die Octava Converſionis S. Pauli, fit ut notatur in Supplemento pro eadem Eccleſia, ad calcem Proprii Sanctorum.*]

DIE XXVI.
In Feſto
SANCTÆ PAULÆ,
Viduæ. *Simplex.*
Omnia ut in Communi SS. Mulierum.
Lectio iij.
Ex vita ejus per S. Hieronym. ſcripta.

PAula Románа, ex Scipiónum & Gracchórum génere, poſt mortem Toxótii cónjugis, ex quo quátuor filias, Blæſillam, Paulínam, Euſtóchium cognomento Júliam, & Rufínam, filiumque unum Toxótium ſuſcéperat, divítias penè omnes in páuperes erogávit. Epiſcopórum autem Paulíni Antiochíæ, & Epiphánii Salamínæ, qui tunc Romam vénerant, virtútibus acçenſa, poſt annos à morte Toxótii cónjugis quinque, Euſtóchio ſolâ cómite, pátriam relíquit, ut loca ſançta invíſeret ac venerarétur: & apud Béthlehem conſédit, ubì tria vírginum monaſtéria, virorumque unum conſtrúxit. Illìc Hierónymo diſſerente, vetus & novum Teſtamentum cum Euſtóchio perlégit, magnam adepta Hebráicæ linguæ períτiam. Elapſis annis viginti, mortem jam imminentem ſéntiens, quaſi ad ſuos pérgeret, alienoſque deſéreret, has voces, Déficit ánima mea in átria Dómini, alioſque ejuſdem Pſalmi versículos ad extrémum uſquè ſpíritum aſsídué repetébat; digitumque ad os tenens, crucis ſignum exprimébat in lábiis. Obiit anno Dómini quadringentéſimo quarto, & ſepulta eſt apud Béthlehem in médio Eccléſiæ ſpeluncæ Salvatóris.

Oratio, Deus, in quem ſperat. lxvj.

Commemor. de Virgine Deipara.

VESPERÆ de ſequenti.

DIE XXVII.
In Feſto
SS. MARTYRUM
Qui pro ſacris Libris interierunt. *Semiduplex.*

Omnia ut in Communi plurium Mart. exceptis quæ ſequuntur.

Pridiè AD VESPERAS, Pſalmi ſub ſola Ant. Venit hora. xv.

Poſt Hymn. ℣. Lex Dómini immaculáta, convertens ánimas; ℟. Teſtimónium Dómini fidéle, ſapiéntiam præſtans párvulis. *Pſ.* 18.

Ad Magníficat.

Ant. 8. G. Quæcumque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrínam ſcripta ſunt; ut per patiéntiam & conſolatiónem ſcripturárum ſpem habeámus. *Rom.* 15.

Oratio, Præſta, quæſumus. *infrà.*

Fit Commem. de Virgine Deipara.

Lectio ij.

Ex Martyrologio Romano Baroniique in ipſum notis.

ROmæ commemorátio plurimórum ſanctórum Mártyrum, qui ſpreto Diocletiáni Imperatóris edicto, quo tradi ſacri códices jubebantur, pótiùs córpora carnificibus, quàm ſancta dare cánibus maluérunt. Sunt hi ex vetéribus monumentis in martyrológio reſtitúti. Quod ſpectat ad edictum Diocletiáni Imperatóris de tradendis cremandiſque religióſis Chriſtianórum codícibus, ſcribit ſanctus Auguſtínus in libris ſuis de baptiſmo, promulgátum illud fuiſſe poſt paſſiónem beáti Cypriáni annis quadraginta & quod excurrit. Numerátur is annus promulgáti edicti décimus nonus impérii Diocletiáni, quandò, inquit Euſébius, menſe Mártii Diocletiánus & Maximiánus Imperatóres de diruendis cunctis Chriſtianórum eccléſiis, ſacriſque codícibus igne cremandis promulgárunt edictum. Deplórat ejuſmodi ſacrórum librórum conflagratiónem Arnóbius in libris ſuis adversùs gentes. Optátus Milevitánus in ſuis libris contrà Parmeniánum frequenter méminit ejuſdem edicti, ſicut & ſanctus Auguſtínus in epiſtolis & áliis commentáriis adversùs Donatiſtas conſcriptis. Acta prætéreà pública ſanctórum Mártyrum de eódem edicto ſæpiùs agunt.

Ex Actis ſanctórum Saturníni, Datívi & aliórum plurimórum Mártyrum in Africa.

Lectio iij.

Apud Ruinart.

TEmpóribus Diocletiáni & Maximiáni, bellum diábolus Chriſtiánis indíxit iſto modo, ut ſacroſancta Dómini teſtamenta, Scripturaſque divinas ad exurendum péteret, baſílicas Domínicas ſubvérteret, & ritus ſacros, cœtuſque ſanctíſſimos celebrári Dómino prohibéret. Sed non tulit exércitus Dómini Dei tam immáne præceptum. Et quamvis tradendo Gentílibus Scriptúras Domínicas, atque Teſtamenta divína profánis ígnibus comburenda cecidêre nonnulli; conſervando tamen eas, & pro ipſis libenter ſuum ſánguinem effundendo fórtiter finiére quàm plúrimi. Quique pleni Deo, devicto atque proſtráto diábolo, victrícem palmam in paſſióne geſtantes, ſententiam in traditóres, atque in eórum conſortes, qui illos ab Eccléſiæ communióne rejécerant, cuncti Mártyres próprio ſánguine conſignábant. Fas enim non fúerat, ut in Eccle-

ſta Dei ſimul eſſent Mártyres & Traditóres.

AD LAUDES, poſt Hymnum.

℣. Quómodò diléxi legem tuam, Dómine! ℟. Totâ die meditátio mea eſt. *Pſ.* 118.

Ad Benedictus.

Ant. 3. a. Omnis Scriptúra divínitùs inſpiráta útilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in juſtítia. 2. *Tim.* 3.

Oratio.

PRæſta, quæſumus, Deus miſéricors; ut recolendo ſanctos Mártyres, qui pótiùs elegérunt mortem ſubíre, quàm Scriptúras ſacras comburéndas trádere, eórum æmulando fidem & conſtántiam, in ómnibus adverſis habeámus ſolátio ſanctos libros qui ſunt in mánibus noſtris; Per.

Fit Commem. Virginis Deiparæ.

AD VESPERAS, fit à Capitulo de ſequenti, ut in Communi Doctorum. Oratio, Deus, qui. *infrà.*

Deindè fit Commemor. de præcedentibus Martyribus, ut ſequitur.

Ant. Non voluntáte humánâ alláta eſt aliquandò prophetía; ſed Spíritu ſancto inſpiráti, locúti ſunt ſancti Dei hómines. 2. *Petr.* 1.

℣. Bonum mihi lex oris tui, Dómine, ℟. Super míllia auri & argenti. *Pſ.* 118.

Oratio, Præſta, quæſumus. *ut ſuprà.*

Ultimò de Virgine Deipara.

DIE XXVIII.

In Feſto

SANCTI CYRILLI,

Alexandrini Epiſcopi & Eccleſiæ Doctoris.

Semiduplex.

Omnia ut in Communi Doctorum, exceptis quæ ſequuntur.

Lectio ij.

Ex Hiſt. Eccleſ. Scriptor. & ex actis Conc. Epheſ.

CYrillus Theóphili Patriarchæ Alexandríni ſoróris fílius, ingénio pérſpicax & ánimo fortis, ab infántia ſacris lítteris imbútus, cùm eſſet doctrínâ & zelo cathólicæ fídei inſignis, ad ſedem Alexandrínam divíno nutu provectus eſt. Epiſcopátum vix adeptus, Novatiános ſchiſmáticos Alexandríâ éxpulit; & deindè Judæos, propter eórum adversùs Chriſtiános injúrias & cædes. Oreſti urbis ejuſdem Præfecto, ſibi valdè inſenſo, eò quòd autoritátem ſuam uſurpátam ab eo créderet, non injúrias injúriis rependit; ſed eum per Chriſti Evangélium obteſtando, ut ódium omne depóneret, ſibi conciliáre curávit. Sanctum Joannem

Chryſóſtomum, quem aliquandò in ſacra díptycha avúnculi ſui judício præoccupátus, referre nolúerat, ipſe veritátis cértior factus, coacto Synodo, ſanctórum Epiſcopórum catálogo inſeruit. Cyrilli zelus imprímis enítuit adversùs Neſtórium Patriarcham Conſtantinopolitánum, qui Chriſti perſónam cum duábus ſuis natúris dívidens, beátam Vírginem Maríam, Dei matrem legítimè dici negábat.

Lectio iij.

PRavæ Neſtórii doctrínæ ſe conſtanter Cyrillus oppónens, primùm eam confutávit per epíſtolam quam ſcripſit ad ſolitários, réticens nomen Neſtórii; quem ſcriptis ad eum amíco ſtylo lítteris de ſenténtia concepta dimovére conátus eſt. Verùm cùm nihil profíceret, adversùs hanc ipſam doctrínam duódecim anathematiſmos cóndidit. Exindè Cœleſtíni ſummi Pontíficis autoritáte, & illíus vices gerens, Concílio generáli Epheſíno, eádem de causâ convocáto, præfuit: ubi hæreſis Neſtoriána pénitùs proſcripta eſt. Quantis calúmniis, injúriis & perſecutiónibus hac ex cauſa Cyrillus impetítus fúerit, per Neſtórium & ejus áſſeclas, éxprimi non poteſt: ſed mirum quàm ſanctè & generósè eas toleráverit; ita ut de ſola fídei doctrína ſollícitus, atrocióres injúrias & calúmnias nequíſſimas quas adversùs eum excogitábant hærétici, nihili omnínò fáceret. In Ecclésiam ſuam reverſus Cyrillus cum iiſdem lætítiæ ſignis, quibus olim ſanctus Athanáſius regrédiens à debelláta hæreſi Ariána, à pópulo Alexandríno receptus eſt. Omnium ſchiſmaticórum in Ecclésiam réditum modis ómnibus procurávit. Tandèm post tot labóres pro fide cathólica exantlatos, óbiit, anno Epiſcopátûs ſui trigéſimo ſecundo.

Oratio.

DEus, qui ad debellandos incarnáti Verbi tui Virginiſque Deíparæ hóſtes, beátum Cyrillum Epíſcopum & Doctórem exímium mirâ virtúte præcinxiſti; da ut ejus fídei veſtígiis inhærentes, integrâ tanti myſtérii confeſſióne ſalvémur; Per eúmdem Dóminum.

Commemor. Virg. Deip.

AD VESP. fit à Capitulo de ſequenti, cum Commem. præcedentis & Virg. Deip.

DIE XXIX.

In Feſto

S. FRANCISCI SALESII, Epiſcopi. *Semiduplex.*

Omnia de Communi Pontificum. Oratio, Deus, qui, *infrà.*

Lectio ij.
variis vitæ ejus Scriptoribus.

Ranciſcus Saléſius è ſtirpe nóbili in Sabáu-, Paríſiis Philoſóphiæ Theológiæ incúbuit, que in Eccléſia ſancti phani de Gréſſibus co- n imágine Vírginis Deí- ræ ſupplex votum virgi- átis emíſit. Tùm Patá- Juriſprudentiæ óperam lit, indeque Romam tátis grátiâ ſe cóntulit. pátriam reverſus, ab- tis forénſibus ſtúdiis qui- s ſeſe déderat ut parén- us obſequerétur, preſ- terátu initiátus, & An- céii, quò ſedes Geneven- tranſláta fúerat, Præ- ſitus majóris Eccléſiæ ctus eſt. Hoc in múnere, lviniánam hæreſim in ballíacis graſſantem, rnéro Epíſcopo jubente, ortus, poſt incredíbiles oóres felíciter expugná-. His in locis, Thunó- máximè, cùm ſacrum ere non licéret, in ar- m Albingiánam quátuor illiáribus diſtantem ſe cípere, ibíque amnícu- m, innixus trabi quæ ícir plerúmque obrigúe- t, pédibus & mánibus ptans, trajícere cogebá- r. Calúmniis & inimicó- m inſídiis appetítus, tuit ſæpè in ſylvis, in rnis & rudéribus; nec circò ſuſceptos pro ex- tirpanda hæreſi labóres de- ſéruit; compluresque doc- trínâ célebres viros ad ve- ritátis lumen addúxit. Suſ- cepto regímine Paróchiæ quam Thunóne eréxerat, cùm eam regiónem dira lues depopularétur, ómnia ómnibus córporis & ánimæ ſubsídia amanter, conſ- tanter atque indúſtriè pro- curávit.

Lectio iij.

IN Coadjutórem aſcítus à Garnéro Genevenſi Epíſcopo, Annecéii Semi- nárium Clericórum inſtí- tuit. Apud Regem Chriſ- tianíſſimum perfécit, ne quid à Genevénſibus, qui tùm Gallis adversùs Sa- baudos auxílio erant, in Religiónis negótio innova- rétur; utque ejecti Páro- chi Eccléſiis ſuis reſtitue- rentur. Garnéro mórtuo, coégit Synodum; & eccle- ſiáſticæ diſciplínæ leges Clero ſanxit. Multùm étiam Eccléſiæ prófuit, tùm li- bris ſincérum Dei amórem ſpirántibus conſcriptis; tùm ſermónibus quos pú- blicè ac privátim, étiam extra diœcéſim, Divióne potíſſimùm, Gratianópoli & Paríſiis hábuit; tùm Congregatiónis Moniá- lium Viſitatiónis ſub régu- la ſancti Auguſtíni inſtitu- tióne. Dùm autem, recu- ſáto Coadjutóris Pariſien- ſis múnere, ad diœcéſim luſtrandam revértitur;

Lugdúni apopléxiâ correptus, munítus ſacramentis, óbiit die vigéſimâ octávâ Decembris, anno ætátis quinquagéſimo ſexto, Chriſti milleſimo ſexcentéſimo vigéſimo ſecundo. Quem miráculis clarum Alexander ſéptimus Sanctórum albo inſéruit; ejuſque colendam memóriam ſtátuit quarto Calendas Februárii, quo die Annecéii ſepultus fúerat.

Oratio.

DEus, qui ad animárum ſalútem beátum Franciſcum Saléſium Pontíficem ómnibus ómnia fíeri voluiſti: concéde propítius, ut caritátis tuæ dulcédine perfúſi, ejus dirigéntibus mónitis, ac ſuffragántibus méritis, ætérna gáudia conſequámur; Per Dóminum, &c.

Commem. de Virg. Deip.

VESP. à Cap. de ſeq. Oratio, Deus, in quem. *ut infrà, cum Commem. præc. & Virginis Deiparæ.*

DIE XXX.

In Feſto

SANCTÆ BATHILDIS, Reginæ Francorum, Viduæ. *Semiduplex.*

Omnia de Communi Sanctarum Mulierum.

Lectio ij.

Ex vita ejus apud Bollandum & Mabillonium.

BAthildis in Anglia, Sáxonum génere orta, à prædónibus Ercunvaldo Majóri domûs régiæ vendita, ab eo ad porrigenda ſibi pócula adhíbita eſt; ac demùm mórtuà cónjuge, in uxórem expetita. Quas illa ut vitáret núptias, látebras quæſivit; ſed póſtmodùm ob exímias córporis & ánimi dotes, ad Clodovéi ſecundi conjúgium inſperátò pertráhitur. Tùm páuperes & Eccléſias Clodovéo ſtudióſè commendávit; quod ádeò gratum fuit príncipi, ut Genéſium abbátem, póſteà Lucdunenſem Epíſcopum, Regínæ piis opéribus exequendis adjutórem déderit. Mórtuo Clodovéo, trium filiórum, Clotárii, Childeríci, & Theodoríci, quorum natu máximus vix quintum annum attígerat, tutélam geſſit; regnumque ac palátium, consíliis Chrodoberti Pariſienſis Epíſcopi, & Audoéni Rotomagenſis, ſapientíſſimè moderáta eſt.

Lectio iij.

MUlta præclárè ſanxit. Simoníacas Ordinatiónes abolévit hortátu Sacerdótum: prohíbuit ne quis Chriſtiános vénderet éxteris, aut áliò vendendos abdúceret; plures étiam à ſervitúte ſuis ſúmptibus redémit. Effécit ut, Pontíficum & Abbátum ſtúdio, reguláris diſciplína in monaſtériis ſanctórum Dionyſii, Germá-

ri, Medardi, Aniá-
rtíni, & áliis, aut
:ur, aut reſtitueré-
ırbéiæ ad Sumínam
um extrúxit; aliud-
læ ad Mátronam,
, relictâ Clotário
ılto regni adminiſ-
:, ipſa, ſuſcepto
ıis hábitu, ſub
ıtia Bertillæ Abba-
ımnibus exemplo &
tióni fuit; ibíque
eſt ætátis ſuæ anno
ıgéſimo quinto.

Oratio.

ıs, in quem ſperat
ınis ánima quæ lon-
éxulans in terris ſe
luam ſentit ac deſo-
tríbue nobis, quæ-
ut exemplo beátæ
is nocte ac die ob-
nibus & orationi-
tantes, cœleſtium
tiónum mereámur
:tícipes; Per Dó-
noſtrum, &c.

nem. Virginis Deip.
ESP. ſit à Capitulo
enti, cum Commem.
ntis & Virginis Dei-

IE XXXI.

In Feſto

TRI NOLASCI,

pulenſis, Inſtitutoris
ıis B. Mariæ de
ede.

Semiduplex.

ia de Communi Juſ-
xceptis quæ ſequun-
atio, Deus, qui.

Lectio ij.

PEtrus Nolaſcus, propè Carcaſſónem in paróchia ſancti Pápuli, nóbili génere natus, ſinguläri erga próximum caritáte excélluit. Adoleſcens paréntibus orbátus, jamque milítiæ matúrus, prima arma tuliſſe fertur adversùs Albigenſes hæréticos, & in caſtris ſub Simóne de Monteforti aliquándiù meruiſſe. Deindè cùm idem hujus belli dux, devicto propè Murétum interfectóque Petro Aragóniæ rege, Jacóbum ejus fílium, eâ quâ par erat ratióne educári exoptáret, delectus ab eo, ob virtútis Viri famam, miſſuſque Nolaſcus; ut Jacóbi adhuc júvenis, qui paulò antè obſes à patre tráditus, tùm Carcaſſóne in cuſtódia detinebátur, inſtitutióni præficerétur. Quo in múnere omnes curas ad id potíſſimùm cóntulit, ut viri príncipis mens animuſque ad pietátem colendam, eamdemque aliquandò tutandam informarentur. Datâ póſtmodùm Jacóbo regi in Hiſpániam redeundi cópiâ, cum eo Nolaſcus Barcinónem venit.

Lectio iij.

TUm ſumma Nolaſci cáritas præcípuè enítuit in liberandis à ſervitúte infidélium captívis. Quam in rem cùm patri-

mónium abſúmere cogitáret, novum Ordinem, ſub título beátæ Maríæ de Mercéde, Barcinóne inſtítuit, qui in iis misericórdiæ opéribus totam impóſterùm naváret óperam. Cùm autem Nolaſcus in redimendis captívis multùm labóris poſuiſſet; ac patiéntiâ, humilitáte, abſtinéntiâ, caſtitáte, ceteriſque virtútibus mirum in modum excelluiſſet; tandèm annis meritiſque plenus obdormívit in Dómino ipsâ noćte médiâ Nativitátis Dómini, anno milléſimo ducentéſimo quinquagéſimo ſexto. Ab Urbáno octávo in Sanctórum númerum relátus eſt; ejuſque feſtivitáti hanc últimam Januárii diem aſſignávit Alexander ſeptimus.

Orátio.

Deus, qui beáto Petro zelum fidéles redimendi captívos infudíſti; da ſervis tuis illam córporis & ánimæ libertátem, quâ Chriſtus Fílius tuus nos liberávit; Qui tecum vivit & regnat in unitáte Spíritûs ſancti Deus, per ómnia ſǽcula ſeculórum.

℟. Amen.

Commemor. Virg. Deip.

VESPERÆ de ſequenti, cum Commem. præcedentis & Virginis Deiparæ.

FESTA FEBRUARII.

Die I.

In Feſto

SANCTI IGNATII,

Antiocheni Epiſcopi, & Martyris.

Duplex - minus.

Omnia de Communi unius Mart. additis quæ ſequuntur. Orat. Deus, qui. *infrà.*

IN I. NOCT. Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Ex libro ſancti Hierónymi Preſbyteri, de Scriptóribus Eccleſiáſticis.

Lectio iv. Cap. 16.

Ignátius Antiochénæ Eccléſiæ tértius poſt Petrum Apóſtolum Epíſcopus, commovente perſecutiónem Trajáno, damnátus ad béſtias, Romam vinctus míttitur. Cùmque návigans Smyrnam veniſſet, ubi Polycarpus audítor Joannis Epíſcopus erat, ſcripſit unam epíſtolam ad Ephéſios, álteram ad Magneſiános, tértiam ad Trallenſes, quartam ad Romános: & indè egrédiens ſcripſit ad Philadélphios & ad Smyrnæos, & próprìam ad Polycarpum, commendans illi Antiochenſem Eccléſiam, in qua & de Evangélio, quod nuper à me tranſlátum eſt, ſuper perſóna Chriſti ponit teſtimónium, dicens: Ego

: poſt reſurrectiónem
ae eum vidi.

Lectio v.

gnum autem vidétur,
uia tanti viri féci-
nentiónem, & de
la ejus, quam ad Ro-
i ſcribit, pauca pó-
: De Syria uſquè ad
m pugno ad béſtias
ri & in terra, nocte
: ligátus cum decem
dis, hoc eſt, milí-
qui me cuſtódiunt,
s & cùm beneféceris,
s fiunt. Iníquitas au-
órum mea doctrína
ed non idcircò juſti-
: ſum. Utinam fruar
quæ mihi ſunt præ-
e, quas & oro mihi
s eſſe ad intéritum
ſupplícia, & állici ad
lendum me; ne,
& aliórum Márty-
non audeant corpus
attíngere. Quòd ſi
nolúerint, ego vim
r, ut dévorer. Ig-
e mihi, filíoli: quid
prófit, ego ſcio.

Lectio vj.

nc incípio Chriſti eſſe
iſcípulus; nihil de his
identur desíderans,
ſum Chriſtum invé-
Ignis, crux, béſ-
confráctio óſſium,
rórum divíſio, &
córporis contrítio,
ta tormenta diáboli
e véniant; tantùm
o fruar. Cùmque jam
ítus eſſet ad béſtias,
& rugientes audíret leónes,
ardóre patiendi ait: Fru-
mentum Chriſti ſum; dén-
tibus beſtiárum molar, ut
panis mundus invéniar.
Et confeſtim vota illíus im-
pléta ſunt. Paſſus eſt enim,
déntibus leónum præfocá-
tus, anno undécimo Tra-
jáni. Relíquiæ córporis ejus
Antiochíæ jacent extra por-
tam Daphníticam, in cœ-
metério.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſe-
cundùm Joannem.

Lectio vij. Cap. 12.

IN illo témpore; Dixit
Jeſus diſcípulis ſuis:
Amen, amen dico vobis,
niſi granum fruménti ca-
dens in terram mórtuum
fúerit, ipſum ſolum ma-
net: ſi autem mórtuum
fúerit, multum fructum
affert. Et réliqua.

Homília ſancti Ignátii
Epíſcopi & Mártyris.
Epiſt. ad Romanos.

PLus mihi tribúere non
potéſtis, quàm ut ím-
moler Deo, dum ad-
huc altáre parátum eſt: ut
in caritáte chorum conſti-
tuentes, canátis Patri in
Chriſto Jeſu, quòd Epíſ-
copum Syriæ dignátus fúe-
rit in Occidente inveníri,
quem illùc ab Oriente tranſ-
míſit. Bonum eſt à mundo
occídere in Deum, ut in
ipſum exóriar. Pétite mihi
vires & intùs & foris; ut
non modò dicam, ſed &

velim; ut non tantùm dicar Chriſtiánus, ſed & invéniar.

Lectio viij.

ECcléſiis ſcribo & mando ómnibus, quòd libens pro Deo móriar, ſi modò vos non prohibuéritis. Obſecro vos ne intempeſtívâ benevolentiâ ergà me ſitis. Sínite me ferárum eſcam fieri, per quas licet Deum adipiſci. Frumentum Dei ſum, & déntibus ferárum molar, ut mundus Dei panis invéniar. Deprecémini Chriſtum pro me, ut per hæc órgana, Dei efficiar hóſtia. Non ut Petrus & Paulus præcípio vobis: illi Apóſtoli, ego condemnátus; illi líberi, ego etiamnùm ſervus. At ſi paſſus fúero, libertus fiam Jeſu Chriſti, & reſurgam liber. Et nunc vinctus, diſco nihil concupiſcere.

Lectio ix.

ILlum quæro qui pro nobis mórtuus eſt; illum volo qui propter nos reſurrexit: ille mihi lucrum eſt. Sínite me imitatórem eſſe paſſiónis Dei mei. Si quis illum in ſeipſo póſſidet, intélligat quid volo, & compatiátur mihi, ut qui ſit quæ me conſtringant. Scribo vobis amóre captus moriendi. Meus amor crucifixus eſt; & non eſt in me ignis amans ullam aquam; ſed vivens & loquens in me, intùs mihi dicit, Veni ad Patrem.

Oratio.

DEus, qui beátum Ignátium, Mártyrem tuum atque Pontíficem, à rugiéntibus præparátis ad eſcam, & de portis tribulatiónum liberaſti: da nobis rugienti adverſário noſtro fortes in fide reſiſtere, & adverſa quæque patienter toleráre; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitáte, &c.

Commem. de Virgine Deipara.

VESPERÆ de ſequenti.

DIE II. FEBRUARII.
IN FESTO
PRÆSENTATIONIS DOMINI, ET PURIFICATIONIS BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.
SOLEMNE-MAJUS.

IN I. VESPERIS.
Pſalmi de Feria.

Ant. 3. a. EXulta, fília Sion: ecce Rex tuus véniet tibi juſtus, & ſalvátor. *Zach.* 9.

Ant. 1. f. Véniet Deſiderátus cunctis géntibus; & implébo domum iſtam glóriâ, dicit Dóminus. *Agg.* 2.

Ant. 5. C. Magna erit glória domûs iſtíus noviſſimæ pluſquàm primæ; & in loco iſto dabo pacem. *Agg.* 2.

Ant. 6. Qui adhærent Dómino, ut colant eum, addúcam eos, & lætificábo eos in domo oratiónis meæ. *Iſ.* 56.

Ant. 7. a. Aperíte portas, & ingrediátur gens juſta, cuſtódiens veritátem. *Iſ.* 26.

CAPITULUM. *Malach.* 3.

ECce ego mitto Angelum meum, & præparábit viam ante fáciem meam. Et ſtatim véniet ad templum ſuum Dominátor quem vos quæritis, & Angelus teſtamenti quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dóminus exercituum.

℟. Ex Sion ſpécies decóris ejus; Deus manifeſtè véniet. * Congregáte illi ſanctos ejus, qui órdinant teſtamentum ejus ſuper ſacrificia. ℣. Umbram habens lex futurórum bonórum, hóſtiis quas ófferunt, nunquàm poteſt accedentes perfectos fácere: * Congregáte. Glória Patri. *Reſumitur* ℟. Ex Sion. *uſquè ad* ℣. *Pſ.* 49. *Hebr.* 10.

HYMNUS.

TEmpli ſacrátas pande,
Sion, fores;
Chriſtus ſacerdos intrat
& hóſtia:
Cedant inánes veritáti
Quæ ſe ánimis áperit, figúræ.
Non immolandi jam pécudum greges;
Fumábit ater non cruor ampliùs:
Et ipſe placando Parenti
Ipſe ſuis Deus aſtat aris.
Virgo latentis cónſcia Núminis,
Demiſſa vultus, quem péperit Deum,
Hunc geſtat ulnis; pauperumque
Múnera fert, téneras volúcres.
Hìc omnis ætas, omnis & áſtitit
Sexus propinquo Númine plénior:
Omnes anhelantis tot annos
Nunc fídei prétium reportant.
Teſtes tot inter magnánimo, Deus,
Tibi litábat firma ſiléntio
Verbi ſilentis muta mater:
Cuncta ánimo pénitùs premébat.
Sit ſumma Patri, ſúmmaque Fílio,
Sanctóque compar glória Flámini:
Sanctæ litémus Trinitáti
Perpétuo pia corda cultu.
Amen.

℣. Confeſſio & pulchritúdo in conſpectu ejus:
℟. Sanctimónia & magnificéntia in ſanctificatióne ejus. *Pſ.* 95.

Ad Magníficat.

Ant. J. duplicanda. Ecce Dominátor quem quæritis, & purgábit filios Levi quaſi aurum: & erunt Dómino offerentes ſacrifícia in juſtitia; & placébit Dómino ſacrifícium. *Malach.* 3.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Nulla fit Commemoratio.

AD COMPLETORIUM, *Pſalmi & Capit. de Feria; cetera ut infrà poſt II. Veſperas.*

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Ecce venit ad templum ſuum dominátor Dóminus: * Veníte, adorémus. *Malach.* 3.

Pſ. 94. Veníte. 2.

HYMNUS.

FUmant Sabæis templa vapóribus;
Nos ſacra poſcunt: jam præit hóſtia:
Sequámur omnes, & viciſsim
Puro ánimo mémores litémus.
Lumen miniſtret ſplendídior fides:
Miniſtret ignes flámmea cáritas;
Fundatque divínos odóres
Innócuæ bona fama vitæ.
Vitæ nocentis quid tráhimus moras?

as beáto cum ſene
nmori;
iem ſub aris immo-
um
ius, hoc étiam fruá-
r.
ma Patri, ſúmma-
: Fílio,
óque compar gló-
Flámini:
æ litémus Trini-
i
tuo pia corda cultu.
nen.

NOCTURNO.

Expectans. *cum ſua*
e, 130.
lus victoriam ſuam
iat, primitivam ſuſ
tem recolens.
2. Ecce vénio, ut
, Deus, voluntá-
am: Deus meus,
& legem tuam in
ordis mei.
ructávit. 152.
en de Chriſti &
ejus ſponſæ doti-

5. a. Speciósus for-
e fíliis hóminum,
eſt grátia in lábiis
roptéreà benedíxit
in æternum.
Deus noſter refú-
53.
us verus Emmanuel
m ſuam ſanctificat
r.
1. g. Sanctificávit
culum ſuum Altíſſi-

eus in dómibus Sion
cognoſcétur, ℟. Cùm ſuſ-
cípiet eam. *Pſ.* 47.

De libro Éxodi.

Lectio j. Cap. 13.

AIt Móyſes ad pópulum: Cùm introdúxerit te Dóminus in terram Chananæi, ſicut jurávit tibi & pátribus tuis, & déderit tibi eam, ſeparábis omne quod áperit vulvam Dómino, & quod primitívum eſt in pecóribus tuis: quidquid habúeris maſculíni ſexûs, conſecrábis Dómino. Primogénitum áſini mutábis ove: quòd ſi non redémeris, interfícies. Omne autem primogénitum hóminis de fíliis tuis prétio rédimes. Cùmque interrogáverit te fílius tuus cras, dicens: Quid eſt hoc? reſpondébis ei: In manu forti edúxit nos Dóminus de terra Ægypti, de domo ſervitútis. Nam cùm indurátus eſſet Phárao, & nollet nos dimíttere, occídit Dóminus omne primogénitum in terra Ægypti, à primogénito hóminis uſquè ad primogénitum jumentórum: idcircò ímmolo Dómino omne quod áperit vulvam maſculíni ſexûs, & ómnia primogénita filiórum meórum rédimo.

℟. Locútus eſt Dóminus ad Móyſen, dicens: * Sanctífica mihi omne primogénitum in fíliis Iſraël. ℣. Tulérunt Jeſum in Jeruſalem,

victimárum, dicit Dóminus? plenus ſum; ne offerátis ultrà ſacrifícium fruſtrà: * Ad deſtitutiónem peccáti per hóſtiam ſuam. *Hebr.* 9. *Iſ.* 1.

Lectio v.

JAm quidèm carnem indútus Deus primogénitam diáboli ſóbolem, id eſt peccátum, enecârat páriter ac aboléverat; atque ſimul ac carne natus eſt, malítiæ damnatiónem decernens, ejuſque in ſe omnímodam abolitiónem fáciens, adverſárias virtútes lamentis oppléverat, tanquàm vaſa quædam ab iis áuferens, Magos ab Oriente profectos; iiſque eos domínii adoratióne ac agnitióne, vaſa apta Dómino reddens, in ſubſídium ædificatiónis Eccléſiæ, à Deo revérà confecti tabernáculi illíus, quod Dóminus fixit, & non homo.

℟. Sacrifícium & oblatiónem noluiſti, aures autem perfeciſti mihi: * Holocauſtum & pro peccáto non poſtulaſti; tunc dixi, Ecce vénio. ℣. Impoſsíbile eſt ſánguine taurórum & hircórum auferri peccáta; ídeò Chriſtus ingrédiens mundum dicit: * Holocauſtum & pro peccáto. *Pſ.* 39. *Hebr.* 10.

Lectio vj.

DEo & Patri, nedùm primogénita hóminum, ſed & univerſum ipſum ſanctíficat genus, per eas quas in ſe aſſumpſit maſſæ noſtræ primítias, id eſt, per carnem ánimâ intelligente præditam, à nobis acceptam; totam humánæ natúræ maſſam ad ſanctificatiónem novo velut fermento conſpergens. Nam & ego nunc méritò díxerim, ſicut divínus ait Apóſtolus: Si primítiæ ſanctæ, & maſſa. Ac quemádmodùm olim legis ſermo tribum illam, cui ſacerdótii munus obtígerat, pro primogenitórum primítiis typicè Deo offerébat; ita nunc in ſpléndido veritátis caractére Pontíficem & Apóſtolum noſtræ confeſſiónis ſanctum illum & innocentem, impollutumque, ac ſegregátum ab ómnibus ſórdibus & cogitatiónibus peccatóris, Deo & Patri corporáliter, pro ea quæ ei per fidem ſanctificáta eſt humána natúra, oblátum eſſe intelligimus.

℟. Deus Fílium ſuum mittens in ſimilitúdinem carnis peccáti, & de peccáto damnávit peccátum in carne, * Ut juſtificátio legis implerétur in nobis. ℣. Oblátus eſt: juſtificábit ipſe Juſtus multos: & ipſe peccáta multórum tulit; * Ut juſtificátio legis. Glória Patri. *Reſumitur* ℟. Deus. *uſquè ad* ℣. *Rom.* 8. *Iſ.* 53.

OCTURNO.
:e. . . . omnis

eus excélſus,
æ terræ , *in*
lorandus.
Tóllite hóſ-
roíte in átria
te Dóminum
o ejus.
us regnávit ,

lex univerſæ
gelis adoran-
cum gaudio

a. Adoráte
Angeli ejus,
táta eſt Sion.
. . . . mirabí-

nnotuit ſalu-
quod imple-
promiſſa.
Notum fecit
utáre ſuum:
miſericórdiæ
tis ſuæ dómui

idívimus, ſic
. In civitáte
tum. *Pſ.* 47.
ti Evangélii
Lucam.

Cap. 2.

npore ; Poſt-
léti ſunt dies
Maríæ ſecun-
Móyſi , tulé-
i Jerúſalem ,
im Dómino ,
i eſt in lege
réliqua.

Homília ſancti Ambróſii Epíſcopi.

In Luc. Lib. 2. *C.* 2. *n.* 55.

FActus eſt ſub lege Chriſtus, ut eos qui ſub lege eſſent, lucrifáceret. Síſtitur in Jerúſalem. Vides omnem legis véteris ſériem fuiſſe typum futúri. Omne maſculínum adapériens vulvam, ſanctum Dómino vocábitur; verbis enim legis promittebátur Vírginis partus, & verè ſanctus, quia immaculátus. Solus enim per ómnia ex natis de fémina ſanctus Dóminus Jeſus, qui terrénæ contágia corruptélæ immaculáti partûs novitáte non ſénſerit, & cœleſti majeſtáte depúlerit. Et ecce homo erat in Jerúſalem, cui nomen Símeon; & homo iſte juſtus & timorátus, expectans conſolatiónem Iſraël. Non ſolùm ab Angelis & Prophétis, à paſtóribus & paréntibus, ſed étiam à ſenióribus & juſtis generátio Dómini áccipit teſtimónium. Omnis ætas, & uterque ſexus, eventorúmque mirácula fidem áſtruunt. Virgo génerat, ſtérilis parit, mutus lóquitur, Eliſabeth prophétat, Magus adórat, útero clauſus Joannes exultat, vidua confitétur, juſtus expectat.

℟. Homo erat in Jerúſalem, cui nomen Sí-

meon : * Et iſte juſtus & timorátus reſponſum accéperat à Spíritu ſancto, non viſúrum ſe mortem, niſi priùs vidéret Chriſtum Dómini. ℣. Véniet & non tardábit ; juſtus autem in fide ſua vivet. * Et. *Luc.* 2. *Habac.* 2.

Lectio viij. n. 58. & 59.

ET benè juſtus, qui non ſuam, ſed pópuli grátiam requirébat, cúpiens ipſe corpóreæ víncu-lis fragilitátis abſolvi, ſed expectans vidére promiſſum ; ſciébat enim quia beáti óculi qui eum vidérent. Et accépit eum in mánibus ſuis, & benedíxit Deum, & dixit : Nunc, Dómine, dimitte ſervum tuum in pace. Vide juſtum velut corpóreæ cárcere molis inclúſum, velle diſſolvi. Diſſolvi enim multò mélius eſt. Sed qui vult dimitti, véniat in templum, véniat in Jerúſalem, expectet Chriſtum Dómini, accípiat in mánibus Verbum Dei : compleäátur, velut quibuſdam fídei ſuæ bráchiis, opéribus ſuis : tunc dimittétur, ut non vídeat mortem, qui víderit vitam.

℟. Cùm indùcerent púerum Jeſum parentes ejus, ut fácerent ſecundùm conſuetúdinem legis pro eo, Símeon * Accépit eum in ulnas ſuas. ℣. Deſidérium cordis ejus tribuiſti ei, Dómine, & voluntáte labiórum ejus non fraudaſti eum. * Accépit. *Luc.* 1. *Pſ.* 20.

Lectio ix. n. 60.

VIdes úberem in omnes grátiam, Dómini generatióne diffúſam, & prophetíam incrédulis negátam eſſe, non juſtis. Ecce & Símeon prophétat in ruínam & reſurrectiónem plurimórum veniſſe Dóminum Jeſum Chriſtum, ut juſtórum iniquorumque mérita diſcernat, & pro noſtrórum qualitáte factórum, Judex verus & juſtus aut ſupplícia decernat, aut præmia.

℟. Benedíxit Deum Símeon, & dixit : * Nunc dimittis ſervum tuum, Dómine, ſecundùm verbum tuum, in pace ; quia vidérunt óculi mei ſalutáre tuum. ℣. Expectans expectávi Dóminum, & intendit mihi ; & exaudívit preces meas, & immíſit in os meum cánticum novum : * Nunc. Glória Patri. *Reſumitur.* ℟. Benedíxit. *uſquè ad* ℣. *Luc.* 2. *Pſ.* 39.

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Magnus Dóminus, & laudábilis nimis in civitáte Dei noſtri, ℟. In monte ſancto ejus. *Pſ.* 47.

AD LAUDES.

Pſalmi de Dominica.

Ant. 1. a. ERat pater Jeſu & mater mirantes

uæ dicebantur
. 2.
Benedíxit illis
& dixit ad Ma-
m ejus : Ecce
ic in ruínam,
ectiónem mul-
raël. *Luc.* 2.
. Póſitus eſt in
contradicétur ;
ipsíus ánimam
gládius ;) ut
x multis cór-
atiónes. *Luc.* 2.
. Erat Anna.
. *Sophon.* 3.
m & exultan-
r Chriſti adven-
entiam.
fília Sion ; jú-
Iſraël : * lætá-
a in omni cor-
rúſalem.
Dóminus judí-
, * avertit ini-

ël Dóminus in
* non timébis
à.
a dicétur Jerú-
li timére ; *
a diſſolvantur

Deus tuus in
fortis ; * ipſe

ſuper te in læ-
it in dilectióne
ltábit ſuper te

: Anna prophe-
æc vídua uſquè
octoginta quá-
c ipsâ horâ ſu-

pervéniens, confitebátur Dómino. *Luc.* 2.

Ant. 6. Loquebátur de Jeſu ómnibus qui expectábant redemptiónem Iſraël. *Luc.* 2.

CAPITULUM. *Coloſſ.* 1.

MYſtérium quod abſcónditum fuit à ſéculis & generatiónibus, nunc manifeſtátum eſt ſanctis ejus, quibus vóluit Deus notas fácere divítias glóriæ ſacramenti hujus.

HYMNUS.

QUi ſacris hódiè ſíſtitur aris,
Stat ſignum pópulis ómbus Infans;
Idem Judáicæ glória gentis,
Et toti nova lux áddita mundo.
Plauſus inſólitos audit uterque,
Miraturque parens: vota faventûm
Votis excípiunt, & ſua lætis
Gratantûm omínibus gáudia miſcent.
Afflátæ ſúbitò Númine mentes
Vix ſeſe cápiunt; ſpeſque ſalútis
Hàc inclúſa tenùs corde ſub imo,
Ipſis jam mánibus prenſa tenétur.
Quem vidêre procul mente Prophétæ,
Nunc te das óculis, Chriſte, fruendum;

Mox idem féries, ora reſolvens,
Dictis attónitas grándibus aures.
Si noſtris modò te ſénſibus aufers,
Horum firma fides ſúppleat uſum;
Hâc te, Chriſte, manu tángere fas eſt:
In templis réſides nunc quoque noſtris.
Æterno ſit honor lauſque Parenti:
Qui placáre paras víctima Patrem,
Æquális tibi ſit glória, Nate:
Ambórum ſímilis laus ſit Amóri. Amen.

℣. Annuntient in Sion nomen Dómini, ℟. Et laudem ejus in Jerúſalem. *Pſ.* 101.

Ad Benedictus

Ant. 2. *duplicanda.* Ut perfecérunt pater Jeſu & mater ómnia ſecundùm legem Dómini, reverſi ſunt in Galilæam in civitátem ſuam Názareth. *Luc.* 2.

Oratio.

OMnípotens, ſempiterne Deus, majeſtátem tuam ſúpplices exorámus, ut ſicut unigénitus Fílius tuus hodiernâ die cum noſtræ carnis ſubſtántia in templo eſt præſentátus, ita nos fácias purificátis tibi méntibus præſentári; Per eumdem Dóminum.

AD HORAS, in fine Hymnorum dicitur Doxologia:

Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória
Cum Patre, cumque Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

Pſalmi de Dominica.

AD PRIMAM.

Ant. 1. *a.* Erat.

Non dic. Symb. Quicumque.

In ℟. *br.* ℣. Qui natus es * de María vírgine. *Matt.* 1.

Canon proprius. clviij.

AD TERTIAM.

Ant. 3. *a.* Benedíxit.

CAPITULUM. *Iſaiæ* 8.

DOminum exercítuum ipſum ſanctificáte: ipſe pavor veſter, & ipſe terror veſter: & erit vobis in ſanctificatiónem; in lápidem autem offenſiónis, & in petram ſcándali duábus dómibus Iſraël; in láqueum & in ruínam habitántibus Jerúſalem.

[*Temp. Septuag. omiſſo* Allelúia *in* ℟. *br. reſumptio fit ad primum Aſteriſcum*; *& ſic ad Sextam & Nonam.*]

℟. *br.* Lápidem quem reprobavérunt, * Factus eſt in caput ánguli, * Allelúia, allelúia. Lápidem. ℣. A Dómino factum eſt iſtud; * & eſt mirábile in óculis noſtris, * Allelúia. Glória Patri. Lápidem. *Pſ.* 117.

℣. Benedicentes ei hæreditábunt terram; ℟. Ma-

ntes autem ei diſpe-
:. *Pſ.* 36.

D SEXTAM.

. 4. E. Póſitus eſt.
ITULUM. *Iſaiæ* 42.
Dminus ſicut fortis
agrediétur, ſicut vir
itor ſuſcitábit zelum:
erábitur, & clamábit,
inimícos ſuos con-
bitur.
br. Sagittæ tuæ acú-
* Pópuli ſub te ca-
, * Allelúia, allelúia.
tæ. ℣. In corda * ini-
rum regis, * Alle-
. Glória Patri. Sagittæ.
44.
. Judicábit in natióni-
, implébit ruínas; ℟.
quaſſábit cápita in ter-
multórum. *Pſ.* 109.

D NONAM.

. 6. Loquebátur.
PITULUM. *Iſaïæ.* 12.
Antáte Dómino, quó-
niam magnífice fecit.
untiáte hoc in univerſa
. Exulta & lauda, ha-
tio Sion; quia magnus
médio tuî Sanctus Iſ-

. *br.* Vidérunt * In-
ſus tuos, Deus, * Al-
a, allelúia. Vidérunt.
ngreſſus Dei mei, * re-
mei qui eſt in ſancto,
llelúia. Glória. Vide-
r. *Pſ.* 67.
. Dicant nunc qui ti-
nt Dóminum, ℟. Quó-
n in ſéculum miſeri-
dia ejus. *Pſ.* 117.

AD II. VESPERAS.

Pſalmi de Officio parvo.

Ant. IN Chriſto Jeſu in-
4. E. hábitat omnis ple-
nitúdo divinitátis corporà-
liter. *Coloſſ.* 2.

Ant. 5. C. De plenitú-
dine ejus nos omnes accé-
pimus, & grátiam pro grá-
tia. *Joan.* 1.

Ant. 1. D. Lex per Móy-
ſen data eſt, grátia & vé-
ritas per Jeſum Chriſtum
facta eſt. *Joan.* 1.

Ant. 6. Finis legis Chriſ-
tus ad juſtítiam omni cre-
denti: omnis qui credit in
illum, non confundétur.
Rom. 10.

Ant. 8. *G.* Lex pædagó-
gus noſter fuit in Chriſto,
ut ex fide juſtificémur.
Gal. 3.

CAPITULUM. *Hebr.* 8.

CUm eſſent qui offerrent
ſecundùm legem múne-
ra, qui exemplári & um-
bræ deſérviunt cœléſtium;
nunc Chriſtus mélius ſor-
títus eſt miniſtérium, quan-
tò & melióris teſtamenti
mediátor eſt, quod in me-
lióribus repromiſſiónibus
ſancítum eſt.

[*Ante Septuageſimam*,
dicitur:

Allelúia, allelúia. ℣. Ecce
dies vénient, dicit Dómi-
nus, & fériam dómui Iſ-
raël & dómui Juda fœdus
novum. Allelúia. *Jerem.*
31.]

HYMNUS.

STupéte, gentes: fit Deus hóſtia;
Se ſpontè legi Légifer óbligat:
Orbis Redemptor nunc redemptus;
Seque piat ſine labe mater.

De more matrum, Virgo puérpera
Templo ſtatútos abſtínuit dies.
Intráre ſanctum quid pavébas,
Facta Dei priùs ipſa templum!

Arâ ſub unâ ſe vovet hóſtia
Triplex; honórem virgíneum ímmolat
Virgo ſacerdos, parva mollis
Membra puer, ſeniorque vitam.

Eheu! quot enſes transádigent tuum
Pectus! quot altis nata dolóribus,
O Virgo! Quem geſtas cruentam
Imbuet hic ſacer Agnus aram.

Chriſtus futúro, corpus adhuc tener,
Prælúdit inſons víctima fúneri:
Creſcet; profúſo vir cruóre,
Omne ſcelus móriens piábit.

Sit ſumma Patri, ſúmmaque Fílio,
Sanctóque compar glória Flámini:
Sanctæ litémus Trinitáti
Perpétuo pia corda cultu.
Amen.

℣. Protector noſter, áſpice, Deus; ℟. Et réſpice in fáciem Chriſti tui. *Pſ.* 83.

Ad Magníficat.

Ant. 7. G. *duplicanda.* Sanctificáti per oblatiónem córporis Jeſu Chriſti, accedámus & ipſi, domus ſpirituális, ſacerdótium ſanctum, offerre ſpirituáles hóſtias, acceptábiles Deo per Jeſum Chriſtum. *Hebr.* 10. 1. *Petr.* 2.

Oratio, ut ſuprà ad Laudes.

AD COMPLETORIUM.

Pſalmi & Capit. de Dominica.

Ant. 2. In ipſo vita erat, & vita erat lux hóminum, & lux in ténebris lucet. *Joan.* 1.

Hymnus, Virgo, Dei génitrix. 317.

Ad Nunc dimíttis.

Ant. 5. a. Salutáre tuum paraſti, Dómine, lumen ad revelatiónem géntium, & glóriam plebis tuæ Iſraël. *Luc.* 2.

¶ *De B. Maria Virgine, fiet Commem. tanquàm de Feſto Simplici, in Veſperis Feriæ VI. & in Laudibus Sabbati cujuſvis Hebdomadis, uſquè ad Quinquageſimam, ut infrà in Officio de B. Maria in Sabbato, niſi de ea fiat Officium.*

D I E III.
In Feſto
NCTI BLASII,
Epiſcopi & Mart.
Semiduplex.
ia ut in Communi unius Martyris.
Lectio ij.
Ex Bollando.

Láſius, Epíſcopus Sebaſténus in Arménia ri, pro Chriſto Mar- ccúbuit anno círciter ntéſimo decimo ſexto. s cultum apud orien- Eccléſias celebérri- jam ab antíquis tem- bus fuiſſe patet ex ve- iſſimis eórum menoló- . Non minùs célebris per omnis Occidentis, máximè Galliárum Ec- ſias ſancti Bláſii memó- , pópulis úndique ad patrocínium confluén- us, ex eo potíſſimùm pore quo ſancti Márty- relíquiæ hùc illùc per liam & Gálliam variè nſlátæ ſunt.

expoſitióne ſancti Ambróſii Epíſcopi in Pſalmum centéſimum décimum octávum.
Serm. 21. *n.* 7.
Lectio iij.

Ríncipes perſecúti ſunt me gratis; & à verbis is trepidávit cor meum. nè hoc Martyr dicit, ód injuſtè perſecutiónum menta ſuſtíneat; qui ni- rapúerit, nullum violentus oppreſſerit, nullíus ſanguinem fúderit, nullíus torum putáverit eſſe violandum: qui nihil légibus débeat, & gravióra latrónum ſuſtinére cogátur ſupplícia: qui loquátur juſta, & non audiátur: qui loquátur plena ſalútis, & impugnétur, ut poſſit dícere: Cùm loquébar illis, impugnábant me gratis. Gratis ígitur perſecutiónem pátitur, qui impugnátur ſine crímine: impugnátur ut nóxius, cùm ſit in tali confeſſióne laudábilis: impugnátur quaſi venéficus, qui in nómine Dómini gloriátur; cùm píetas virtútum ómnium fundaméntum ſit. Verè fruſtrà impugnátur, qui apud ímpios & infídos impietátis arcéſſitur, cùm fídei ſit mágiſter.

Oratio, Deus, cujus gratia. xiij.

D I E V.
In Feſto
SANCTÆ AGATHÆ,
Virginis & Martyris.
Semiduplex.
Omnia de Communi Virginum Martyrum.

Pridiè ad VESP. Pſalmi ſub ſola Ant. Quid Dómini. liij. *Oratio*, Deus, ſanctæ puritátis. *infrà.*

Lectio ij.
Ex Actis apud Bollandum, & Hymno Damaſi Papæ.

AGatha virgo, quam Panormitáni & Cati-

rem & ſide , terréna próſpera nihil reputáſſe , ut Dei juſſis obtemperáret : aitque illam trúcibus fortiórem viris , membra ſua flagris expoſuiſſe , acerbum mamillæ tortæ dolórem válido péctore toleráſſe ; cùmque à beáto Petro recreáta in cárcere fuiſſet , lætiórem indè ac magis flagrantem , ad flagella cuncta alácriter cucurriſſe. Addit ſanctus Póntifex beátæ Mártyris ope ſervátam ab igne fuiſſe ethnicórum turbam. Légitur in Actis ejus pagános , anno vertente à martyrio ſanctæ vírginis , confugiſſe ad ejus túmulum , & velo quo túmulus obtegebátur oppóſito , ignem repreſſiſſe , qui ab Æthna monte exundábat. Cátinæ

vitæ cárita
enim Sanct
hódiè natalí
mori pro L
ſet in córp
terrénis de
non fuiſſet i
tus namque
mine ánimu
péxit , præ
Ante armát
fides ducta
robúſtior , j
mior. Quid
bárbari & d
qui ire ad
puellas pe
mus ? quos
pérbia infla
turbat , lu
Qui ſi adipi
rum per be
num non p
ipſum nobis
Deum nólu

io ipſam car-
s?
tio.
ıctæ puritátis
, qui beátæ
im virginitá-
m infudiſti :
æſumus , ſic
;lorióſum ve-
:rpétuis ejuſ-
ır fovéri præ-
'óminum noſ-
Chriſtum Fi-
kc.
ſit à Capitulo
:um Comme-
ecedentis.
V I.
'eſto
AMANDI,
s Epiſcopi.
ıplex.
ımmuni Pon-
o, Deus, qui

o ij.
ıpud Bolland.
in agro Nan-
ıatus , ſacris
ítia erudítus,
;iam ínſulam
: Rupellenſis;
; petens ſanc-
ıulcrum vene-
is capillis Cle-
eſt. Hinc Bi-
indè Romam
reverſus in
ın ad certam
ıbernandam ,
;éntibus non-
nis prædican-
ris ordinátus
. Primùm Bra-
malis. *A.*

bantínis , deindè Sclavis Evangélium annuntiávit. In exſilium pulſus à Rege Dagoberto , ob reprehenſam vivendi licéntiam, Váſcones Chriſto acquiſívit, & iis qui Pyrenæos montes íncolunt Evangélii lucem íntulit : ſic diſponente Deo, ut regis malè infenſi vindicta occáſio fieret fídei Chriſtiánæ propagandæ.

Lectio iij.

MOx , à Rege revocátus Amandus , conſentiente Epiſcopo Noviomenſi , Gándavis prædicávit fidem. Undè , promovente Sigiberto qui ab eo baptiſmum ſuſcéperat , ad Trajectenſem ſedem aſſumptus eſt anno ſexcentéſimo quadragéſimo nono. Ob depravátos Cleri mores , quibus reprimendis impar ſibi videbatur , de ſede deſerenda cógitans , ſcripſit ad ſanctum Martínum Papam , qui , miſſis decrétis quæ Concílium Lateranenſe contrà Monothelítas nuper edíderat , eum ad perſeverántiam hortátus eſt. Sed Romam íterùm profectus , & liber à ſede Trajectenſi dimiſſus , várias , prædicandi causâ , regiónes peragrávit. Multa in Gálliis monaſtéria conſtrúxit , quorum præcípuum eſt Elnonenſe ad Scarpam , in quo déniquè ſénio confectus & clarus miráculis ánimam Deo réddidit.

Dominum.

DIE VIII.

In Feſto

S. JOANN. DE MATHA,

Preſbyteri, Inſtit. Ord.

SS. Trinit.

Semiduplex.

Omnia de Comm. Juſt. Sacerd. Pridiè ad VESP. Pſalm. ſub ſola Ant. Dicébat. xliij. *Oratio*, Deus, qui. *infrà.*

Lectio ij.

Ex Gaquino, Spondano, Macedone, & aliis vitæ ejus Scriptoribus.

JOannes, cui de Matha cognómen, in província Narbonenſi ſecunda, Falcóne natus eſt à paréntibus pietáte & nobilitáte conſpícuis. Studiórum causá primùm Aquas-Sextias, & póſteà Paríſios profectus, emenſo Theológiæ currículo, Magiſtérii láu-

... triénnium, ... júnio, humi... diéntiá ſe exé... cum Felíce ... Innocéntio ... electo Pontí... tem impetrá... redimendis ... vendi : cét... ad Odónem ... Mauritio ſu... Abſalónem ... ti Victóris ... communicát... sílio, vitæ ... tutumque ſe... lamque ſóc... querentur,

Lect...

ITaque F... nam pagi... túdinem ren... cios congre... plis régeret ... ríſios ad E...

nis monaſté-
dicto Cervo
mine & clien-
iæ Trinitátis
égula autem,
perſcripſerat,
s, ſtatim ab
le confirmáta
tò póſt inſti-
s, annuente
apítulo Pari-
no ſancti Ma-
um. Ab eo
nes innúmera
Gálliam &
ficávit cœnó-
ctivórum im-
itúdinem per
inis alumnos
aſſéruit. Dé-
plenus opéri-
iit die vigé-
Decembris
no ducenteſi-
rtio.
tio.
beáto Joanni
ro, ac ſóciis
fidéles redi-
os infudiſti:
illam córpo-
libertátem,
illius tuis nos
ui tecum vi-

fit à Capi-
m Commem.

I X.
eſto
L O N I Æ,
Martyris.
uplex.
Comm. Virg.

Mart. Oratio, Deus, qui inter. *in Comm.* lviij.

Ex Epíſtola ſancti Dionyſii Alexandríni, ad Fábium Antiochénum.

Lectio ij.

Euſ. Hiſt. Lib. 6. *Cap.* 41.

Nequáquàm ex Décii Imperatóris edícto perſecútio apud nos cœpta eſt, ſed íntegro anno antevérterat. Nam infauſtus quidam vates ac poéta commóvit Alexandríæ adversùs nos gentílium turbas. Ab illo ígitur ſtimuláti, hanc ſolam pietátem cultumque dæmónum ſuórum exiſtimábant, ſi cædibus adversùs noſtros ſævírent. Primùm ítaque ſenem quemdam Metram nómine, correptum ímpia verba proférre jubent. Quod cùm ille abnúeret, fúſtibus hóminem verberantes, & acútis arundínibus vultum ejus, oculóſque pungentes, deductum in ſubúrbium lapídibus obruérunt. Poſt hæc fidélem quamdam mulíerem Quintam nómine, ad idóli templum perductam, adoráre illud coëgérunt. Quod cùm illa averſarétur atque execrarétur, conſtrictis pédibus eam per totíus civitátis vicos áſpero sílice conſtrátos rapientes, ſaxis illíſam moláribus, flagris ínſuper verberantes, ad ſubúrbium ítidèm abdúcunt, ibíque lapídibus interfíciunt.

Lectio iij.

Omnes deindè uno ímpetu in domos Chriſtianórum irrúere cœpérunt ; & quos quiſque ſibi vicínos nóverat, eos íllicò properantes agébant, ſpoliábant ac diripiébant : ea quidèm quæ máximè prætióſa eſſent, in ſinum ſuum congerentes, vilióra autem & lígnea quæque disjiciébant, ac per vias concremábant. Fratres verò declinábant & ſubducébant ſe fugâ ; ac direptiónem bonórum ſuórum perindè ac illi de quibus Paulus teſtificátus eſt, cum gáudio excepérunt. Nec eórum quiſquam, quod équidèm ſciam, niſi fortaſsè unus áliquis, in illórum manus íncidens, háctenùs quidèm Deum negávit. Sed & admirandam illam provectæ jam ætátis vírginem Apollóniam tunc comprehendérunt ; & maxillas quidem ejus percutientes, cunctos ei dentes excuſſérunt. Accenſo autem extra urbem rogo, minabantur vivam ſe illam combuſtúros, niſi unà cum ipſis ímpia verba pronuntiáret. At illa véniam deprecári pauliſper viſa, atque ínterìm dimiſſa, celériter in ignem insíliit, & conflagrávit.

AD VESP. fit à Capitulo de ſequenti, cum Commem. præcedentis.

[In Cathedr. *VESP. de ſequenti, cum Commem. præcedentis.*]

D I E X.

In Feſto S. SCHOLASTICÆ, Virginis.

Semiduplex.

[In Cathedr. *Duplex minus.* *Si incidat in Quadrageſimam, anticipatur in Feriam iij. poſt Dominicam Quinquageſimæ, vel in Feriam ij. ſi eodem anno anticipari contingat Officium S. Matthiæ.*]

Omnia de Communi Virginum non Mart. exceptis quæ ſequuntur. Oratio, Famíliam. *infrà.*

Ex libro ſecundo Dialogórum ſancti Gregórii, Papæ.

Lectio ij.

Scholáſtica, Benedicti Abbátis ſoror, Deo ab infántiæ témpore dedicáta, ad eum ſemèl per annum veníre conſuéverat ; ad quam vir Dei non longè extra jánuam in poſſeſſióne monaſtérii deſcendébat. Quâdam verò die venit ex more : cùmque inter ſacra collóquia tárdior ſe hora protráheret, & illa diútiùs apud ſe fratrem invítum retinére vellet, inſertas dígitis manus ſuper menſam póſuit, & caput in mánibus omnipotentem Dóminum rogatúra declinávit. Tùm verò tanta coruſcatiónis & to-

ui vis, tántaque inun-
o plúviæ erúpit; ut
ıe Benedictus, ne-
Fratres qui cum eo
'ant, extra loci li-
. pedem movére po-
int.

Lectio iij.

Unc vir Dei, in-
ter coruſcántia fúlgu-
atque ingentes ím-
m torrentes, contriſ-
s ſibi ad monaſtérium
re non licére, Parcat
, inquit, Deus, ô So-
, quæ id féceris. Cui
: Ecce rogávi te, &
ire me noluiſti; rogávi
ım meum, & audívit
Sicque evénit ut to-
noctem pervígilem in
itáli collóquio transí-
ınt, nec niſi die álte-
ille ad monaſtérium,
ad cellam própriam
erint. * Poſt tríduum
m in cella conſiſtens
edictus, elevátis in áera
is, vidit ejuſdem ſo-
s ſuæ ánimam, in co-
bæ ſpécie, cœli ſecréta
tráre. Qui ex hac vi-
e óbitum ejus & beati-
nem intélligens, grá-
Deo actis, miſit Fra-
, qui ejus corpus ad
aſtérium deferrent, at-
in ſepulcro quod ſibi
paráverat, pónerent.
quorum mens una ſem-
in Dómino fúerat, eó-
ı quoque córpora nec
ıltúra ſeparávit.

In Cathedr. *dicuntur tria Noctúrna, ut ſequitur.*

IN I. NOCT. Lectiones de Scripturra occurrente.

*IN II. NOCT. ex duabus præcedentibus Lectionibus fiunt tres, dividendo ſecundam ad aſteriſcum *.*

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio vij. Cap. 25.

IN illo témpore; Dixit Jeſus diſcípulis ſuis parábolam hanc: Símile eſt regnum cœlórum decem virgínibus, quæ accipientes lámpades ſuas, exiérunt óbviàm ſponſo & ſponſæ. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni, Epíſcopi.

Serm. 93. de verb. Ev. C. 4.

EVangélium ſanctum ipſas vírgines efferentes lámpades, álias dixit prudentes, álias ſtultas. Undè diſcérnimus? De óleo. Aliquid magnum ſignificat óleum. Putas non cáritas eſt? Apóſtolus dicit: (adhuc ſupereminentiórem vobis viam demonſtro,) Si linguis hóminum loquar & Angelórum, caritátem autem non hábeam, factus ſum æramentum ſonans, aut cymbalum tinniens. Ipſa eſt ſuperéminens via, id eſt, cáritas, quæ méritò óleo ſignificátur; ómnibus enim humóribus óleum ſuperéminet.

Lectio viij. Cap. 6. & 8.

MÉdiâ noćte clamor factus eſt. Quid eſt, Médiâ noćte? Quandò non ſperátur, quandò omnínò non créditur. Noćtem póſuit pro ignorántia. Quis iſte clamor, niſi de quo Apóſtolus dicit: In ićtu óculi, in noviſſima tuba? Clamóre facto, quo clamabátur, Ecce ſponſus venit, ſurrexérunt omnes. Prudentes autem tulérunt óleum ſecum, ſtultæ verò non tulérunt ſecum. Habes óleum, porta tecum. Intùs habe, ibi place Deo, ibi porta teſtimónium conſciéntiæ tuæ. Qui autem ámbulat ad teſtimónium aliénum, óleum non portat ſecum. Antequàm dormírent illæ vírgines, non eſt dićtum quia extinguebantur lámpades illárum. Sapiéntium lámpades ardébant de óleo interno, de conſciéntiæ ſecuritáte, de interióre glória, de íntima caritáte: ardébant tamen & illárum fatuárum, quia non déerant laudes hóminum.

Lectio ix. Cap. 8. 9. & 10.

IN reſurrećtióne cœpérunt aptáre lámpades ſuas, id eſt, præparáre Deo óperum ſuórum réddere ratiónem. Et quia tunc nemo eſt qui laudet, omnis homo cauſæ ſuæ vacat. Non erant qui óleum vénderent, cœpérunt deficere lámpades, & convertérunt ſe fátuæ ad prudentes, Date nobis de óleo veſtro. Audiérunt: Ite pótiùs ad vendentes. Quia láudibus humánis benè vívere conſueſtis, vobiſcum óleum non portátis: nos autem non damus, ne fortè non ſufficiat nobis & vobis. Vix enim de nobis judicámus, quantò minùs póſſumus judicáre de vobis? Cùm eunt émere, cùm quærunt à quibus laudentur, & non invéniunt, venit ſponſus & ſponſa; tunc glorificáta cum Chriſto Eccléſia. Fátuæ póſteà venérunt. Et quid illis dićtum eſt? Non novi vos, réprobo vos. In arte mea non vos agnoſco; ars mea neſcit vítia, & júdicat vítia; neſcit faciendo, júdicat arguendo.]

Oratio.

FAmíliam tuam, Dómine, uberióribus réfove auxíliis; & beátæ Vírginis Scholáſticæ interceſſióne concéde, ut rore cœleſtis grátiæ corda noſtra júgiter molliantur; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum, &c.

AD VESP. fit à Capitulo de ſequenti, cum Commem. præcedentis.

[In Cathedr. *fit Commem. ſequentis. Ant.* Egrédere. ℣. Potens. xxxvij. *Oratio,* Deus, qui beátum. *infrà.*]

D I E X I.
In Feſto
NCTI BENEDICTI,
Ananienſis Abbatis.
Semiduplex.
Omnia de Communi Ab-
um. Oratio, Deus, qui
itum. *infrà.*

Lectio ij.

vita ipſius per S. Ardo-
tem ejus diſcipulum &
Monach. Anian.

Enedictus Anianenſis
diſciplínæ monáſticæ
totum ferè Occidentem
taurátor, patre Maga-
ienſi Cómite natus, in
Pipíni Regis diſciplí-
liberálibus inſtitútus;
ejus fílio Cárolo mag-
, aliquándiù in caſtris
in aula, cum ſumma
de méruit. Fratri ſuo
lis penè ſubmerſo cùm
táret opem ferre, peri-
átus & ipſe, memor voti
od jam pridem concépe-
, ſpopondit rerum óm-
um abdicatiónem. Nec
ltò pòſt ad ſancti Sé-
ani monaſtérium in Bur-
ndiónibus ſe cóntulit.
., ſuſcepto religiónis há-
u, abſtinéntiâ, humi-
ite, patiéntiâ, pauper-
is amóre, régulæ ob-
vántiâ, rerum cœléſ-
um contemplatióne, óm-
ous præfulſit. In Abbátis
functi locum, ob ſingu-
em doctrínam & elo-
éntiam, jam ſubſtituen-
s, abſceſſit in pátriam:
in paterno ſolo excitátâ
céllulâ ad rivum Aniánum
propè ſacellum ſancti Sa-
turníni, (quod nunc vo-
cant ſancti Lauréntii;)
cum frátribus áliquot ſanc-
tíſſimè vixit. Verùm con-
fluéntibus ad eum úndiquè
diſcípulis, monaſtérium
áliud in loco ſpatioſióre,
(nunc in urbe Aniána)
ædificáre coactus eſt. In quo
trecenti mónachi & ám-
pliùs congregáti, divínæ
Pſalmódiæ & Scripturá-
rum intelligéntiæ vacá-
bant: ex quibus plúrimi
in Epíſcopos & Abbátes de-
lecti ſunt.

Lectio iij.

Collabentem in Occi-
tánia, Aquitánia, &
tota Gállia meridionáli
diſciplínam monáſticam,
ope divínâ adversùs malé-
volos adjútus, reſtituen-
dam curávit Benedictus.
A Ludovíco Pio impera-
tóre & Francórum rege
accítus, ductis ab Ania-
nenſi Cœnóbio mónachis,
tránſtulit ſe in monaſté-
rium ſancti Cornélii ad In-
dum, non longè ab Aquiſ-
gráno, quod imperátor
ædificandum curáverat, ut
ejus ope & conſíliis uteré-
tur. Plúrima monaſtéria in
Gálliis & Germánia, Im-
peratóris juſſu reformávit,
quædam de novo fundávit.
In concílio Aquiſgranenſi
genuínum régulæ ſenſum,
éditis exímiis ſtatútis, ex-
plícuit. Plura erudítè ſcrip-

ſit, inter quæ éminet concórdia regulárum. Offícii divíni recitatiónem nunquàm intermíſit, étiam acutíſſimâ febre correptus, & ipsâ inſtante morte. Pſallenſque cum frátribus ad hæc verba: Fac cum ſervo tuo ſecundùm miſericórdiam tuam; annum agens ſeptuagéſimum, ánimam Deo réddidit, in Indenſi monaſtério, ubi corpus ejus requieſcit.

Oratio.

DEus, qui beátum Benedíctum Abbátem Spíritûs tui fervóre & diſciplínæ zelo replétum, reguláris obſervántiæ inſtauratórem ſtrénuum effeciſti; da nobis, ejus méritis & interceſſióne, ut reformáti in novitáte ſensûs noſtri, & in ſancta converſatióne viventes, viam mandatórum tuórum dilatáto corde currámus; Per Dóminum..... in unitáte ejuſdem.

DIE XIII.

In Feſto

SANCTI FULCRANNI, Lodovenſis Epiſcopi.

Semiduplex.

Pridiè AD VESP. Pſalmi ſub ſola Ant. Suſcitábo. xxij. *in Communi Pontif. Oratio*, Deus, qui. *infrà.*

Lectio ij.

Ex Hiſt. gen. Occit.

FUlcrannus ex território Lodovenſi, Narbonenſis provínciæ, paréntibus génere ac poténtiâ claris ortus, non parva à téneris dedit indícia ſanctitátis. Magnos in Scripturárum ſciéntia, omniumque virtútum génere progreſſus fecit. Virginálem pudicítiam ad finem uſque vitæ ſervávit illæſam, ut ipſe móriens, ſacrum Dómini Jeſu corpus pro viático ſuſcípiens, declarávit. Carnem indeſinenter attrívit fame, ſiti, frígore, labóribus, vigíliis, jejúniis, cilíciis. Pernoctábat ſæpiùs in oratióne, pronus in terram Dómino ſúpplicans. Per ſíngulos gradus Eccleſiáſtici órdinis ad Presbyterátûs honórem evectus, póſtmodùm, mórtuo Theodoríco Lodovenſi Epíſcopo, in ejus locum, ómnium votis, ſuffectus eſt. Quo audíto, vir Dei fugâ elapſus, latére vóluit: ſed repertus tandem, Narbónem addúci ſe vix paſſus, ab Aimeríco Narbonenſi confirmátâ electióne, Epíſcopus eſt conſecrátus.

Lectio iij.

LOdóvam reverſus Fulcrannus, Diœcéſim aſſíduè perluſtráre cœpit, promovendæ pietáti, vitiiſque tollendis únicè intentus. Ita in páuperes fuit miséricors, ut, graſſante fame, vénditâ ſuppelléctili, egéntium ómnium neceſſitátibus abundè ſubvénerit. Eccléſiam ſancti Ge-

hedrális eſt,
inſtaurátam,
ı Epíſcopis,
conſecrávit.
onnullis mo.
plínam mo-
uit: quædam
ivit & erexit.
iténtiam ſibi
iit, ut cul-
commiſiſſe
ret. Demùm
, febre cor-
er cilício &
ens, migrá-
num ídibus
10 milléſimo
copátûs ſui
ſéptimo.
s & mórtuus
lis. Corpus
ínos círciter
, íntegrum
& quamvis
uróre, la-
cimo ſexto,
ım ſit ac pro-
tamen par-
ipiórum má-
incorruptæ
ant, & Lo-
ur ómnium
uæ.
io.
ánctum Pon-
Fulcrannum
em, & om-
nverſatiónis
grátiâ effe-
ejus veſtígiis
quæcúmque
ent, & opé-
& móribus;

DIE XVIII.

In Feſto
SANCTI SIMEONIS,
Epiſcopi Hieroſolymitani
& Mart. *Semiduplex.*

Pridiè AD VESP. Pſalmi ſub ſola Ant. Fortitúdo, *in Communi unius Mart.* viij. *Oratio*, Deus, cujus grátiâ. xiij.

Ex libro quinto Commentariórum ſancti Hegeſippi Hiſtoriógraphi.

Euſ. Hiſt. L. 3. *Lectio ij.*

SImeon, cognátus Dómini, fílius Cléophæ, ſecundus poſt Jacóbum Hieroſólymæ Epíſcopus, calúmniam paſſus ab hæréticis, accuſátus eſt coram Attico Conſulári; & per plúrimos dies acerbíſſimis torméntis excruciátus, fidem Chriſti conſtantíſſimè profeſſus eſt; ita ut omnes ſuprà modum admirarentur, & ipſe quoque Conſuláris, quómodò is qui centum viginti annos attígerat, tália pertuliſſet. Tandem verò ſenténtiâ júdicis cruci affíxus eſt.

Lectio iij.

AD hæc uſque tempora Eccléſia virgo pura & incorrupta permanſit, in obſcúro adhuc receſſu delitescéntibus quicumque rectam ſalutáris prædicatiónis régulam depraváre nitebántur. Poſtquàm autem ſacer Apoſtolórum cœtus vário mortis génere extinctus eſt, effluxerúntque

jam ætas hóminum illórum qui divínam ipſam Sapiéntiam ſuis áuribus auſcultáre meruérant; tunc demùm exorta eſt ímpii erróris conſpirátio, nullo videlicèt ampliùs ex Apóſtolis ſupérſtite.

Die xxiv.

[*In Anno Biſſextili, die xxv.*]

In Feſto

SANCTI MATTHIÆ, Apoſtoli.

Duplex - majus.

[*Si incidat in Quadrag. anticipabitur in Fer. III. poſt Domin. Quinquag.*]

Omnia de Communi Apoſtolorum, exceptis quæ ſequuntur.

Pridiè poſt Hymnum, ℣. Oculi mei ad fidéles terræ, ℟. Ut ſédeant mecum. *Pſ.* 100.

Ad Magníficat.

Ant. 1. Oportet ex his viris qui nobiſcum ſunt congregáti in omni témpore quo intrávit & exívit inter nos Dóminus Jeſus, teſtem reſurrectiónis ejus nobiſcum fieri unum ex iſtis. *Act.* 1.

Oratio, Deus, qui. *infrà.*

In I. NOCT. Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

De Actibus Apoſtolórum.

Lectio iv. Cap. 1.

IN diébus illis, exurgens Petrus in médio fratrum, dixit: (erat autem turba hóminum ſimul ferè centum viginti:) Viri fratres, oportet impléri Scriptúram quam prædíxit Spíritus ſanctus per os David, de Juda qui fuit dux eórum qui comprehendérunt Jeſum, qui connumerátus erat in nobis, & ſortítus eſt ſortem miniſtérii hujus. Et hic quidèm poſſédit agrum de mercéde iniquitátis, & ſuſpenſus crépuit médius, & diffúſa ſunt omnia víſcera ejus. Et notum factum eſt ómnibus habitántibus Jeruſalem; ita ut appellarétur ager ille, linguâ eórum, Hacéldama, hoc eſt, ager ſánguinis. Scriptum eſt enim in libro Pſalmórum: Fiat commorátio eórum deſerta, & non ſit qui inhábitet in ea, & epiſcopátum ejus accípiat alter. Oportet ergò ex his viris qui nobiſcum ſunt congregáti in omni témpore quo intrávit & exívit inter nos Dóminus Jeſus, incípiens à baptíſmate Joannis uſquè in diem quâ aſſumptus eſt à nobis, teſtem reſurrectiónis ejus nobiſcum fieri unum ex iſtis. Et ſtatuérunt duos: Joſeph, qui vocabátur Bárſabas, qui cognominátus eſt Juſtus; & Matthíam. Et orantes dixérunt: Tu, Dómine, qui corda noſti ómnium, oſtende quem elégeris ex his duóbus unum, accípere

[...]ctum miniſtérii hujus & [a]poſtolátûs, de quo præ[va]ricátus eſt Judas, ut [ab]íret in locum ſuum. Et [de]dérunt ſortes eis; & cé[ci]dit ſors ſuper Matthíam: [e]t annumerátus eſt cum [un]decim Apóſtolis.

[Ex] Commentário ſancti Joannis Chryſóſtomi in Actus Apoſtolórum.

Homil. 3. *Lectio v.*

IN diébus illis, exurgens Petrus. Tanquàm fervi[dus], & tanquàm is cui à Chriſto grex commiſſus [fu]erat, & tanquàm chori princeps, ubíquè primus incipit loqui. Viri fratres, oportébat impléri Scriptú[r]am. Illud consídera quòd Petrus agit ómnia ex com[m]úni senténtia, nihil ex auctoritáte, nihil cum im[pé]rio. Oportet ígitur ex viris nobiſcum congregá[t]is in omni témpore. Quamóbrem commúnicat hoc negótium cum illis? Ne dilaberentur in contentió[n]em: nam ſi his ipſis hoc accidit, multò magis acci[d]iſſet illis. Proptéreà ait: Viri fratres, oportet elígere è nobis. Multitúdini permittit judícium; ſimul eos qui eligebantur reddens venerandos, & ſeipſum líberans ab ódio ceterórum. Ex quibus autem facienda ſit eléctio, ipſe interpretátur, dicens: Ex viris nobiſcum congregátis in omni témpore. Etenim ſi dixiſſet, modeſtos oportet adeſſe; céteros affeciſſet contumélià. Et ſtatuérunt duos: Joſeph, qui vocabátur Bárſabas, qui cognominátus eſt Juſtus; & Matthíam. Quarè non multos? Ne major fieret animórum dejéctio, neve res in multos diſtraherétur.

Lectio vj.

ET verò omnes commúniter precantur dicentes: Tu, Dómine, qui noſti corda ómnium, oſtende. Tu, ínquiunt, non nos. Aptè córdium cognitórem appellant; hinc enim éléctio erat facienda, non ab exterióribus. Neque dixérunt, Élige; ſed, Oſtende electum, hoc eſt quem tu elegiſti; ſcientes ómnia præfiníta eſſe à Deo. Et dedérunt eis ſortes. Nondùm judicábant ſe eſſe idóneos ut rem ipſi ſibi permítterent. Ideóque cúpiunt áliquo ſigno edocéri. Alióqui, ſi illic ubi nec erat precátio, neque viri probi, tantùm váluit ſors eò quòd recto ánimo fieret ſuper Jona; multò magis hic explévit chorum, ac perfécit órdinem. Nec alter ille dóluit; non enim celaſſent Apóſtoli próprios defectus, qui de ipſis primóribus non vériti ſunt dícere, quòd álibi commóti fúerint indignatióne: idque non ſemèl, ſed ſæpiùs. Hos ígitur & nos imi-

témur. Non jam ómnibus loquor, ſed his tantùm qui principátum affectant. Si credis Dei eſſe electiónem, ne indignéris : illi enim indignáris, & irritáris adversùs illum. Ille eſt qui elégit.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Joannem.

Lectio vij. Cap. 13.

ANte diem feſtum Paſchæ dixit Jeſus diſcipulis ſuis : Amen, amen dico vobis ; non eſt ſervus major dómino ſuo, neque Apóſtolus major eſt eo qui miſit illum. Si hæc ſcitis, beáti éritis ſi fecéritis ea. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Tract. 59. *in Joan. n.* 1.

CUm hæc Dóminus præmiſiſſet, adjunxit : Non de ómnibus vobis dico, ego ſcio quos elégerim. Notum eſt de quo loquátur : Judas ille tráditor ejus attíngitur. Ergò ipſum non elégerat ; undè ab eis quos elégit, iſto ſermóne ſecernit. Quid eſt ergò quod álio loco dicit : Nonnè ego vos duódecim elégi, & unus ex vobis diábolus eſt? An & ipſe ad áliquid eſt electus, ad quod útiquè erat neceſsárius : non autem ad beatitúdinem, de qua modò ait : Beáti éritis ſi fecéritis ea? Hoc non de ómnibus dicit ; ſcit enim quos ad ſocietátem beatitúdinis hujus elégerit. Non eſt ex eis iſte qui panem illíus ſic edébat, ut ſuper eum leváret calcáneum.

Lectio viij.

Tract. 27. *n.* 10.

ELecti in laude ſolent dici. An electus eſt & iſte, de quo nolente & neſciente magnum áliquid boni fíeret. Hoc eſt próprium Dei ; contrárium iníquis. Omnibus bonis Dei malè útitur malus : contrà, malis hóminum malórum benè útitur bonus. Et quid tàm bonum quàm unus Deus? Quandóquidèm ipſe Dóminus dixit : Nemo bonus niſi unus Deus. Quantò ergò ille mélior, tanto mélius útitur & malis noſtris. Quid Judâ pejus? Sed malo ejus benè uſus eſt Dóminus. Tradi ſe pértulit, ut redímeret nos. Ecce malum Judæ in bonum converſum eſt. Poteſt & ſic intélligi quod ait : Duódecim elégi, quia ſacrátus eſt númerus. Non enim quia périit indè unus, ídeò illíus númeri honor demptus eſt : nam in locum pereuntis álius ſubrogátus eſt.

Lectio ix.

Tract. 50. *n.* 10.

ECce audíte quia Judas iſte non tunc perverſus factus eſt, quandò à

Judæis corruptus Dóminum trádidit. Pleríque enim incurióſi Evangélii exíſtimant tunc periiſſe Judam, quandò accépit à Judæis pecúniam ut Dóminum tráderet. Non tunc périit: jam fur erat, & Dóminum perditus ſequebátur, quia non corde, ſed córpore ſequebátur. Duodenárium númerum Apoſtolórum implébat, Apoſtólicam beatitúdinem non habébat, sed imáginem fúerat duodécimus: quo decedente & álio ſuccedente, & ſuppléta eſt Apoſtólica véritas, & númeri permanſit intégritas.

AD LAUDES.

℣. Conſumétur nequítia peccatórum, & díriges juſtum, ℟. Scrutans corda & renes, Deus. *Pſ.* 7.

Ad Benedictus.

Ant. 4. E. Tu, Dómine, qui corda noſti ómnium, oſtende quem elégeris accípere locum miniſtérii hujus. *Act.* 1.

Oratio.

DEus, qui beátum Matthíam Apoſtolórum tuórum collégio ſociaſti: tríbue, quæſumus, ut ejus interventióne, tuæ circà nos pietátis ſemper víſcera ſentiámus; Per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum; qui tecum, &c.

AD II. VESPERAS.

℣. Funes cecidérunt mihi in præcláris; ℟. Étenim hæréditas mea præclára eſt mihi. *Pſ.* 15.

Ad Magnificat.

Ant. 6. Dedérunt ſortes eis: & cécidit ſors ſuper Matthíam; & annumerátus eſt cum úndecim Apóſtolis. *Act.* 1.

DIE XXVIII. [*vel* XXIX.]

In Feſto

SS. MARTYRUM

Qui obierunt in caritatis Officio erga peſtilentiâ afflictatos Alexandriæ.

Semiduplex.

Omnia de Communi plurium Martyrum, exceptis quæ ſequuntur.

IN I. VESPERIS.

Pſalmi ſub ſola Ant. Venit hora. xv.

CAPITULUM. *Rom.* 12.

SIcut in uno corpore multa membra habémus; ómnia autem membra non eumdem actum habent: ita multi unum corpus ſumus in Chriſto, ſínguli autem alter altérius membra.

HYMNUS.

FEſtus dies non éxhibet,
Quos ſanguis ornet Mártyres,
Sed Númini quos ígneæ
Vis caritátis ímmolat.
Mortis ferax cùm plúrimæ
Lues per urbem ſpárgitur;
Ægros amant inviſere,
Et cómmori, dùm ſúblevant.

Jam qui juvárunt lánguídos,
Lethále virus ópprimit:
Adſunt & his, qui própriæ
Vitæ miniſtrent pródigi.
Quos péſtifer tenet vapor,
Verſant, in ulnis cónfovent;
Et mox humandi déferunt
Humanda collo córpora.
A caritátis múnere,
Non mors repellit ímminens;
Quot morbus ater prærípit,
Ardens fides tot ſúſcitat.
Sit laus Patri, laus fílio;
Sit par tibi laus, Spíritus,
Quo dante, mortis néſcia,
Afflat fidéles cáritas.
Amen.

℣. Propter fratres meos & próximos meos, ℟. Loquébar pacem de te, Jerúſalem. *Pſ.* 121.

Ad Magníficat.

Ant. 8. G. In hoc cognóvimus caritátem Dei, quóniam ille ánimam ſuam pro nobis póſuit, & nos debémus pro frátribus ánimas pónere. 1. *Joan.* 3.

Oratio, Da, quæſumus. *infrà.*

AD OFFICIUM NOCT.

Invitat. Dóminum, qui ánimam ſuam pro nobis póſuit, * Veníte, adorémus. 1. *Joan.* 3.

Pſ. 94. Veníte. 2.

Hymnus, Feſtus Dies. *ut ſuprà ad I. Veſperas.*

Ex Epíſtola ſancti Dionyſii Alexandríni Epíſcopi, de peſte quæ Alexandriæ graſſabátur.

Lectio ij.

Apud Euſeb. Hiſt. l. 7. c. 22.

MUlta quidèm & acerba nobis contigérunt. Primùm enim nos urbe expulérunt. Cùmque ſoli ab ómnibus fugarémur atque opprimerémur, nihilóminùs tunc quoque feſtos égimus dies. Quivis déniquè locus in quo várias ærumnas ſingillátim pertúlimus: ager, inquam, ſolitúdo, navis, ſtábulum, carcer, inſtar templi ad ſacros conventus peragendos fuit. Sed ómnium lætíſſimam feſtivitátem egérunt conſummáti Mártyres, qui in cœlo epulántur. Poſt hæc bellum & fames excépit: quæ quidèm nos cum Gentílibus junctìm pertúlimus. Et ea quidèm mala quibus nos attrivérunt, ſoli ſuſtinúimus: quæ autem ipſi ſibi viciſsìm intulérunt ac paſſi ſunt, eórum partem tolerávimus. Sed rursùs oblectávit nos pax illa quam Chriſtus nobis ſolis indulſit. Cùm autem breviſſimo témporis ſpátio nos & illi reſpiraſſémus, repentè ingruit lues illa: ipſis quidèm res ómnium formidoloſíſſima, & calamitoſíſſima; & quæ ſola, ut próprius quidam ipſórum ſcriptor

ſitur, ómnium ſpem
ſionemque ſuperávit.
ſis verò non ejúſmodi
; ſed pótiùs exercita-
itum quoddam ac pro-
ientum perindè ac cé-
. Neque enim à nobis
ſnuit lues illa, licèt
imùm in Gentíles graſ-
ſit.

Lectio iij.

Lúrimi quidèm ex frá-
tribus noſtris ob ní-
m caritátem, curam
nem própriæ ſalútis ab-
entes, ſibíque mútuò
rereſcentes; dùm ægros
irè atque audacter inví-
t, eiſque aſsíduè mi-
rant, & curatiónem
ibent in Chriſto, unà
n illis mórtui ſunt li-
tíſſimè: aliórum ægri-
ine ſeſe implentes, &
ximórum morbum in
etipſos quodámmodò
rahentes, doloreſque
um ſponte ſuâ expri-
ntes atque extergentes.
ltíque etiam qui álios
otantes curáverant, &
priſtinam valetúdinem
tituerant, ipſi interié-
t, mortem illórum in
ſos traducentes; ver-
que illud vulgáre quod
iciófa duntaxat comitá-
háctenùs viſum fúerat,
psâ adimplentes, cùm
um peripſéma effecti
hâc vita migrárent. Et
e quidèm pacto óptimi
ique ex frátribus noſtris
nium nonnulli preſby-
teri erant ac diáconi, &
ex pópulo laudatíſſimus
quiſque mortem oppetié-
runt: adeò ut genus hoc
mortis ob pietátem fideíque
conſtántiam nequáquàm in-
férius martyrio cenſeátur.

AD LAUDES.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 12.

SI quid pátitur unum membrum, compatiuntur ómnia membra: ſive gloriátur unum membrum, congaudent ómnia membra. Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra de membro.

HYMNUS.

DElapſa cœlo cáritas,
O quale robur méntibus,
Pulſu ſuperno quas moves,
Senſuſve quales íngeris!
Non ulla te diſcrímina,
Non damna te terrent: tuî
Secúra, tantùm próximi
Palles perículis ánxia.
Insána dùm furit lues,
Urbeſque vaſtat, fers opem:
Ades, paráta pro tuis
Vitam paciſci frátribus.
Ætas beáta, quâ manu,
Pióque fratrum péctore,
Certum ſibi ſolátium
Afflictus æger répperit!
Nunc ô ſacrátos, cáritas,
Ignes per orbem ſúſcita:
Amóris & fac mútui
Accendat ardor péctora.
Sit laus Patri, laus Fílio,

Sit par tibi laus, Spíritus,
Quo dante, mortis néſcia
Afflat fidéles cáritas.
Amen.

℣. Párticeps ego ſum ómnium timéntium te, Dómine, ℟. Et cuſtodiéntium mandáta tua. *Pſ.* 118.

Ad Benedictus.

Ant. J. Sicut corpus unum eſt, & membra habet multa; ómnia autem membra, unum tamen corpus ſunt: ita & Chriſtus. 1. *Cor.* 12.

Oratio.

DA, quæſumus, omnípotens Deus, intercedéntibus ſanctis Martyribus tuis, qui frátribus dirâ lue afflictis cum vitæ diſpéndio miniſtráre non timuérunt, nos eódem ſpíritu ferventes, neceſſitátibus Sanctórum communicáre; Per Dóminum noſtrum.

AD PRIMAM, *in* ℟. *br.* ℣. Qui nobis mandaſti, * ut diligámus ínvicem. *Joan.* 15.

AD II. VESP. fit à Capitulo de ſequenti ut in Communi Pontificum: Oratio. Fámulos. *infrà.* *Deindè Commem. præcedentis ut ſequitur.*

Ant. In uno Spíritu omnes nos in unum corpus baptizáti ſumus; & omnes in uno Spíritu potáti ſumus. 1. *Cor.* 12.

℣. Ecce quàm bonum & quàm jucundum, ℟. Habitáre fratres in unum! *Pſ.* 132.

Oratio, Da, quæſumus, *ut ſuprà.*

FESTA MARTII.

DIE I.

In Feſto
SANCTI ALBINI,
Andegavenſis Epiſcopi.
Semiduplex.

Lectio ij.

Ex Fortunato apud Bollandum.

ALbínus, Venétiæ in Aremóricis claro génere natus, relictis à púero paréntibus, in Cincillacenſe monaſtérium ingreſſus eſt. Anno ætátis trigéſimo quinto Abbas creátus, ſinguléri vigilántiâ cœnóbium adminiſtrávit annis quinque & viginti. Undè invítus ad cáthedram Andegavenſem evectus, totus alendis paupéribus, tuendis cívibus ægris viſitandis, captívis rediméndis, incúbuit. Eccleſiáſticæ diſciplínæ vindex fuit acérrimus; ádeò ut, nec précibus nec minis potentiórum moverétur: quod

ıvídiam con-
in Synodis ,
in Aurelia-
plúrimùm
inceſtæ núp-
ır.Cæſárium
enſem ſuper
us ádiit unà
eobíno tùm
enſi , póſteà
íſcopo.
iij.
píſcopis Al-
lam à ſe ex-
abſólvere ,
áli judício ;
us ut & ipſe
as quas ad
dirigendas
reſpondit :
um veſtrum
llor , dùm
ei recuſátis
ſe potens eſt
ille , non-
ulógiis , in-
tis demùm
nis viginti ,
ætátis octo-
átem éxuit.
primùm in
Petri , An-
um , póſt-
trópio ejus
ſancto Ger-
i , aliiſque
ovam Basí-
n eſt.
ɔ.
ɔs , quæſu-
ine , inter-
lbíno Pon-
ıs toto cor-
t tuæ cari-

tátis Spíritu repléti, à terrénis mundémur cupiditátibus; & cœleſti beatitúdine, te donante, digni efficiámur; Per Dóminum. . . . in unitáte ejuſdem.

DIE VII.
In Feſto
SS. PERPETUÆ
& FELICITATIS,
Martyrum. *Semiduplex.*

Omnia ut in Communi SS. Mulierum, exceptis quæ ſequuntur.

In I. VESPERIS, Pſalm. ſub ſola Ant. Dómine. lxj. *poſt Hymnum,*

℣. Deus noſter, refúgium & virtus; ℟. Adjútor in tribulatiónibus quæ invenérunt nos nimis. *Pſ.* 45.

Ad Magníficat.

Ant. 3. a. Timor Dómini cum electis féminis gráditur, & cum juſtis & fidélibus agnóſcitur, *Eccli.* 1.

Oratio, Deus, fortitúdo. *infrà.*

AD OFFICIUM NOCT.

Sermo ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

I. in Nat. Mart. Perpet. & Felicit. qui eſt 280.

Lectio ij.

Hodiernus dies nobis in memóriam révocat, & quodam modo repræſentat, diem quo ſanctæ fámulæ Dei Perpétua & Felícitas, corónis martyrii decorátæ, perpétuâ felici-

táte floruérunt, tenentes nomen Chriſti in prælio; & ſimul invenientes étiam ſuum nomen in præmio. Exhortatiónes eárum in divínis revelatiónibus, triumphoſque paſſiónum, cùm legerentur, audívimus; éaque ómnia verbórum digeſta & illuſtráta lumínibus, aure percépimus, mente ſpectávimus, religióne honorávimus, caritáte laudávimus. Debétur tamen étiam à nobis tàm devótæ celebritáti ſermo ſolemnis, quem ſi méritis eárum ímparem prófero, ímpigrum tamen affectum gáudio tantæ feſtivitátis exhíbeo. Quid enim glorióſius his féminis quas viri mirantur facíliùs quàm imitantur? Quid hoc ſpectáculo ſuávius? quid hoc certámine fórtius? quid hâc victóriâ glorióſius?

Lectio iij.

TUnc cùm béſtiis ſancta objicerentur córpora, toto amphitheátro fremébant gentes, & pópuli meditabántur inánia. Sed qui hábitat in cœlis, irridébat eos, & Dóminus ſubſannábat eos. Nunc autem póſteri illórum, quorum voces in carnem Mártyrum ímpiè ſæviébant, mérita Mártyrum piis vócibus laudant. Neque tunc tanto concurſu hóminum ad eos occidendos cávea crudelitátis implércta eſt, quanto nunc ad eos honorandos Eccléſia pietátis implétur. Omni anno ſpectat cum religióne cáritas, quod uno die totum ſacrilégio commíſit impíetas. Spectavérunt & illi, ſed voluntáte longè diſſímili. Illi clamando faciébant, quod mordendo beſtiæ non implébant. Nos autem & quod fecérunt ímpii, miſerámur, & quod pii paſſi ſunt venerámur. Illi vidérunt óculis carnis, quod cordis immaníſſimi refúnderent: nos aſpícimus óculis, quod illis ereptum eſt, ne vidérent. Illi mórtua lætáti ſunt córpora Mártyrum; nos mentes mórtuas dolémus illórum. Illi ſine lúmine fídei Mártyres putavérunt extinctos; nos fideliſſimo intúitu cérnimus coronátos. Dénique illórum inſultátio facta eſt noſtra exultátio: & hæc quidèm religióſa & ſempitérna; illa verò tunc ímpia, nunc planè jam nulla.

AD LAUD. poſt Hymnum.

℣. Exultavérunt fíliæ Judæ, ℟. Propter judícia tua, Dómine. *Pſ.* 96.

Ad Benedictus.

Ant. 4. E. Infirma mundi elégit Deus, ut confundat fórtia; ut non gloriétur omnis caro in conſpectu ejus. 1. *Cor.* 1.

Oratio.

DEus, fortitúdo credéntium, & palma

'rum , qui fámulas Perpétuam & Felici- contra tormentó- ·immanitátem mirâ e roboraſti : quæſu- ut ſicut eárum nos pho lætíficas , ita :r ſupplicatióne de- s ; Per Dóminum.

II. VESPERAS.

l *Hymnum* , ℣. Con- nur tibi , Deus ; ℟. tébimur , & invocá- i nomen tuum. *Pſ.* 74. *Ad* Magníficat.

:..5. C. Neque vir ſine re, neque múlier ſine n Dómino. Nam ſicut r de viro , ita & vir iulíerem : ómnia au- x Deo. 1. *Cor.* 11. *ıtio* , Deus. *ut ſuprà.*

D I E I X.

In Feſto
QUADRAGINTA
A R T Y R U M.

Semiduplex.

'iè AD VESP. Pſalm. ›la Ant. Venit hora. *ratio*, Præſta: *infrà.* › ſancti Baſílii Epiſ- copi.

Lectio ij.

›mil. in 40. *Mart.*

Jadraginta Chriſti mí- .ites magnitúdine cór- ›oris , & ætátis flore irtúte , céteris ómni- ·ræcellentes , ad mili- órdines regendos pro- ſunt; & propter mi- m experiéntiam ani- e fortitúdinem , jam ›s honóres apud Im- peratóres obtinébant. Ubi verò ímpium edictum de- nuntiátum eſt ne quis Chriſtum profiterétur , tunc horum quílibet in médium procédens : En, ait, Chriſtiánus ſum. Quæ ut áudiit bárbarus judex , cùm conſideraſſet regiónis natúram quòd eſſet frígida , & anni tempus quòd hibernum , & noctem , in qua bóreas máximè ſpiráret , juſſit omnes nudos ſub dio in média civitáte congelandos mori. Qui , loco ſumma cum lætítia conſpecto , últimum étiam amictum alácriter abjicientes , ad mortem properârunt. Una autem erat ómnium orátio : Quadraginta in ſtádium ingreſſi ſumus ; quadraginta , ô Dómine , coronémur.

Lectio iij.

UNus autem ex eórum número vacillans ad pœnam, deſertor ábiit, luctum inconſolábilem ſanctis relinquens. Verùm Dóminus eórum preces írritas eſſe non permíſit. Etenim cuſtos Mártyrum rei éxitum obſervábat , mílites eos qui ad ipſum confúgerent , ſuſcípere parátus. Nam & hoc quoque excogitátum fúerat , ut in propinquo bálneum eſſet , quo remédium promptum ſenténtiam mutántibus denuntiarétur. Cùm autem hi decertárent , ille verò eventum obſerváret , mirum vi-

dit ſpectáculum : Virtútes quaſdam è cœlis deſcendentes, & tanquàm à Rege magna dona milítibus diſtribuentes, unum verò ſolum indonátum dimiſérunt, qui ſtatim dolóres detrectans, ad adverſários tranſfúgit. Lictor autem ut illum defeciſſe vidit, & ad bálneum accurriſſe, ſeipſum in deſertóris locum ſubſtítuit; & abjíciens veſtes, nudis ſe permíſcuit, eamdemque cum ſanctis vocem emíſit : Chriſtiánus ſum. Hic baptiſma ſuſcépit, non ab ullo, ſed à própria fide; non in aqua, ſed in próprio ſánguine. Sicque illuceſcente die, adhuc ſpirantes igni tráditi ſunt; & ignis relíquiæ in flúvium projectæ.

Oratio.

PRæſta, quæſumus, omnípotens Deus, ut qui glorióſos Mártyres fortes in ſua confeſſióne cognóvimus, pios apud te in noſtra interceſſióne ſentiámus; Per Dóminum.

SUPPLEMENTUM
PRO ECCLESIA COLLEGIATA.

DIEBUS INTRA OCTAVAM CONVERSIONIS SANCTI PAULI.
Semiduplex.

Omnia, omiſſo ritu annuali, & ſervato ritu ſemiduplici, ut in Die, præter ea quæ hìc notantur.

Pſſ. de Feria in toto Officio.

AD NOCTURNUM.
Tres Antiph. ℣. ac ℟℟℟. ex uno Nocturnorum Diei, ſecundùm Feriam.

Lectio j. de Scriptura occurrente, tribus in unam junctis.

Lectio ij. & iij. ut infrà aſſignantur pro qualibet die.

AD LAUDES.
Canticum ut in Die.

Ant. ſola. 7. a. Cùm veniſſet in Jerúſalem, Bárnabas duxit illum ad Apóſtolos; & narrávit illis quómodò in via vidiſſet Dóminum. *Act.* 9.

Ant. ad Benedictus. *non duplicatur.*

Omittitur deinceps Commem. de Virgine Deipara.

AD HORAS.
Doxol. Qui, Chriſte, ſorti grátiâ. *ut in Die.*

Ante Septuageſ. ℟℟℟. *cum duplici* Allelúia. *Poſt Septuag. verò, omiſſo* Allelúia, *reſumptio fit à primo aſteriſco* *.

AD VESPERAS.
Ant. ſola. 1. D. Fidélis ſermo, quòd Chriſtus Jeſus venit in hunc mundum peccatóres ſalvos fácere, quorum primus ego ſum. 1. *Tim.* 1.

Omittitur Allelúia. *cum ſuo ℣. etiam ante Septuageſimam.*

Ant. ad Magníficat. *non duplicatur.*

AD COMPLETOR. *ut in Die.*

DOMINICA INTRA OCTAVAM.
¶ *Si ſit Dominica Septuageſimæ aut Sexageſimæ, fit Officium de Dominica, ut in Proprio de Tempore, cum Commemor. Octavæ in utriſque Veſp. & Laud. Canticum Laud. & Doxologia Horar. dicuntur de Tempore, non de Octava.*

Si verò Dominica intra Octavam ſit una ex Dominicis poſt Epiphaniam, Officium ſit de Octava, ut ſequitur.]

IN VESPERIS SABBATI præcedentis, Pſalmi de Sabbato, Antiphonæ, Capitulum (omiſſo ℟.) Hymnus, ℣. & Ant. ad Magníficat. *(quæ non duplic.) ut in I. Veſperis Feſti, cum Commem. Dominicæ ſequentis.*

AD OFFICIUM NOCT.

Omnia ut in Die, dempto ritu annuali, tam in Invit. quàm in ℟℟. & ſervato ritu duplici.

IN. I. NOCTURNO.

Lectiones de Script. occurr.

IN II. NOCTURNO.

Sermo ſancti Joannis Chryſoſtomi.

De Converſione Pauli.

Lectio iv.

SAulus adhuc ſpirans minas & cædem in diſcípulos Dómini. Quid eſt quòd dicit, Adhuc? Quid enim ánteà fecit? Sanè dícere, Adhuc, de hómine dícitur qui ánteà multa mala operátus eſt. Quid ergò fecit? Quin tu mihi dicas, quid mali non fecit. Sánguine Hieroſólymam implévit, fidéles interfécit, Eccléſiam oppugnávit, Apóſtolos perſecútus eſt, Stéphanum occídit, neque viris, neque mulíeribus pepercit. De hoc audi diſcípulum ipſum dicentem: Saulus autem devaſtábat Eccléſiam; per domos intrans, & trahens viros ac mulíeres, tradébat in cuſtódiam. Non enim ſufficiébat ei forum; inſiliébat & in domos: dicit enim, Domos intrans. Et non dicit, Ducens; ſed, Trahens, ac vi rapiens mulíeres & viros, ſicut de fera dícere ſolémus. Trahens viros ac mulíeres, non tantùm viros, ſed & mulíeres; neque natúram reverebátur, neque ſexûs miſerebátur, neque infirmitátem reſpiciébat.

Lectio v.

SAulus adhuc ſpirans minárum & cædes in diſcípulos Dómini. Non ſatiárat eum cædes Stéphani, non expléverat ejus ſævítiam Eccléſiæ perſecútio; ſed ultérius procedébat, & furóris ejus nullus erat finis. A cæde Stéphani digreſſus, perſecútus eſt Apóſtolos; & idem faciébat quod ſæviens lupus, qui írruens in caulam óvium, agnum inde rapit, quem ubi devoráverit, audácior evádit. Ita & Saulus in chorum Apoſtolórum inſíliit: inde Chriſti agnum rápuit Stéphanum, quem dilaniávit; ex quo prómptior & audéntior effectus eſt. Et proptéreà dicit, Adhuc: quippè quem miſeratióne nondum afficeret cædes illa, nec manſuefáceret lénitas illíus qui fúerat intéremptus; qui, cum lapídibus obrueréretur, dicébat: Dómine, ne ſtátuas illis hoc peccátum.

vocem per-
ıngeliſta fac-
co enim poſt
ẻmpore, Sau-
eſt; dignus
éphanus qui

o vj.
ac ſpirans mi-
cædis in diſ-
quiddam ma-
Adhuc. Quid
adhuc fero-
huc inſanien-
in furóris fer-
m, adhuc cæ-
tem attraxit
n enim expec-
npléret furó-
norbum fate-
hunc demùm
l dùm vigéret
ı cepit, ut oſ-
ac poténtiam
ns & ſúperans
. in média in-
verò médicum
: admirámur,
im, cùm in-
ammam mor-
eméntior eſt,
. abolére péni-
uod & in Saulo
'ox enim Dó-
i ros quidam
ſus, à morbo
ſo flammárum
erávit.
IOCTURNO.
i Evangélii ſe-
Joannem.
Cap. 15.
mpore; Dixit
iſcípulis ſuis:

Non vos me elegiſtis, ſed ego elégi vos, & póſui vos ut eátis, & fructum afferátis, & fructus veſter máneat. Et réliqua.

Homília ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Enarrat. in Pſalm. 65.

Vidéte vocatiónem veſtram, Fratres, quia non multi ſapientes, non multi potentes, non multi nóbiles: ſed ſtulta mundi elégit Deus, ut confundat ſapientes; & infirma mundi elégit Deus, ut confundat fórtia; & ignobília mundi elégit Deus, & ea quæ non ſunt, tanquam quæ ſunt, ut ea quæ ſunt evacuentur. Quid vóluit his verbis dícere Apóſtolus? Quid vóluit oſténdere? Deſcendit Dóminus Deus noſter Jeſus Chriſtus in ſpíritu reparáre genus humánum, & dare grátiam ſuam ómnibus intelligéntibus, quia grátia illíus eſt, non mérita eórum. Et ne quælibet perſóna gloriétur in carne, infirmos elégit. Nam inde non eſt electus Nathánael ille, cui teſtimónium perhíbuit ipſe Dóminus, dicens: Ecce verè Iſraelíta, in quo dolus non eſt. Intellígitur ergò Nathánael iſte doctus fuiſſe in lege: non quia doctos non erat electúrus; ſed ſi ipſos primò elegiſſet, doctrínæ ſuæ mérito ſe electos putárent, & ita

illórum ſciéntia laudarétur, & laus Chriſti grátiæ minuerétur. Perhíbuit ítaque teſtimónium tanquàm bono Fidéli, in quo dolus non erat; ſed tamen eum non aſſumpſit inter illos diſcípulos, quos primùm idiótas elégit, quia ſtulta mundi priùs elégit Deus.

Lectio viij.

Elégit étiam Dóminus póſteà & oratóres; ſed illi ſuperbírent, ſi non priùs elígeret piſcatóres. Elégit dívites; ſed dícerent mérito divitiárum ſuárum ſe electos eſſe, niſi primò élegiſſet páuperes. Elégit imperatóres póſtéa; ſed mélius eſt ut Romam cùm vénerit imperátor, depóſito diadémate, ploret ad memóriam piſcatóris, quàm ut piſcátor ploret ad memóriam imperatóris. Infirma enim mundi elégit Deus, ut confundat fórtia; & ignobília mundi elégit, & ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt, ut ea quæ ſunt evacuarentur. Et quid ſéquitur? Concluſit Apóſtolus: Ut non gloriétur coram Deo omnis caro. Vidéte quemádmodùm nobis ábſtulit glóriam, ut daret glóriam: ábſtulit noſtram, ut daret ſuam: ábſtulit inánem, ut daret ſólidam. Tantò ergò glória noſtra fórtior & firmior, quia in Deo. Non ergò in te debes gloriári, quod prohíbuit Véritas; ſed ait Apóſtolus, hoc p[...] pit Véritas: Qui gl[...] tur, in Dómino glori[...]

Lectio ix. de Homil[...] Evangelium Domini[...] currentis.

AD LAUDES, om[...] *in Die. Fit Commem[...] minicæ.*

AD HORAS, pari[...] *in Die. Omittitur a[...] mam Symbolum* Q[...] que.

AD VESP. ut i[...] *omiſſo* Allelúia. cum[...] *Non duplic. Ant.* [...] níficat. *Fit Comm[...] minicæ.*

AD COMPLETO[...] *Die.*

DIE XXVI. JAN[...]

DE OCT[...]

Ex libro ſancti Ire[...] copi & Márty[...] sùs hæreſes.

Lectio ij. Lib. 3.

Neceſſe eſt [...] quæ à beáto [...] ta ſunt recípere h[...] aut & his renunti[...] enim concéditur [...] qui ſenſum habe[...] dam quidem recíp[...] quæ ab eo dicta ſu[...] ſint veritátis; qua[...] refutáre, quaſi [...] noviſſet veritátem [...] autem dícimus & [...] Paulum non cog[...] quóniam aut réli[...] bis Evangélii, qu[...] lum Lucam in no[...] nérunt agnitiónem

, & non uti
la recípiunt,
neceſſitátem
im eam teſ-
quæ eſt de
te ipſo, pri-
Dóminum ei
um : Saule,
me perſéque-
Jeſus Chriſ-
perſéqueris;
æ de eo dicen-
quóniam vas
mihi iſte; ut
meum in gén-
ibus, & fíliis
nim demonſ-
ipſo, quanta
m pati prop-
eum. Qui ígi-
iunt eum qui
Deo, ad hoc
r portet no-
iòd ſit miſſus
díximus gen-
nem Dómini
& ſeipſos ſé-
Apoſtolórum

le ſancta Pau-
ut in Brevia-

pro Commem.
æ, Ant. Ora-
itis ſe nubes
℣. Humiliá-
ratio, Deus,
at omnis áni-
è. lxvj.
. ſit Commem.
m qui pro ſa-
erierunt. Ant.
propr. ut in
?.
malis.

DIE XXVII.

DE OCTAVA.

Sermo ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Enarrat. in Pſ. 58.

Lectio ij.

NOn miſereáris ómnium qui operantur iniquitátem. Sed ecce miſertus eſt Dóminus Pauli, qui primò Saulus operabátur iniquitátem. Quid enim fécerat boni, undè promererétur Deum? Nonne ſanctos ejus attrahébat ad mortem? Nonne epíſtolas à princípibus ſacerdótum ferébat, ut ubicumque Chriſtiános inveníret, ad pœnam ráperet? Nonne id agens, eò tendens, & cædem ſpirans, ſicut de illo Scriptura atteſtátur, de cœlo vocátus eſt voce ſublími; dejectus, erectus; excæcátus, illuminátus; occíſus, vivificátus; pérditus, rédditus? Quo mérito? Nihil nos dicámus; ipſum pótiùs audiámus: Qui priùs fui, inquit, blaſphémus, & perſecútor, & injurióſus; ſed miſericórdiam conſecútus ſum. Ergo, Non miſereáris ómnium qui operantur iniquitátem, ſic intélligi poteſt, quòd omnínò nulla peccáta relinquat Deus impuníta. Ait enim de Saulo ipſo ad Ananíam: Ego oſtendam illi quanta opórteat eum pro nómine meo pati.

Pro iij. Lectione dicitur

prima, (omiſſâ alterâ,) de SS. Mart. qui pro Libris ſacris interierunt. 554.

AD LAUD. ſit Commem. eorumdem SS. Mart. per Ant. ℣. & Orat. prop. 555.

AD VESP. ſit primùm Commem. S. Cyrilli, Alexandrini Epiſc. & Eccleſiæ Doct. Ant. Beátus qui. xxx. ℣. Beátus homo. xxix. *Orat. propria.* 556.

Deindè ſanctorum Martyrum. 555.

DIE XXVIII.

DE OCTAVA.

Sermo ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Serm. 14. de diverſis.

Lectio ij.

Cum dixiſſet (Paulus,) Supereſt mihi coróna juſtítiæ; íntulit, Quam reddet mihi Dóminus in illa die juſtus Judex. Reddet juſtus, ante non réddidit. Nam ſi, ô Paule, priùs Saule, quando perſequebáris ſanctos Chriſti, quando ſervábas veſtimenta lapidatórum Stéphani, exercéret circa te Dóminus juſtum judícium, ubi eſſes? Tanto ſcéleri tuo quis locus in fundo gehennæ reperirétur? Sed tunc tibi non reddidit, ut modò reddat. Verba enim tua de prióribus factis tuis légimus in Epíſtola tua, & per te nóvimus. Tu dixiſti: Ego ſum noviſſimus Apoſtolórum, qui non ſum dignus vocári Apóſtolus. Quare? Quia perſecútus ſum Eccléſiam Dei. Si perſecútus es Eccléſiam Dei, unde ergo Apóſtolus? Sed grátiâ Dei ſum id quod ſum. Ante grátia donabátur; modò débitum rédditur. Grátiâ Dei ſum, inquit, quod ſum: ego nihil ſum. Quidquid ſum, grátiâ Dei ſum. Quidquid ſum; ſed modò Apóſtolus; nam quod eram, ego eram. Grátiâ Dei ſum quod ſum; & grátia ejus in me vacua non fuit.

Lectio iij. de S. Cyrillo, duabus in unam junctis. 555.

AD LAUD. pro ejuſdem Commem. Ant. Sapiéntia. ℣. Annuntiávi. xxxiij. *Oratio prop.* 556.

AD VESP. ſit primùm Commem. S. Franciſci Saleſii, Epiſc. Ant. Elégit. ℣. Beátus. xxiij. *Oratio prop.* 558.

Poſteà de S. Cyrillo, Ant. Qui docti. ℣. Beátus vir. xxxv. *Oratio prop.* 556.

DIE XXIX.

DE OCTAVA.

Sermo ſancti Petri Chryſólogi.

Serm. 108. in hæc verba Apoſt. Obſecro vos per miſericórdiam Dei.

Lectio ij.

Obſecro vos per miſericórdiam Dei. Mira píetas, quæ ut precétur, ut largiátur exórat! Hódie namque beátus Apóſtolus, non humána petens, ſed

:ns, ſic pre-
:ro, inquit,
:órdiam Dei.
: obſecratió-
ıare non per
ıare non per
ıon per gló-
ı per miſeri-
? Quia per
ı Paulus cri-
ris evâſit, &
anti adeptus
; ſicut ipſe
s: Qui priùs
ii, & perſe-
ıriósus; ſed
Dei confe-
ſterùm: Fi-
& omni ac-
ıs, quia Chriſ-
ıundum venit
lvos fácere,
ıs ego ſum;
iam conſecú-
xemplum eó.
qui creditúri
ım ætemam.
uit, vos per
Dei. Rogat
ı per Paulum
; quia plus
uàm timéri.
; quia non
ı eſſe vult,
Rogat Deus
iam, ne vín-
rem.
: *S. Franciſ-*
ıbus in unam

pro ejuſdem
ıt. Ego ſum
ıe ſi quis in-

troſerit. ℣. Elégit Dóminus. xxvj. *Oratio prop.* 558.

AD VESP. ſit primùm Commem. S. Bathildis, Reginæ Francor. Viduæ. Ant. Exultávit cor meum in Dómino. ℣. Averte óculos meos. lxij. *Oratio*, Deus, in quem ſperat omnis ánima quæ longè à te éxulans in terris. 559.

Poſteà de S. Franciſco Saleſ. Ant. Sacerdótes tui induantur ſalútem. ℣. Salvum fecit Dóminus. xxviij. *Oratio prop.* 558.

DIE XXX.

DE OCTAVA.

Sermo ſancti Bernardi Abbátis.

Serm. 3. in Feſt. SS. Apoſt. Petri & Pauli.

Lectio ij.

PAulum intérroga; vel magis, ſpontè confitentem auſculta: Qui fui blaſphémus, & perſecútor, & iníquus; ſed miſericórdiam Dei conſecútus ſum. Quis enim non audívit quanta mala fécerit ſanctis in Jeruſalem? Nec ſolum in Jerúſalem, ſed & per totam Judæam inſániæ ferebátur habénis; ut Chriſti membra laniáret in terris. Dénique hâc fúriâ vectus ibat, ſed præventus à grátia eſt. Ibat ſpirans minárum & cædis in diſcípulos Dómini: & diſcípu-

lus Dómini factus eſt ; cui oſtenderétur quanta eum oportéret pro nómine ipſíus pati. Ibat dirum toto córpore virus exhálans : & súbitò in electiónis vas mutátus eſt ; ut jam cor illíus eructáret verbum bonum, verbum pium, & díceret : Dómine, quid me vis fácere ? Hæc útique, hæc mutátio déxteræ Excelſi. Méritò proindè loquebátur : Fidélis ſermo, & omni acceptióne dignus, quóniam Dóminus Jeſus venit peccatóres ſalvos fácere, quorum primus ego ſum.

Lectio iij. de S. Bathilde, duabus in unam junctis. 558.

AD LAUD. pro Commem. ejuſd. Ant. Orátio humiliantis ſe nubes penetrábit. ℣. Humiliábam. lxv. *Oratio*, Deus, in quem ſperat omnis ánima quæ longè à te éxulans in terris. 559.

AD VESP. fit primùm Commem. S. Petri Nolaſci. Ant. Qui confídunt in Dómino. ℣. Sperent in te. xlv. *Oratio prop.* 560.

Poſteà de S. Bathilde. Ant. Fortitúdo & decor indumentum ejus. ℣. Anima mea. lxvij. *Oratio*, Deus, in quem ſperat omnis ánima quæ longè à te éxulans in terris ſe verè víduam ſentit ac deſolátam. 559.

DIE XXXI.

DE OCTAVA.

Sermo ſancti Bernardi Abbátis.

Serm. 1. in Converſ. S. Pauli. n. 1. & 2.

Lectio ij.

QUis deſpéret ultrà pro magnitúdine cujúſlibet críminis, quandóquidem Saulum áudiat adhuc ſpirantem minárum & cædis in diſcípulos Dómini, ſúbitò factum vas electiónis ? Quis dicat, iniquitátis póndere preſſus, Aſſúrgere jam ad ſtúdia melióra non váleo ; quando in ipſo itínere, quo ſánguinem ſítiens chriſtiánum, dirum toto pectore virus efflábat, perſecútor crudeliſſimus in fideliſſimum repentè mutátus eſt prædicatórem ? Magníficè ſiquidem in hac una Converſióne, & miſericórdiæ magnitúdo, & efficácia grátiæ commendátur. Súbitò, ait Lucas, circumfulſit eum lux de cœlo. O verè inæſtimábilis dignátio pietátis ! Illuſtrat cœleſti fulgóre vel à foris, intùs adhuc lúminis incapácem. Qui necdum infundi póterat, divínâ ſaltem circumfúnditur claritáte.

Lectio iij. de S. Petro Nolaſco, duabus in unam junctis. 559.

AD LAUD. pro ejuſd. Commem. Ant. Qui facit.

me. 1. *Oratio*

RÆ de Die Oc-
I. Veſperis Feſti,
Duplici majori
duplic. Ant. ad

imem. S. Petri
nt. Tu Feciſti.
ns. liij. *Oratio*

rrat vel concur-
Dominicis poſt
n, ſit Commem.

n Dies Octava
s S. Pauli incidat
cam Septuageſi-
a unam ex dua-
tibus, tunc die
ii, ſit Officium
ca, ut in Pro-
empore, cum
Diei Octavæ;
Veſp. Sabbati
(per Ant. &
eſp. Feſti;) in
a j. Veſp. Præ-
ni.

FEBRUARII.
Octava
ERSIONIS
LI APOST.
ex-majus.
dempto ritu
& ſervato ritu
najori, ut in

le Feria in toto

OCTURNO.
r de Scriptura

IN II. NOCTURNO.

Sermo ſancti Máximi Epíſcopi.

In Natali SS. Apoſt. Petri & Pauli, Homil. 1.

Lectio iv.

QUid de glorioſíſſimo réferam Paulo, in quo Dóminus fidem nóminis ſui, dùm ipſam fidem perſequerétur, elégit: qui, dùm velut acérrimus perſecútor Chriſtiánam vaſtat Eccléſiam, amícum ſibi cor Chriſtus invénit; dùmque temporália capit ad ſupplícia Chriſtiános, ipſe perpétuam captus ad grátiam, ſúbitò factus eſt paſtor ex lupo, ex prædóne cuſtos, ex hoſte defenſor? Unde pátuit, nec Paulum malignæ mentis propóſito plebem Domínicam perſecútum, nec Chriſtum latuiſſe quem elígeret in Paulo. Hic eſt Paulus, qui Chriſti vócibus inclamátus è cœlo, óculis in ſe Judáicæ infidelitátis obtúſis, videndi áciem non pérdidit, ſed mutávit. Amíſit óculos, & recépit; ut uno eodemque témpore, & in perſequentem cæcitátis vindícta procéderet, & vocantis Dei grátia illumináret electum.

Lectio v.

AIt illi de cœlo Dóminus: Saule, Saule, quid me perſéqueris? Id eſt, Cur me perſéqueris,

Saule ? Quæ mea ódium excitávit iníquitas ? Numquid quia illumināvi cæcos, quia ſanávi ægrótos, quia fugávi dæmones, quia eſurientes pópulos quinque pánibus pavi ? an quia de túmulo mórtuos ſuſcitávi ? an fortè magis quia fidélibus meis regnum cœleſte promíſi ? Sed ſi præſtáre me poſſe dúbitas quæ promitto, áſpice, ſi tamen potes, unde te vel qualis apello. At beatíſſimus Paulus, repentínâ quidem cæcitáte coércitus, intellectâ tamen majeſtáte loquentis è cœlo, contínuò fidélis effectus, & à perſecutióne déſtitit, & novos intuendi Chriſtum óculos acquiſívit.

Lectio vj. Homil. 4.

GLorioſíſſimum Paulum ad fidem nóminis ſui Chriſtus vocávit è cœlo, qui quòd pérſequi videbátur Eccléſiam, non impietáte ánimi ſæviébat; ſed ſub nube ignoránti̇æ, novam non perſpíciens grátiam, amóre antíquæ devotiónis errábat. Ideò ab óculis ejus véteris umbræ calígo deterſa eſt; ut verum illud lumen quod de cœléſtibus coruſcábat, & ſibi acquíreret, & ómnibus reveláret. Cæcátus illuminatuſque eſt, non áliâ diſpenſatióne, niſi ut, clauſis carnálibus óculis, ſpi-

rituális ei aſpect[illegible] piciendam Dei gl[illegible] marétur.

IN III. NOC[illegible]

Léctio ſancti [illegible] ſecundùm Jo[illegible]

Lectio vij.

IN illo témp[illegible] Jeſus diſcíp[illegible] Non vos me el[illegible] ego elégi vos, S[illegible] ut eátis, & fru[illegible] rátis, & fructus [illegible] neat. Et réliqu[illegible]

Homília ſanct[illegible] Chryſóſt[illegible]

Serm. 49. in ill[illegible] vocatus, & de h[illegible]

QUid docé[illegible] Paulus, ſum voc[illegible] lat ? Se primum ad Dom[illegible] acceſſiſſe, ver[illegible] tum obediſſe : [illegible] quæſiviſſe, atque ſed cum aberra[illegible] tum eſſe : non lucem reſpexiſſe ſed lucem rádi[illegible] pálpebras vibra[illegible] terióribus óculis interióres deind[illegible] rátos. Cùm igi[illegible] nos vellet ſe nulli rectè factis ómn[illegible] ipſi tribúere, ſe vocávit, ſeipſum apellat. Nam [illegible] mihi fores apér[illegible] quit, & ſcámn[illegible] coronárum étiam tor. Qui præbuit

& radícem plantávit, hic mihi frúctuum qui deindè germinárunt, occaſiónes ſuppeditávit. Quapropter ſibi quoque rursùs cùm dixiſſet, Plus ómnibus laborávi; ſubjunxit, Non ego autem, ſed grátia quæ mecum eſt.

Lectio viij.

Itaque nomen illud, Vocátus, áliud nihil índicat, niſi Paulum nihil ex ſuis rectè factis ſibi próprium arbitrári, ſed ómnia Dómino Deo tribúere. Quod útique Chriſtus diſcípulos ſuos docébat dicens: Non vos me élegiſtis, ſed ego elégi vos; Apóſtolus iſtud ipſum rursùs in eádem ínnuit Epíſtola, cùm ait: Tunc cognoſcam ſicut & cógnitus ſum. Nunc enim, inquit, non ego prior cognóvi, ſed prior ſum cógnitus. Dùm enim perſequerétur & popularétur Eccléſiam, Chriſtus eum vocávit dicens: Saule, Saule, quid me perſéqueris? Propteréà vocátum ſeipſum apellat.

Lectio ix.

Quóniam in ſupérbiam quidam eláti erant, & inter ſe diffidébant, atque in várias partes ſe ipſos divíſerant; & propter doctrínam gloriabantur, tamquàm própriâ illam indúſtriâ ſibi comparaſſent, neque cœlitùs ac divínâ ex grátiâ veritátis dógmata recepiſſent, volens eórum tumórem ac faſtum reprímere, ſtatìm à princípio ſe ipſum vocátum apellat, hoc propémodùm dicens: Si ego magiſter nihil meâ indúſtriâ adinvéni, neque prior ad Deum acceſſi, ſed cùm vocátus eſſem, tùm demùm dicto áudiens fui; quómodò vos diſcípuli, quique à me dógmata accepiſtis, ſuperbíre poteſtis, perindè quaſi adinventa hæc à vobis fuiſſent? Quocircà priùs étiam dicébat illis: Quis enim te diſcernit? Quid autem habes, quod non accéperis? Si autem accepiſti, quid gloriáris, quaſi non accéperis?

[*Si ſit una ex Dominicis poſt Epiphaniam, omiſsâ præcedenti Lectione, legitur ejus loco Evangelium cum Homilia Dominicæ occurrentis, fitque de eadem Dominica Commem. in Laudibus.*]

AD LAUDES, Canticum ut in Die. Non duplicatur Ant. ad Benedictus.

VESPERÆ de Feſto Præſent. Domini, & Purific. B. Mariæ Virg. cum Commemor. Diei Octavæ Converſionis S. Pauli.

[*Si occurrat vel concurrat Dominica, fit de ea*

Commem. ſcilicet , ante Commem. Octavæ , ſi illa Dominica ſit privilegiata ; ſecùs verò , poſt Commem. Octavæ.

DIE IV. FEBRUARII.

In Feſto
SANCTI IGNATII,
Antiocheni Epiſcopi
& Martyris.

Duplex - minus.

Officium ut notatur in Breviario , die 1. hujus.

IN I. VESP. fit Commem. S. Blaſii. Ant. Juſtum non derelíquit Deus , donec afferret illi poténtiam. ℣. Poſuiſti, Dómine. xv. *Oratio* , Deus , cujus grátiâ. xiij.

IN II. VESP. fit Commemor. S. Agathæ, Virg. & Mart. Ant. Infirma mundi elégit Deus. ℣. Deus præcinxit. liv. *Oratio*, Deus, ſanctæ puritátis. 577.

EXCERPTA QUÆDAM E RUBRICIS ad uſum Communis Sanctorum contingentia.

¶ *Officium Duplex, & ſuprà, niſi cum æquali aut digniori concurrat, habet I. & II. Veſperas integras; & ad Matutinum tres Nocturnos, & Pſalmos Feriales, vel de Dominica, vel proprios pro qualitate Feſtorum, ut fuſè dicitur in Communi Apoſtolorum.*

Officium Semiduplex habet etiam I. Veſperas integras, ſed iſto modo: quinque Pſalmi dicuntur ſub unica Antiphona, quæ eſt prima è I. Veſperis de Communi, niſi adſit propria. Unico verò ad Matutinum conſtat Nocturno, in quo dicuntur tres Antiphonæ ſuper novem Pſalmos, ſcilicèt unaquæque Antiphona ſuper tres Pſalmos; deindè Verſiculus, tres Lectiones & tria Reſponſoria. Lectio j. ſemper eſt de Scriptura occurrente, tribus in unam junctis, ij. & iij. habentur in Proprio Sanctorum: tres autem Antiphonæ, ℣. & ℟℟℟. *ſumenda ſunt ſecundùm Feriarum ordinem, id eſt; Feriâ II. & V. de primo Nocturno; Feriâ III. & VI. de ſecundo; Feriâ IV. & Sabbato de tertio Nocturno. Quinque habet Antiphonas ad Laudes & ad II. Veſperas, niſi aliter fieri debeat propter Octavam, ut ſuis locis notatur.*

Officium ſimplex incipit à Capitulo I. Veſperarum. Unicam habet Antiphonam ad Laudes, quæ ſemper eſt quarta ex aſſignatis. Hoc Officium deſinit ad Nonam incluſivè. Unico ad Matutinum conſtat Nocturno, quod ordinatur ut in Officio Semiduplici. Excipiendæ tamen Lectiones j. & ij. quæ erunt de Scriptura occurrente, è tribus duæ: ſcilicèt j. legitur ſola, ij. & iij. in unam junguntur; Lectio verò iij. ut aſſignatur in Proprio Sanctorum.

Modus dicendi Invitatorii in quolibet Officio variatur pro gradu Feſtorum. In Solemnibus & ſuprà, Invitatorium ante Pſalmum Veníte. *bis dicitur, & poſt ſingulos ejus Verſus repetitur integrum: poſt* Glória. *cum* Sicut erat. *repetitur ab Aſteriſco*, id eſt, à medio, ac poſteà integrè adhuc dicitur. In Duplicibus quibuſcumque & Dominicis, idem ſervatur ritus, niſi quod poſt II. & IV. Verſum repetitur dumtaxat à medio. In Semiduplicibus & infrà, ſemèl tantùm dicitur*

Glória. dicitur reclamatio, poſt qua integrum uſquè ad ℣. *Ad Officium N nibus-minor.* ℟. *IX. omiſsâ reclamat repetitur uſquè ad* ℣. *In Solemnibus VI. & IX. dicitur modo ſupradicto. verò dicitur* Glória Patri. *in omnib III. VI. & IX. poſt ultimam reclamat tur* ℟. *integrum uſquè ad* ℣.

Ab Adventu uſquè ad Quadrageſima giarum unicuique Communi aſſignata dicuntur Doxologiæ in Proprio de Ten præterquàm in Solemnibus & ſuprà, eo Excipiuntur tamen intrà Octavas, D ſtis, Septuageſimæ, Sexag. & Quinqua privilegiatæ, in his ſemper dicitur Do pore.

Antiphonæ ad Completorium dicuntu quo dictæ ſunt Veſperæ, vel de quo factu

OMMUNE SANCTORUM.

PARS HYEMALIS.

MMUNE APOSTOLORUM.

n hoc Communi, & teris, ad I. Veſperas ır dicuntur Pſalmi de .]

I. VESPERIS.

VOcávit Jeſus diſcípulos ſuos, & t duódecim ex ipſis, & Apóſtolos nominá- Luc. 6.

ıt. 3. a. Vocávit ad ſe vóluit; & dedit illis ſtátem curandi infirmi-, & ejiciendi dæmó- Marc. 3.

ıt. 4. E. Hos miſit Je- præcípiens eis: Ite ad quæ periérunt domûs l. Matth. 10.

nt. 5. C. Euntes præ- te, dicentes: Quia ap- inquávit regnum cœló- . Matth. 10.

nt. 7. d. Egreſſi au-, circuíbant per caſ-, evangelizantes, & ntes ubíquè. Luc. 9.

PITULUM. Hebr. 2.

Um inítium accepiſſet ſalus enarrári per Dóum, ab eis qui audié- in nos confirmáta eſt, teſtante Deo ſignis & portentis, & váriis virtútibus, & Spíritûs ſancti diſtributiónibus ſecundùm ſuam voluntátem.

℟. Ecce dedi vobis poteſtátem ſuper omnem virtútem inimíci: * Verúmtamen in hoc nolíte gaudére: † Gaudéte quòd nómina veſtra ſcripta ſunt in cœlis. ℣. Dabo vos in nomen, & in laudem ómnibus pópulis: * Verúmtamen. Glória Patri. † Gaudéte. Luc. 10. Soph. 3.

HYMNUS.

LÆtáre, cœlum; pláuſibus
Tellus reſultet æmulis:
Apoſtolórum glóriam
Solemnis inſtaurat dies.
Vos, ceu tubis ſonántibus,
Chriſtum per orbem ſpárgitis:
Vos illa ſacris vátibus
Prædicta mundi lúmina.
Qui, dante Chriſto, pánditis,
Qui cláuditis cœli fores,
Nos críminum tenácibus
Vinclis ligátos sólvite.
Potente qui nutu graves

Morbos fugátis córporum,
Deſiderátam póſcite
Ægris medélam móribus.
Sublímis ut cùm vénerit,
Vobis ſimul ſedéntibus,
Ad déxterum Judex latus
Nos inter agnos cóllocet.
¶ Uni ſit & trino Deo
Supréma laus, ſummum decus,
De nocte qui nos ad ſuæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

℣. Dóminus dabit verbum evangelizántibus, ℟. Virtúte multâ. *Pſ.* 67.

[*In Solemnibus-minoribus & ſuprà, Antiphona ſequens dicitur integra antè & poſt Canticum : & ſic in cæteris Communibus.*]

Ad Magníficat.

Ant. 1. f. Prædicábant ut pœniténtiam ágerent: & dæmónia multa ejiciébant; & ungébant óleo multos ægros, & ſanábant. *Marc.* 6.

Oratio, *ut in Proprio.*

AD COMPLETORIUM,

(*In quo ſemper dicuntur Pſ. Feriales.*)

Ant. 1. a. Vos eſtis lux mundi: lúceat lux veſtra coram homínibus. *Matth.* 5.

Doxologia, ¶ Uni ſit & trino Deo, *ut ſuprà.*

Ad Nunc dimittis.

Ant. 3. E. Vox ſpeculatórum Sion: parávit Dóminus bráchium ſanctum ſuum in óculis ómnium géntium. *Iſ.* 52.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Chriſtum Apoſtolórum Magiſtrum & Dóminum, * Veníte, adorémus. *Joan.* 13.

Pſ. 94. Veníte 2.

HYMNUS.

SUpréme, quales, Arbiter,
Tibi miniſtros éligis,
Tuas opes qui vílibus
Vaſis amas commíttere!
Hæc nempè plena lúmine
Tu vaſa frangi præcipis:
Lux indè magna rúmpitur,
Ceu, nube ſciſsâ, fúlgura.
Totum per orbem núntii,
Nubes velut, citi volant:
Verbo graves, Verbo Deo,
Tonant, coruſcant, pérpluunt.
Chriſtum ſonant: verſa ruunt
Arces ſuperbæ dæmonum.
Circùm tubis clangéntibus,
Sic verſa quondàm mœnia.
Fac, Chriſte, cœleſtes tubæ
Somno graves nos éxcitent:
Accenſa de te lúmina
Pellant tenébras méntium.
Uni ſit & trino Deo
Supréma laus, ſummum decus,
De nocte qui nos ad ſuæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

[*In annualibus & Solemnibus-majoribus ad Officium Noct. itemque ad II. Veſperas, Pſalmi ſunt proprii, proùt deſignantur in*

Proprio Eccleſiarum : vel, ſi nulli ſunt ejuſmodi, ſumuntur de Dominica : ad Laudes verò, ad Horas, & ad Completorium, dicuntur de Dominica ; & ſic in omni alio communi.

In Solemnibus-minoribus & infrà, Pſalmi in toto Officio ſemper ſunt de Feria.]

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. g. Convocátis Jeſus duódecim Apóſtolis, cœpit illos míttere binos prædicáre regnum Dei. *Luc.* 9. *Macc.* 6.

Ant. 2. Præcípiens, dicébat eis : Infírmos curáte, mórtuos ſuſciáte, dæmones ejícite : gratìs accepiſtis, gratìs date. *Matth.* 10.

Ant. 3. g. Nolíte poſſidére aurum, neque argentum, neque pecúniam in zonis veſtris : dignus enim eſt operárius cibo ſuo. *Matth.* 10.

℣. Cuſtodiébant teſtimónia ejus, ℟. Et præceptum quod dedit illis. *Pſ.* 98.

Pater noſter. *Benedictiones habentur poſt Pſalterium.*

Tres primæ Lectiones de Scriptura occurrente.

. [*In Annualibus & Solemnibus-majoribus, Lectiones ſunt propriæ ; & ſic in omni alio Communi.*]

℟. *j.* Ecce ego mitto vos ſicut oves in médio lupórum : * Eſtóte ergo prudentes ſicut ſerpentes, & símplices ſicut colúmbæ. ℣. Ex ore Dómini prudéntia ; & próteget gradientes ſimplíciter : * Eſtóte. *Matth.* 10. *Prov.* 2.

℟. *ij.* Tradémini à paréntibus, & cognátis, & amícis ; & morte afficient ex vobis, & capillus de cápite veſtro non períbit : * In patiéntia veſtra poſſidébitis ánimas veſtras.

℣. Nolíte timére oppróbrium hóminum, & blaſphémias eórum ne metuátis ; ego, ego ipſe conſolábor vos : * In patiéntia. *Luc.* 21. *Iſ.* 51.

℟. *iij.* Cùm tradent vos, nolíte cogitáre quómodò, aut quid loquámini : * Non enim vos eſtis qui loquímini, ſed Spíritus Patris veſtri qui lóquitur in vobis. ℣. Spíritus meus erit in médio veſtrûm, nolíte timére : * Non. Glória. * Non. *Matth.* 10. *Agg.* 2.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. E. In quamcumque domum intravéritis, dícite : Pax huic dómui ; & ſi ibi fúerit fílius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra. *Luc.* 10.

Ant. 5. a. Qui vos audit, me audit ; & qui vos ſpernit, me ſpernit : qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui miſit me. *Luc.* 10.

Ant. 6. Quod dico vobis in ténebris, dícite in lúmine ; & quod in aure

audítis, prædicáte ſuper tecta. *Matth.* 10.

℣. Annuntiáte inter gentes glóriam Dómini, ℟. In ómnibus pópulis mirabília ejus. *Pſ.* 95.

Pater noſter. *Benedictiones habentur poſt Pſalterium.*

Tres Lectiones, ut in Proprio Sanctorum.

℟. *iv.* Vos eſtis qui permanſiſtis mecum in tentatiónibus meis : * Et ego diſpóno vobis ſicut diſpóſuit mihi Pater meus regnum. ℣. Diſpóſui teſtamentum electis meis : * Et ego. *Luc.* 22. *Pſ.* 88.

℟. v. Jam non dicam vos ſervos : vos autem dixi amícos ; *Quia ómnia quæcumque audívi à Patre meo, nota feci vobis. ℣. Antíqua ne intueámini : ecce ego fácio nova, & nunc orientur : útique cognoſcétis ea ; * Quia. *Joan.* 15. *Iſ.* 43.

℟. *vj.* Elégi vos, & póſui vos, ut eátis, & fructum afferátis, & fructus veſter máneat ; * Ut quodcumque petiéritis Patrem in nómine meo, det vobis. ℣. Quod ſalvátum fúerit de domo Juda, fáciet fructum : zelus Dómini exercítuum fáciet iſtud ; * Ut. Glória Patri. * Ut. *Joan.* 15. *Iſ.* 37.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 8. G. Príncipes géntium dominantur eórum ; & qui majóres ſunt,

poteſtátem exer
non ita erit
Matth. 20.
Ant. 7. d. (
volúerit inter
fieri, ſit veſte
ſicut Fílius hó
venit miniſtrári
niſtráre. *Matth.*
Ant. 3. a. Cù
ómnia quæ præ
vobis, dícite : S
les ſumus ; quod
fácere, fécimus.
℣. Non nob
mine, non nobi
mini tuo da glóri
per miſericórdia
ritáte tua. *Pſ.* 11
Pater noſter. *Ben*
habentur poſt Pſa
Evangelium &
ut in Proprio Sa
℟. *vij.* Meme
mónis mei quem
vobis : * Non e
major dómino ſu
perſecúti ſunt, &
ſequentur. ℣. Lo
adversùm me ling
& ſermónibus ód
dedérunt me : *
Joan. 15. *Pſ.* 108.
℟. *viij.* De m
eſtis, ſed ego elé
mundo; proptére
mundus : ſed * C
ego vici mundum.
derelinquet Dómi
tos ſuos; éruet eo
tóribus, & ſalvá
* Confídite, *Jo*
Pſ. 36.
℟. *ix.* Pater ſanc

ı nómine tuo quos de-
nihi. Sicut tu me mi-
n mundum, ego miſi
ı mundum; & * Pro
o ſanctífico meipſum,
t & ipſi ſanctificáti in
ite. ℣. Sanctificábunt
um Jacob, & Deum
prædicábunt: * Pro.
a Patri. * Pro. *Joan.*
. 29.
Te Deum.
Sacerd. Confitémini
ino, & invocáte no-
:jus: ℟. Annuntiáte
gentes ópera ejus.
)4.
D LAUDES.
JEſus locútus eſt ún-
decim diſcípulis,
;: Data eſt mihi om-
teſtas in cœlo & in
; euntes ergo, docéte
s gentes. *Matth.* 28.
. 6. Prædicáte Evan-
a omni creatúræ, bap-
es eos, docentes ſer-
ómnia quæcumque
ívi vobis. *Marc.* 16.
. 28.
. 2. Quorum remi-
peccáta, remittun-
s; & quorum re-
itis, retenta ſunt.
20.
. 4. *D.* Accipiétis vir-
ſuperveniéntis Spíri-
icti in vos; & éritis
eſtes uſque ad últi-
terræ. *Act.* 1.
. 1. a. Ecce ego vo-
ı ſum ómnibus dié-
ue ad conſummatió-
culi. *Matth.* 28.

CAPITULUM. *Epheſ.* 4.

CHriſtus dedit quoſdam quidem Apóſtolos, quoſdam autem Prophétas, álios verò Evangeliſtas, álios autem Paſtóres, & Doctóres, ad conſummatiónem ſanctórum in opus miniſtérii, in ædificatiónem córporis Chriſti.

HYMNUS.

CŒleſtis aulæ Príncipes,
Sacri duces exércitûs,
Biſſéna mundi lúmina,
Olim futúri júdices:
Merſis gravi calígine,
Per vos dies renaſcitur:
Quos vanus error lúſerat,
Illuſtrat alma véritas.
Non vi, nec armis mílitum,
Fandi nec ullis ártibus,
Verbo ſed irríſæ Crucis,
Chriſto rebelles ſúbditis.
Quibus gemébat ſúbditus,
Rumpuntur orbis víncula:
Jam gaudet, excuſſo jugo,
Liber Dei ſub légibus.
Vulgata terris ómnibus
Per vos Dei myſtéria:
Sic veſtra terris ómnibus
Præclára facta pérſonant.
¶ Uni ſit & trino Deo
Supréma laus, ſummum decus,
De nocte qui nos ad ſuæ
Lumen vocávit glóriæ.
Amen.

[*Hæc Doxologia dicitur ad omnes Horas.*]

℣. Príncipes populórum congregáti ſunt. ℟. Cum Deo Abraham. *Pſ.* 46.

[*In Solemnibus-minori-*

Ad Magníficat.

Ant. 5. C. In fundaméntis civitátis ſanctæ Jerúſalem nómina duódecim Apoſtolórum Agni : & lucerna ejus eſt Agnus. *Apoc.* 21.

Oratio, ut

AD COMPl

Antiphona *pitulum* & c *muntur* und *Pſalmi* : & ſi *munibus*.

COMMUNE UNIUS MA

IN I. VESPERIS.

Ant. 8. G. FOrtitúdo ſimplicis via Dómini : juſtus in æternum non commovébitur. *Prov.* 10.

Ant. 4. E. Qui timet Dóminum, nihil trepidábit, & non pavébit ; quóniam ipſe eſt ſpes ejus. *Eccli.* 34.

Ant. 3. a. Qui audit Sapiéntiam, permanébit confídens ; quóniam in tentatióne ámbulat cum eo, & in primis éligit eum. *Eccli.* 4.

Ant. 6. Timórem, & metum, & probatiónem indúcet ſuper illum, donec credat ánimæ illíus ; & firmábit illum. *Eccl.* 4.

Ant. 1. D. In tentatióne Deus illum conſervábit, & liberábit à malis ; & non illidétur quaſi in procella navis. *Eccli.* 33.

CAPITULUM. *Joſue* 1.

ECce præcípio tibi : Confortáre, & eſto robuſtus. Noli metúere, & noli timére ; quóniam tecum eſt Dóminus Deus tuus.

In Duplicibus, & *ſuprà* :

℟. Cepérunt me inimíci mei gratis : vocem mea audiſti : * D meas : † Ju ánimæ meæ vitæ meæ. ℣ lùm alligári parátus ſum Dómini Jeſ Glória Patri *Thren.* 3. A

H Y M

EX quo, lium
Flúxit ſacer
Homo reden
Deo litávit
Non jam
pudet :
Quin ſurgit
ria
Deum fatéri
Pro mórtuo
Hoc iſte pl
Ridet minas
Tuáque fret
Tibi, Rede
tat.
Paráta ſpe
Secúrus ad
Sic pugnat,
Et morte
cere.

tot armátas manus
e laſſat júdice ;
ıs ipſis qui cadit
ntibus ſit fórtior.
Chriſte, tanti mí-
ı
faćta fórtia :
nére pro tuo,
mque durum, nó-
ıe.
laus Patri ; laus
o,
léli, quo duce
ıta vincunt Márty-
;
bi laus, Spíritus.
en.
Doxologia dicitur
pletorium, & ad
oras.]
ıeo ſperávi, ℟. Non
quid fáciat mihi
. 55.
Magníficat.
8. G. Ecce Deus
meus, fiduciáliter
& non timébo ;
rtitúdo mea, &
a Dóminus, &
t mihi in ſalútem.

, *ut infrà ad Lau-*
ſit propria.

MPLETORIUM.

. *a.* Qui ſéquitur
ı ámbulat in téne-
habébit lumen vi-
Dóminus. *Joan.* 8.
Nunc dimittis.
. Ego ad Dómi-
ſciam : expećtábo
ılvatórem meum.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Deum patiéntiæ & ſolátii, * Veníte, adorémus. *Rom.* 15.

Pſ. 94. Veníte, 2.

HYMNUS.

Felix morte tuâ, qui cruciátibus.
Cœlo diffícilem rúmpere amas viam,
Et ſignáre cruóre
Quam Chriſto déderas fidem!
Pœnis vićta quibus deſíceret fides?
Tu pœnas ávidâ mente præóccupas:
Cui non ſúfficit una,
Ambis innúmeras neces.
eT pro lege ſua magnánimum mori,
Te Chriſtus púgilem ſpećtat ab æthere:
Ne ſuccúmbere poſſis,
Tecum prælia ſúſtinet.
Et nos delícias, vana per ótia,
Gens infída Deo, quærimus ánxii:
Quid torpémus? inertes
Sanguis Mártyris éxcitat.
Patri máxima laus; máxima Fílio;
Amborúmque ſacro máxima Flámini,
Cujus róbore freti,
Vincunt fúnera Mártyres.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Omnis qui te colit, Dómine, vita ejus, ſi in probatióne fúerit, coronábitur. *Tob.* 3.

Ant. 8. G. Hæc eſt grátia, ſi propter Dei conſciéntiam ſúſtinet quis triſtítias, pátiens injuſtè. 1. *Petr.* 2.

Ant. 6. Qui ſuſtinúerit in finem, hic ſalvus erit. *Marc.* 13.

℣. Cepérunt ánimam meam; irruérunt in me fortes: ℟. Neque iníquitas mea, neque peccátum meum, Dómine. *Pſ.* 58.

Lectiones de Scriptura occurrente.

℟. *j.* Probávit me Dóminus quaſi aurum quod per ignem tranſit: * Veſtígia ejus ſecútus eſt pes meus; viam ejus cuſtodívi, & non declinávi ex ea. ℣. Omnia detrimentum feci ad cognoſcendum Chriſtum, & ſocietátem paſſiónum illíus, configurátus morti ejus: * Veſtígia. *Job.* 23. *Philipp.* 3.

℟. *ij.* Certámen forte dedit illi Dóminus, * Ut vínceret, & ſciret quóniam ómnium poténtior eſt ſapiéntia. ℣. Confortátus eſt fide, dans glóriam Deo, * Ut vínceret. *Sap.* 10. *Rom.* 4.

℟. *iij.* Cuſtodívit illum Dóminus ab inimícis: * Deſcendit cum illo in fóveam, & † In vínculis non derelíquit illum. ℣. Erat Deus cum eo, & erípuit eum ex ómnibus tribulatiónibus ejus: * Deſcendit. Glória. † In vínculis. *Sap.* 10. *Act.* 7.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 1. f. Etſi in præſenti témpore ſupplícia hóminum erípiar, manum Omnipoténtis nec vivus, nec defúnctus effúgiam; quamóbrem fórtiter vita excedendo, exemplum forte relinquam. 2. *Mach.* 6.

Ant. 7. *d.* Prompto ánimo pro graviſſimis ac ſanctiſſimis légibus honeſtâ morte perfungar. 2. *Mach.* 6.

Ant. 8. c. E cœlo membra iſta poſſídeo; ſed propter Dei leges hæc ipſa deſpício, quóniam ab ipſo me ea receptúrum ſpero. 2. *Mach.* 7.

℣. Fortitúdinem meam ad te cuſtódiam; ℟. Quia Deus ſuſceptor meus es. *Pſ.* 58.

Lectiones, ut in Proprio.

℟. *iv.* Factus es mihi adjútor, Dómine, & liberaſti me, * A rugiéntibus præparátis ad eſcam, de mánibus quæréntium ánimam meam, & de portis tribulatiónum quæ circumdedérunt me. ℣. Dóminus mihi áſtitit, & confortávit me; & liberátus ſum de ore leónis, * A rugientibus. *Eccli.* 51. 2. *Tim.* 4.

℟. v. Dómine, qui habes ſanctam ſciéntiam, manifeſtè tu ſcis quia cùm à morte poſſem liberári, * Duros córporis ſuſtíneo dolóres; ſecundùm ánimam verò, propter timórem tuum, libenter hæc

átior. ℣. Gáudeo in paſſiónibus, & adímpleo ea quæ deſunt paſſiónum Chriſti in carne mea; * Duros córporis. 2. *Mach.* 6. *Coloſſ.* 1.

℟. *vj.* Liberávit me Dóminus ab omni ópere malo. * Et ſalvum fáciet in regnum ſuum cœleſte. ℣. In die tribulatiónis exultábo, in Deo Jeſu meo: ſuper excelſa deducet me victor. * Et ſalvum. Glória. * Et. 2. *Tim.* 4. *Habac.* 3.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 5. a. Scio ópera tua, & labórem, & patiéntiam tuam; & quia ſuſtinuiſti propter nomen meum, & non defeciſti. *Apoc.* 2.

Ant. 4. a. Scient omnes quia ego dilexi te: quóniam ſervaſti verbum patiéntiæ meæ, & ego ſervábo te ab hora tentatiónis. *Apoc.* 3.

Ant. 3. g. Qui vícerit, & cuſtodíerit uſquè in finem ópera mea, dabo illi poteſtátem ſuper gentes, ſicut & ego accépi à Patre meo. *Apoc.* 2.

℣. In die tribulatiónis éruam te, ℟. Et honorificábis me. *Pſ.* 49.

Evangelium & Homilia, ut in Proprio.

℟. *vij.* Qui volúerit ánimam ſuam ſalvam fácere, perdet eam; * Qui autem perdíderit ánimam ſuam propter me & Evangélium, ſalvam fáciet eam. ℣. Erit tibi ánima tua in ſalútem, quia in me habuiſti fidúciam, ait Dóminus. * Qui. *Marc.* 8. *Jerem.* 39.

℟. *viij.* Eſto fidélis uſquè ad mortem, & dabo tibi corónam vitæ: * Qui vícerit, non lædétur à morte ſecunda. ℣. Uſquè ad mortem certa pro juſtítia, & Deus expugnábit pro te inimícos tuos: * Qui. *Apoc.* 2. *Eccli.* 4.

℟. *ix.* Qui vícerit, fáciam illum columnam in templo Dei mei; * Et forás non egrediétur ámpliùs: & † ſcribam ſuper eum nomen Dei mei, & nomen civitátis novæ Jerúſalem. ℣. Plantábo eum, & non turbábitur ámpliùs; nec addent fílii iniquitátis, ut afflígant eum ſicut priùs, * Et. Glória. † Scribam. *Apoc.* 3. 2. *Reg.* 7.

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Cantábo, Dómine, fortitúdinem tuam: ℟. Et exultábo manè miſericórdiam tuam. *Pſ.* 58.

AD LAUDES.

Ant. 3. a. Dominus mecum eſt, quaſi bellátor fortis: idcircò qui perſequuntur me, cadent, & infirmi erunt. *Jerem.* 20.

Ant. 1. f. Circumdedérunt me úndiquè, & non erat qui adjuváret: memorátus ſum miſericórdiæ tuæ, Dómine, quóniam éruis ſuſtinentes te. *Eccli.* 51.

Ant. 2. Bonus Dóminus, & conſortans in die tribulatiónis, & ſciens ſperantes in ſe. *Nahum* 1.

Ant. 4. A. Cantáte Dómino, laudáte Dóminum; quia liberávit ánimam páuperis de manu malórum. *Jerem.* 20.

Ant. 7. d. Eripuiſti me de témpore iníquo; proptéreà confitébor, & laudem dicam tibi, & benedícam nómini Dómini. *Eccli.* 51.

CAPITULUM. *Apoc.* 3.

QUi vícerit, veſtiétur veſtimentis albis; & non delébo nomen ejus de libro vitæ: & confitébor nomen ejus coram Patre meo, & coram Angelis ejus.

HYMNUS.

ECquis magnánimus ſe
pugil éxhibet?
Fit verbum gládius, fit
clypeus fides;
Athletámque Dei præparat árdua
Ad certámina véritas.

I nunc, ſancte pugil, quò
pia prælia,
Quò te magna vocant
præmia militem:
Præſens Chriſtus adeſt:
hoc duce, non cades,
Ni victâ nece fórtior.

Fruſtrà barbáries explícuit
cruces;
Nil tormenta movent,
ore ſerénior,
Et fidens ánimi, promptus ad ómnia;
Pœnas inter ovat ſuas.

Reges antè feros impávidus volat,
Teſtatúrque fidem, nil
métuit mori:
Os, viréſque, ſui pollíciti memor
Præſens ſuppéditat Deus.

Æternum cita mors vívere
Mártyri
Quod ſpondet, próperas,
Martyr ovans mori;
Palmam dum móriens
conſéqueris tibi,
Firmas, noſque mori
doces.

Patri máxima laus, máxima Fílio,
Amborúmque ſacro máxima Flámini,
Qui dat Martyribus mille
neces pati,
Et per fúnera víncere.
Amen.

℣. Adjútor meus, tibi pſallam; ℟. Quia Deus ſuſceptor meus es. *Pſ.* 58.

Ad Benedictus.

Ant. 1. D. Bonum certámen certávi, curſum conſummávi, fidem ſervávi: in réliquo repóſita eſt mihi coróna juſtítiæ. 2. *Tim.* 4.

Oratio.

ADeſto, Dómine, ſupplicatiónibus noſtris, ut qui beáti Mártyris tui *N.* natalítiis gloriámur, nec minis injuſtè perſequéntium, nec ullis perturbémur adverſis: Per.

Alia Oratio.

DA nobis, quæſumus, Dómine, intercedente beato *N.* Mártyre tuo, in

de & ſinceritáte conſ-
am ; ut in caritáte di-
firmáti, nullis tenta-
bus ab ejus integritáte
lámur ; Per.
it Pontifex, Oratio.
Mnípotens ſempiterne
Deus, qui beáto *N.* dig-
mártyre atque Pontí-
idem & fortitúdinem
iſti : fac nos ejus mé-
vitæ frágilis amórem
ere, & ad te, qui ſo-
ra vita es, perveníre;

Alia Oratio.
Eus, cujus grátia beá-
tum *N.* Pontíficem
in ſacerdótium elé-
doctrína ad prædican-
erúdiit, poténtia ad
verandum confirmá-
da nobis ex ejus imi-
ne pópulum chriſtiá-
& inſtrúere vivendi
plo, & confirmáre pa-
o ; Per.
ſit Sacerdos tantùm,
Oratio.
Eus, à quo conſtán-
tiam fides, & virtú-
ùmit infírmitas : quæ-
s, ut beáti *N.* Sacer-
& Mártyris tui exem-
t précibus, quidquid
rſecutiónibus ſævum
uidquid in morte ter-
, fácias nos tui nómi-
onfeſſióne ſuperáre ;

D PRIMAM.
t. 3. a. Dóminus.
t. *br.* ℣. Qui es teſtis*
& verus. *Apoc.* 3.

AD TERTIAM.

Ant. 1. f. Circumdedé-
runt me.

CAPITULUM. *Iſ.* 41.

E Runt quaſi non ſint, & véluti conſúmptio, hómines bellantes adversùm te ; quia ego Dóminus Deus tuus apprehendens manum tuam, dicenſque tibi : Ne tímeas, ego adjúvi te.

℟. *br.* In Deo ſalutáre meum, * & glória mea. In Deo. ℣. Deus auxílii mei, * & ſpes mea in Deo eſt, * Et. Glória Patri. In Deo. *Pſ.* 61.

℣. Deus meus adjútor meus, & ſperábo in eum : ℟. Protector meus, & cornu ſalútis meæ. *Pſ.* 17.

AD SEXTAM.

Ant. 2. Bonus Dóminus.

CAPITULUM. 2. *Tim.* 1.

P Atior, ſed non confúndor : ſcio enim cui crédidi ; & certus ſum quia potens eſt depóſitum meum ſerváre in illum diem.

℟. *br.* Si conſiſtant adversùm me caſtra, * Non timébit cor meum. Si. ℣. Si exurgat adversùm me prælium, * in hoc ego ſperábo : * Non. Glória Patri. Si. *Pſ.* 26.

℣. Dóminus mihi adjútor, ℟. Non timébo quid fáciat mihi homo. *Pſ.* 117.

AD NONAM.

Ant. 7. d. Eripuiſti me.

CAPITULUM. *Tob.* 5.

POſt tempeſtátem tranquillum facis, Dómine; & poſt lacrymatiónem & fletum, exultatiónem infundis. Sit nomen tuum, Deus Iſraël, benedictum in ſǽcula.

℞. *br.* Factus es, Dómine, * Suſceptor meus. Factus es. ℣. Et refúgium meum * in die tribulatiónis, * Suſceptor. Glória. Factus es. *Pſ.* 58.

℣. Tu, Dómine, adjuviſti me, ℞. Et conſolátus es me. *Pſ.* 85.

AD II. VESPERAS.

Ant. 8. G. PRopter opus Chriſti uſquè ad mortem acceſſit, tradens ánimam ſuam. *Philipp.* 2.

Ant. 3. a. Patienter ſúſtinens, deſtinávit non admìttere illícita propter vitæ amórem. 2. *Mach.* 6.

Ant. 7. a. Divítias æſtimans impropérium Chriſti, aſpiciébat in remuneratiónem. *Hebr.* 11.

Ant. 5. C. Glorioſíſſimam mortem magis quàm odíbilem vitam complectens, voluntáriè præíbat ad ſupplícium 2. *Mach.* 6.

Ant. 1. D. Hoc modo vitâ deceſſit, univerſæ genti memóriam mortis ſuæ ad exemplum virtútis & fortitúdinis derelinquens. 2. *Mach.* 6.

CAPITULUM. *Jac.* 1.

BEátus vir qui ſuffert tentatiónem; quóniam cùm probátus fúerit, accípiet corónam vitæ, quam repromíſit Deus diligéntibus ſe.

In ſolemnibus & Annualibus : Allelúia, allelúia.

℣. Qui odit ánimam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam, cuſtódit eam. Allelúia. *Joan.* 12.

HYMNUS.

JAm non te lácerant carníficum manus,
Inter qui récubas cœlítuum choros :
Nunc pro cárcere cæco
Fulgentes hábitas domos.

Non jam vincla manus, non cóhibent pedes ;
Tu liber ſúperûm regna perámbulas :
Quot plagis laniátus,
Cœlo tot rádiis nites.

Nec te dira fames, nec ſitis ámpliùs,
Nec probróſa premit te modò núditas :
Nunc te lúmine puro
Paſcit Chriſtus & índuit.

Sic tu Martyribus dexter ades, Deus,
Ut quos mors périmit, glória víndicet ;
Confundiſque tyrannum,
Dum quos déprimit, élevas.

Patri máxima laus, máxima Filio,
Amborúmque ſacro máxima Flámini,

Cujus róbore freti
Vincunt fúnera Mártyres.
Amen.
℣. Poſuiſti, Dómine, in cápite ejus corónam, ℟. De lápide pretióſo. *Pſ.* 20.

Ad Magníficat

Ant. 4. *D.* Juſtum non derelíquit Deus, donec afferret illi poténtiam adversùs eos qui eum deprimébant; & dedit illi claritátem æternam. *Sap.* 10.

Oratio, ut ſuprà ad Laudes.

COMMUNE PLURIUM MARTYRUM.

IN I. VESPERIS.

Ant. 2. VEnit hora, ut omnis qui intérficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtáre Deo. *Joan.* 16.

Ant. 3. g. Injícient vobis manus ſuas, & perſequentur, trahentes ad reges & præſides propter nomen meum. *Luc.* 21.

Ant. 4. *D.* Tradet autem frater fratrem in mortem; & inſurgent fílii in parentes, & morte eos affícient. *Matth.* 10.

Ant. 1. D. Eritis ódio ómnibus propter nomen meum: qui autem perſeveráverit uſquè in finem, hic ſalvus erit. *Matth.* 10.

Ant. 8. *G.* Dabo vobis os & ſapiéntiam, cui non póterunt reſíſtere & contradícere omnes adverſárii veſtri. *Luc.* 21.

CAPITULUM. 1. *Petr.* 4.

SI exprobrámini in nómine Chriſti, beáti éritis; quóniam quod eſt honóris, glóriæ, & virtútis Dei, & qui eſt ejus Spíritus, ſuper vos requieſcit.

In Duplicibus, & ſuprà:

℟. In nullo terreámini ab adversáriis; * Quia vobis donátum eſt pro Chriſto, non ſolùm ut in eum credátis, ſed ut étiam pro illo patiámini. ℣. Confortámini, & non diſſolvantur manus veſtræ: erit enim merces óperi veſtro; * Quia. Glória Patri. * Quia. *Philipp.* 1. 2. *Paral.* 15.

HYMNUS.

CHriſti Martyribus débita nos decet,
Virtútis mémores, promere cántica;
Quos nec blandítiis, nec pótuit minis
Fallax víncere ſéculum.
Cæleſtis Pátriæ mens inhians bonis,
Mundi ſpernit opes, flúxaque gáudia:
Vitæ quin étiam, præ Dómini lucro,
Jactúram fácilem putant.
Non vultus métuunt carníficum truces:

Fœtas ſupplíciis deſpíciunt manus:
Enſes, flágra, rotas, ómnia pérpeti
Victrix edócuit fides.
O incredíbilem vim patiéntiæ!
Non, artus láceros qui crúciat dolor,
Extorquet gémitum, non querimóniam
Agnis mítibus élicit.
Ergo nunc própior, Chriſte, tibi ſedet
Palmis turba nitens uſque viréntibus,
Victorumque gerens præmia, nóbiles
Multo ſánguine láureas.
Sit laus ſumma Patri, ſúmmaque Fílio:
Sit par, ſancte, tibi glória, Spíritus,
Cujus præsídio prælia ſúſtinent,
Contemptâ nece, Mártyres.
Amen.

℣. Viríliter ágite, & confortétur cor veſtrum, ℟. Omnes qui ſperátis in Dómino. *Pſ.* 30.

Ad Magníficat.

Ant. 8. G. Cùm vos óderint hómines, & exprobráverint propter Fílium hóminis, gaudéte & exultáte: ecce enim merces veſtra multa eſt in cœlo. *Luc.* 6.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 2. Complebuntur dies luctûs tui, Sion: non óccidet ultrà ſol tuus: pópulus tuus omnes juſti. *Iſ.* 60.

Doxologia, ¶ Teſtis fidelis, *ut infrà ad Off.* ...

Ad Nunc dimittis.

Ant. 3. E. Sérvient Deo ſervi ejus, & vidébunt fáciem ejus; & nomen ejus in fróntibus eórum. *Apoc.* 22.

AD OFFICIUM NOCT...

Invit. Dóminum legitimè certantes coronantem, * Veníte, adorémus. 2. *Tim.* 2.

Pſ. 94. Veníte. 2.

HYMNUS.

Fortes cadendo Mártyres,
Quos empta fuſo ſánguine
Cœleſtis ornat púrpura,
Junctis canámus vócibus.
Acti procellis ómnibus,
Sui cruóris flúmine
Vehuntur, & Chriſto duce,
Portus beátos óccupant.
Sævit tyrannus, állicit:
Temnunt minas, temnunt preces,
Deum minantem dum timent,
Dum munerantem díligunt.
Quem lictor inſánus ſitit,
Quem cæcus effundit furor,
Amor ſacerdos pródigum
Chriſto cruórem cónſecrat.
Et ille mixtus ſánguini
Quem fudit in ligno Deus,
Fundéntibus placábilem
Oráre non ceſſat Deum.
Implére vos omnes decet
Paſſo Deo quod déſuit:
Per tot neces læſo Patri

lena Chriſtus hóſtia.
'eſtis fidélis, quo duce
ienta vincunt Márty-
:es,
, tibi ſit glória
Patre, cumque Spí-
itu. Amen.

I. NOCTURNO.

t. 3. g. Convenérunt
sùm nos, ut nos diſ-
nt: quómodò potéri-
ſubsíſtere, niſi tu,
, ádjuves nos? 1.
. 3.
:. 5. a. Séquimur te in
:orde, & timémus te,
erimus fáciem tuam:
nos, & da glóriam
ii tuo, Dómine.
3.
:. 8. G. Omnes qui
lunt ſervis tuis mala,
ndantur in omnipo-
tua; & ſciant quia
Dóminus Deus ſolus.
3.
Da nobis auxílium de
atióne, ℟. Quia vana
hóminis. *Pſ.* 59.
iones de Scriptura oc-
ite.
j. Nos ſtulti propter
um: maledícimur,
iedícimus: * Perſe-
em pátimur, & ſuſ-
us: blaſphemámur,
ecrámus. ℣. Propter
ómine, mortificámur
ie: æſtimáti ſumus
ves occiſiónis: * Per-
inem. 1. *Cor.* 4.
,
:. Quis nos ſeparábit
áte Chriſti? Tribu-
látio? an angúſtia? an fa-
mes? an perſecútio? an
gládius? * Neque mors, ne-
que vita póterit nos ſepa-
ráre à caritáte Dei. ℣. Hæc
ómnia venérunt ſuper nos,
nec oblíti ſumus te, Dó-
mine; * Neque mors. *Rom.*
8. *Pſ.* 43.

℟. *iij.* Deus omnis grá-
tiæ, qui vocávit nos in
æternam ſuam glóriam in
Chriſto Jeſu, * Módicùm
paſſos ipſe perfíciet: ipſi
glória & impérium † In
ſécula ſæculórum. ℣. Rex
mundi defunctos nos pro
ſuis légibus in æternæ vitæ
reſurrectione ſuſcitábit:
Módicùm. Glória Patri.
† In ſécula. 1. *Petr.* 5. 2.
Mach. 7.

IN II. NOCTURNO.

Ant 7. b. In mortem
trádimur propter Jeſum,
ut & vita Jeſu manifeſté-
tur in carne noſtra mortáli.
2. *Cor.* 4.

Ant. 3. b. Paráti ſumus
mori, magìs quàm pátrias
Dei leges prævaricári. 2.
Mach. 7.

Ant. 6. Propítius ſit no-
bis Deus: non eſt nobis
útile relínquere legem &
juſtítias Dei, ut eámus ál-
tera viâ. 1. *Mach.* 2.

℣. In Deo faciémus vir-
tútem; ℟. Et ipſe ad ní-
hilum dedúcet tribulantes
nos. *Pſ.* 59.

Lectiones, ut in Proprio.

℟. *iv.* Abſit à nobis, ut
relinquámus Dóminum,

& ſerviámus diis aliénis : * Dómino Deo noſtro ſerviémus, & obedientes érimus præceptis ejus. ℣. Et ſi ſunt qui dicantur dii, ſive in cœlo, ſive in terra; nobis tamen unus Deus : *Dómino. *Joſ.* 24. 1. *Cor.* 8.

℟. *v.* Dóminus Deùs aſpíciet veritátem, & conſolábitur in nobis. * Pótius eſt ab homínibus morti datos ſpem expectáre à Deo, íterùm ab ipſo reſuſcitandos. ℣. Sicut abundant paſſiónes Chriſti in nobis, ita & per Chriſtum abundat conſolátio noſtra : * Pótius eſt. 2. *Mach.* 7. 2. *Cor.* 1.

℟. *vj.* Exhibeámus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros, in multa patiéntia, in tribulatiónibus, * In neceſſitátibus, in angúſtiis, in plagis, in carcéribus. ℣. Omnes qui placuérunt Deo, per multas tribulatiónes tranſiérunt fidéles, * In. Glória Patri. * In. 2. *Cor.* 6. *Judith* 8.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. c. Ruent in gládio, & in flamma, & in captivitáte; ut conflentur, & dealbentur uſque ad tempus præfinítum. *Dan.* 11.

Ant. 4. A. Diſtenti ſunt, non ſuſcipientes redemptiónem, ut meliórem inveníſrent reſurrectiónem. *Hebr.* 11.

Ant. 8. c. Ecce quómodò computáti ſunt inter fílios Dei, & inter ſanctos ſors illórum eſt! *Sap.* 5.

℣. Salus juſtórum à Dómino; ℟. Et protéctor eórum in témpore tribulatiónis. *Pſ.* 36.

Evangelium & homilia, ut in Proprio.

℟. *vij.* Ludíbria & verbera experti, inſuper & vincula & cárceres, * Lapidáti ſunt, ſecti ſunt, tentáti ſunt, in occiſióne gládii mórtui ſunt. ℣. Tradidérunt córpora ſua, ne ſervírent, & ne adorárent omnem deum, excepto Deo ſuo : * Lapidáti ſunt. *Hebr.* 11. *Dan.* 3.

℟. *viij.* Vicérunt propter ſánguinem Agni, & propter verbum teſtimónii ſui, & non dilexérunt ánimas ſuas uſque ad mortem : * Protéreà lætámini, cœli, & qui habitátis in eis. ℣. Módico dolóre ſuſtentáto, ſub teſtamento æternæ vitæ effecti ſunt : * Proptéreà. *Apoc.* 12. 2. *Mach.* 7.

℟. *ix.* Antíquus diérum judícium dedit ſanctis excelſi; * Et † Regnum obtinuérunt ſancti. ℣. Per fidem operáti ſunt juſtítiam, adepti ſunt repromiſſiónes; * Et. Glória. † Regnum. *Dan.* 7. *Hebr.* 11.

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Salvaſti nos, Dómine, de affligéntibus nos; ℟. Et in nómine tuo confitébimur in ſéculum. *Pſ.* 43.

AD LAUDES.

[illegible] Datum eſt béſtiæ bellum fácere [illegible] ſanctis, & víncere eos. [illegible] 13.

Ant. 7. *d.* Elegérunt ma[illegible] mori, & noluérunt in[illegible]gere legem Dei ſanc[illegible]; & trucidáti ſunt. 1. [illegible]*ch.* 1.

Ant. 1. f. Si coram homí[illegible]bus tormenta paſſi ſunt, [illegible] illórum immortalitáte [illegible]a eſt. *Sap.* 3.

Ant. 2. In paucis vexá[illegible] in multis benè diſpo[illegible]tur, quóniam Deus ten[illegible] eos, & invénit illos [illegible]gnos ſe. *Sap.* 3.

Ant. 7. d. Tanquàm au[illegible] in fornáce probávit il[illegible], & quaſi holocauſti hóſ[illegible] accépit illos; & in [illegible]pore erit reſpectus illó[illegible]. *Sap.* 3.

CAPITULUM. *Jac.* 1.

Omne gáudium exiſtimáte, fratres mei, cùm [illegible] tentatiónes várias inci[illegible]ritis: ſcientes quòd pro[illegible]tio fídei veſtræ patién[illegible] operátur; patiéntia [illegible]tem opus perfectum ha[illegible]et.

HYMNUS.

Quam Chriſte, ſignaſti viam
[illegible]imus, profúſo ſánguine,
[illegible]er hanc tui te fórtiter
[illegible]ucem ſequuntur mílites.
Foſſus manus, foſſus pedes,
[illegible]vans ad aſtra tránſvolas;
[illegible]t membra trunci Mártyres
Addunt triumpho ſe tuo.
Omnes in oſtro ſpléndidi
Tuum tribúnal ámbiunt;
Accepta monſtrant vúlnera,
Et per tot ora ſúpplicant.
Audíre ſi nos réſpuis,
Quos críminum moles gravat;
Audi tuos, qui ſánguinem
Fudére pro te, Mártyres.
Fac, ſi tyrannus déficit,
Ne blandiendo mólliùs
Frangat voluptas péctora,
Ipſis tyrannis ſævior.
¶ Teſtis fidélis, quo duce
Tormenta vincunt Mártyres,
Jeſu, tibi ſit glória
Cum Patre, cumque Spíritu. Amen.

[*Hæc Doxologia dicitur ad omnes Horas.*]

℣. Multæ tribulatiónes juſtórum; ℟. Et de ómnibus his liberábit eos Dóminus. *Pſ.* 33.

Ad Benedictus. *Ant.* J. Beáti qui perſecutiónem patiunturpropterjuſtítiam; quóniam ipſórum eſt regnum cœlórum. *Matth.* 5.

Oratio.

Deus, inviſíbilis fortitúdo certántium, adeſto, quæſumus, nobis ſupplicántibus; ut qui hodiernâ die ſanctórum Mártyrum tuórum *N.* & *N.* glorióſum triumphum recólimus, eórum méritis & précibus contra ſpirituália nequítiæ muniámur; Per.

interficiendi ſunt ſicut & illi. *Apoc.* 6.

Oratio, ut ſuprà ad Laudes.

COMMUNE PONTIFICUM.

IN I. VESPERIS.

Ant. 3. a. SUſcitábo mihi ſacerdótem fidélem, qui juxtà cor meum & ánimam meam fáciet. 1. *Reg.* 2.

Ant. 8. *G.* Elégi eum ex ómnibus mihi in ſacerdótem, ut aſcénderet ad altáre meum, & adoléret mihi incenſum. 1. *Reg.* 2.

Ant. 2. Ædificábo ei domum fidélem; & ambulábit coram Chriſto meo cunctis diébus. 1. *Reg.* 2.

Ant. 5. C. Erit ipſi pactum ſacerdótii ſempitérnum, quia zelátus eſt pro Deo ſuo, & expiávit ſcelus filiórum Iſraël. *Num.* 25.

Ant. 1. f. Quemcumque elégerit Dóminus, ipſe erit ſanctus. *Num.* 16.

CAPITULUM. *Hebr.* 5.

NEc quiſquam ſumit ſibi honórem, ſed qui vocátur à Deo, tanquàm Aaron. Sic & Chriſtus non ſemetipſum clarificávit ut póntifex fíeret, ſed qui locútus eſt ad eum; Fílius meus es tu, ego hódiè génui te; quemádmodùm & in álio loco dicit: Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm órdinem Melchíſedech.

In duplicibus, & ſuprà:

℟. Locútus es ſanctis tuis, Dómine, & dixiſti: Invéni ſervum meum, * Oleo ſancto meo unxi eum: † Manus mea auxiliábitur ei. ℣. Huic Deus teſtimónium pérhibens, dixit: Invéni virum ſecundùm cor meum: * Oleo. Glória Patri. † Manus. *Pſ.* 88. *Act.* 13.

HYMNUS.

CHriſte, Paſtórum caput atque princeps,
Præſulis feſtam veneráta lucem,
Débitis ſupplex tua templa votis
Turba frequentat.

Ille non vano ténuit tremendam
Spíritu ſedem, próprio nec auſu:
Sed ſacrum juſſus, Dómino vocante,
Sumpſit honórem.

Strénuum bello púgilem ſuperni
Chríſmatis pleno tuus unxit intùs
Spíritus cornu, poſuitque ſanctam
Páſcere gentem.

Fit gregis paſtor, pater atque forma:
Lætus impendit ſua, ſeque; ſervus
Omnium, caris gravis, omnibuſque
Omnia factus.

4. *D.* Stabant antè
a in conſpectu Ag-
palmæ in mánibus
Apoc. 7.
8. G. Venérunt de
ióne magna, & la-
ſtolas ſuas & deal-
t eas in sánguine
Apoc. 7.
1. D. Antè thro-
i ſunt, & ſérviunt
noćte in templo
qui ſedet in thro-
bitábit ſuper illos.
.
3. a. Non eſúrient,
tient ámpliùs, nec
per illos ſol, nequè
tus. *Apoc.* 7.
U L U M. *Apoc.* 21.
erget Deus omnem
ymam ab óculis
& mors ultrà non
què luctus, nequè
, nequè dolor erit
uia prima abiérunt.
emnibus & Annua-
Allelúia, Allelúia.
s ſecunda mors non
oteſtátem; ſed erunt
tes Dei & Chriſti,
ibunt cum illo. Al-
Apoc. 20.

HYMNUS.

ito, morte ſacrâ
quos tibi dévoves,
is, Chriſte, tuos
ore mílites!
menta rapit, non
idos mori,
das, ígnea cáritas.
s rábies ſæviat ím-
ens;

Addat carcéribus férrea
víncula;
Conſtanti púgiles péctore
prælia,
Trunci córpore ſúſtinent.
Alto de ſólio nunc, Deus,
áſpice,
Non indigna tuo númine
múnera;
Quot proſtráta jacent
córpora Mártyrum,
Aſtant tot tibi víctimæ.
Ad te lethífero vúlnere
saúcii,
Vectantur róſeo flúmine
ſánguinis:
Emenſi, duce te, Chriſ-
te, perícula,
Tangunt líttora pátriæ.
Sed quid barbáries ímpia
próficit?
Non hæc Chriſtiádas vúl-
nera déprimunt:
Gens exorta ſacro fúnere
Núminis,
Creſcit ſánguine Márty-
rum.
Patri máxima ſit, máxima
Fílio,
Sit par Spirítui, laus ti-
bi, Trínitas,
Quæ te Martyribus pró-
diga præmium,
Das, & vívere per neces.
Amen.

℣. In æternum exultá-
bunt, ℟. Et habitábis in
eis. *Pſ.*

Ad Magníficat.

Ant. 8. *G.* Datæ ſunt il-
lis ſingulæ ſtolæ albæ; &
dictum eſt illis ut requiéſ-
cerent, donec complean-
tur conſervi eórum, qui

Chriſte, Paſtórum bonus ipſe Paſtor,
Qui greges paſcis próprio cruóre,
Fac ut ætérnæ ſubeant opíma
Páſcua vitæ. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. Vocávit eum Dóminus, & ait: Vidi afflictiónem pópuli mei: veni, & mittam te, ut edúcas pópulum meum. *Exod.* 3.

Ant. 2. g. Dixit ad Deum: Quis ſum ego, ut vadam & edúcam fílios Iſraël? Qui dixit ei: Ego ero tecum. *Exod.* 3.

Ant. 3. G. Vade in hac fortitúdine tua, & liberábis Iſraël: ſcito quòd míſerim te. *Judic.* 6.

℣. Póſui adjutórium in potente, ℟. Et exaltávi electum de plebe mea. *Pſ.* 88.

Lectiones de Script. occurrente.

℟. *j.* Rectórem te poſuérunt, noli extolli: * Eſto in illis quaſi unus ex ipſis; curam illórum habe. ℣. Si quis vult primus eſſe, erit ómnium noviſſimus, & ómnium miniſter: * Eſto. *Eccli.* 32. *Marc.* 9.

℟. *ij.* Speculatórem dedi te dómui Iſraël: * Audiens ergo ex ore meo ſermónem, annuntiábis eis ex me. ℣. In mente habe quáliter accéperis & audíeris, & ſerva: * Audiens. *Ezech.* 33. *Apoc.* 3.

℟. *iij.* Accéde ad altá[re] ímmola pro peccáto t[uo] * Offer holocauſtum, † Deprecáre pro te & pópulo. ℣. Debet Pó[nti]fex quemádmodùm pro [po]pulo, ita étiam & pro metipſo offerre pro pec[ca]tis: * Offer. Glória P[atri]. † Deprecáre. *Levit.* *Hebr.* 5.

IN II. NOCTUR[NO].

Ant. 5. a. In lege Dó[mini] congregatiónem judicá[vit] & in fide ſua probátu[s est] prophéta; & cógnitu[s est] in verbis ſuis fidélis. [Eccli.] 46.

Ant. 1. a. Dedit il[lis le]gem, ne obliviſcer[entur] præcepta Dómini, [ut] non exerrárent mer[ito] & hortabátur ne amovérent à corde [suo]. *Mach.* 2.

Ant. 8. c. Ap[eriet os] ſuum, & in oratió[ne con]fitébitur Dómino; [et ipse] díriget conſílium [et] diſciplínam. *Eccli.*

℣. Invocábant D[ominum] ſacerdótes ejus; [et ipse] exaudiébat eos, & [loque]bátur ad eos. *Pſ.* 9[8].

Lectiones, ut in ...

℟. *iv.* Audívit e[um Do]minus & vocem ip[sius] dedit illi præcepta [et legem] vitæ & diſciplínæ, * [docere] Jacob teſtamentum & judícia ſua Iſraël [... Hic] eſt qui fuit in Eccl[esia ... cum] pátribus noſtris, q[ui acce]pit verba vitæ da[re] ...

cli. 45. *Act.* 7.
im meum fuit
& pacis; &
em, & tímuit
eritátis fuit in
iníquitas non
n lábiis ejus.
t in tota domo
fámulus, in
eórum quæ di-
: * Lex. *Ma-*
. 3.
ce & in æqui-
it, & multos
quitáte: * Lá-
erdótis cuſtó-
m, & legem
: ore ejus;
elus Dómini
t. ℣. Oportet
mplecti eum,
n doctrínam
ermónem; ut
ortári in doc-
Lábia. Gló-
Quia. *Malach.*

CTURNO.
n omni ópere
ónem Sancto
verbo glóriæ.

ogávit pecú-
uſtítiam & fi-
it genti ſuæ,
omni modo
um ſuum. 1.

Non recédet
, & nomen
à generatió-
ónem. *Eccli.*

ius manet in
alis.

ſéculum ſéculi: ℟. Cornu ejus exaltábitur in glória. *Pſ.* 111.

Evangelium & Homilia, ut in Proprio.

℟. *vij.* Quis eſt fidélis ſervus & prudens, quem conſtítuit dóminus ſuus ſuper famíliam ſuam, ut det illis cibum in témpore? * Beátus ille ſervus, quem cùm vénerit dóminus ejus, invénerit ſic faciéntem. ℣. A dómino ſuo præpóſitus ómnibus, gubernábat créditam ſibi domum: * Beátus. *Matth.* 24. *Geneſ.* 39.

℟. *viij.* Dóminus ſupra ómnia quæ póſſidet, conſtítuet illum: * Omni autem cui multùm datum eſt, multùm quærétur ab eo; & cui commendavérunt multùm, plus petent ab eo. ℣. In manu Dei poteſtas terræ, & útilem rectórem ſuſcitábit in tempus ſuper illam: * Omni autem. *Luc.* 12. *Eccli.* 10.

℟. *ix.* Euge, ſerve bone & fidélis; quia ſuper pauca fuiſti fidélis, ſuper multa te conſtítuam: * Intra in gáudium dómini tui. ℣. Super pópulum meum conſtítui te: ſapiéntia & ſciéntia data ſunt tibi; & glóriam dabo tibi: * Intra. Glória. * Intra. *Matth.* 25. 2. *Paral.* 1.

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Domus Aaron, benedícite Dómino: ℟. Domus Levi, benedícite Dómino. *Pſ.* 134.

AD LAUDES.

Ant. 7. a. QUi intrat per óſtium, paſtor eſt óvium: huic oſtiárius áperit; & oves vocem ejus áudiunt. *Joan.* 10.

Ant. 2. Próprias oves vocat nominátim, & edúcit eas, & ante eas vadit. *Joan.* 10.

Ant. 7. d. Oves illum ſequuntur, quia ſciunt vocem ejus; aliénum autem non ſequuntur, ſed fúgiunt ab eo. *Joan.* 10.

Ant. 6. Si perdíderit unam ex illis, vadit ad illam donec invéniat eam; & cùm invénerit, impónit in húmeros ſuos gaudens. *Luc.* 15.

Ant. 8. G. Fur venit ut perdat; mercenárius videt lupum, & fugit: bonus paſtor ánimam ſuam dat pro óvibus ſuis. *Joan.* 10.

CAPITULUM. 1. *Petr.* 5.

PAſcite qui in vobis eſt gregem Dei, providentes non coactè, ſed ſpontáneè ſecundùm Deum; neque turpis lucri grátiâ, ſed voluntárìè; neque ut dominantes in cleris, ſed forma facti gregis ex ánimo.

HYMNUS.

JEſu, Sacerdótum decus,
In hac die, quâ glóriâ
Sanctum corónas Præſulem,
Votis adeſto ſúpplicum.
Sui probátus præmium
Amóris, & pignus tui,
A Patre tráditos tibi
Accépit agnos páſcere.
Hos novit, & præit vocans
In tuta quemque páſcua,
Victumque præbet: audiunt,
Sequuntur, & vivunt ovis.
Quam ſentit errantem jugis,
Hanc nocte quærit ac die;
Et gaudet inventam ſuo
Portans ovíli réddere.
Arcet frementes béſtias,
Lupi retundit ímpetus,
Doloſque fallit, vel mori
Caro parátus pro grege.
Offert frequentem víctimam
Cum plebe Paſtor innocens;
Secumque devótum gregem
Pius Sacerdos ímmolat.
¶ Supréme, Chriſte, Pontifex,
Jugis tibi ſit glória,
Cum Patre, cumque Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

[*Hæc Doxologia dicitur ad omnes Horas.*]

℣. Elégit Dóminus ſervum ſuum, ℟. Páſcere hereditátem ſuam. *Pſ.* 77.

Ad Benedictus.

Ant. 1. D. Ego ſum óſtium: per me ſi quis introíerit, ſalvábitur; & ingrediétur, & egrediétur, & páſcua invéniet. *Joan.* 10.

Oratio.

DEus, qui pópulis tuis regendis vicários caritátis tuæ præficis miniſ-

, quæſumus, in-
te beáto *N.* Pon-
ſpíritum ſapiéntiæ,
præeſſe dediſti Ec-
æ, ut de profectu
m óvium fiant gáu-
ıa paſtórum; Per...
e ejuſdem Spíritûs.
llia Oratio.
:, fidélium lumen
Paſtor animárum,
tum *N.* Epíſcopum
ſia poſuiſti, ut oves
oo páſceret, & in-
t exemplo: da no-
interceſſióne, &
váre quam dócuit,
ſequi quam exem-
ſtrávit; Per.

PRIMAM.

. a. Qui intrat.
br. ℣. Qui es Pón-
onfeſſiónis noſtræ.

TERTIAM.

ı. Próprias oves.
'ULUM. *Prov.* 27.
;enter agnoſce vul-
ı pécoris tui, tuoſ-
;es consídera; non
bébis júgiter poteſ-
ſed coróna tribué-
:nerationem & ge-
ıem.
. Deus protector
* In ipſo ſperávi.
'. Qui ſubdit * pó-
ıeum ſub me, * In
lória Patri. Deus.

ıſi Dóminus cuſto-
ʼitátem, ℟. Fruſ-
ıt qui cuſtódit eam.

AD SEXTAM.

Ant. 7. d. Oves.

CAPITULUM. *Jerem.* 3.

INtrodúcam vos in Sion, & dabo vobis Paſtóres juxtà cor meum; & paſcent vos ſciéntiâ & doctrínâ.

℟. *br.* Dedúxit eos * In viam rectã. Dedúxit. ℣. Ut irent * in civitátem habitatiónis, * In viam. Glória Patri. Dedúxit. *Pſ.* 106.

℣. Abſtulit ſicut oves pópulum ſuum, ℟. Et dedúxit eos in ſpe. *Pſ.* 77.

AD NONAM.

Ant. 8. G. Fur venit.

CAPITULUM. *Act.* 20.

ATténdite vobis, & univerſo gregi in quo vos Spíritus ſanctus póſuit Epíſcopos régere Eccléſiam Dei, quam acquisívit ſánguine ſuo.

℟. *br.* Pavit eos * In innocéntia cordis ſui. Pavit eos. ℣. Et in intelléctibus mánuum ſuárum * dedúxit eos, * In innocéntia. Glória. Pavit eos. *Pſ.* 77.

℣. Nos pópulus tuus & oves páſcuæ tuæ, ℟. Confitébimur tibi in ſéculum. *Pſ.* 78.

AD II. VESPERAS.

Ant. 3. a. Eccléſiæ factus ſum ego miniſter ſecundùm diſpenſatiónẽ Dei, quæ data eſt mihi in vos, ut ímpleam verbum Dei. *Coloſſ.* 1.

Ant. 4. E. Scitis quómodò nihil ſubtráxerim utílium, quóminùs annuntiá-

rem vobis, & docérem vos públicè, & per domos. *Act.* 20.

Ant. 1. D. Mundus ſum à ſánguine ómnium; non enim ſubterfúgi quóminùs annuntiárem omne conſílium Dei vobis. *Act.* 20.

Ant. 8. G. Nihil véreor, nec fácio ánimam meam pretioſiórem quàm me, dúmmodò conſummem curſum meum, & miniſtérium verbi quod accépi à Dómino Jeſu. *Act.* 20.

Ant. 7. ç. Abſit à me hoc peccátum in Dóminum, ut ceſſem oráre pro vobis; & docébo vos viam bonam & rectam. 1. *Reg.* 12.

CAPITULUM. *Act.* 20.

NOcte & die non ceſſávi, cum lácrymis monens unumquemque veſtrûm: & nunc commendo vos Deo, & verbo grátiæ ipsíus, qui potens eſt ædificáre, & dare hæreditátem in ſanctificátis ómnibus.

In Solemnibus & Annualibus, Allelúia, allelúia.
℣. Dedit illi Dóminus ſacerdótium gentis, & beatificávit illum in glória. Allelúia. *Eccli.* 45.

HYMNUS.

SEdibus, Præſul, ſúperis recepte,
Advola terris: ſacra te repoſcunt,
Noſtra dum cantu tibi dedicáto
Templa reſultant.

Pro Deo vitam cúpidus paciſci,
Otium durus tibi denegaſti;
Prælium Chriſti benè præliári
Una voluptas.

Si reis vindex minitátur ira,
Súpplici defers prece vim Tonanti:
Et Deum, jugis grege pro tuendo
Víctima placas.

Erudis, vitâ præeunte, Clerum;
Légibus ſacris pópulum coërces:
Quas Deus dotes dedit, ad ſalúbrem
Cóntrahis uſum.

Laude non unâ, memorande Præſul,
Nos ama patris ſtúdio benigni;
Et laborantem médiis perículis
Dírige plebem.

Chriſte, pro nobis, Patre ſic jubente,
Póntifex factus, tibi laus, tuóque
Una ſit Patri, ſit & una ſancto
Semper Amóri. Amen.

℣. Salvum fecit Dóminus Chriſtum ſuum: ℟. Exáudiet illum de cœlo ſancto ſuo. *Pſ.* 19.

Ad Magníficat.

Ant. 5. C. Sacerdótes tui induantur ſalútem: Dómine Deus, ne avérteris fáciem Chriſti tui: memento miſericordiárum ſervi tui. 2. *Paral.* 6.

Oratio, ut ſuprà ad Laudes.

ƆMMUNE DOCTORUM.

I. VESPERIS.
A Deo profecta eſt ſapiéntia : & in ıdéli abundábit ; & .nátor dabit eam illi.
. 15.
:. 5. C. Denudábit nſa ſua illi, & thebit ſuper illum ſcién- & intellectum juſtí- ?ccli. 4.
:. 8. G. Firmábitur ɔ, & non flectétur ; ıtinébit illum, & non ndétur ; & exaltábit apud próximos ſuos.
. 15.
:. 3. a. In médio Ec- apériet os ejus, & ɔlébit illum Spíritu ıtiæ & intellectûs.
. 15.
:. 1. D. Stolâ glóriæ t illum ; & nómine o hæreditábit illum.
. 15.
ITULUM. *Eccli.* 51.
'imam meam diréxi d Sapiéntiam, & in óne invéni eam : poſ- um ipſa cor ab iní- ɔropter hoc non de- uar.
Ɔuplicibus, & ſuprà : Dóminus dat ſapién- ápiéntibus, & ſcién- intelligéntibus diſci- ı : * Ipſe revélat pro- & abſcóndita, & cum eo eſt. ℣. Spí- ómnia ſcrutátur, étiam profunda Dei : *Ipſe. Glória. † Lux. *Dan.* 2. 1. *Cor.* 2.

HYMNUS.

O Qui perpétuus nos mónitor doces,
Vox æterna Patris, Chriſte, vicários
Doctóres, pátrias cùm rémeas domos,
Nobis quàm benè ſúfficis!
Hi ſemper vígilant, ne quid adúlterum
Corrumpat fidei virgíneum decus :
Lædi vel léviter non pátitur fides,
His cuſtódibus íntegra.
Infámes ábolent rellíquias deûm :
Erróres ábigunt, crímina dédocent :
Chriſto reſtítuunt, quos malè crédulos
Mendax lúſerat hæreſis.
Patrum canítiem, tot venerábiles
Rugas objíciunt, undè nitet fides :
Quæ ſunt priſca, docent; quæ nova, ſúbruunt :
Servant depóſitum Dei.
Sit ſupréma tibi glória, Véritas,
Quæ per ſcripta Patrum quandò foris ſonas,
Nullo vocis egens corda doces ſono,
Et te méntibus ínſeris.
Amen.
℣. Beátus homo quem

tu erudíeris, Dómine, ℟. Et de lege tua docúeris eum. *Pſ.* 93.

Ad Magníficat.

Ant. 7. G. Beátus qui excógitat vias ſapiéntiæ in corde ſuo, vadens poſt illam quaſi inveſtigátor: protegétur ſub tégmine illíus à fervóre, & in glória ejus requieſcet. *Eccli.* 14.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 3. *a.* Dedit illi Dóminus in præceptis ſuis poteſtátem docére Jacob teſtimónia, & in lege ſua lucem dare Iſraël. *Eccli.* 45.

In fine Hymni,

¶ Jeſu, Magiſter única
Tibi decus, laus, glória,
Cum Patre, cumque Spíritu,
Nunc & per omne ſéculum.
Amen.

[*Hæc Doxologia dicitur ad omnes Horas.*]

Ad Nunc dimittis.

Ant. 6. Qui vigiláverit propter ſapiéntiam, citò ſecúrus erit; quóniam dignos ſe ipſa círcuit quærens, & in viis oſtendit ſe illis hiláriter. *Sap.* 6.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Fontem ſapiéntiæ Dóminum, * Veníte, adorémus. *Eccli.* 1.

Pſ. 94. Veníte. 2.

HYMNUS.

Jam nunc, quæ númeras tot tibi víndices,
Effer ſidéreum, Relligio, caput:
Quot ſunt mota tibi prælia, nóbiles
Tot nectis tibi láureas.
Cùm per mille neces impíetas furit,
Oppónis válido péctore Mártyres:
Cùm per mille dolos décipit hæreſis,
Doctóres tibi ſúſcitas.
Quandò ſparſa lues úndiquè críminum,
Hi gliſcens vítium prótinus ámputant:
Quandò plúrima nox méntibus íncubat,
Hi plenū révehunt diem.
Firmant inſtábiles, & dúbios regunt:
Monſtrant tuta procul líttora náufragis:
Nobis, qui véhimur cæca per æquora,
Lucent perpétuæ faces.
Quæ dixêre tuis cónſona ſénſibus,
Noſtris illa, Deus, córdibus ímprimas:
Quos terris cólimus, quos ſéquimur duces,
Fac nos móribus áſſequi.
Sit ſupréma tibi glória, Véritas,
Quæ per ſcripta Patrum, quandò foris ſonas,
Nullo vocis egens corda doces ſono,
Et te méntibus ínſeris.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 3. a. Sapiéntia non eſt multis manifeſta; quibus autem cógnita eſt, pér-

t uſque ad conſpec- Dei. *Eccli.* 6.
t. 4. E. Os prudentis itur in ecclésia, & illíus cogitábunt in bus ſuis. *Eccli.* 21.
t. 5. a. Sciéntia ſa- is tanquàm inundátio dábit, & consílium ſicut fons vitæ pér- t. *Eccli.* 21.
Os juſti meditábitur ntiam, ℟. Et lingua oquétur judícium. *Pſ.*

ciones de Scriptura oc- nte.

j. Sápiens apériet os in oratióne : * Si Dóminus magnus vo- , Spíritu intelligén- eplébit illum. ℣. Si eſtrûm índiget ſapién- óſtulet à Deo qui dat bus affluenter. * Si. . 39. *Jac.* 1.

ij. Ipſe tanquàm im- mittet elóquia ſapién- iæ : * Ipſe palàm fá- diſciplínam doctrínæ , & in lege teſta- i Dómini gloriábitur. Multos filiórum Iſ- convertet ad Dómi- Deum ipſórum.*Ipſe. . 39. *Luc.* 1.

ij. Omnis ſcriba doc- regno cœlórum.*Sí- eſt hómini patriſamí- ui † Profert de the- ſuo nova & véte- . In corde prudentis eſcit ſapiéntia, & tos quoſque erúdiet. * Símilis. Glória. † Pro- fert. *Matth.* 13. *Prov.* 14.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 7. ç. Ecce dedi ver- ba mea in ore tuo : ecce conſtítui te ut evellas, & déſtruas, & diſperdas, & ædífices, & plantes. *Je- rem.* 1.

Ant. 8. G. Ne retíneas verbum in témpore ſalútis : in lingua enim ſapiéntia dignóſcitur ; & ſenſus, & ſciéntia, & doctrína in verbo ſensáti. *Eccli.* 4.

Ant. 2. Depóſitum cuſ- tódi, devítans proſánas vo- cum novitátes, & oppoſi- tiónes falſi nóminis ſcién- tiæ. 1. *Tim.* 6.

℣. Deus, docuíſti me à juventúte mea : ℟. Pronun- tiábo mirabília tua. *Pſ.* 70.

Lectiones, ut in Proprio.

℟. *iv.* Qui habet ſermó- nem meum, loquátur ſer- mónem meum verè.* Num- quid non verba mea ſunt quaſi ignis, & quaſi mál- leus cónterens petram ? ℣. Si quis volúerit voluntátem fácere ejus qui miſit me, cognoſcet de doctrína, utrùm ex Deo ſit. * Num- quid. *Jerem.* 23. *Joan.* 7.

℟. v. Ponam verba meà in ore ejus, loqueturque ómnia quæ præcépero illi : * Qui autem verba ejus au- díre nolúerit, ego ultor exiſtam. ℣. Qui à ſemetipſo lóquitur, glóriam própriam quærit : qui quærit glóriam ejus qui miſit eum, hic ve-

rax eſt. * Qui. *Deut.* 18. *Joan.* 7.

℟. *vj.* Dabo te, dicit Dóminus, in murum æreum, fortem: * Et bellábunt advers͡um te, & † Non prævalébunt; quia ego tecum ſum. ℣. Exurgent viri loquentes perverſa, ut abdúcant diſcipulos poſt ſe: * Et bellábunt. Glória Patri. † Non. *Jerem.* 15. *Act.* 20.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 4. *E.* Propóſui ſapiéntiam addúcere mihi ad convivendum; ſciens quóniam mecum communicábit de bonis. *Sap.* 8.

Ant. 7. d. Quæsívi ſapiéntiam palàm in oratióne mea; & efflóruit tanquàm præcox uva. *Eccli.* 51.

Ant. 1. f. Inventi ſunt ſermónes tui, Dómine; & comédi eos: & factum eſt mihi verbum tuum in lætítiam cordis mei. *Jerem.* 15.

℣. Scrutábor legem tuam, Dómine; ℟. Et cuſtódiam illam in toto corde meo. *Pſ.* 118.

Evangelium & Homilia, ut in Proprio.

℟. *vij.* Super ſalútem & ſpéciem diléxi ſapiéntiam: * Et propóſui pro luce habére illam: venérunt autem mihi ómnia bona páriter cum illa. ℣. Quæ deſursùm eſt ſapiéntia, pudíca eſt, pacífica, plena miſericórdiâ & frúctibus bonis; * & propóſui. *Sap.* 7. *Jac.* 3.

℟. *viij.* Optávi, & datus eſt mihi ſenſus; & invocávi, & venit in me Spíritus ſapientiæ: & præpóſui illam regnis & ſédibus, * Et divítias nihil eſſe duxi in comparatióne illíus. ℣. Exíſtimo ómnia detrimentum eſſe propter eminentem ſciéntiam Jeſu Chriſti Dómini mei; * Et divítias. *Sap.* 7. *Philipp.* 3.

℟. *ix.* Sapiéntia bonórum ómnium mater eſt, quam ſine fictióne dídici, & ſine invídia commúnico: infinítus enim theſaurus eſt; * Quo qui uſi ſunt, † Partícipes facti ſunt amicítiæ Dei. ℣. Bonus homo de bono theſauro cordis ſui profert bonum; * Quo. Glória Patri. † Partícipes. *Sap.* 7. *Luc.* 6.

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Os meum annuntiábit juſtítiam tuam, ℟. Totâ die ſalutáre tuum. *Pſ.* 70.

AD LAUDES.

Ant. 2. Dominus dedit mihi linguam erudítam; ut ſciam ſuſtentáre eum qui laſſus eſt, verbo. *Iſ.* 50.

Ant. 6. Sermo meus non in perſuaſibílibus humánæ ſapiéntiæ verbis; ſed in oſtenſióne Spíritûs & virtútis. 1. *Cor.* 2.

Ant. 3. g. Auxílio adjútus Dei ſto, teſtíficans minóri

[Ne]que majóri, nihil extra [di]cens quàm ea quæ Pro[ph]étæ locúti ſunt. *Act.* 26.

Ant. 4. *E.* Non judicávi [m]e ſcire áliquid inter vos, [niſi] Jeſum Chriſtum, & [hu]nc crucifixum. 2. *Cor.* 2.

Ant. 5. a. Si nóverim [m]yſtéria ómnia, & omnem [ſci]éntiam; caritátem au[te]m non habúero, nihil [ſu]m. 1. *Cor.* 13.

CAPITULUM. *Sap.* 7.

MIhi dedit Deus dícere ex ſenténtia, & præ[ſu]mere digna horum quæ [m]ihi dantur; quóniam ipſe [ſa]piéntiæ dux eſt, & ſa[pi]éntium emendátor: in [m]anu enim illíus & nos, [&] ſermónes noſtri, & om[nis] ſapiéntia, & óperum [ſci]éntia & diſciplína.

HYMNUS.

VOs ſuccenſa Deo ſplén-
dida lúmina:
Vos ſal, nos hómines quo
ſápimus Deum;
Ævum, puri ánimo, mó-
ribus íntegri,
Quo condímur in álterum.
Per vos Relligio, tútaque
Véritas,
Per vos virgíneis fulget
honóribus:
Per vos Chriſtus amat
pándere dívites
Theſauros ſapiéntiæ.
Veſtris unda fluit pura ca-
nálibus;
Chriſti floret ager; mun-
da nitet ſeges:
Lac aptum púeris, & ſó-
lidum viris
Cauti ſufficitis cibum.
Hi ſunt, ſumme Deus, qui
tibi mílitant;
Hi ſunt, qui ſtábiles ædí-
ficant domos:
Unâ docta cohors arma
tenet manu,
Muros cónſtruit álterâ.
Viciſtis ſtygias vos quibus
hæreſes,
Hæc nos accípimus tela
ſupérſtites:
His pugnámus adhuc,
nec dúbio éxitu;
His armis quoque vínci-
mus.
Sit ſupréma tibi glória,
Véritas,
Quæ per ſcripta Patrum
quando foris ſonas,
Nullo vocis egens corda
doces ſono,
Et te méntibus ínſeris.
Amen.

℣. Annuntiávi juſtítiam tuam in ecclésia magna; ℟. Ecce lábia mea non prohibébo: Dómine, tu ſciſti. *Pſ.* 39.

Ad Benedictus.

Ant. J. Sapiéntia & fortitúdo Dómini ſunt: tibi, Deus, confíteor, teque laudo; quia ſapiéntiam & fortitúdinem dediſti mihi. *Dan.* 2.

Oratio.

OMnípotens, ætérne Deus, qui Eccléſiæ tuæ fílios, ſicut non ceſſas erudíre, ita non défínis adjuváre: da fidélibus tuis interceſſióne beáti *N.* quem eis ætérnæ ſalútis miniſ-

trum tribuiſti, ut, te miſerante, ſciéntiam recta faciendi, & virtútem cápiant exequendi; Per.

Alia Oratio.

EXcita, Dómine, in Eccléſia tua Spíritum, quo beátus *N.* ſervívit: ut eódem nos replente, ſtudeámus amáre quodamávit, & ópere exercére quod dócuit; Per.... in unitáte ejuſdem Spíritûs.

AD PRIMAM.

Ant. 2. Dóminus.

In ℞. *br.* Qui Magiſter noſter * unus es. *Matth.* 23.

AD TERTIAM.

Ant. 6. Sermo meus.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 12.

UNicuíque datur manifeſtátio Spíritûs ad utilitátem: álii quidèm per Spíritum datur ſermo ſapiéntiæ: álii autem ſermo ſciéntiæ ſecundùm eumdem Spíritum.

℞. *br.* Da mihi intellectum, * Et ſcrutábor legem tuam. Da mihi. ℣. Státue ſervo tuo * elóquium tuum, Dómine, * Et. Glória Patri. Da mihi. *Pſ.* 118.

℣. Os meum loquétur ſapiéntiam, ℞. Et meditátio cordis mei prudéntiam. *Pſ.* 48.

AD SEXTAM.

Ant. 3. g. Auxílio.

CAPITULUM. 1. *Tim.* 6.

SI quis áliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermónibus Dómini noſtri Jeſu Chriſti, & ei quæ ſecundùm pietátem eſt doctrínæ, ſuperbus eſt, nihil ſciens.

℞. *br.* Viam veritátis elégi, * Judícia tua non ſum oblítus. Viam. ℣. Adhæſi * teſtimóniis tuis, Dómine, * Judícia. Glória Patri. Viam.

℣. A judíciis tuis non declinávi; ℞. Quia tu legem poſuiſti mihi. *Pſ.* 118.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Si nóverim.

CAPITULUM. 1. *Tim.* 1.

FInis præcepti eſt cáritas de corde puro, & conſciéntiâ bonâ, & fide non fictâ: à quibus quidam aberrantes, converſi ſunt in vanilóquium, volentes eſſe legis doctóres, non intelligéntes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant.

℞. *br.* Veritátem tuam * Et ſalutáre tuum dixi. Veritátem. ℣. Non abſcondi miſericórdiam tuam, * & veritátem tuam; * Et ſalutáre. Glória Patri. Veritátem. *Pſ.* 39.

℣. Pronuntiávi ómnia judícia oris tui: ℞. In via teſtimoniórum tuórum delectátus ſum. *Pſ.* 118.

AD II. VESPERAS.

Ant. 1. f. FUit gratus Deo, erudítus omni ſapiéntiâ; & erat potens in verbis & in opéribus ſuis. *Act.* 7.

Ant. 5. C. Juxta manum Dei ſui bonam ſuper ſe,

parávit cor ſuum, ut inveſtigáret legem Dómini, & fáceret, & docéret. 1. Eſdr. 7.

Ant. 8. c. Poſtquàm ſe ampliùs dedit ad diligéntiam lectiónis legis & Prophetárum, vóluit & ipſe ſcríbere quæ ad doctrínam & ſapiéntiam pértinent. *Prolog. Eccli.*

Ant. 3. a. Cùm eſſet ſapientíſſimus, dócuit pópulum: quæſívit verba utília, & conſcripſit ſermónes rectíſſimos ac veritáte plenos. *Eccleſ.* 12.

Ant. 4. E. Sapiéntiam ejus enarrábunt gentes; & laudem ejus enuntiábit Eccléſia. *Eccli.* 39.

CAPITULUM. *Prov.* 3.

BEátus homo qui invénit ſapiéntiam, & qui affluit prudéntiâ: mélior eſt acquiſítio ejus negotiatióne argenti & auri primi; & puríſſimi fructus ejus: pretióſior eſt cunctis ópibus; & ómnia quæ deſiderantur, huic non valent comparári.

In Solemnibus & Annualibus: Allelúia, allelúia.

℣. Qui fécerit & docúerit, hic magnus vocábitur in regno cœlórum. Allelúia. *Matth.* 5.

HYMNUS.

LUx lucis & fons lúminis,
A quo dies hic náſcitur,
Quàm dignióri lúmine
Lucére das Eccléſiam!

Sanctis eam Doctóribus
Indeſinenter ínſtruens,
Quibus tenébris quæritat
Error latére, détegis.

His ſtat fides, his véritas
Intamináta pérmanet;
Ab hiſque, quam nos vis ſequi,
Doctrína ſana tráditur.

His hauriámus fóntibus
Verbi tui ſciéntiam,
Horumque puris móribus
Præcepta fac nos áſſequi.

Qui vera lux es méntium,
Jeſu, Magiſter únice,
Sit laus tibi, ſit laus Patri,
Sancto ſimul cum Spíritu.
Amen.

℣. Beátus vir qui diſpónet ſermónes ſuos in judício: ℟. In æternum non commovébitur. *Pſ.* 111.

Ad Magníficat.

Ant. 6. Qui docti fúerint, fulgébunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad juſtítiam erúdiunt multos, quaſi ſtellæ in perpétuas æternitátes. *Dan.* 12.

Oratio, ut ſuprà ad Laudes.

COMMUNE SS. ABBATUM, Monachorum, Cœnobitarum, & Anachoretarum.

IN I. VESPERIS.

Ant. 2. QUid prodeſt hómini, ſi mundum univerſum lucrétur, ánimæ verò ſuæ detrimentum patiátur? *Matth.* 16.

Ant. 8. c. Si vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes, & da paupéribus; & habébis theſaurum in cœlo. *Matth.* 19.

Ant. 6. Nemo eſt qui relíquerit domum, aut agros propter me, qui non accípiat cénties tantùm in témpore hoc, & in século futúro vitam æternam. *Marc.* 10.

Ant. 3. b. Salva ánimam tuam: noli reſpícere poſt tergum; ſalvum te fac, ne péreas. *Geneſ.* 19.

Ant. 7. c. Séquere me, & dimitte mórtuos ſepelíre mórtuos ſuos. *Matth.* 8.

CAPITULUM. 2. *Cor.* 6.

EXíte de médio eórum, & ſeparámini, dicit Dóminus, & immundum ne tetigéritis: & ego recípiam vos; & ero vobis in patrem, & vos éritis mihi in fílios.

In Duplicibus, & ſuprà:

℟. Suſceptor meus es tu, Dómine, & in verbum tuum ſuperſperávi: * Declináte à me, maligni, & † Scrutábor mandáta Dei mei. ℣. Magiſter, ſequar te quocumquè íeris. * Declináte. Glória Patri. † Scrutábor. *Pſ.* 118. *Matth.* 8.

HYMNUS.

FElíces némorum pángimus íncolas,
Certo consílio quos Deus ábdidit
Ne contágio ſecli
Mores læderet íntegros.
Ut te poſsídeant, quem sítiunt Deum,
Urbes, regna, ſuos, ſe quoque déſerunt:
Totus víluit orbis,
Dum cœléſtia cógitant.
Nudi, prompti, álacres, líberi ab ómnibus,
Ad luctam púgiles ócius ádvolant:
Ut vaſtum mare tranent,
Prudentes onus éxuunt.
Æternas ut opes, cértaque gáudia
Secúri rápiant, ómnia lúdicra
Sano péctore temnunt,
Confíſi melióribus.
Illis ſumma fuit glória, déſpici;
Illis divítiæ, paupériem pati;
Illis ſumma voluptas,
Longo ſupplício mori.

s, ſumme Deus, quæ
timur mala,
enam ſcélerum ferre
éntiùs;
tellúre relictâ,
ortália quærere.
náxima laus; máxi-
i Fílio,
orumque ſacro má-
na Flámini,
deſerta petívit
idàm ductus homo
ius. Amen.
Abbas, ℣. Potens
a erit ſemen ejus:
lerátio rectórum be-
ur. *Pſ.* 111.
d Magníficat.
8. G. Egrédere de
ióne tua, & de do-
ris tui; & veni in
quam monſtrábo
iciamque te in gen-
ignam, & benedí-
ai. *Geneſ.* 12.
,*ut infrà ad Laudes.*
n ſit Abbas, ℣. In
alárum tuárum ſpe-
℟. Donec tránſeat
as. *Pſ.* 56.
d Magníficat.
4. d. Reliquiſti pa-
tuos: plenam mer-
recípias à Dómino
ad quem veniſti, &
jus confugiſti alas.
:.
,*ut infrà ad Laudes.*
OMPLETORIUM.
4. c. Qui hábitant
rto, ſecúri dórmient
bus: & ponam eos
itu collis mei bene-
em. *Ezech.* 34.

Doxologia, ¶ Qui ſponte deſertum petis, *ut infrà ad Laudes.*

Ad Nunc dimíttis.

Ant. 2. Habitábit in ſolitúdine judícium; & erit opus juſtítiæ pax, & cultus juſtítiæ ſiléntium, & ſecúritas uſque in ſempitérnum. *Iſ.* 32.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Jeſum, qui ductus eſt in deſertum à Spíritu, * Veníte, adorémus. *Matt.* 4.

Pſ. 94. Veníte. 2.

HYMNUS.

O Pulchras ácies, cáſtraque fórtia,
Quæ ſpes, una fides, unus amor regit!
Omnes lege ſub una,
Uno ſub duce mílitant.

Heu! quantis rápiunt aſtra labóribus!
Pulſant perpétuis queſtibus æthera,
Per jejúnia longa
Vires córporis átterunt.

Votis unánimes, vi quoque flétuum
Inſtant, & ſócias ingéminant preces,
Et concórdibus armis
Vim cœlo ſimul ínferunt.

Hæc vis grata Deo: ſic amat óptimus
Vinci per lácrymas, per gémitus, Pater:
Sic duris referátur
Cœlum conditiónibus.

Fervent quandò die cuncta tumúltibus,
Altum turba ſilet: cætera dum tacent,

Hi per cántica rumpunt
Noctis longa ſiléntia.
Exercet vígiles contínuus labor;
Incumbunt óperi non réſides manus;
Tellus culta colónis
Victum ſuppéditat ſuis.
Quin regína ſui mens quoque ſúbditur,
Rectoriſque ſtudet nútibus óbſequi:
Nil ſervat ſibi juris,
Capto libérior jugo.
Patri máxima laus, máxima Fílio,
Amborumque ſacro máxima Flámini,
Quo deſerta petívit
Quondàm ductus homo Deus. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. g. Omnis ex vobis qui non renúntiat omnibus quæ póſſidet, non poteſt meus eſſe diſcípulus. *Luc.* 14.

Ant. 7. ç. Véndite quæ poſſidétis, & date eleemóſynam: fácite vobis theſaurum non deficientem in cœlis. *Luc.* 12.

Ant. 8. G. Nolíte quærere quid manducétis, aut quid bibátis: quærite primùm regnum Dei, & juſtítiam ejus; & hæc ómnia adjicientur vobis. *Luc.* 12.

℣. Non eſt inópia timéntibus Dóminum: ℟. Dívites eguérunt, & eſuriérunt. *Pſ.* 33.

Lectiones de Scriptura occurrente.

℟. *j.* Fúgite de médio Babylónis, & ſalvet unuſquiſque ánimam ſuam; * Quóniam tempus ultiónis eſt à Dómino. ℣. Exíte de illa, pópulus meus, ut ne partícipes ſitis delictórum ejus, & de plagis ejus non accipiátis; * Quóniam. *Jerem.* 51. *Apoc.* 18.

℟. *ij.* Vade, pópule meus, intra in cubícula tua, abſcóndere módicùm, * Donec pertránſeat indignátio. ℣. Veníte ſeorsùm in deſertum locum, & requiéſcite, * Donec. *Iſ.* 26. *Marc.* 6.

℟. *iij.* Exeámus ad Jeſum extrà caſtra, impropérium ejus portantes: * Non enim habémus hîc manentem civitátem, ſed futúram inquírimus. ℣. Peregríni ſumus coram te, Deus: dies noſtri quaſi umbra ſuper terram. * Non. Glória Patri. * Non. *Hebr.* 13. 1. *Paral.* 29.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 3. g. Ecce nos relíquimus ómnia, & ſecúti ſumus te. *Matth.* 19.

Ant. 7. c. Eſurímus, & ſitímus, & nudi ſumus, & laborámus operantes mánibus noſtris. 1. *Cor.* 4.

Ant. 2. Non defícimus: ſed licèt is qui foris eſt, noſter homo corrumpátur; tamen is qui intùs eſt renovátur de die in diem. 2. *Cor.* 4.

℣. Rédimit Dóminus de intéritu vitam tuam;

Renovábitur ut áquilæ juvéntus tua. *Pſ.* 102.

Lectiones, ut in Proprio.

℟. v. Omnis qui in agóne conténdit, ab ómnibus ſe abſtinet: * Ego ígitur ſic curro, non quaſi in incertum: ſic pugno, non quaſi aërem vérberans; ſed caſtigo corpus meum, & in ſervitútem rédigo. ℣. A juventúte mea inveſtigávi ſapiéntiam: colluctáta eſt ánima mea in illa, & in faciendo eam confirmátus ſum. * Ego ígitur. 1. *Cor.* 9. *Eccli.* 51.

℟. v. Non ſecundùm carnem ambulámus, ſed ſecundùm ſpíritum; quóniam ſapiéntia carnis inimíca eſt Deo: * Qui autem in carne ſunt, Deo placére non poſſunt. ℣. Excelſus Deus & hábitans cum contríto & húmili ſpíritu; ut vivíficet ſpíritum humílium, & vivíficet cor contritórum. * Qui. *Rom.* 8. *Iſ.* 57.

℟. *vj.* Quæ mihi fuérunt lucra, hæc arbitrátus ſum propter Chriſtum detrimenta; * Ut invéniar in illo habens juſtítiam quæ ex fide eſt, configurátus morti ejus. ℣. Elégi abjectus eſſe in domo Dei mei, magis quàm habitáre in tabernáculis peccatórum; * Ut. Glória. * Ut. *Philipp.* 3. *Pſ.* 83.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 4. E. Omnes erant perſeverantes unanímiter in oratióne. *Act.* 1.

Ant. 5. F. Poſſeſſiónes & ſubſtántias vendébant, & dividébant illa ómnibus, proùt cuíque opus erat. *Act.* 11.

Ant. 6. Plorábant, & jejunábant, & orábant in conſpectu Dómini. *Baruch* 1.

℣. Flévimus, cùm recordarémur Sion: ℟. Quómodò cantábimus in terra aliéna? *Pſ.* 136.

Evangelium & Homilia, ut in Proprio.

℟. *vij.* Sapiéntia diréxit ópera eórum: * Iter fecérunt per deſerta quæ non habitabantur; & in locis deſertis fixérunt caſas. ℣. Circuiérunt in péllibus caprínis, egentes, anguſtiáti, afflicti; quibus dignus non erat mundus: in ſolitudínibus errantes, & in cavernis terræ. * Iter. *Sap.* 11. *Hebr.* 11.

℟. *viij.* Multitúdinis erat cor unum, & ánima una: nec quiſquam áliquid ſuum eſſe dicébat; ſed * Erant illis ómnia commúnia. ℣. Ecce quàm bonum & quàm jucundum habitáre fratres in unum! * Erant. *Act.* 4. *Pſ.* 132.

℟. *ix.* Pars Dómini pópulus ejus: invénit eum in terra deſerta, circumdúxit, & dócuit, atque portávit in húmeris ſuis, * Et conſtítuit ſuper excelſam ter-

ram. ℣. Confitentes quia peregríni & hóſpites ſunt ſuper terram, pátriam meliórem áppetunt: ídeò parávit illis civitátem, * Et. Glória. * Et. *Deut.* 32. *Hebr.* 11.

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Benedícite, ſancti, & húmiles corde, Dómino: ℟. Laudáte, & ſuperexaltáte eum in ſécula. *Dan.* 3.

AD LAUDES.

Ant. 7. d. PErféctio tua, Dómine, & doctrína tua viro ſancto tuo, qui dixit patri ſuo & matri ſuæ: Néſcio vos; & frátribus ſuis: Ignóro vos. *Deut.* 33.

Ant. 1. *g.* Non ſedi in concílio ludéntium: ſolus ſedébam, quóniam comminatióne repleſti me. *Jerem.* 15.

Ant. 3. b. Exui me ſtolâ pacis, índui autem me ſacco obſecratiónis; & venit mihi gáudium à Sancto. *Baruch.* 4.

Ant. 4. a. Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. *Galat.* 6.

Ant. 8. *G.* In voce laudis immolábo tibi: quæcumque vovi, reddam pro ſalúte Dómino. *Jonæ* 2.

CAPITULUM. *Iſaïæ* 51.

COnſolábitur Dóminus Sion, & conſolábitur omnes ruínas ejus: & ponet deſertum ejus quaſi delícias, & ſolitúdinem ejus quaſi hortum Dómini. Gáudium & lætítia inveniétur in ea, gratiárum actio, & vox laudis.

HYMNUS.

QUid tu, relictis úrbibus,
Mortálium conſórtia
Timens fugis? quid tu vides,
Soluſque tecum cógitas?
Mentis volátu líbero,
Percurris æternas domos;
Et quæ negas mortálibus,
Transfers Deo commércia.
Præſens choris cœléſtibus,
Sacro quiétus ótio,
Totus tuendo Númini,
Totus colendo tu vacas.
Quàm pura, qui te díligunt,
O Chriſte, libant gáudia!
Te propter antris ábditos
Sinu recondis in tuo.
¶ Qui ſponte deſertum petis,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre, cumque Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

[*Hæc Doxologia dicitur ad omnes Horas.*]

Si ſit Abbas, ℣. Veníte, fílii, audíte me: ℟. Timórem Dómini docébo vos. *Pſ.* 33.

Ad Benedictus.

Ant. 1. *D.* Ecce ego & púeri mei, quos dedit mihi Dóminus in ſignum & in portentum Iſraël à Dómino exercítuum, qui hábitat in monte Sion. *Iſ.* 8.

Oratio.
:ujus múnere beá-
. Abbas Chriſtum
ſequi, & húmi-
uſque in finem
'it imitári : da
nitam mandató-
ım ingreſſis, ut
aſpíciant, nec in
ıt ; ſed ad te ſine
currentes, vitam
apprehendant ;
:m.
a *Oratio.*
bis, quæſumus,
noſter, beáti
, interceſſiónibus
ut per quem ſer-
:rfectiónis evan-
umenta donaſti,
ɔbis ſubsídia per-
ítis impendas ;

t *Abbas*, ℣. Cla-
, Dómine ; dixi :
mea, ℟. Pórtio
:rra vivéntium.

enedictus.
:. Pars mea Dó-
xit ánima mea.
Dóminus ánimæ
lum. Bonum eſt
cum ſiléntio ſa-
. *Thren.* 3.
ratio.
tens, ſempiterne
terréna pro te
merces magna
nobis exemplo
lióne beáti *N.*
tránſitum cele-
emporália óm-
:e, & ad æterna
totâ mentis intentióne feſ-
tináre ; Per.

Alia Oratio.

QUærentium te, Dómine, Salvátor & cuſtos, qui beáto *N.* ne párticeps eſſet coinquinatiónis, renuntiáre ſéculo, & ſub alas tuas confúgere tribuiſti : ejus interceſſióne da pópulo tuo diabólica vitáre contágia, & te ſolum Dóminum purâ mente ſectári ; Qui vivis.

AD PRIMAM.

Ant. 7. d. Perféctio.

In ℟. *br.* ℣. Qui ductus es in deſertum * à Spíritu. *Matth.* 4.

AD TERTIAM.

Ant. 1. g. Non ſedi.

CAPITULUM. 1. *Joan.* 2.

SI quis díligit mundum, non eſt cáritas Patris in eo ; quóniam omne quod eſt in mundo, concupiſcéntia carnis eſt, & concupiſcéntia oculórum, & ſupérbia vitæ, quæ non eſt ex Patre, ſed ex mundo eſt. Et mundus tranſit, & concupiſcéntia ejus : qui autem facit voluntátem Dei, manet in æternum.

℟. *br.* Elongávi fúgiens : *Manſi in ſolitúdine. Elongávi. ℣. Quóniam vidi iniquitátem * & contradictiónem in civitáte, * Manſi. Glória. Elongávi. *Pſ.* 54.

℣. Confíge timóre tuo carnes meas : ℟. A judíciis enim tuis tímui. *Pſ.* 118.

AD SEXTAM.

Ant. 3. b. Exui me.

CAPITULUM. *Hebr.* 1.

OMnis diſciplína in præſenti quidem vidétur non eſſe gáudii, ſed mœróris; póſteà autem fructum pacatíſſimum exercitátis per eam reddet juſtítiæ.

℟. *br.* Propter verba labiórum tuórum * Ego cuſtodívi vias duras. Propter. ℣. Pérfice greſſus meos * in ſémitis tuis. * Ego. Glória Patri. Propter. *Pſ.* 16.

℣. Induébar cilício: ℟. Humiliábam in jejúnio ánimam meam. *Pſ.* 34.

AD NONAM.

Ant. 8. *G.* In voce laudis

CAPITULUM. *Eccli.* 51.

VIdéte óculis veſtris quia módicùm laborávi, & invéni mihi multam réquiem. Aſſúmite diſciplínam in multo número argenti, & copióſum aurum poſſidéte in ea. Lætétur ánima veſtra in miſericórdia ejus; & non confundémini in laude ipsíus.

℟. *br.* Séptiès in die *Laudem dixi tibi. Séptiès in die. ℣. Super judícia * juſtítiæ tuæ, * Laudem. Glória Patri. Séptiès.

℣. Cantábiles mihi erant juſtificatiónes tuæ, ℟. In loco peregrinatiónis meæ. *Pſ.* 118.

AD II. VESPERAS.

Ant. 2. SUmus húmiles in univerſa terra, Dómine: ſed in ánimo contríto & ſpíritu humilitátis ſuſcipiámur; quóniam non eſt confúſio confidéntibus in te. *Dan.* 3.

Ant. 8. G. Non derelínquimur, ſemper mortificatiónem Jeſu in córpore noſtro circumferentes; ut & vita Jeſu manifeſtétur in carne noſtra mortáli. 2. *Cor.* 4.

Ant. 6. Quaſi morientes, & ecce vívimus; quaſi triſtes, ſemper autem gaudentes; tanquàm nihil habentes, & ómnia poſſidentes. 2. *Cor.* 6.

Ant. 7. d. Omnes unánimes, compatientes, fraternitátis amatóres, miſericórdes, modeſti, húmiles. 1. *Petr.* 3.

Ant. 4. d. Teneámus ſpei noſtræ confeſſiónem indeclinábilem, (fidélis enim eſt qui repromíſit,) & conſiderémus ínvicèm in provocatiónem caritátis & bonórum óperum. *Hebr.* 10.

CAPITULUM. *Deut.* 7.

DOminus Deus ipſe eſt fortis & fidélis, cuſtódiens pactum & miſericórdiam diligéntibus ſe, & his qui cuſtódiunt præcepta ejus in mille generatiónes.

In Solemnibus & Annualibus, Allelúia, allelúia; ℣. In loco ſolitúdinis, Dóminus eum dócuit, & cuſtodívit quaſi pupillam óculi ſui. Allelúia. *Deut.* 32.

HYMNUS.

QUas ferat pœnas pia
turba flentûm,
[T]urba crudélis ſibi quis re-
narret?
[P]rævenit læſi nimis ah! timendas
Júdicis iras.

Próferunt longas vigi-
lando noctes,
[E]t dies ducunt ſólidos ca-
nendis
[L]audibus ſacris, precibuſ-
que juncti
Aſtra laceſſunt.

Frígidos temnunt, cali-
doſque ſoles:
[Q]uos tegit nudos malè veſ-
tis artus
[H]irt, intonſis & acúta
figit
Spícula ſetis.

Invidet cœlum, próprios
repoſcit,
[M]ente qui regnant ſuper
aſtra, cives:
[D]um novos terris hómines
iníquus
Déſpicit orbis.

Sic ad æternas datur ire
ſedes;
[N]ullus intrábit, niſi durus
ultor
[E]xpiet fletu, crucianda
ſævis
Crímina flammis.

Ipſe deſertum petis, ô
Redemptor,
Factus exemplum: decus
hinc tibi ſit:
Par decus Patri: decus &
tibi par,
Spíritus alme. Amen.

Si ſit Abbas, ℣. Juſtus ut palma florébit: ℟. Sicut cedrus Líbani multiplicábitur. *Pſ.* 91.

Ad Magníficat.

Ant. 1. D. Atténdite ad patrem veſtrum, qui ſequímini quod juſtum eſt, & quærítis Dóminum; quia unum vocávi eum, & benedixi ei, & multiplicávi eum. *Iſ.* 51.

Oratio, ut ſuprà ad Laudes.

Si non ſit Abbas, ℣. Plantáti in domo Dómini, florébunt; ℟. Ut annúntient quóniam rectus Dóminus. *Pſ.* 91.

Ad Magníficat.

Ant. 3. E. Scimus quóniam, ſi terreſtris domus noſtra diſſolvátur, ædificatiónem ex Deo habémus æternam in cœlis: nam & in hoc ingemiſcimus, habitatiónem noſtram quæ de cœlo, eſt ſuperíndui cupientes. 2. *Cor.* 5.

Oratio, ut ſuprà ad Laudes.

COMMUNE JUSTORUM.

[I]N I. VESPERIS.

[A]nt. 1. a. DIcébat Jeſus ad omnes: Si quis [vu]lt poſt me veníre, ábneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam quotídiè, & ſequatur me. *Luc.* 9.

Ant. 2. Dico vobis;

Niſi abundáverit juſtítia veſtra pluſquàm Scribárum & Pharisæórum, non intrábitis in regnum cœlórum. *Matth.* 5.

Ant. 6. Niſi converſi fuéritis, & efficiámini ſicut párvuli, non intrábitis in regnum cœlórum. *Matth.* 18.

Ant. 8. G. Non omnis qui dicit mihi: Dómine, Dómine, intrábit in regnum cœlórum; ſed qui facit voluntátem Patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intrábit in regnum cœlórum. *Matth.* 7.

Ant. 4. *d.* Conténdite intráre per anguſtam portam; quia multi, dico vobis, quærent intráre, & non póterunt. *Luc.* 13.

CAPITULUM. *Eccli.* 2.

QUi timétis Dóminum, crédite illi; & non evacuábitur merces veſtra. Qui timétis Dóminum, ſperáte in illum; & in obleĉtatiónem véniet vobis miſericórdia. Qui timétis Dóminum, dilígite illum; & illuminabuntur corda veſtra.

In Duplicibus, & ſuprà:

℟. Qui timent Dóminum non erunt incredíbiles verbo illíus; & * Qui díligunt illum, conſervábunt viam illíus. ℣. Plenitúdo legis eſt diléĉtio. * Qui. Glória. * Qui. *Eccli.* 2. *Rom.* 13.

Si ſit Sacerdos,

HYMNUS.

JAm ſatis fluxit cruor hoſtiárum;
Priſtinæ ceſſent holocauſta legis;
Chriſte, quos formas, melióra libant
Sacra Miniſtri.

Orat Elías; celer ignis aſtat:
Myſta nunc major jubet; & potenti
Obſequens verbo, Deus aſtat aris,
Hoſtia factus.

Pingue libámen, novus & Sacerdos,
Orbe jam toto, Deus immolátur:
Se, manu Myſtæ, litat incruento
Fúnere Chriſtus.

Tale nil priſcis pátribus tribútum;
Angelis nuſquàm data par poteſtas:
Se, manu Myſtæ, Deus ipſe cunĉtis
Præbet in eſcam.

Chriſte, fac ſemper tua ſacra puro
Corde traĉtémus, manibuſque puris;
Cáritas aptos tua nos tremendis
Applicet aris.

Lúminis ſplendor, Patris una proles,
Chriſte, te pronus venerétur orbis,
Qui Sacerdótes per amóris almi
Flamen inungis. Amen.

mei ad fidéles
leant mecum;
s in via imma-
mihi miniſtrá-
.
gníficat.
ſotũ fáciet Dó-
ſe pertíneant,
pplicábit ſibi,
rit, appropin-
Num. 16.
frà ad Laudes.
t Saeerdos,
I N U S.
ıſillus grex Pa-

ıtem ſólvite:
; vos amor
gni cómpotes.
inter Cœlites,
lm ſéculo
ĸóſus ſibi,
, & ſciens pati.
pœniténtiæ
ĸ viam crucis,
riſtum prælia,
ıon timet ſequi.
erit jejúniis;
ornat ſiléntio:
n; parcus ſibi,
& ſpargit ſinu.
rbi páſcitur;
gem péctore
orat pérvigil:
verſátur polo.
t ad cœlum viâ:
:m da, Pater,
la cum Spíritu,
ſémitâ. Amen.
nt in te qui
nomen tuum;
m non dereli-
ntes te, Dó-

Ad Magníficat.

Ant. J. Qui confídunt in Dómino, intélligent veritátem, & fidéles in dilectióne acquiéſcent illi; quóniam donum & pax eſt electis ejus. *Sap.* 3.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 2. Vigiláte, & eſtóte paráti; quia quâ neſcítis horá Fílius hóminis ventúrus eſt. *Matth.* 24.

Si ſit Sacerdos,
In fine Hymni.

¶ Jeſu, Sacerdos máxime,
Jugis tibi ſit glória,
Cum Patre, & almo Spíritu,
Per cuncta ſemper ſécula.
Amen.

[*Hæc Doxologia dicitur ad omnes Horas.*]

Si non ſit Sacerdos, Æterna Juſtórum quies, *ut infrà ad Officium Noct.*

Ad Nunc dimittis.

Ant. 6. Oculus non vidit, Deus, abſque te, quæ præparaſti expectántibus te. *Iſ.* 64.

AD OFFICIUM NOCT.

Si ſit Sacerdos,

Invitatorium. Sacerdótem in æternum Jeſum Chriſtum, * Veníte, adorémus. *Hebr.* 5.

Pſalmus. Veníte.

HYMNUS.

O Tuâ dignum pietáte munus!
Chriſte, cùm per te légitur Sacerdos

Ille, qui primum decus, & miniſtris,
Reddit & aris.
Quàm pavens, ſanctus, procul à tumultu,
Cùm dapes Chriſti meditátur Agni,
In quibus manat ſacer incruento
Fúnere ſanguis!
Thure fumantes quis hic inter aras?
Quanta majeſtas ſedet ore ſancto!
Nec minùs fervent calefacta puris
Péctora flammis.
Nec ſacrum durus ſedet ad tribúnal:
Súblevat triſtes miseráta caſus
Cáritas, clemens, aliiſque mater,
Dum ſibi judex.
Quas relaxávit, luit ipſe noxæ
Innocens pœnas; aliéna culpa
Hunc reum fecit; piat acta largo
Non ſua fletu.
Lúminis ſplendor, Patris una proles,
Chriſte, te pronus venerétur orbis,
Qui Sacerdótes per amóris almi
Flamen inungis.
Amen.

Si non ſit Sacerdos,

Invit. Diligentem juſtos Dóminum, * Veníte, adorémus. *Pſ.* 145.
Pſ. 94. Veníte. 2.

HYMNUS.

Non parta ſolo ſánguine
Ornat beátos púrpura:
Sunt incruenta, quæ ſuos
Habent triumphos, prælia.
Non iſte flammas, non cruces,
Non ſenſit uncos péctinis:
Crudélis & durus ſibi
Se morte lentâ cónficit.
Si lictor illi défuit,
Si vincla, fuſtes, úngulæ;
Paráta pro Chriſto mori
Hoc ſupplet omne cáritas.
Corpus ſubégit cáſtitas,
Et líberam mentem fides:
Amor ſupernis ígnibus
Totam litávit hóſtiam.
Venis apertis ómnibus
Qui vellet ultrò erúmpere,
Fraudátus optátâ viâ,
It fuſus in fletum cruor.
Da, Chriſte, ſic nos vívere,
Diſcámus ut ſemper mori:
Da, poſt brevis vitæ dies,
Vitæ perennis gáudia.
¶ Æterna juſtórum quies,
Tibi beáta Trínitas,
Sit ſumma laus, ſummum decus
In ſempiterna ſǽcula.
Amen.

IN. I. NOCTURNO.

Ant. 1. a. Qui vult vitam dilígere, & dies vidére bonos, declínet à malo, & fáciat bonum. 1. *Petr.* 3.
Ant. 4. d. Cùm ingreſſus fúeris ſémitas æquitátis, non arctabuntur greſſus tui; & currens, non

s offendículum. *Pro-*
.
7. d. Inhabitábis
ſtítia, & próteget te
piternum; & in die
ónis invénies firma-
m. *Eccli.* 27.
n nómine tuo exul-
: juſti, Dómine, ℟.
juſtítia tua exalta-
r. *Pſ.* 88.
de Script. occurente.
Tóllite jugum meum
vos, & díſcite à me
nitis ſum & húmilis
: * Et inveniétis ré-
animábus veſtris;
enim meum ſuáve
onus meum leve. ℣.
ogáte quæ ſit via bo-
ambuláte in ea:
nveniétis. *Matth.* 11.
. 6.
ij. Nihil dúlcius, quàm
ere in mandátis Dó-
* Glória magna eſt
Dóminum. ℣. Si quis
miniſtrat, me ſequá-
& ubi ſum ego, illîc
niſter meus erit. *Gló-
agna. *Eccli.* 23. *Joan.*

iij. Omnis qui venit
e, & audit ſermónes
, & facit eos, oſten-
vobis cui símilis ſit:
nilis eſt hómini ædifi-
domum, qui † Fodit
um, & póſuit funda-
um ſuper petram. ℣.
us homo, cui doná-
eſt habére timórem
: qui tenet illum, cui
ilábitur? * Símilis eſt.
Glória. † Fodit. *Luc.* 6.
Eccli. 25.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 8. G. Turris fortíſſima nomen Dómini: ad ipſum currit juſtus, & exaltábitur. *Prov.* 18.

Ant. 6. Deridétur juſti ſimplícitas: lampas contempta apud cogitatiónes dívitum, paráta ad tempus ſtatútum. *Job.* 12.

Ant. 5. a. Benedíctio Dei in mercédem juſti feſtínat; & in hora velóci proceſſus illíus fructíficat. *Eccli.* 11.

℣. Gloriabuntur in te omnes qui díligunt nomen tuum, ℟. Quóniam tu benedíces juſto. *Pſ.* 5.

Lectiones, ut in Proprio.

℟. *iv.* Quàm magnus qui invénit ſapiéntiam & ſciéntiam! ſed * Non eſt ſuper timentem Dóminum. ℣. Mundémus nos ab omni inquinamento carnis & ſpíritûs, perficientes ſanctificatiónem in timóre Dei: * Non eſt. *Eccli.* 25. 2. *Cor.* 7.

℟. *v.* Si quis emundáverit ſe, * Erit vas in honórem ſanctificátum, & útile Dómino, ad omne opus bonum parátum. ℣. Sápiens cor abſtinébit ſe à peccátis, & in opéribus juſtítiæ ſucceſſus habébit. *Erit vas. 2. *Tim.* 2. *Eccli.* 3.

℟. *vj.* Beátus qui inventus eſt ſine mácula, & qui poſt aurum non ábiit, nec

ſperávit in pecúnia & theſauris: * Qui probátus eſt in illo, & perfectus eſt, † Erit illi glória ætérna. ℣. Probátio fidei multò pretióſior auro. * Qui. Glória. † Erit. *Eccli.* 31. 1. *Petr.* 1.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 8. *G.* Qui ſperant in Dómino, mutábunt fortitúdinem: current, & non laborábunt; ambulábunt, & non defícient. *Iſ.* 40.

Ant. 2. Tenébit juſtus viam ſuam, & mundis mánibus addet fortitúdinem. *Job.* 17.

Ant. 3. a. Qui fidúciam habet meî, hæreditábit terram, & poſſidébit montem ſanctum meum. *Iſ.* 57.

℣. Beátus vir cujus eſt nomen Dómini ſpes ejus; ℟. Et non reſpéxit in vanitátes & inſánias falſas. *Pſ.* 39.

Evangelium & Homilia, ut in Proprio.

℟. *vij.* Sint lumbi veſtri præcíncti, & lucernæ ardentes in mánibus veſtris: * Et vos símiles homínibus expectántibus dóminum ſuum; ut, cùm vénerit, confeſtim apériant ei. ℣. Qui vigiláverint ad illum, juſtítias quaſi lumen accendent. * Et vos. *Luc.* 12. *Eccli.* 32.

℟. *viij.* Ego in juſtítia apparébo conſpéctui tuo, Dómine: * Satiábor, cùm apparúerit glória tua. ℣. Nunc cognoſco ex parte; tunc autem cognoſcam ſicut & cógnitus ſum. * Satiábor. *Pſ.* 16. 1. *Cor.* 13.

℟. *ix.* Sapiéntia juſtum deduxit per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei; & * Dedit illi ſciéntiam ſanctórum: † Honeſtávit illum in labóribus; & complévit labóres illíus. ℣. Regnum Dei juſtítia eſt, & pax in Spíritu ſancto: qui in hoc ſervit Chriſto, placet Deo. * Dedit. Glória. † Honeſtávit. *Sap.* 10. *Rom.* 14.

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Benedícite, ſervi Dómini, Dómino: ℟. Laudáte & ſuperexaltáte eum in ſǽcula. *Dan.* 3.

AD LAUDES.

Ant. 1. f. Ante Dóminum qui elégit me, vílior fiam pluſquàm factus ſum; & ero húmilis in óculis meis. 2. *Reg.* 6.

Ant. 8. c. Semper quaſi tumentes ſuper me fluctus tímui Deum, & pondus ejus ferre non pótui. *Job.* 31.

Ant. 4. a. A mandátis labiórum ejus non receſſi, & in ſinu meo abſcondi verba oris ejus. *Job.* 23.

Ant. 5. a. Ambulávit pes meus iter rectum; zelátus ſum bonum, & non confundar. *Eccli* 51.

Ant. 3. d. Donec ſupereſt hálitus in me, non loquentur lábia mea iniquitátem, nec lingua mea meditábitur

ſitábitur mendácium. *Job.* 27.

CAPITULUM. 2. *Cor.* 1.

GLória noſtra hæc eſt, teſtimónium conſciéntiæ noſtræ, quòd in ſimplicitáte cordis & ſinceritáte Dei, & non in ſapiéntia carnáli, ſed in grátia Dei converſáti ſumus in hoc mundo.

Si ſit Sacerdos,

HYMNUS.

O Sacerdótum veneranda jura!
Ceu vices Chriſti téneant ſalútis
Arbitri, claudunt, reſeramque nobis
Atria cœli.

Omne pendentes ſcelus in ſtatéra,
Cùm reum ſolvunt, Deus ipſe ſolvit;
Cùm ligant ſontem, Deus ipſe ſontis
Víncula nectit.

Quàm manus morbis ádhibent períta!
Cùm ſecant, ſemper pia dextra cædit;
Cùm fovent, ſemper pia lenit ungens
Vúlnera dextra.

Verba dum promunt, pópulus fidélis
Excipit vocem, cúpidus docéri;
Nempè divínæ ſacra verba legis
Mente recondunt.

Irruens prompti cohibére fulmen,
Stant ab adverſo, Dominumque placant,
Víndices in nos quóties ab alto
Dépluit iras.

Dùm Sacerdótes tua ſacra tractant,
Chriſte, fac ſacris quibus applicaſti,
Cónſonent mores, populique fiat
Forma Sacerdos.

Lúminis ſplendor, Patris una proles,
Chriſte, te pronus venerétur orbis,
Qui Sacerdótes per amóris almi
Flamen inungis.
Amen.

℣. Emitte lucem tuam & veritátem tuam, Dómine:
℟. Ipſa me deduxérunt & adduxérunt in tabernácula tua. *Pſ.* 42.

Ad Benedictus.

Ant. J. Fidúciam habémus per Chriſtum ad Deum, qui & idóneos nos fecit miniſtros novi teſtamenti, non litterâ, ſed ſpíritu. 2. *Cor.* 3.

Oratio.

DOmine Deus omnípotens, qui fámulum tuum *N.* ut ſacerdótio tibi fungerétur, à pópulo ſegregaſti: ejus nos interceſſióne à peccatóribus ſégrega; ut, ſecundùm vocatiónem noſtram, gens ſancta, & regále ſacerdótium coram te efficiámur; Per.

poris ſacramentum ſuſce-
pit, ejus patrocínio dignos
utriuſque fructus percípiat;
Per eumdem.

Si non ſit Sacerdos,

HYMNUS.

QUi te, Deus, ſub ínti-
mo
Amans recépit péctore,
Non ille terras ámpliùs
Suſpírat, oblítus ſuî.

Quid ergo gaudes nectere
Triſtes moras amántibus?
Terris retardas éxules
Cives polo quos déſtinas,

Hinc fervet in dies amor;
In vota toti díffluunt:
Ad aſtra feſtinántibus
Fit pœna vita lóngior.

Vix iſte tardi córporis
Pondus moleſtum ſúſtinet;
Præ mortis óccupat diem,
Ardens Deo ſe júngere.

¶ Æterna juſtórum quies,
Tibi beáta Trínitas,
Sit ſumma laus, ſummum
decus
In ſempiterna ſæcula

℟. ne Deus
cedente beá
tuum in tua
buláre; qu
& plena ſe
nórum ómn
auctóri; Pe

AD PI

Ant. 1. ſ
num.

Si fiat de
In ℟. *br.*
cerdos * in
109.

Si fiat de n
In ℟. *br.* ℣.
* dediſti nol

AD TE

Ant. 8. c.

CAPITULU

CUm me
veſtram
mini; Deus
operátur in
& perfícere
luntáte.

℟. *br.* Con
* Timentes
Convertant

AD SEXTAM.

Ant. 4. a. A mandátis.

CAPITULUM. *Jac.* 1.

QUi perſpéxerit in legem perfectam libertátis, & permánſerit in ea, non audítor obliviósſus factus, ſed factor óperis; hic beátus in facto ſuo erit.

℟. *br.* Lucerna pédibus meis * Verbum tuum, Dómine. Lucerna. ℣. Et lumen * ſémitis meis, * Verbum. Glória Patri. Lucerna.

℣. Servávi mandáta tua & teſtimónia tua; ℟. Quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo. *Pſ.* 118.

AD NONAM.

Ant. 3. *a.* Donec ſúpereſt.

CAPITULUM. *Eccli.* 15.

JUſtítia longè abeſt à ſupérbia & dolo: viri mendáces non erunt illíus mémores; & viri veráces invenientur in illa, & ſucceſſum habébunt uſquè ad inſpectiónem Dei.

℟. *br.* Juſtítia tua, Dómine, * Juſtítia in ætérnum. Juſtítia tua. ℣. Et lex tua, * véritas. * Juſtítia. Glória Patri. Juſtítia tua.

℣. Ne áuferas de ore meo verbum veritátis uſquequáquè; ℟. Quia in judíciis tuis ſuperſperávi. *Pſ.* 118.

AD II. VESPERAS.

Ant. 6. ECce verè Iſraëlíta, in quo dolus non eſt. *Joan.* 1.

Ant. 4. *E.* Erat vir ſimplex, & rectus, ac timens Deum, & recédens à malo. *Job.* 1.

Ant. 1. D. Cuſtodívit ánimam ſuam, & memor fuit Dómini in toto corde ſuo. *Tob.* 1.

Ant. 3. a. Non prætériit de univerſis mandátis, nec unum quidem verbum quod júſſerat Dóminus. *Joſue* 11.

Ant. 5. C. Immóbilis in Dei timóre permanſit, agens grátias Deo ómnibus diébus vitæ ſuæ. *Tob.* 2.

CAPITULUM. *Galat.* 6.

FRatres, quæ ſemináverit homo, hæc & metet. Quóniam qui ſéminat in carne ſua, de carne & metet corruptiónem: qui autem ſéminat in ſpíritu, de ſpíritu metet vitam ætérnam.

Si ſit Sacerdos,

In Solemnibus & Annualibus: Allelúia, allelúia. ℣. Induit eum Deus ſtolam glóriæ, & coronávit eum in vaſis virtútis. Allelúia. *Eccli.* 45.

HYMNUS.

QUantis micas honóribus,
Cœlo Sacerdos áddite,
Cùm, præmiórum pródigus,
Totum tibi dat ſe Deus!
Partis labóre plúrimo
Quot clarus es virtútibus;
Tot fulgurantem glóriâ,
Ornant corónæ vérticem.
Quos parturiſti Númini,

Te filii nunc ámbiunt:
Tuóque lætis cántibus
Certant triumpho pláudere.

Chriſtus tuum ſit præmium,
Quem conſecraſti víctimam;
Dehìnc, aperto Númine,
Te paſcet eſcâ Cœlitûm.

Adhuc Sacerdos, hóſtiam
Gratam Deo, nos dévove;
Undíſque merſos naúfragis,
Duc ad ſalútis líttora.

Jeſu, Sacerdos máxime,
Jugis tibi ſit glória,
Cum Patre & almo Spíritu
In ſempiterna ſécula.
Amen.

℣. Sacerdótes Sion índuam ſalutári: ℟. Et ſancti ejus exultatióne exultábunt. *Pſ.* 131.

Ad Magníficat.

Ant. 8. G. Operátus eſt bonum, & rectum, & verum coram Dómino Deo ſuo in univerſa cultúra miniſtérii domûs Dómini: fecitque, & proſperátus eſt. 2. *Paral.* 31.

Oratio, ut ſuprà ad Laudes.

Si non ſit Sacerdos,

In Solemnibus & Annualibus: Allelúia, allelúia.

℣. Timenti Dóminum benè erit in extrémis, & in die defunctiónis ſuæ benedicétur, Allelúia. *Eccli.* 1.

HYMN

TUâ beando
Miris, De
modis;
Qui dum lates
Votis amantûn
Procul remót
Tendunt man
trium,
Per vota, per
Cœlum ſalútan

Te ſola mo
frui,
Seſe necant lal
Seſe necant jeji
Et, quâ licet,
ri.

Quam, mor
férvidi
Emêre palman
Hic doctus in
Longo reporta

Æterna juſtó
Tibi beáta Tr
Sit ſumma lau
decus
In ſempiterna
Amen.

℣. Innocens
mundo corde,
cípiet benedicti
mino. *Pſ.* 23.

Ad Magní

Ant. 7. G.
Dómine, cum
miſericórdiam
cut ambulávit i
tuo in veritáte
& recto corde
Reg. 3.

*Oratio, ut ſu
des,*

OMMUNE VIRGINUM.

I I. VESPERIS.

QUid Dómini bo-
num eſt, & quid
hrum ejus,niſi frumen-
electórum, & vinum
ninans virgines? *Zach.*

nt. 6. Laudábunt, &
luent ad bona Dómini;
trà non eſúrient: tunc
bitur virgo in choro.
m. 31.
nt. 5. a. Non dicat:
e ego lignum áridum;
hæc dicit Dóminus:
tenúerint fœdus meum,
eis in domo mea lo-
Iſ. 56.
nt. 1. D. Dabo eis nó-
mélius à fíliis & filiá-
: nomen ſempiternum
o eis, quod non períbit.
;6.
nt. 7. a. Non omnes
unt verbum iſtud, ſed
us datum eſt. *Matth.* 19.
PITULUM. 1. *Cor.* 7.
Nuſquiſque próprium
donum habet ex Deo:
s quidem ſic, álius verò
Dico autem non nup-
& víduis: Bonum eſt
, ſi ſic permáneant.
duplicibus, & ſuprà:
Neſcítis quóniam cór-
a veſtra membra ſunt
iſti? membra veſtra
plum ſunt Spíritûs ſanc-
ui in vobis eſt. * Glori-
te, & † Portáte Deum
órpore veſtro. ℣. Po-
nam tabernáculum meum
in médio veſtrî: ambulábo
inter vos, & ero Deus veſ-
ter. * Glorificáte. Glória
Patri. † Portáte. 1. *Cor.* 6.
Levit. 26.

Si ſit Martyr, HYMNUS.

FEſtis læta ſonent ſídera
cántibus:
Nunc aptáte tubas, ſú-
mite tympana,
Cœtus Angélici: dícite
Vírginem,
Chriſti dícite Mártyrem.
Veſtris illa fuit débita cœ-
tibus,
Quæ mortális adhuc,
nóbilis æmula
Ut vos exprímeret, dedí-
dicit genus,
Virgo córporis ímmemor.
Sed quid cogis, amor? Fór-
titer ámbiit
Sponſo virgíneum fúnde-
re ſánguinem!
Oblíti méminit tunc be-
nè córporis,
Præclaræ sítiens necis.
Sic quâ parte minor, vos
ſuperéminet,
Immortále genus, quæ
pótuit mori,
Et per damna ſui córpo-
ris íntegram
Teſtári Dómino fidem.
Patri máxima laus, máxi-
ma Fílio,
Amborúmque ſacro má-
xima Flámini,
Per quem magnánimæ
prælia ſúſtinent,

Spreto fúnere, Vírgines.
Amen.

℣. Deus præcinxit me virtúte, ℟. Et póſuit immaculátam viam meam. *Pſ.* 17.

Ad Magníficat.

Ant. 4. *E.* Infirma mundi elégit Deus, ut confundat fórtia; ut non gloriétur omnis caro in conſpectu ejus. 1. *Cor.* 1.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Si non ſit Martyr,

HYMNUS.

Vos ô virgínei cum cítharis chori,
Agni delíciæ, pars gregis óptima,
Sponſum virgíneo progénitum ſinu
Puris tóllite láudibus.
Hæc eſt ſacra dies, óbvia quâ ſuo
Cum plena rútilans lámpade júngitur
Sponſo, ſtanſque throno próxima cóncinit
Virgo cántica Vírgini.
Solo digna Deo cónjuge, réſpuit
Mortáles thálamos: ut ſemèl óbligat
Seſe fida ſuo, quem benè déperit,
Ultrò ſe Deus óbligat.
Purum ne máculent pectus imágines,
In ſe tota ſui córporis ímmemor
Mens ſeſe récipit; nil óculi vident,
Surdis nil ſonat áuribus.
Ægro vix ſua ſunt pábula córpori,
Ardet mille modis ante diem mori:
Quidquid mors rápiet, jam ſibi præripit;
Unus ſit Deus ómnia.
Fac, ô Chriſte, tuæ Vírginis æmulos
Hâc nos ire tibi, quâ gráditur viâ:
Qui gens ſancta ſumus, móribus íntegris
Fac ſoli tibi vívere.
Da te, ſumme Pater, tóllere láudibus:
Da te, Chriſte, ſequi, láurea Vírginum:
Fac incenſa tuis, Spíritus, árdeant
Flammis frígida péctora.
Amen.

℣. Audi, filia, & vide; & inclína aurem tuam: ℟. Obliviſcere pópulum tuum, & domum patris tui. *Pſ.* 44.

Ad Magníficat.

Ant. 8. G. Complácuit Dómino in te: & gaudébit ſuper te Deus tuus. *Iſ.* 62.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 2. Ego dilecto meo; & ad me convérſio ejus. *Cant.* 7.

In fine Hymni.

¶ Æterne Sponſe Vírginum,
Jeſu tibi ſit glória,
Cum Patre, cumque Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

[*Hæc Doxologia dicitur ad omnes Horas.*]

Ad Nunc dimittis.

Ant. ℣. E. Vox dilecti mei pulſantis : Aperi mihi, ſoror mea, immaculáta mea. *Cant.* 5.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Agnum quem ſequuntur Vírgines, * Veníte, adorémus. *Apoc.* 14.

Pſ. 94. Veníte. 2.

Si ſit Martyr, HYMNUS.

VIrginum robur, Deus, atque cuſtos:
Sexus imbellis, médios per enſes,
Dum faves, quas non ſúperat viríli
Péctore mortes!

Pro tuis aris animóſa Virgo
Molle dat pœnis laceráre corpus:
Non ſuos ſentit, memor ô! tuórum,
Chriſte, dolórum.

Non graves plagæ, válidi nec ictus
Integram poſſunt violáre mentem:
Quin ſacri creſcit magis obſtinátus
Ardor amóris.

Sponſa dilecto placitúra Sponſo,
Déſpicit ruptum laniáta corpus:
Eſt ſuus truncis honor, & venuſtas
Eſt ſua membris.

Omnis à Recto fluit ille ſplendor:
Chriſte, ſic olim cruce tenſus altâ,
Obſequens Patri, lácerос placébas
Hórridus artus.

Summa laus Patri, genitóque Verbo;
Et tibi compar, utriuſque Nexus:
Fac tibi ſemper placeámus uni
Péctore mundo. Amen.

Si non ſit Martyr,

HYMNUS.

CŒleſtis aula pánditur:
En Sponſus; omnes óbviæ
Exſte ſponſo vírgini,
Exíte, ſponſæ Vírgines.

Hæc nuptiális eſt dies,
Quæ, longa poſt ſuſpíria,
Dat ómnibus, dat ſíngulis
Jam pléniùs frui Deo.

Quæ caſta vobis gáudia,
Quos afflet ignes, dícite:
Ab ore cujus púrior
Torrens voluptas éffluit?

Hunc propter unum víluit
Superba regum púrpura:
Dotáta quæ ſponſo Deo,
Quid Virgo terris ámbiat?

O virginales núptiæ,
Per quas caro fit ſpíritus!
O dulce vinclum, júngitur
Quo mens Deo, menti Deus!

Sit laus Patri, laus Fílio:
Sit par tibi laus, Spíritus,
Divína qui perénnibus
Firmas ſigillis fœdera.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

Ant. 1. Oleum effúſum nomen tuum; ídeò adoleſcéntulæ dilexérunt te. *Cant.* 1.

Ant. 3. g. Trahe me: poſt te currémus in odórem unguentórum tuórum. *Cant.* 1.

Ant. 5. a. Exultábimus & lætábimur in te; recti díligunt te. *Cant.* 1.

℣. Deus meus, impollúta via ejus: ℟. Protector eſt ómnium ſperántium in ſe. *Pſ.* 17.

Lectiones de Scriptura occurrente.

℟. *j.* Súſcipe me, Dómine, ſecundùm elóquium tuum, & vivam: * Non confundas me ab expectatióne mea. ℣. Ut Deo vivam, in fide vivo Fílii Dei qui dilexit me. * Non. *Pſ.* 118. *Galat.* 2.

℟. *ij.* Lex tua, Dómine, meditátio mea eſt: * Fiat cor meum immaculátum in juſtificatiónibus tuis, ut non confundar. ℣. Secundùm expectatiónem & ſpem meam, magnificábitur Chriſtus in córpore meo. * Fiat. *Pſ.* 118. *Philipp.* 1.

℟. *iij.* Ecce qui elongant ſe à te, Dómine, períbunt:* Mihi adhærére Deo bonum eſt, pónere in Dómino Deo ſpem meam. ℣. Qui adhæret Dómino, unus ſpíritus eſt. * Mihi. Glória Patri. * Mihi. *Pſ.* 72. 1. *Cor.* 6.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 8. *G.* In caritáte perpétua dilexi te; ídeò attraxi te, miſerans. *Jerem.* 31.

Ant. 4. *E.* Ingreſſus ſum pactum tecum, & facta es mihi. *Ezech.* 16.

Ant. 7. b. Cave nequandò oblivíſcáris pacti Dómini Dei tui, quod pépigit tecum; quia Dóminus Deus tuus, Deus æmulátor. *Deuter.* 4.

℣. Concupiſcet rex decórem tuum; ℟. Quóniam ipſe eſt Dóminus Deus tuus. *Pſ.* 44.

Lectiones, ut in Proprio.

℟. *iv.* Sponſábo te mihi in ſempiternum:* Et ſponſábo te in juſtítia & judício, & in miſericórdia, & in miſeratiónibus. ℣. Sectáre juſtítiam, pietátem, fidem, caritátem, patiéntiam, manſuetúdinem. *Et ſponſábo. *Oſ.* 2. 1. *Tim.* 6.

℟. *v.* Scient quia ego dilexi te: * Tene quod habes, ut nemo accípiat corónam tuam. ℣. Dedi corónam decóris in cápite tuo: & profeciſti in regnum, quia perfecta eras in decóre meo. *Tene. *Apoc.* 3. *Ezech.* 16.

℟. *vj.* Pone me ut ſignáculum ſuper cor tuum, ut ſignáculum ſuper bráchium tuum; * Quia † Fortis eſt ut mors diléctio. ℣. Neque inſtántia, neque fortitúdo, neque creatúra ália póterit ſeparáre à caritáte Dei; *Quia. Glória Patri. † Fortis eſt. *Cant.* 8. *Rom.* 8.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 6. Grátia cum ómnibus qui díligunt Dóminum noſtrum Jeſum Chriſ-

in incorruptióne.
6.
, 3. a. Incorrúptio
:ſſe próximum Deo.
.
, 1. a. Omnis ponde-
ıon eſt digna conti-
ánimæ. Eccli. 26.
3eáti immaculáti in
℟. Qui ámbulant in
)ómini. Pſ. 118.
:ngelium & Homilia,
ʼroprio.
ıij. O quàm pulchra
ta generátio cum cla-
! * Immortális eſt
nemória illíus; quó-
& apud Deum nota
& apud hómines. ℣.
o munda apud Deum
rem hæc eſt, imma-
m ſe cuſtodíre ab hoc
. * Immortális. Sap.
. 1.
viij. Felix eſt ſtérilis;
ıcoinquináta habébit
m in reſpectióne ani-
n ſanctárum. ℣. Deus
: iis qui ſecúndùm pa-
ım boni óperis incor-
nem quærunt, vitam
ım; * Et incoinqui-
Sap. 3. Rom. 2.
ix. Dábitur illi ſors
nplo Dei acceptíſſi-
* Bonórum enim la-
ı gloriósus eſt fructus,
e non cóncidat radix
tiæ. ℣. Beáti mundo
, quóniam ipſi Deum
ınt. * Bonórum. Gló-
tri. * Bonórum. Sap.
tth. 5.
Te Deum.

℣. Sacerd. Cantábo tibi, Dómine: ℟. Pſallam, & intélligam in via immaculáta. Pſ. 100.

AD LAUDES.

Ant. 1. g. Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum ad aréolam arómatum, ut lília cólligat. Cantic. 6.

Ant. 5. a. Invéni quem díligit ánima mea: ténui eum, nec dimittam. Cant. 3.

Ant. 2. Ego dilecto meo, & diléctus meus mihi, qui páſcitur inter lília. Cant. 6.

Ant. 6. Diléctus meus ordinávit in me caritátem: fulcíte me flóribus, ſtipáte me malis. Cant. 2.

Ant. 3. a. Sub umbra illíus quem deſideráveram, ſedi; & fructus ejus dulcis gútturi meo. Cant. 2.

CAPITULUM. Sap. 8.

Scivi quóniam áliter non poſſem eſſe cóntinens, niſi Deus det; & hoc ipſum erat ſapiéntiæ, ſcire cujus eſſet hoc donum.

Si ſit Martyr,

HYMNUS.

Quid ſacram, Virgo,
generóſa Martyr,
Ambiunt frontem dúplices corónæ?
Nempè non unum gémino reportas
Hoſte triumphum.
Móllior fregit neque te voluptas;
Impotens flexit neque te tyrannus:
Tu graves pœnas, pa-

riterque blandos
Vincis amóres.
Líliis Sponſus récubat, roſiſque:
Tu, tuo ſemper benè fida Sponſo,
Et roſas martyr, ſimul & dediſti
Lília virgo.
Summa laus Patri, genitóque Verbo;
Et tibi compar, utriuſque Nexus:
Fac tibi ſemper placeámus uni
Péctore mundo. Amen.

℣. Hæréditas immaculatórum in æternum erit: ℟. Non confundentur in témpore malo. *Pſ.* 36.

Ad Benedictus.

Ant. 5. C. Factus eſt Dóminus firmamentum meũ: liberávit me, quia complácui ei: ſecundùm mundítiam mánuum meárum reddet mihi. 2. *Reg.* 22.

Oratio.

DEus, qui inter cétera potentiæ tuæ mirácula, étiam in ſexu frágili victóriam martyrii contuliſti; concéde propítius, ut qui beátæ *N.* Vírginis & Mártyris tuæ natalítia cólimus, per ejus ad te exempla gradiámur; Per.

Alia Oratio.

OMnípotens, ſempiterne Deus, cujus múnere beáta *N.* virginitátis & martyrii palmam adepta eſt: da nobis ejus précibus, ita córporis ac mentis ſerváre puritátem, ut nec blandítiis carnis, nec malórum acerbitáte vincámur; Per.

Si non ſit Martyr,

HYMNUS.

NOn vana dilectum gregem
Pavêre mundi gáudia,
Nec pura fallax péctora
Imágo luſit ſéculi.
Sed hæc tuárum própria
Sunt, Chriſte, ſponſárum bona,
Te ſemper, & tecum tuis
In te potíri gáudiis.
Caſtis viciſsim tu tibi
In córdibus thorum ſtruis;
Interque flammas íntimo
Amans quieſcis in ſinu.
Hic unus eſt ſponſis amor,
Unuſque tecum ſpíritus;
Beaſque ſponſus ſíngulas,
Inteque transformas, Deus.
Te deprecámur ſúpplices,
Noſtris ut addas ſénſibus,
Neſcíre prorsùs ómnia
Corruptiónis vúlnera.
Sit laus Patri, laus Fílio:
Sit par tibi laus, Spíritus;
Divína qui perénnibus
Firmas ſigillis fœdera.
Amen.

℣. Sitívit in te ánima mea: ℟. Quàm multiplíciter tibi caro mea! *Pſ.* 62.

Ad Benedictus.

Ant. 7. G. Exultábit ánima mea in Deo meo; quia índuit me veſtimentis ſalútis, quaſi ſponſam ornátam monílibus ſuis. *Iſaiæ* 61.

Oratio.

DEus, qui habitáculum tuum in corde pudíco conſtituiſti: concéde, ut qui fidélis ſponſæ tuæ *N.* puritátem húmili venerámur obſéquio, piæ converſatiónis exemplo ſequámur; Per.

Alia Oratio.

FIdéles tuos, quæſumus, Dómine, intercedente beátâ *N.* Vírgine tuâ, córpore & mente puríſica; ut tuâ inſpiratióne compuncti, & tuâ ſemper ſuavitáte affecti, nóxias delectatiónes vitáre præváleant; Per.

AD PRIMAM.

Ant. 1. g. Dilectus meus. *In* ℟. *br.* ℣. Quem ſequuntur * vírgines. *Apoc.* 14.

AD TERTIAM.

Ant. 5. a. Invéni.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 7.

DE virgínibus præceptum Dómini non hábeo; consílium autem do, tanquàm miſericórdiam conſecútus à Dómino, ut ſim fidélis.

℟. *br.* Lætétur mons Sion: * Exultent fíliæ Judæ. Lætétur. ℣. Propter judícia tua, * Dómine, * Exultent. Glória Patri. Lætétur. *Pſ.* 47.

℣. Audívit, & lætáta eſt Sion; ℟. Et exultavérunt fíliæ Judæ. *Pſ.* 96.

AD SEXTAM.

Ant. 2. Ego.

CAPITULUM. 1. *Cor.* 7.

MUlier innupta, & virgo cógitat quæ Dómini ſunt, ut ſit ſancta córpore & ſpíritu: quæ autem nupta eſt, cógitat quæ ſunt mundi, quómodò pláceat viro.

℟. *br.* Quid mihi eſt in cœlo? * Et à te quid vólui ſuper terram? Quid. ℣. Deus cordis mei, * & pars mea Deus in ætérnum.* Et. Glória Patri. Quid. *Pſ.* 72.

℣. Concupiſcit, & déficit ánima mea in átria Dómini: ℟. Cor meum & caro mea exultavérunt in Deum vivum. *Pſ.* 83.

AD NONAM.

Ant. 3. a. Sub umbra.

CAPITULUM. 2. *Cor.* 11.

ÆMulor vos Dei æmulatióne: deſpondi enim vos uni viro vírginem caſtam exhibére Chriſto.

℟. *br.* Afferentur Regi vírgines * In lætítia & exultatióne. Afferentur Regi vírgines. ℣. Adducentur * in templum Regis, * In lætítia. Glória Patri. Afferentur.

℣. Delectavérunt te fíliæ regum, ℟. In honóre tuo. *Pſ.* 44.

AD II. VESPERAS.

Ant. VIrgines accipientes 4. *D.* lámpades ſuas, exiérunt óbviam ſponſo & ſponſæ. *Matth.* 25.

Ant. 3. a. Prudentes ag-

cepérunt óleum in vaſis ſuis cum lampádibus, & ornavérunt lámpades ſuas. *Matth.* 25.

Ant. 7. d. Médiâ nocte clamor factus eſt: Ecce ſponſus venit, exíte óbviàm ei. *Matth.* 25.

Ant. 2. Venit ſponſus; & quæ parátæ erant, intravérunt cum eo ad núptias. *Matth.* 25.

Ant. 1. D. Vírgines ſequuntur Agnum quocumquè ierit: ſine mácula enim ſunt ante thronum Dei. *Apoc.* 14.

CAPITULUM. *Apoc.* 19.

REgnávit Dóminus Deus noſter omnípotens: gaudeámus, & exultémus, & demus glóriam ei; quia venérunt núptiæ Agni, & uxor ejus præparávit ſe.

In Solemnibus & Annualibus: Allelúia, allelúia.

℣. Cantábant vírgines quaſi cánticum novum ante ſedem Dei & Agni. Allelúia. *Apoc.* 14.

Si ſit Martyr,

HYMNUS.

ADeſte, Sponſæ Vírgines,
Chriſti gregis, pars óptima:
O vos, furóris víctimæ,
O vos, amóris hóſtiæ.

Adeſte, ſolemnis dies
Hæc conſecráta Vírgini,
Quæ dúplicem geſtat ſuo
Tinctam cruóre laúream.

Inter choros cantántium
Agno litáto Vírginum,
Hæc jure fuſi ſánguinis
Virgo ſedet non última.

Quæ córpori pœnæ nocent,
Illas amans ampléctitur;
His nempè pœnis líbera
Mortále corpus éxuit.

Amat roſas & lília
Sponſus rubens & cándidus;
Martyr dedit Sponſo roſas,
Dedítque Virgo lília.

Sit laus Patri, laus Fílio,
Sit par tibi laus, Spíritus,
Qui corda pura Vírginum
Puris adúris ígnibus.
Amen.

℣. Conféſſio & pulchritúdo in conſpectu Dei:
℟. Sanctimónia & magnificéntia in ſanctificatióne ejus. *Pſ.* 95.

Ad Magníficat.

Ant. 8. *G.* Caſta generátio in perpétuum coronáta triumphat, incoinquinatórum certáminum præmium vincens. *Sap.* 4.

Oratio, ut ſuprà ad Laudes.

Si non ſit Martyr,

HYMNUS.

O Virgo, pectus cui ſacrum,
Amóris expers ímprobi,
Intùs ſuis ardóribus
Sanctus peruſſit Spíritus!

Non te voluptas dúlcibus
Fallax venénis móllíit,
Solas amantem pérſequi
Cœleſtis Agni núptias.

Sic ille natus Vírgine
Suo decóre céperat,
Ut ejus ardens ígnibus

dána cuncta témneres.
áta cui nunc, Cœlí-
tûm
canéntium choros,
licet perénnibus
ſi potíri gáudiis.
erne ſponſe Vírginum,
, tibi ſit glória
Patre, cumque Spí-
itu,
mpiterna ſécula.
Amen.

℣. Vírgines laudent nomen Dómini; ℟. Quia exaltátum eſt nomen ejus ſolíus. *Pſ.* 148.

Ad Magníficat.

Ant. 1. f. In reſurrectióne neque nubent, neque nubentur; ſed erunt ſicut Angeli Dei in cœlo. *Matth.* 22.

Oratio, ut ſuprà ad Laudes.

MMUNE SANCTARUM MULIERUM.

I. VESPERIS.

DOmine, qui habes ómnium ſcién-, tu ſcis quòd nunlætáta ſit ancilla tua n te, Dómine Deus. r 14.

t. 2. Ad te, Dómine, s meos dírigo: tu ſcis mundam ſervávi ánimeam ab omni concéntia. *Tob.* 3.

t. 8. c. Nunquàm cum tibus miſcui me; neum his qui in levitáte lant, partícipem me ſi. *Tob.* 3.

. 3. a. Dómine Pater, deſidérium averte à & ánimæ irreverenti runítæ ne tradas me. 23.

. 5. C. Adjuva me ánı tuam, nullum áliud um habentem, niſi Dómine, qui noſti quia óderim glóriam iniquórum. *Eſther* 14.

CAPITULUM. *Epheſ.* 5.

RElinquet homo patrem, & matrem ſuam, & adhærébit uxóri ſuæ; & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum eſt; ego autem dico in Chriſto & in Eccléſia. Verúmtamen & vos ſinguli unuſquiſque uxórem ſuam ſicut ſeipſum díligat; uxor autem tímeat virum ſuum.

In Duplicibus, & ſuprà:

℟. Virum, Dómine, cum timóre tuo, non cum libídine mea conſenſi ſuſcípere: * Sit nomen tuum, Deus Iſraël, benedictum in ſécula. ℣. Non vocávit nos Deus in immundítiam, ſed in ſanctificatiónem. * Sit. Glória. * Sit. *Tob.* 3. 1. *Theſſ.* 4.

HYMNUS.

AD núptias Agni Pater
Matres & innuptas vocat:
O te beátam, cui thorus
Interque ſponſas ſors datur!
Lex nuptiárum cáritas;
Dos magna, paupertas, tibi,
Calcáre falláces opes,
Cadúca corde ſpérnere.
Te multus oblectat labor,
Fuſæque jejúnam preces:
Te pœnitentem lácrymæ:
Te cura páuperum juvat.
Quacumquè confixam ſibi,
Per probra ſponſam, per cruces
Trahit Magiſter; & ſequi
Deſpecta gaudes, & pati.
Beáta quæ ſponſo Deo
Caſtis adhæret vínculis:
Sic corpus unum póſſumus,
Sic unus eſſe ſpíritus.
Hoc præſtet almo cum Patre,
Natóque nobis Spíritus,
Qui trinus ac unus Deus
Regnat per omne ſéculum.
Amen.

Si ſit Martyr, ℣. Factus es ſpes mea, Dómine: ℟. Turris fortitúdinis à fácie inimíci. *Pſ.* 60.

Ad Magníficat.

Ant. 4. d. Deus cœlórum, exaudi me deprecantem, & de tua miſericórdia præſumentem; ut gentes agnoſcant quia tu es Deus, & non eſt álius præter te. *Judith* 9.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

Si non ſit Martyr, ℣. Averte óculos meos, ne vídeant vanitátem: ℟. In via tua vivífica me. *Pſ.* 118.

Ad Magníficat.

Ant. 1. A. Exultávit cor meum in Dómino, & dilatátum eſt os meum; quia lætáta ſum in ſalutári tuo. 1. *Reg.* 2.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

AD COMPLETORIUM.

Ant. 2. Guſtávit, & vidit quia bona eſt negotiátio ejus: non extinguétur in nocte lucerna ejus. *Prov.* 31.

Doxologia, ¶ Divína proles féminæ, *ut infrà ad Off. Noct.*

Ad Nunc dimittis.

Ant. 1. D. Indue te decóre ſempiternæ glóriæ; Deus enim oſtendet ſplendórem ſuum in te. *Baruch* 5.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Deum in quo ſperant ſanctæ mulíeres, * Veníte, adorémus. 1. *Petr.* 3.

Pſ. 94. Venite 2.

HYMNUS.

ADeſte, ſanctæ Cónjuges;
En illa fortis Fémina,
Ornáta quæ virtútibus
Inter triumphat Cœlites.
Blandos ut hoſtes vínceret,
Hanc fortitúdo véſtiit:
Ut proſit intuéntibus,
Cœleſtis ornávit decor.
Non vana pompa ſéculi
Senſus fefellit, nec malis
Gliſcens voluptas ártibus
Viríle pectus mólliit.
Non illa luxu véſtium,
Non crine torto ſplénduit;

itens ſed ſímplice ,
acebat móribus.
ɔ ſerénis vúltibus
virtus ócculit :
Vidéri , ne ſuum ,
ɔdit, amittat decus.
ıda cœleſti cibo ,
udébat lítteris ;
frequens , ſed ſé-
ı
ad curam domûs.
ſna proles féminæ,
bi ſit glória ,
tre , cumque Spí-

per omne ſéculum.
:n.

N O C T U R N O.

, a. Inítium ſapién-
r Dómini, & cum
minis gráditur. *Ec-*

:. Sápiens múlier
domum : múlier
invéniet glóriam,
.
;. *a.* Pars bona ,
ona : in parte ti-
Deum dábitur.
.
ʟ Dei ejus in corde
ʟ. Et non ſupplan-
greſſus ejus. *Pſ.* 36.
es de Scriptura oc-

Mulíerem fortem
niet ? Procul &
s fínibus prétium
Confídit in ea cor
reddet ei bonum ,
nalum , ómnibus
itæ ſuæ. ℣. Vir
: glória Dei eſt :
tem glória viri eſt.

* Confídit *Prov.* 31. 1. *Cor.* 11.

℟. *ij.* Grátia mulíeris ſé-dulæ delectábit virum ſuum: * Diſciplína illíus datum Dei eſt. ℣. Quæ fílios aut nepótes habet , diſcat do-mum ſuam régere ; hoc enim acceptum eſt coram Deo. * Diſciplína. *Eccli.* 26. 1. *Tim.* 5.

℟. *iij.* Grátia ſuper grá-tiam ; mulier ſancta & pu-doráta : * Fundamenta æ-terna ſuprà petram ſólidam, mandáta Dei in corde mu-líeris ſanctæ. ℣. venérunt flúmina , & flavérunt venti; & irruérunt in domum , & non cécidit ; fundáta enim erat ſuper petram. * Fun-damenta. Glória. * Funda-menta. *Eccli.* 26. *Matth.* 7.

IN II. NOCTURNO.

Ant. 4. E. Deprecabátur Dóminum , dicens : Dó-mine mi , qui rex noſter es ſolus , ádjuva me , cujus præter te nullus eſt auxiliá-tor álius. *Eſther* 14.

Ant. 5. a. Oſtende quó-niam non derelinquis præ-ſumentes de te ; & præſu-mentes de ſe , & de ſua vir-túte gloriantes humílias. *Judith* 6.

Ant. 6. In conſílium eó-rum non véniat ánima mea , & in cœtu illórum non ſit glória mea. *Geneſ.* 49.

℣. Non habitábit in mé-dio domûs meæ , qui facit ſupérbiam : ℟. Qui lóqui-tur iníqua , non direxit in

conſpectu oculórum meórum. *Pſ.* 100.

Lectiones, ut in Proprio.

℟. *iv.* Miſericórdia tua, Dómine, ante óculos meos eſt; & * Complácui in veritáte tua: non ſedi cum concílio vanitátis. ℣. Quæ participátio juſtítiæ cum iniquitáte? * Complácui. *Pſ.* 25. 2. *Cor.* 6.

℟. v. Dilexi, Dómine, mandáta tua ſuper aurum & topázion; * Proptéreà ad ómnia mandáta tua dirigébar: omnem viam iníquam ódio hábui. ℣. Non in abundántia cujuſquam vita ejus eſt ex his quæ póſſidet. * Proptéreà. *Pſ.* 118. *Luc.* 12.

℟. *vj.* Ego in Dómino ſperávi: * Exultábo & lætábor in miſericórdia tua; † Quóniam reſpexiſti humilitátem meam, ſalvaſti de neceſſitátibus ánimam meam. ℣. Ubi Spíritus Dómini, ibi libertas. * Exultábo. Glória Patri. † Quóniam. *Pſ.* 30. 2. *Cor.* 3.

IN III. NOCTURNO.

Ant. 7. d. Tu glória Jeruſalem, tu lætítia Iſraël, tu honorificéntia pópuli noſtri. *Judith* 15.

Ant. 8. G. Benedicta es à Dómino; ſcit enim omnis pópulus mulíerem te eſſe virtútis. *Ruth* 3.

Ant. 5. C. Gaudébit ſuper te Dóminus in lætítia, ſilébit in dilectióne ſua, exultábit ſuper te in laude. *Soph.* 3.

℣. Benedícat te Dóminus ex Sion; ℟. Et vídeas bona Jerúſalem ómnibus diébus vitæ tuæ. *Pſ.* 127.

Evangelium & Homilia, ut in Proprio.

℟. *vij.* Multæ fíliæ congregavérunt divítias, tu ſupergreſſa es univerſas. * Fallax grátia, & vana eſt pulchritúdo: mulier timens Dóminum, ipſa laudábitur. ℣. In incorruptibilitáte modeſti ſpíritûs, qui eſt in conſpectu Dei lócuples, ſanctæ mulíeres ornábant ſe. * Fallax. *Prov.* 31. 1. *Petr.* 3.

℟. *viij.* Feciſti viríliter, & confortátum eſt cor tuum, eò quòd caſtitátem amáveris: * Ideò & manus Dómini confortávit te, & ideò eris benedicta in ætérnum. ℣. O múlier, magna eſt fides tua: * Ideò. *Judith* 15. *Matth.* 15.

℟. *ix.* Omnia quæ locúta es, vera ſunt; & non eſt in ſermónibus tuis ulla reprehénſio: * Nunc ergo † Ora pro nobis, quóniam múlier ſancta es, & timens Deum. ℣. Fides tua te ſalvam fecit. * Nunc. Glória. † Ora. *Judith* 8. *Luc.* 7.

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Glorificábo nomen tuum in ætérnum; ℟. Quia miſericórdia tua magna eſt ſuper me. *Pſ.* 85.

L A U D E S.

Icut ſol óriens mundo in altíſſimis Dei,
eris bonæ ſpécies in
ntum domûs ejus.
.6.

2. Múlier fortis
: virum ſuum ; &
itæ illíus in pace
t. *Eccli.* 26.

3. g. Múlier ſenſá-
tácita : non eſt im-
erudítæ ánimæ.
6.

4. a. Os ſuum apé-
iéntiæ, & lex cle-
in lingua ejus. *Prov.*

. a. Non diſcedébat
lo, jejúniis & obſe-
bus sérviens nocte
Luc. 2.

ULUM. 1. *Petr.* 3.

eres ſúbditæ ſint vi-
ſuis ; ut & ſi qui
dunt verbo, per
n converſatiónem
o lucriſiant, con-
s in timóre caſtam
tiónem veſtram.

Y M N U S.

t Deo quæ Fémina,
re fruſtrà cógitat :
igos hæc ſúblevat,
ditur præcónibus.
ſe quærit ómni-
,
neſtis ánxia ;
cuſtos vírginum,
mater órphanis.
s latentem vílibus
fovébat hóſpi-
:

Quas dura ſubtraxit ſibi,
Opes refundit pródiga.
Pacem domi, pacem foris
Alto colit ſilentio :
Lites amat compónere,
Ut una mens ſit ómnibus.
¶ Divína proles féminæ,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre, cumque Spíritu,
Nunc & per omne ſéculum.
Amen.

[*Hæc Doxologia dicitur ad omnes Horas.*]

Si ſit Martyr, ℣. Adhæſit ánima mea poſt te, Deus meus : ℟. Me ſuſcépit déxtera tua. *Pſ.* 62.

Ad Benedictus.

Ant. J. Invocávi Dóminum Patrem Dómini mei, ut non derelinquat me in die tribulatiónis meæ ; & exaudíta eſt orátio mea. *Eccli.* 51.

Oratio.

DEus, cujus grátiâ virtus in infirmitáte perfícitur : largíre nobis beátæ *N.* Mártyris tuæ paſſiónem recoléntibus ; ut quæ à te accépit ut vínceret, à te quoque vincendi grátiam nobis obtíneat ; Per.

Si non ſit Martyr, ℣. Humiliábam ánimam meam. ℟. Et orátio mea in ſinu meo convertétur. *Pſ.* 34.

Ad Benedictus.

Ant. 6. Orátio humiliantis ſe nubes penetrávit ; & non diſcédet, donec Altíſſimus aſpíciat. *Eccli.* 35.

Oratio.

TUórum corda fidélium, Deus miserátor, illuſtra: & beátæ *N.* précibus ac méritis, fac nos terréna deſpícere, & amáre cœléſtia; Per.

Si ſit Vidua, Oratio.

DEus, in quem ſperat omnis ánima quæ longè à te éxulans in terris ſe verè víduam ſentit ac deſolátam: tríbue nobis, quæſumus, ut exémplo beátæ *N.* nocte ac die obſecratiónibus & oratiónibus inſtantes, cœléſtium conſolatiónum mereámur eſſe partícipes; Per.

AD PRIMAM.

Ant. 1. a. Sicut ſol.

In ℟. *br.* ℣. Cui miniſtravérunt * ſanctæ mulíéres. *Luc.* 8.

AD TERTIAM.

Ant. 2. Múlier fortis.

CAPITULUM. *Epheſ.* 5.

MUlíeres viris ſuis ſúbditæ ſint, ſicut Dómino; quóniam vir caput eſt mulíeris, ſicut Chriſtus caput eſt Eccléſiæ: ipſe ſalvátor córporis ejus.

℟. *br.* Doce me fácere voluntátem tuam, * Quia Deus meus es tu. Doce me. ℣. Spíritus tuus bonus * dedúcet me, Quia. Glória Patri. Doce me. *Pſ.* 142.

℣. Ab omni via mala prohíbui pedes meos; ℟. Ut cuſtódiam verba tua. *Pſ.* 118.

AD SEXTAM.

Ant. 3. g. Múlier.

CAPITULUM. 1. *Tim.* 2.

MUlier in ſiléntio diſcat cum omni ſubjectióne. Docére autem mulíeri non permitto, neque dominári in virum, ſed eſſe in ſiléntio.

℟. *br.* Cuſtódiam vias meas, * Ut non delinquam in língua mea. Cuſtódiam. ℣. Póſui ori meo * cuſtódiam, * Ut non. Glória Patri. Cuſtódiam. *Pſ.* 38.

℣. Apud me orátio Deo vitæ meæ: ℟. Dicam Deo, Suſceptor meus es. *Pſ.* 41.

AD NONAM.

Ant. 5. a. Non diſcedébat.

CAPITULUM. 1. *Tim.* 2.

VOlo oráre mulíeres in hábitu ornáto, cum verecúndia & ſobrietáte ornantes ſe, & non in tortís crínibus, aut auro, aut margarítis, vel veſte pretióſâ; ſed quod decet mulíeres, promittentes pietátem per ópera bona.

℟. *br.* Expectávi Dóminum, * Et intendit mihi. ℣. Expectávi. ℣. Et exaudívit * preces meas, * Et. Glória Patri. Expectávi. *Pſ.* 39.

℣. Veníte, & vidéte ópera Dei, ℟. Qui póſuit ánimam meam ad vitam. *Pſ.* 65.

AD II. VESPERAS.

Ant. 1. IN ancilla ſua adimplévit Dóminus miſericórdiam ſuã. *Judith* 13.

4. E. Erat hæc in
us famoſíſſima, quó-
timébat Dóminum
, nec erat qui loque-
de illa verbum ma-
udith 8.
7. ç. Conſiderávit
s domûs ſuæ, & pa-
tióſa non comédit.
31.
1. D. Fílios educá-
ſpítio recépit, ſanc-
pedes lavit, tribula-
patiéntibus ſubmi-
it, omne opus bo-
ſecúta eſt. 1.*Tim*.5.
6. Surrexérunt fílii
& beatíſſimam præ-
unt : vir ejus, &
t eam. *Prov*. 31.
ULUM. 1. *Tim*. 2.
lier ſalvábitur per fi-
órum generatiónem,
ánſerit in fide, & di-
:, & ſanctificatióne
brietáte.
lemnibus & Annua-
Allelúia, allelúia.
ſum, ego ſum, quæ
o canam : pſallam
o Deo Iſraël. Alle-
dic. 5.
YMNUS.
n beáta, quæ ſuo
ndem ſolúta cór-
e,
perennióribus
o conjúngitur !
uos gradus cœlum
it,
vos omnes docet,
jugáli vínculo ;
Et vos ſolútæ Cónjuges.
Inſignis & nos Féminæ
Sequi decet veſtígia,
Magnum vel ipſis quæ fuit
Virtútis exemplum viris.
Queis arſit illa, fac,
Deus,
Flagrémus & nos ígnibus ;
Eóque, quo te vis coli,
Amóre fac mens te colat.
Divína proles féminæ,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre, cumque Spí-
ritu,
Nunc & per omne ſǽculum.
Amen.
Si ſit Martyr, ℣. Ví-
deant qui odérunt me, &
confundantur ; ℟. Quó-
niam, tu Dómine, adju-
viſti me. *Pſ*. 85.
Ad Magníficat.
Ant. 3. a. Confitébor
nómini tuo, Dómine; quó-
niam adjútor & protector
factus es mihi, & liberaſti
corpus meum à perditióne.
Eccli. 51.
Oratio, ut ſuprà ad Laudes.
Si non ſit Martyr, ℣. Anima
mea Dómino vivet : ℟. Et
ſemen meum ſérviet ipſi.
Pſ. 21.
Ad Magníficat.
Ant. 5. C. Fortitúdo &
decor indumentum ejus :
date ei de fructu mánuum
ſuárum ; & laudent eam in
portis ópera ejus. *Prov*.
31.
Oratio, ut ſuprà ad Laudes.

IN ANNIVERSARIO DEDICATIONIS ECCLESIÆ.

SOLEMNE-MAJUS.

(*Ipſo die Dedicationis*, *ANNUALE.*)

IN I. VESPERIS.

Pſalmi de Feria.

Ant. 1. D. Cernitis quòd Dóminus Deus veſter vobiſcum ſit : præbéte ígitur corda veſtra, ut quærátis Dóminum ; & conſúrgite, & ædificáte ſanctuárium Dómino. 1. *Paral.* 22.

Ant. 7. *d.* Domus quam ædificári volo Dómino, talis eſſe debet, ut in cunctis regiónibus nominétur ; præparábo ergo ei neceſſária. 1. *Paral.* 22.

Ant. 5. C. Magnus eſt Deus noſter ſuper omnes deos : quis ergo póterit prævalére, ut ædíficet dignam Deo domum ? 2. *Paral.* 2.

Ant. 6. Si cœlum & cœli cœlórum cápere eum néqueunt, quantus ego ſum, ut poſſim ædificáre ei domum ? 2. *Paral.* 2.

Ant. 3. a. Dóminus Deus cœli ipſe præcépit mihi ut ædificárem ei domum. 1. *Eſdr.* 1.

CAPITULUM. *Agg.* 1.

HÆc dicit Dóminus exercítuum : Pónite corda veſtra ſuper vias veſtras : aſcéndite in montem, portáte ligna, & ædificáte domum ; & acceptábilis mihi erit, & glorificábor, dicit Dóminus.

℟. Cuncta, Dómine, quæ in cœlo ſunt & in terra, tua ſunt ; & quæ de manu tua accépimus, dédimus tibi : * Dómine Deus noſter, † Omnis hæc cópia quam parávimus, ut ædificarétur domus nómini ſancto tuo, de manu tua eſt. ℣. Quis prior Dómino dedit, & retribuétur ei ? Ex ipſo ſunt ómnia ; ipſi glória in ſécula. * Dómine. Glória. † Omnis. 1. *Paral.* 29. *Rom.* 11.

HYMNUS.

QUiſquis ô ! ſacram próperas ad ædem,
Dírigat greſſus piétas fideſque ;
Regis hæc regum Domus, & Tonantis
Altera Sedes.
Cujus in cœlo thronus eſt perennis,
Parva vult terris habitáre tecta :
Incapax claudi, latet hoſpes, arcto

Clauſus in orbe.
Non malos ultor venit inter ignes,
Non nigrâ nimbi tonat è procellâ:
Nec minùs credas plácido verenda
Númine templa.

Quid vetus fluxit cruor hoſtiárum?
Prístinæ ceſſent holocauſta legis:
Ipſe libámen Deus, & Sacerdos,
Se litat aris.

Quid venis, audax? procul hinc profánus;
Sancta ni fletûs lavet unda crimen.
Munda quàm multis jubet eſſe mundum
Vócibus ædes!

Quæ tibi fumant, Deus alme, templis,
Thura, jucundo pláceant odóre;
Et pluant pingues reſolúta lætis
Núbibus imbres.
Amen.

℣. Fundátur exultatióne univerſæ terræ mons Sion: ℟. Deus in dómibus ejus cognoſcétur. *Pſ.* 47.

Ad Magníficat.

Ant. 4. d. Domus mea ædificábitur in Jerúſalem; & conſolábitur adhuc Dóminus Sion, & éliget adhuc Jerúſalem. *Zach.* 1.

Oratio, ut infrà ad Laudes.

[*Si ſit Dominica, ſit Commemoratio Dominicæ occurrentis in utriſque Veſperis & Laudibus.*]

AD COMPLETORIUM.

Pſalmi de Feria.

Ant. 6. Sint óculi tui aperti ſuper domum hanc noͨte ac die, Dómine, ut exáudias deprecatiónem pópuli tui. 3. *Reg.* 8.

Doxologia, qui nos tibi templum facis, *ut infrà ad Horas.*

Ad Nunc dimittis.

Ant. 5. a. Implébo domum iſtam glóriâ, & in loco iſto dabo pacem. *Agg.* 2.

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Dóminum in templo ſancto ſuo, * Veníte, adorémus. *Habac.* 2.

Pſ. 94. Veníte. 2.

HYMNUS.

Ecce ſedes hìc Tonantis;
Ecce cœli jánua:
Hìc Sacerdos, ara, templum,
Hìc Deus fit hóſtia;
Incruentâ morte, jugis
Hìc amor litat Deum.

Qualis ara, quanta ſedes,
Ipsíus capax Dei!
Quem nec univerſa terra,
Omne nec cœlum capit,
Orbe parvo ſe coarctans
Hìc latére ſúſtinet.

Quàm libentèr hìc pudícis
Inſerit ſe córdibus!
Hìc amantis tota Chriſti
Exerit ſe cáritas;
Hìc Pater caros ſedére
Geſtit inter fílios.

Hinc faceſſe, quem profána

Pólluit contágio ;
Neu ſacrum transíre límen
Inquinátus aúdeas :
Ultor aſtat cum flagellis,
Púniens ſontes Deus.
Sit perennis laus Parenti;
Sit perennis Fílio :
Laus tibi, qui nectis ambos,
Sit perennis, Spíritus,
Chriſma cujus nos inungens,
Viva templa cónſecrat.
Amen.

IN I. NOCTURNO.

In Pſalm. Verba mea. *p.* 85. *Ant.* 6. Salvábit Dóminus Deus gregem pópuli ſui, quia lápides ſancti elevabuntur ſuper terram ejus. *Zach.* 9.

In Pſ. Dómini eſt terra. 63. *Ant.* 7. *d.* Glória Líbani véniet ad ornandum locum ſanctificátiónis meæ, & locum pedum meórum glorificábo. *Iſ.* 60.

In Pſ. Júdica me, Dómine. 68. *Ant.* 2. Dabo ſanctificatiónem meam in médio eorum, & erit tabernáculum meum in eis. *Ezech.* 37.

℣. Lætátus ſum in his quæ dicta ſunt mihi : ℟. In domum Dómini íbimus. *Pſ.* 121.

De libro ſecundo Paralipómenon.

Lectio j. Cap. 7.

CUm compleſſet Sálomon fundens preces, ignis deſcendit de cœlo, & devorávit holocauſta & víctimas : & majeſtas Dómini implévit domum ; nec póterant ſacerdótes íngredi templum Dómini, eò quòd impleſſet majeſtas Dómini templum Dómini. Sed & omnes filii Iſraël vidébant deſcendentem ignem, & glóriam Dómini ſuper domum : & corruentes proni in terram ſuper pavimentum ſtratum lápide, adoravérunt & laudavérunt Dóminum : Quóniam bonus, quóniam in ſéculum miſericórdia ejus. Rex autem & omnis pópulus immolábant víctimas coram Dómino. Mactávit ígitur rex Sálomon hóſtias; boum viginti duo míllia, aríetum centum viginti míllia : & dedicávit domum Dei rex, & univerſus pópulus.

℟. Non manſi in domo uſque ad diem hanc, dicit Dóminus ; ſed fui ſemper in tentório manens cum omni Iſraël : * Nunc ígitur dedi locum pópulo meo ; plantábitur, & ultrà non commovébitur. ℣. Tabernáculum teſtimónii fuit cum pátribus in deſerto uſque in diébus David ; Sálomon autem ædificávit Dómino domum : * Nunc. 1. *Paral.* 17. *Act.* 7.

Lectio ij.

SAcerdótes autem ſtabant in offíciis ſuis : & Levítæ in órganis cárminum Dómini, quæ fecit David

tes ad laudandum Dómi-
num : Quóniam in ætérnum miſericórdia ejus ; hymnos David canentes per manus ſuas. Porrò ſacerdótes canébant tubis ante eos, cunctuſque Iſraël ſtabat. Sanctificávit quoque Sálomon médium átrii ante templum Dómini : obtúlerat enim ibi holocauſta & ádipes pacificórum ; quia altáre æneum quod fécerat, non póterat ſuſtinére holocauſta & ſacrifícia & ádipes. Fecit ergo Sálomon ſolemnitátem in témpore illo ſeptem diébus ; & omnis Iſraël cum eo, ecclésia magna valdè, ab intróitu Emath uſque ad torrentem Ægypti. Fecitque die octávo collectam, eò quòd dedicaſſet altáre ſeptem diébus, & ſolemnitátem celebraſſet diébus ſeptem.

℟. In templo hoc ponam nomen meum in ſempitérnum, & ultrà non fáciam commovéri pedem Iſraël, * Si tamen cuſtodíerint ómnia ópera quæ præcépi eis. ℣. Vos eſtis templum Dei vivi ; ſicut dicit Deus : Quóniam inhabitábo in illis, & inambulábo inter eos, * Si. 4. *Reg.* 21. 2. *Cor.* 6.

Lectio iij.

Complevitque Sálomon domum Dómini, & domum regis, & ómnia quæ diſpoſúerat in corde ſuo, ut fáceret in domo Dómini, & in domo ſua ; & proſperátus eſt. Appáruit autem ei Dóminus nocte, & ait : Audívi oratiónem tuam, & elégi locum iſtum mihi in domum ſacrifícii. Si cláuſero cœlum, & plúvia non flúxerit ; & mandávero & præcépero locuſtæ ut dévoret terram ; & míſero peſtiléntiam in pópulum meum : converſus autem pópulus meus, ſuper quos invocátum eſt nomen meum, deprecátus me fúerit, & exquiſíerit fáciem meam, & égerit pœniténtiam à viis ſuis péſſimis ; & ego exáudiam de cœlo, & propítius ero peccátis eórum, & ſanábo terram eórum. Oculi quoque mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad oratiónem ejus qui in loco iſto oráverit. Elégi enim & ſanctificávi locum iſtum, ut ſit nomen meum ibi in ſempitérnum, & permáneant óculi mei & cor meum ibi cunctis diébus.

℟. Elégi locum iſtum mihi in domum ſacrifícii : * Oculi quoque mei erunt aperti, & aures meæ erectæ † Ad oratiónem ejus qui in loco iſto oráverit. ℣. De omni re quamcumque petíerint fiet ; ubi enim ſunt duo vel tres congregáti in nómine meo, ibi ſum. * Oculi. Glória. † Ad oratiónem. 2. *Paralip.* 7. *Matth.* 18.

IN II. NOCTURNO.

In Pſ. Afferte Dómino. 151.

Ant. 1. *f.* Sanctificávi dómum hanc quam ædificaſti, ut pónerem nomen meum ibi in ſempiternum. 3. *Reg.* 9.

In Pſ. Deus noſter. 153.

Ant. 5. a. Sanctificábitur altáre in glória mea: ſanctificábo & tabernáculum cum altári, & habitábo in medio filiórum Iſraël. *Exod.* 29.

In Pſ. Magnus Dóminus. 154.

Ant. 4. *E.* Scient gentes quia ego Dóminus ſanctificátor Iſraël, cùm fúerit ſanctificátio mea in médio eórum in perpétuum. *Ezech.* 37.

℣. Sanctificávit tabernáculum ſuum Altíſſimus: ℟. Deus in médio ejus. *Pſ.* 45.

Sermo ſancti Bernardi Abbátis.

Serm. 1. *de Dedicatione, N.* 1. *Lectio iv.*

FEſtívitas hodierna, fratres, tantò nobis debet eſſe devótior, quantò familiárior eſt. Nam céteras quidèm Sanctórum ſolemnitátes cum Eccléſiis áliis habémus commúnes: hæc verò ſic nobis eſt própria, ut neceſſe ſit, vel à nobis eam, vel à némine, celebrári. Noſtra eſt, quia de Eccléſia noſtra: magis autem noſtra, quia de nobis ipſis. Mirámini fórſitan, & erubéſcitis celebrári feſta de vobis. Sed quid lápides iſti potuérunt ſanctitátis habére, ut eórum ſolémnia celebrémus? Habent útique ſanctitátem, ſed propter córpora veſtra. An verò córpora veſtra ſancta eſſe quis dúbitet, quia templum ſancti Spíritûs ſunt; ut ſciat unuſquiſque vas ſuum poſſidére in ſanctificatióne? Itaque ſanctæ ſunt ánimæ propter inhabitantem Spíritum Dei in vobis: ſancta ſunt córpora propter ánimas: ſancta eſt étiam propter córpora domus.

℟. Mactávit hóſtias, & dedicávit domum Dei rex, & univerſus pópulus: Sacerdótes autem ſtabant & Levítæ ad laudandum Dóminum: * Quóniam in æternum miſericórdia ejus. ℣. Chriſtus diléxit Eccléſiam, & ſeipſum trádidit pro ea, ut illam ſanctificáret; * Quóniam. 2. *Paral.* 7. *Epheſ.* 5.

N. 3. & 4. *Lectio v.*

QUando domus iſta per manus Pontíficum dedicáta eſt Dómino, propter nos ſine dúbio factum eſt. In nobis proindè ſpirituáliter impléri neceſſe eſt, quæ in pariétibus viſibíliter præceſſérunt. Et ſi vultis ſcire, hæc útique ſunt: aſpérſio, inſcríptio, inúnctio, illuminátio, benedíctio. Hæc quidem in

viſibili domo fecêre
artífices ; hæc Chriſtus
ſtens Póntifex futuró-
a bonórum inviſibíliter
tídiè operátur in nobis.
ergit nos hyſſópo , ut
ndémur, lavémur, deal-
nur : lavat nos in con-
ióne ; lavat nos lacry-
rum imbre; lavat ſudóre
nitentiæ : magis autem
at nos aquâ illâ pretióſâ
e de fonte pietátis , id
, ab ejus látere, emaná-
. Non ſolùm autem , ſed
críbit dígito Dei, in quo
ciébat dæmónia , haud
bium quin in Spíritu
ncto. Inſcríbit, inquam,
em ſuam , non jam in
ide, ſed in tábulis cor-
carnálibus , prophéti-
m implens promiſſiónem,
â ſe pollícitus eſt ablatú-
m cor lapídeum , & cár-
um cor eſſe datúrum , id
, non durum , non obſti-
tum, non Judáicum ; ſed
um, ſed manſuétum, ſed
ctábile , ſed devótum.
átus quem tu erudíeris ,
ómine , & de lege tua
cúeris eum.

℟. Qui adhærent Dómi-
, ut colant eum , & dí-
ant nomen ejus , lætifi-
bo eos in domo oratió-
s meæ ; * Quia domus
ea , domus orationis vo-
ibitur cunctis pópulis. ℣.
olíte fácere domum Pa-
is mei, domum negotia-
ónis. * Quia, *Iſ.* 56. *Joan.*

N. 4. 5. 6. *Lectio vj.*

BEáti, inquam, qui docti
& mémores ſunt man-
datórum ejus , ſed ad fa-
ciendum ea : alióquin ſcien-
ti bonum & non facienti ,
peccátum eſt illi ; & ſer-
vus ſciens voluntátem dó-
mini ſui , & non fáciens ,
plagis vapulábit multis.
Undè neceſſe eſt , ut únctio
ſpirituális grátiæ ádjuvet
infirmitátem noſtram , ob-
ſervantiárum & multímodæ
pœniténtiæ cruces devotió-
nis ſuæ grátiâ líniens ; quia
nec eſt ſine cruce ſequi
Chriſtum ; & ſine unctióne,
crucis aſperitátem ferre quis
poſſet ? Hinc eſt quòd multi
abominantur & fúgiunt
pœniténtiam , crucem quí-
dem videntes , ſed non
étiam unctiónem. Vos qui
experti eſtis , ecce ipſi ſci-
tis quia verè crux noſtra
inuncta eſt , & per grátiam
Spíritûs adjuvantis , ſuávis
& delectábilis eſt pœnitén-
tia noſtra. At poſtquàm
únctio grátiæ hujus præcéſ-
ſerit , jam lucernam ſuam
Chriſtus non ponit ſub mó-
dio , ſed ſuper candelá-
brum ; quia tempus eſt ut
lúceat lux noſtra coram
homínibus. Jam verò be-
nedictiónem quidem expec-
támus in fine , quando apé-
riet manum ſuam , & im-
plébit omne ánimal bene-
dictióne. Nam in quátuor
præmiſſis mérita conſtant :
in benedictióne ſunt præ-

mia. In benedictióne tota complébitur grátia ſanctificatiónis, quandò jam in domum transíbimus non manufactam, æternam in cœlis.

℟. Tu, Dómine univerſórum, qui nullíus índiges, voluiſti templum habitatiónis tuæ fieri in nobis: * Et nunc, Sancte Sanctórum, Dómine, † Conſerva in æternum impollútam domum iſtam. ℣. Si quis templum Dei violáverit, diſperdet illum Deus: templum enim Dei ſanctum eſt. * Et. Glória Patri. † Conſerva. 2. *Mach.* 14. 1. *Cor.* 3.

IN III. NOCTURNO.

In Pſ. Te decet hymnus. 86. *Ant.* 1. g. Majeſtas Dómini implévit domum; nec póterant Sacerdótes íngredi domum Dómini, eò quòd impleſſet majeſtas Dómini templum Dómini. 2. *Paral.* 7.

In Pſ. Quàm dilecta. 110. *Ant.* 6. Verè Dóminus eſt in loco iſto: quàm terríbilis eſt locus iſte! Non eſt hic áliud niſi domus Dei, & porta cœli. *Geneſ.* 28.

In Pſ. Fundamenta. 154. *Ant.* 3. g. Ipſe qui habet in cœlis habitatiónem, viſitátor & adjútor eſt loci; & veniéntes ad malefaciéndum pércutit ac perdit. 2. *Mach.* 3.

℣. Dómine, quis habitábit in tabernáculo tuo? ℟. Qui ingréditur ſine mácula, & operátur juſtítiam. *Pſ.* 14.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Matthæum.

Lectio vij. Cap. 21.

IN illo témpore; Cùm intraſſet Jeſus Jeroſólymam, commóta eſt univérſa cívitas, dicens: Quis eſt hic? Pópuli autem dicébant: Hic eſt Jeſus Prophéta à Názareth Galilææ. Et intrávit Jeſus in templum Dei. Et réliqua.

Homília ſancti Baſílii Epíſcopi.

In Pſ. 28. *Ed. Ben.* 1721. *n.* 3.

NEceſſária eſt adorátio, non ea quæ fit extrà Eccléſiam, ſed quæ in ipſa Dei aula perfícitur. Ne mihi privátas aulas aut eccléſias excogitétis. Una eſt aula ſancta Dei. Synagóga Judæórum priùs aula erat: ſed poſt admiſſum in Chriſtum peccátum, facta eſt habitátio eórum deſerta. Quaproptèr & Dóminus: Et álias oves hábeo, quæ non ſunt ex hoc ovíli. Cùm autem loquátur de iis qui ex Géntibus ad ſalútem præordináti ſunt, aulam própriam præter Judæórum aulam oſtendit. Non ígitur extrà ſanctam hanc aulam adoráre oportet, ſed intrà ipſam, ne quis extrà ipſam conſtitútus, aut ab iis qui extrà illam ſunt, attractus, in aula Dómini eſſe déſinat. Interſ

enim multi in hábitu
:m precatiónis ; nec
tamen in aula ob men-
ragatiónem , & ánimi
m aberratiónem , ex
; ac inutílibus curis
:ntem.
Cùm intuliſſet Móyſes
n in tabernáculum ,
it & menſam , & can-
orum è regióne menſæ,
ctà præceptum Dómi-
℣. Lucernam ponunt
r candelábrum , ut lú-
ómnibus qui in domo
: ſic lúceat lux veſtra
m homínibus : * Jux-
Exod. 40. *Matth.* 5.
7. *Lectio viij.*
[templo adſtant ſancti
ngeli : adeſt Dóminus ,
inimum ingrediéntium
étur. Preces uniuſcu-
ue manifeſtæ Deo ſunt,
ex affectu , quis ſcitè
irat cœléſtia ; quis per-
torìè & extrémis labris
ia pronúntiet , cor verò
is prócul à Deo ſit.
id ſi orat ; carnis ſani-
m , opeſque terreſtres ,
iumánam glóriam ex-
it. Oportet autem ni-
horum quærere , ut
prúra docet : ſed in tem-
ejus unuſquiſque dicit
iam. Creatúra omnis
ſilens , tum loquens ,
cœleſtis , tum terréna,
glóriam Conditóri :
:rábiles verò hómines ,
quàm , ædibus ſuis
tis , ad templum con-
cúrrunt ; quaſi quidpiam
conſecutúri emolumenti ,
tamen Dei verbis aures non
præbent , ſuam ipſórum
natúram non ſentiunt : præ-
occupáti peccáto , non af-
fliguntur : non mœrent ,
dum reminiſcuntur pecca-
tórum ; non timent judí-
cium ; ſed arridentes , &
inter ſe jungentes dextras,
precatiónis domum in lo-
cum immódicæ loquacitá-
tis vertunt.
℟. Móyſes tabernáculum
& ómnia vaſa miniſtérii aſ-
perſit ; & ómnia in ſán-
guine ſecundùm legem mun-
dantur : * Neceſſe eſt ergo
exemplária quidèm cœléſ-
tium his mundári ; ipſa au-
tem cœléſtia melióribus
hóſtiis , quàm iſtis. ℣. Tu-
lit Móyſes unctiónis óleum,
quo linívit tabernáculum
cum ómni ſupelléctili ſua :
óbtulit & vítulum pro pec-
cáto. * Neceſſe eſt. *Hebr.*
9. *Levit.* 8.
[*Si ſit Dominica , loco ſequentis Lectionis , legitur Evangelium & Homilia Dominicæ occurrentis.*]
Lectio ix.
Cave ne quandò ábeas
unà cum iis qui ímpia
& contumelióſa verba in
Dei nomen évomunt , con-
demnátus , cùm debuiſſes
mercédem pro rerum divi-
nárum celebratióne reci-
pere. Habes Pſalmum , ha-
bes Prophetíam , præcepta
Evangélica , Apoſtolórum
prædicatiónes. Lingua pſal-

lat: mens eórum quæ dicta ſunt, ſcrutétur intelligéntiam; ut pſallas ſpíritu, pſallas item & mente. Deus enim mínimè índiget glóriâ: ſed te vult eſſe dignum, qui glóriam conſequáre. Quapropter quod ſéminat homo, hoc & metet. Sémina glorificatiónem, ut corónas, honoreſque & laudes in regno cœlórum metas. Hæc à nobis ídeò dicta ſunt, quòd ſunt qui loquendi finem in Dei templo nunquàm fáciant, ac inutíliter ingrediantur. Utinàm inutíliter, non cum detrimento!

℟. Exaltáte Dóminum Deum noſtrum, & adoráte ſcabellum pedum ejus, quóniam ſanctum eſt; adoráte in monte ſancto ejus, * Quóniā ſanctus Dóminus Deus noſter. ℣. Veri adoratóres adorábunt Patrem in ſpíritu & veritáte; nam & Pater tales quærit qui adórent eum: * Quóniam. Glória Patri. * Quóniam. *Pſ.* 98. *Joan.* 4.

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Cantáte Dómino cánticum novum: ℟. Laus ejus in eccléſia ſanctórum. *Pſ.* 149.

AD LAUDES.

Pſalmi de Dominica.

Ant. 3. a. Domus Dei eſt Eccléſia Dei vivi, columna & firmamentum veritátis. 1. *Tim.* 3.

Ant. 4. E. Chriſti domus ſumus nos, ſi fidúciam & glóriam ſpei uſque ad finem, firmam retineámus. *Hebr.* 3.

Ant. 8. c. Ad Dóminum accedentes, lápidem vivum & electum, & ipſi tamquàm lápides vivi ſuperædificámini, domus ſpirituális. 1. *Petr.* 2.

Ant. 5. a. Omnis ædificátio.

CANTICUM. *Tob.* 13.
De Eccleſia Prophetia.

Jeruſalem cívitas Dei, luce ſplendidâ fulgébis, * & omnes fines terræ adorábunt te.

Natiónes ex longinquo ad te vénient: & múnera deferentes adorábunt in te Dóminum, * & terram tuam in ſanctificatiónem habébunt;

Nomen enim magnum * invocábunt in te.

Maledicti erunt qui contémpſerint te; & condemnáti erunt omnes qui blaſphemáverint te; * benedictíque erunt qui ædificáverint te.

Tu autem lætáberis in fíliis tuis; * quóniam omnes benedicentur & congregabuntur ad Dóminum.

Beáti omnes qui díligunt te, * & qui gaudent ſuper pace tua.

Anima mea, bénedic Dóminum; * quóniam liberávit Jeruſalem civitátem ſuam à cunctis tribulatió-

s ejus Dóminus Deus
ır.
:átus ero ſi fúerint re-
æ ſéminis mei * ad vi-
am claritátem Jerúſa-

rtæ Jerúſalem ex ſap-
› & ſmaragdo ædifica-
ur; * & ex lápide pre-
omnis circúitus mu-
n ejus.
lápide cándido & mun-
nnes platéæ ejus ſter-
ur: * & per vicos ejus
ıia cantábitur.
nedictus Dóminus qui
ávit eam; * & ſit reg-
ejus in ſǽcula ſeculó-
ſuper eam. Amen.
ória Patri, &c.
r. Omnis ædificátio
ructa in Chriſto Jeſu,
t in templum ſanctum
ómino; in quo & vos
ificámini in habitácu-
Dei in Spíritu. *Epheſ.*

. 1. a. Dei ædificátio
fundamentum póſui:
uiſque vídeat quó-
ſuperædificet; fun-
ntum enim Chriſtus
, 1. *Cor.* 3.

ITULUM. 1. *Cor.* 6.

I neſcítis quóniam
nembra veſtra tem-
ſunt Spíritûs ſancti
vobis eſt, quem ha-
à Deo, & non eſtis
? Empti enim eſtis
magno: glorificáte
rtáte Deum in cór-
eſtro.

H Y M N U S.

Patris æterni Sóboles coæva,
Dum tuæ ſacros pia plebs honóres
Ædis inſtaurat, Deus alme, noſtris
Annue votis.

Hîc ſacri fontis látices ab ortu
Inditi purgant máculam reátûs:
Hîc & infúſum nova membra Chriſto
Chriſma coaptat.

Hîc ſuâ paſcit pópulos fidéles
Carne, qui mundi ſcelus omne tollit
Agnus; & fuſi prétium cruóris
Ipſe propínat.

Hîc ſalus ægris ánimis parátur:
Hîc reos Judex fácilis relaxat,
Atque lethálem redivíva pellit
Grátia culpam.

Cujus in cælo thronus eſt perennis,
Incolit parvam Deus altus ædem:
Hîc adorátor ſibi quiſque ſedem
Præparat aſtris.

Nullus hanc turbo quatit, irruentis
Nulla vis nimbi, rapidive fluctûs:
Cedit hanc contra furor inferórum
Irritus omnis.

Laus Deo, qui nos ſibi
conſecrávit:
Una ſit Patri, parilíſque
Proli:
Par ſit ambórum tibi
nexus omni,
Spíritus, ævo.
Amen.

℣. Domum tuam decet ſanctitúdo, Dómine, ℟. In longitúdinem diérum. *Pſ.* 92.

Ad Benedictus.

Ant. 7. a. Domus tua, Dómine, in ſanctificatióne tua permáneat; & omnes gentes agnoſcant quia tu es Deus, & non eſt álius præter te. *Judith* 9.

[*Ipſo die Dedicationis, & per Octavam,*

Oratio.

DEus, qui inviſibíliter ómnia cóntines, & tamen pro ſalúte géneris humáni ſigna tuæ poténtiæ viſibíliter oſtendis: Templum hoc poténtiâ tuæ inhabitatiónis illuſtra, & concéde ut omnes qui huc deprecatúri convéniunt, ex quacumque tribulatióne ad te clamavérint, conſolatiónis tuæ benefícia conſequantur; Per Dóminum.]

In Anniverſario Dedicationis, & per Octavam.

Oratio.

DEus, qui nobis per ſíngulos annos hujus ſancti Templi tui conſecratiónis réparas diem, & ſacris ſemper myſtériis repræſentas incólumes: exaudi preces pópuli tui, & præſta ut quiſquis hoc Templum benefícia petitúrus ingréditur, cuncta ſe impetraſſe lætétur; Per Dóminum.

AD HORAS,

Doxologia.

Qui nos tibi templum
facis,
Ter ſancte, ter potens
Deus,
Jugis tibi ſit glória,
Per cuncta ſemper ſǽcula.
Amen.

Pſalmi de Dominica.

AD PRIMAM.

Ant. 3. a. Domus Dei.

In ℟. *br.* ℣. Qui magníficas in nobis * locum tuum & Templum. 2. *Mach.* 3.

AD TERTIAM.

Ant. 4. E. Chriſti domus.

CAPITULUM. *Hebr.* 10.

HAbentes, fratres, fidúciam in intróitu ſanctórum in ſánguine Chriſti, quam initiávit nobis viam novam & viventem per velámen, (id eſt, carnem ſuam,) & Sacerdótem magnum ſuper domum Dei; accedámus cum vero corde in plenitúdine fídei.

℟. *br.* In multitúdine miſericórdiæ tuæ * introíbo in domum tuam, * Allelúia, allelúia. In ℣. Adorábo ad templum ſanctum tuum * in timóre tuo, * Allelúia. Glória Patri. In. *Pſ.* 5.

℣. Introíbo in domum tuam in holocauſtis: ℟.

Reddam tibi vota mea. *Pſ.* 65.

[*Per Octavam Anniverſarii, omiſſo* Allelúia *reſumptio fit ad primum aſteriſcum* * ; *& ſic ad alias Horas.*]

AD SEXTAM.

Ant. 8. c. Ad Dóminum.

CAPITULUM. *Apoc.* 3.

Qui vícerit, fáciam illum columnam in templo Dei mei, & foràs non egrediétur ámpliùs: & ſcribam ſuper eum nomen Dei mei, & nomen civitátis Dei mei novæ Jerúſalem, quæ deſcendit de cœlo à Deo meo, & nomen meum novum.

℟. *br.* Beátus * quem elegiſti & aſſumpſiſti, * Allelúia, allelúia. Beátus. ℣. Inhabitábit * in átriis tuis, * Allelúia. Glória. Beátus. *Pſ.* 64.

℣. Beáti qui hábitant in domo tua, Dómine: ℟. In ſécula ſeculórum laudábunt te. *Pſ.* 83.

AD NONAM.

Ant. 1. a. Dei.

CAPITULUM. 2. *Cor.* 5.

Scimus quóniam ſi terreſtris domus noſtra hujus habitatiónis diſſolvátur, quòd ædificatiónem ex Deo habémus, domum non manufactam, æternam in cœlis. Nam & in hoc ingemíſcimus, habitatiónem noſtram, quæ de cœlo eſt, ſuperíndui cupientes.

℟. *br.* Replébimur * in bonis domûs tuæ, * Allelúia, allelúia. Replébimur. ℣. Sanctum eſt templum tuum, * mirábile in æquitáte, * Allelúia. Glória Patri. Replébimur. *Pſ.* 64.

℣. Quàm dilecta tabernácula tua, Dómine virtútum! ℟. Concupiſcit & déficit ánima mea in átria Dómini. *Pſ.* 83.

AD II. VESPERAS.

In Pſ. Lætatus ſum. 74.

Ant. 4. E. Unus de ſeptem Angelis ſúſtulit me in ſpíritu, & oſtendit mihi civitátem ſanctam Jerúſalem deſcendentem de cœlo à Deo. *Apoc.* 21.

In Pſ. Niſi Dóminus. 96.

Ant. 8. G. Erat ſtructúra muri ejus ex lápide jáſpide; ipſa verò cívitas aurum mundum, símile vitro mundo. *Apoc.* 21.

In Pſ. Memento. *cum ſua diviſione*, 157. *Ant.* 1. D. Templum non vidi in ea; Dóminus enim Deus omnípotens templum illíus eſt, & Agnus. *Apoc.* 21.

In Pſ. Super flúmina. 55.

Ant. 3. a. Cívitas non eget ſole neque lunâ, ut lúceant in ea; nam cláritas Dei illuminávit eam, & lucerna ejus eſt Agnus. *Apoc.* 21.

In Pſ. Lauda, Jerúſalem, Dóminum. 107. *Ant.* 6. Non intrábit in eam áliquod coinquinátum, aut abominatiónem fáciens & mendácium, niſi qui ſcripti

ſunt in libro vitæ Agni. *Apoc.* 21.

CAPITULUM. *Iſaiæ* 33.

RESpice Sion civitátem ſolemnitátis noſtræ : óculi tui vidébunt Jerúſalem, habitatiónem opuléntam, tabernáculum quod nequáquàm transferri póterit : nec auferentur clavi ejus in ſempiternum, & omnes funículi ejus non rumpentur; quia ſolúmmodò ibi magníficus eſt Dóminus noſter.

Allelúia, allelúia. ℣. Erit Jerúſalem ſancta, & aliéni non transíbunt per eam ampliùs, allelúia. *Joël.* 3.

HYMNUS.

URbs beáta, vera pacis
Víſio Jerúſalem,
Quanta ſurgit! celſa ſaxis
Cónditur vivéntibus:
Quæ polívit, hæc coaptat
Sédibus ſuis Deus.

Síngulis ex margarítis
Síngulæ portæ nitent:
Murus omnis fulget auro,
Fulget uniónibus:
Anguláris petra Chriſtus
Fundat urbis mœnia.

Ejus eſt ſol cæſus Agnus,
Ejus eſt templum Deus:
Æmulantes hic beáti
Purióres Spíritus,
Laude jugi Numen unum
Terque Sanctum cóncinunt.

Undequáquè ſunt aperta
Civitátis óſtia:
Quiſquis ambit huc veníre,
Inferíque mœnibus,
Antè duris hic probári
Débuit labóribus.

Sit perennis laus Parenti,
Sit perennis Fílio;
Laus tibi, qui nectis ambos,
Sit perennis, Spíritus;
Chriſma cujus nos inungens,
Viva templa cónſecrat.
Amen.

℣. Glorióſa dicta ſunt de te, cívitas Dei: ℟. Sicut lætántium ómnium habitátio eſt in te. *Pſ.* 86.

Ad Magníficat.

Ant. 5. C. Greſſus rectos fácite pédibus veſtris; acceſſiſtis enim ad civitátem Dei viventis Jerúſalem cœleſtem: ítaque regnum immóbile ſuſcipientes, ſerviámus Deo cum metu & reveréntia. *Hebr.* 12.

Oratio, ut ſuprà ad Laudes.

AD COMPLETORIUM.

Pſalmi & Capitulum de Dominica. Cetera ut heri, lxix.

[¶ *De Dominica* (*ſi occurrat intra Octav. Anniverſarii Dedic.*) *fit Officium ut in Pſalterio, cum Commem. Octavæ in utriſque Veſp. & Laudibus.*]

DIEBUS INTRA OCTAVAM.

Semiduplex.

Omnia ut in die, exceptis quæ ſequuntur.

Pſalmi de Feria in toto Officio.

AD NOCTURNUM.

Tres Antiph. ℣. *&* ℟℟℟. *ex Nocturno Feſti, juxtà Feriam.*

ó j. de Script. occ. è
t una : ij & iij. ut ha-
frà pro qualibet die.
L A U D E S.
ſola 5. a. Omnis ædi-
:onſtructa in Chriſto
creſcit in templum
n in Dómino ; in
vos coædificámini
táculum Dei in Spi-
phes. 2.
:c. Jerúſalem. lxxvj.
HORAS, omittitur
a. in ℞℞℞ brevibus.
V E S P E R A S.
ſola 4. E. Unus de
Angelis ſuſtulit me
itu, & oſtendit mihi
em ſanctam Jerúſa-
ſcendentem de cœlo
. Apoc. 21.
U N D A D I E.
ſancti Auguſtíni.
Epíſcopi.
136. in Dedic. Tom. 5.
Lectio ij.
ébritas hujus congre-
tiónis, dedicátio eſt
orationis. Domus
oſtrárum oratiónum,
; domus Dei, nos
domus Dei nos ipſi,
hoc ſéculo ædificá-
ut in fine ſéculi dedi-
. Ædifícium, imò æ-
io habet labórem, de-
exultatiónem. Quod
bat, quandò iſta ſur-
t; hoc fit modò, cùm
egantur credentes in
um. Credendo enim,
de ſylvis & móntibus
& lápides præcidun-
ios verò catechizan-

tur, baptizantur, formantur; tanquàm inter manus fabrórum & opíficum dolantur, collineantur, complanantur. Verúmtamen domum Dómini non fáciunt, niſi quandò caritáte compaginantur.

Lectio iij.

Ligna iſta & lápides ſi non ſibi certo órdine cohærérent, ſi non ſe pacíficè innécterent, ſi non ſe ínvicèm, cohærendo ſibi, quodam modo amárent, nemo huc intráret. Dénique quandò vides in áliqua fábrica lápides & ligna bènè ſibi cohærére, ſecúrus intras, ruínam non times. Volens ergo Dóminus Chriſtus intráre, & in nobis habitáre, tanquàm ædificando dicébat: Mandátum novum do vobis, ut vos ínvicèm diligátis. Mandátum, inquit, novum do vobis; véteres enim erátis, domum mihi nondùm faciebátis, in veſtra ruína jacebátis. Ergo ut eruámini de veſtræ ruínæ vetuſtáte, vos ínvicèm amáte.

T E R T I A D I E.

De Sermóne ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Unde ſuprà. *Lectio ij.*

Dum novam conſtructiónem ſanctæ hujus Eccléſiæ libenter atténdimus, quam divíno nómini hódiè dedicámus; invenímus à nobis debéri, & Deo noſtro máximam lau-

dem, & ſanctitáti veſtræ cóngruum de divínæ domûs ædificatióne ſermónem. Tunc autem ſermo noſter cóngruus erit, ſi in ſe áliquid ædificatiónis habeat, quod utilitáti animárum veſtrárum, Deo vos intériùs ædificante, profíciat. Quod hîc factum corporáliter vidémus in pariétibus, ſpirituáliter fiat in méntibus: & quod hîc perfectum cérnimus in lapídibus & lignis, hoc, ædificante grátiâ Dei, perficiátur in córdibus veſtris.

Lectio iij.

PRincipáliter ergo grátias agámus Dómino Deo noſtro, à quo eſt omne datum óptimum, & omne donum perfectum: & ejus bonitátem totâ cordis alacritáte laudémus; quóniam ad conſtruendam iſtam domum oratiónis, fidélium ſuórum viſitávit ánimum, excitávit affectum, ſurrogávit auxílium; inſpirávit necdùm voléntibus ut vellent, adjúvit bonæ voluntátis conátus ut fácerent; ac per hoc Deus, qui operátur in ſuis & velle & perfícere pro bona voluntáte, hæc ómnia ipſe cœpit, ipſe perfécit. Et quia ópera bona in conſpectu ſuo nunquàm eſſe permittit inánia; fidélibus ſuis, quibus operántibus præbuit virtútis ſuæ favórem, tríbuet condignam pro tanta operatióne mercédem. Adhuc ámpliùs agendæ ſunt grátiæ Deo noſtro: hanc enim Eccléſiam, quam fecit nómini ſuo cónſtrui, fecit étiam ſanctórum Mártyrum relíquiis ámpliùs honorári.

QUARTA DIE.

De Sermóne ſancti Auguſtíni Epíſcopi.

Serm. 337. de Dedic. Eccleſ. C. 1. *Lectio ij.*

BOna ópera fidéliũ de ſuâ temporáli terrenâque ſubſtántiâ, cùm in theſauris cœléſtibus reconduntur; fides hoc videt, quæ pietátis óculum habet in corde. Undè & iſta ædifícia, quæ congregandis religióſis cœtibus extruuntur, cum óculo carnis inſpéxerit, laudat intériùs quod cernit extériùs; & viſíbili áccipit lúmine, ad quod gáudeat inviſíbili veritáte. Neque enim occupáta eſt fides inſpícere quàm pulchra ſint membra hujus habitatiónis, ſed de quanta interióris hóminis pulchritúdine procédant hæc ópera dilectiónis.

Lectio iij.

REtríbuet ergo Dóminus fidélibus ſuis tam piè, tam hiláriter, tam devótè iſta operántibus, ut eos quoque ipſos in ſuæ fábricæ conſtructióne compónat, quò currunt lápides vivi, fide formáti, ſpe ſolidáti, caritáte compacti: ubi ſa-

s ille architectus Apóſ-
; fundamentum póſuit
ſtum Jeſum, ſummum
n lápidem angulárem;
: & Petrus de prophé-
Scriptúra commémo-
ab homínibus quidèm
obátum, à Deo autem
um & honorificátum.
: adhærendo, pacámur;
incumbendo, firmá-
.

UINTA DIE.

Sermóne ſancti Auguſ-
tíni Epíſcopi.

de ſuprà. Lectio ij.

Hriſtus ſimul eſt & la-
ois fundamentális, quia
nos regit; & angulá-
quia ipſe conjungit.
eſt petra ſuprà quam
ſápiens ædíficans do-
n ſuam, contrà omnes
s ſéculi tentatiónes tu-
nus perſevérat; nec
iâ irruente lábitur, nec
ine inundante ſubvér-
r, nec ventis flántibus
movétur. Ipſe eſt &
noſtra, qui fecit útra-
unum: in ipſo enim
ie circumcíſio quid-
m valet, neque præpú-
n, ſed nova creatúra.
enim duo tanquàm pa-
es ex diverſo venientes,
gè ab ínvicem fúerant;
ec ad illum, tanquam
ngulum ducti, étiam in
ſibimet copuláti ſunt.

ap. 2. Lectio iij.

Taque ſicut hoc ædifi-
ium viſíbile factum eſt
is corporáliter congre-
gandis; ita illud ædifícium, quod nos ipſi ſumus, Deo ſpirituáliter habitatúro conſ-trúitur. Templum enim Dei ſanctum eſt, inquit Apóſtolus, quod eſtis vos. Sicut hoc terrénis mólibus conſtrúimus, ſic illud benè compóſitis móribus erigámus. Hoc enim nunc viſitántibus nobis, illud in fine ſéculi, Dómino veniente, dedicábitur, quandò corruptíbile hoc noſtrum índuet incorruptiónem, & mortále hoc noſtrum índuet immortalitátem; quia corpus humilitátis noſtræ conformábit córpori glóriæ ſuæ.

SEXTA DIE.

Sermo ſancti Joannis Chryſóſtomi.

Homil. 33. in Matth. Lectio ij.

Commúnis ómnium domus eſt Eccléſia, in quam vobis priùs ingreſſis, nos intrámus, diſcipulórum formam retinentes: ideòque commúniter ómnibus, ſtatìm atque ingreſſi fuérimus, ut illis datam legem ſequámur, pacem offérimus. Nemo ígitur ſocórdiâ tórpeat, nemo ſeculáribus rebus ſuſpenſum ánimum hábeat, cum jam ad prædicandum Sacerdótes intráverint. Non enim parva huic rei ímminet pœna. Equidèm milliès pótiùs malim in domum alicújus veſtrûm ingreſſus deſ-

títui, quàm hìc prædicans non audíri. Hoc mihi moléſtius eſſet quàm illud; quandóquidèm hæc magis própriè domus noſtra eſt, quàm illa.

Lectio iij.

HIc magnæ illæ noſtræ opes póſitæ ſunt, hîc ſpes noſtra omnis. Quid enim hoc loco non magnum eſt & admirandum? Nam hæc menſa longè pretióſior eſt atque jucúndior; & lucerna hæc quàm illa, ut nôrunt qui cum fide óleo perunĉti, à morbis liberáti ſunt. Arca étiam hæc multò mélior, magìſque neceſſária. Non enim veſtes, ſed miſericórdiam inclúſam cóntinet; quamvis pauci ſint qui eam poſsídeant. Hîc & léctulus eſt valdè illo præſtántior; divinárum enim Scripturárum réquies quovis lecto ſuávior eſt.

SEPTIMA DIE.

De Sermóne ſancti Joannis Chryſóſtomi.

Hom. in Vidi Dóminum.

Lectio ij.

CUm ánimi divítias consídero in vobis augéſcere, gáudeo ſemper, ut qui non fruſtrà ſementem fécerim, ut qui non incaſsùm labóres pertúlerim. Undè ígitur hoc lucrum conjício, undè perſpício ſermónes ad ópus profícere? Nimírùm, ex hoc concurſu; ex eo quòd Eccléſiam ómnium matrem ſtudióſè ampleĉtímini; ex hac pernocte perpetuâque ſtatióne; ex eo quòd angelicórum órdinum ſtatiónem imitantes, ſine ceſſatióne laudes & hymnos offertis Conditóri. O mira Chriſti dona! In ſupernis, exércitus Angelórum canunt glóriam: in terris, hómines in Eccléſiis choros agentes, ad illórum exemplum eamdem canunt glóriam. In ſupernis, Séraphim ter ſanctum illum hymnum réſonant: in terris, eumdem hóminum promit multitúdo; communiterque, tum cœléſtium, tum terréſtrium plaudit celébritas.

Lectio iij.

NUlla res tantùm affert gáudii vitæ noſtræ, quantùm hoc, quòd ex ánimo gaudétis in Eccléſia congregári. In Eccléſia, gaudéntium conſervátur gáudium. In Eccléſia, ánimo dejectórum eſt recreátio. In Eccléſia, doléntium eſt voluptas. In Eccléſia, defatigatórum eſt reſpirátio. In Eccléſia, laborántium eſt réquies. Veníte enim, inquit, poſt me, qui laborátis & oneráti eſtis; & ego refíciam vos. Quid hâc voce poteſt eſſe deſiderabílius? quid hàc invitatióne jucúndius? Ad épulum te vocat, qui in Eccléſiam te vocat.

VESPERÆ de die Octava, ut in I. Veſperis Feſti.

OCTAVA DEDICATIONIS.

Duplex-minus.

Officium, dempto ritu Solemni, ut in die, præter Lect.

IN I. NOCT. Lectiones de ſcriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Sermo ſancti Cæſárii Epíſcopi.

In App. t. 5. Op. S. Aug. Serm. 229. qui eſt in Dedic. Eccleſiæ. *Lectio iv.*

QUotieſcumquè, fratres caríſſimi, altáris vel templi feſtivitátem cólimus, ſi fidéliter ac diligenter atténdimus, & ſanctè ac juſtè vívimus; quidquid in templis manufactis ágitur, totum in nobis ſpirituáli ædificatióne complétur. Non enim mentítus eſt ille qui dixit: Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos; & iterùm: Neſcítis quia córpora veſtra templum ſunt Spíritûs ſancti? Quia verò nullis præcedéntibus méritis, ſed per grátiam Dei meruímus fíeri templum Dei; quantùm póſſumus, cum ipsíus adjutório laborémus, ne Dóminus noſter in templo ſuo, hoc eſt, in nobis ipſis, invéniat quod óculos ſuæ majeſtátis offendat: ſed habitáculum cordis noſtri evacuétur vítiis, & virtútibus repleátur; claudátur diábolo, & aperiátur Chriſto.

Serm. 230. *Lectio v.*

QUia, fratres, habitáre desíderat in nobis Deus, cum ipsíus adjutório ita cor noſtrum ſtudeámus bonis ſemper cogitatiónibus occupáre, & córpora noſtra ab omni ſorde luxúriæ munda cuſtodíre, ut Deum in nobis deléctet habitáre. In templo enim à Salomóne ædificáto légimus duo altária fuiſſe conſtitúta, unum foris, áliud intùs: in illo quod foris erat, animálium celebrabátur ſacrifícium; in illo verò quod intùs erat, thymiámatis offerebátur incenſum. Videámus ergo ne fortè in nobis duo ſint altária conſtitúta; córporis ſcílicet, & cordis noſtri. Déniquè duplex à nobis ſacrifícium quærit Deus: unum, ut ſimus caſto córpore; áliud, ut mundo corde eſſe debeámus.

Lectio vj.

IN illo altári, quod à Salomóne légitur dedicátum, júgiter quotidiánus ignis ardébat: quod útinàm & in nobis píetas divína perfíciat! Undè non ſolùm oratiónibus; ſed étiam bonis opéribus placandus eſt Deus; ut in altári cordis noſtri ignem ſuum ſemper accendat, illum de quo ipſe dixit: Ignem veni míttere in terram; & quid volo niſi ut accendátur? Quia duo ſunt ignes; cupiditátis ſci-

licèt, & caritátis: & unus de parte Dei, alter de parte diáboli: unus dévorans ómnia mala, alter univerſa bona conſúmens. Conſíderet unuſquiſque conſciéntiam ſuam: & ſi in ſe videt ignem cupiditátis ardére, cum Dei adjutório feſtínet extínguere; quia nihil in illo boni remanére póterit, quem ignis cupiditátis accénderit; ſicut è contrário nihil in eo mali remanébit, in quo ignis árſerit caritátis.

IN III. NOCTURNO.

Léctio ſancti Evangélii ſecundùm Joannem.

Lectio vij. Cap. 10.

IN illo témpore; Facta ſunt Encænia in Jeroſólymis; & hyems erat: & ambulábat Jeſus in templo in porticu Salomónis. Et réliqua.

Homília venerábilis Bedæ Præſbyteri.

Expoſ. in Evang. Joan.

ENcænia vocabátur ſolémnitas dedicatiónis templi, quam pópulus Dei ex antíqua patrum traditióne per annos ſíngulos celebráre conſuéverat. Sed notandum eſt quòd hæc Encænia quæ hìc leguntur, non ad primam templi dedicatiónem, ſed ad últimam pértinent: quod ex eo fácile collígitur, quia híeme facta referuntur. Prima ſíquidem ejuſdem templi dedicátio à Salomóne, témpore autumni; ſecunda autem à Zoróbabel & Jeſu ſacerdóte, témpore veris; tértia à Juda Machabæo, témpore híemis eſt facta; quandò ſpeciáliter conſtitútum eſſe légitur, ut éadem dedicátio per omnes annos in' memóriam ſolémnibus renovarétur offíciis: quæ étiam ad tempus uſque Domínicæ Incarnatiónis obſerváta fuit, ſicut modò, cùm legerétur Evangélium, audívimus. Quæ étiam dedicátio ſalúbri conſuetúdine in Eccléſiis Chriſti moderno témpore dignóſcitur.

Lectio viij.

ET ambulábat Jeſus in pórticu Salomónis. Si Dei Fílius ambuláre vóluit in templo, in quo caro & ſanguis brutórum animálium offerebátur; multò magìs noſtram oratiónis domum, ubi carnis ipsíus ac ſánguinis ſacramenta celebrantur viſitáre gaudébit. Si perambuláre non deſpexit pórticum in qua rex quondam mortális ac terrénus, quamvìs potentíſſimus ac ſapientíſſimus, ad orandum ſtare ſolébat; quantò magìs penetrália córdium noſtrórum inviſere atque illuſtráre desíderat: ſi tamen ea pórticum eſſe Salomónis, hoc eſt, ſi ea timórem ſuum, qui eſt inítium ſapiéntiæ, habére perſpéxerit?

[*Si Octava Dedicationis*

in Dominicam inciderit, loco ſequentis Lectionis legitur Evangelium cum Homilia Dominicæ occurrentis.]

Lectio ix.

NEque enim putandum eſt, quia domus ſolúmmodò in qua ad orandum vel ad myſtéria celebranda convenímus, templum ſit Dómini; & non ipſi qui in nómine Dómini convenímus, multò ámpliùs templum ejus appellémur & ſimus; cum manifeſtè dicat Apóſtolus: Vos eſtis templum Dei vivi; ſicut dicit Deus: Inhabitábo in eis, & inter illos ambulábo.

OFFICIUM B. MARIÆ
IN SABBATO.

Simplex.

IN VESPERIS Feriæ ſextæ præcedentis,

CAPITULUM. *Geneſ.* 3.

AIt Dóminus Deus ad ſerpentem: Inimicítias ponam inter te & mulíerem, & ſemen tuum & ſemen illíus: ipſa cónteret caput tuum.

HYMNUS.

AVe, maris ſtella,
Dei mater alma,
Atque ſemper Virgo,
Felix cœli porta.

Sumens illud Ave
Gabriélis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Evæ nomen.

Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala noſtra pelle,
Bona cuncta poſce.

Monſtra te eſſe matrem;
Sumat per te preces,
Qui pro nobis Natus
Tulit eſſe tuus.

Virgo ſinguláris,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solútos,
Mites fac & caſtos.

Vitam præſta puram,
Iter para tutum;
Ut videntes Jeſum,
Semper collætémur.

Sit laus tibi, Chriſte,
Cujus Virgo parens:
Laus par ſit & Patri,
Sit par tibi, Flamen. Amen.

Ante Præſentationem.

℣. Benedixiſti, Dómine, terram tuam; ℟. Avertiſti captivitátem Jacob. *Pſ.* 84.

Ad Magníficat.

Ant. 7. a. Beátus venter, qui te portávit, & úbera quæ ſuxiſti. Quinimmò beáti qui áudiunt verbum Dei, & cuſtódiunt illud. *Luc.* 11.

Oratio, Beáta témpora. *ut infrà ad Laudes.*

Poſt Præſentationem.

℣. Deus operátus eſt ſa-

lútem in médio terræ : ℟. Tu confregiſti cápita dracónis. *Pſ.* 73.

Ad Magníficat.

Ant. 1. f. Benedictus Dóminus qui te direxit in vúlnera cápitis príncipis inimicórum noſtrórum. *Judith* 13.

Oratio, Concéde nos. *ut infrà ad Laudes.*

AD COMPLETORIUM.

Ant. 5. a. In omni gente quæ audíerit nomen tuum, magnificábitur ſuper te Deus Iſraël. *Judith* 13.

HYMNUS.

Virgíneis títulis matris quæ jungis honóres,
Hâc natos fóveas nocte benigna tuos.
Fúlgida ſtella maris, ſecli dum mérgimur undis,
Sis lux in ténebris, & benè fida quies.
Si ſopor obrépit, caſti fac Mater amóris,
Cor vígilans uno ſpiret amóre Dei.
O Regína potens, própiùs res áſpice noſtras.
Dicáris pópuli vita ſaluſque tui.
Cujus Virgo parens, ſit laus tibi ſumma Redemptor;
Compar ſit Patri, Spirituſque decus.
Amen.

Cùm in Veſperis Feriæ ſextæ facta eſt tantùm commemoratio de B. M. tunc ad Completorium dictæ Feriæ vj. In fine Hymni dicitur Doxologia.

Qui natus es de Vírgine, *ut infrà ad Horas.*

Ad Nunc dimittis.

Ant. 4. E. Memoráre diérum humilitátis tuæ, & ínvoca Dóminum, & lóquere Regi pro nobis, & líbera nos de morte. *Eſther* 15.

AD NOCTURNUM.

Invit. Jeſum de María natum, * Veníte, adorémus. *Matth.* 1.

Pſ. 94. Veníte. 2.

HYMNUS.

O Quàm glorificâ luce coruſcas,
Stirpis Davídicæ régia proles;
Sublímis réſidens, Virgo María,
Supra Cœlígenas æthereis omnes!
Tu cum virgíneo mater honóre
Cœlórum Dómino péctoris aulam
Sacris viſcéribus caſta dediſti:
Humános Deus hinc índuit artus.
Quem cunctus vénerans orbis adórat,
Cui nunc ritè genu flectitur omne;
A quo, te précibus ſubveniente,
Æterni pétimus gáudia regni.
Divínæ Sóboli qui dare matrem
In terris vóluit, glória Patri;

Cujus Virgo parens,
glória Nato:
Quo fœcunda, tibi glória, Flamen. Amen.

Pſalmi de Sabbato, ſub tribus Antiphonis ſequentibus.

Ant. 1. a. Ave, grátiâ plena; Dóminus tecum: benedicta tu in muliéribus. *Luc.* 1.

Ant. 8. c. Ecce concípies in útero, & páries fílium; & vocábis nomen ejus Jeſum. *Luc.* 1.

Ant. 2. Quod naſcétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei. *Luc.* 1.

℣. Deſcendet ſicut plúvia in vellus: ℟. Et replébitur majeſtáte ejus omnis terra. *Pſ.* 71.

Pater noſter, &c.

Abſolutio & Benedictiones ut ordinantur poſt Pſalter.

Lectiones duæ priores de Scriptura occurrente; è tribus fiunt duæ.

Poſt j. Lect. ℟. Benedícam ei, & ex illa dabo fílium cui benedictúrus ſum; * Conſtítuam pactum meum illi in fœdus ſempiternum. ℣. Hic erit magnus, & Fílius Altíſſimi vocábitur; & regnávit in domo Jacob in æternum. * Conſtítuam. *Geneſ.* 17. *Luc.* 1.

Poſt ij. Lectio. ℟. Quod in ea natum eſt, de Spíritu ſancto eſt: páriet autem fílium; * Ipſe ſalvum fáciet pópulum ſuum à peccátis eórum. ℣. Benedictiónem ómnium géntium dedit illi Dóminus. * Ipſe. *Matth.* 1. *Eccli.* 44.

Pro tertia Lectione legitur una è ſequentibus, ſecundùm diverſitatem menſium.

Poſt iij. Lect. ℟. Deus ex ſémine David * Secundùm promiſſiónem eduxit Iſraël ſalvatórem Jeſum. ℣. Jurávit Dóminus David veritátem: De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam. * Secundùm. Glória. * Secundùm. *Act.* 13. *Pſ.* 131.

Te Deum.

℣. *Sacerd.* Confiteantur tibi pópuli, Deus: ℟. Terra dedit fructum ſuum. *Pſ.* 66.

AD LAUDES.

Pſal. de Sabbato, ſub ſola Ant. 4. A. Benedicta tu inter mulíeres, & benedictus fructus ventris tui. *Luc.* 1.

CAPITULUM. *Jerem.* 31.

Creávit Dóminus novum ſuper terram: Fémina circúmdabit virum.

HYMNUS.

Nunc auróra, nova núntia lucis,
Triſtes orbe procul díſſipat umbras.
O quàm lucídior, nocte ſepultis
Portans ipſa diem, Virgo, refulges!
O quæ nunc hábitas lúcida regna,
Mittas indè tuæ múnera lucis:
Te ſi terra dedit munus olympo,
Quæ non dona memor reddet olympus?

Inter perpétuos Núminis hauſtus,
O Regína, tibi ſánguine junctum
Ne dedíſce genus: noſtra fuiſti,
Summi facta parens, Virgo, Tonantis.
Divínæ Sóboli qui dare matrem
In terris vóluit, glória patri:
Cujus Virgo parens, glória Nato:
Quo fœcunda, tibi glória, Flamen. Amen.

Ante Præſentationem.

℣. Ipſe tanquàm ſponſus, ℟. Procédens de thálamo ſuo. *Pſ.* 18.

Ad Benedictus.

Ant. 8. G. Péperit María Fílium ſuum primogénitum, & pannis eum involvit, & reclinávit eum in præſépio. *Luc.* 2.

Oratio.

Beáta témpora celebrantes, quæ per temporálem Unigéniti tui Nativitátem, & partum Maríæ Vírginis conſecraſti; quæſumus, Dómine, ut ejuſdem Dei genitrícis interceſſióne, & in illo renaſci, & tanti myſtérii fructum jugiter in nobis conſerváre mereámur; Per eumdem Dóminum.

Poſt Præſentationem.

℣. Recordátus eſt Dóminus miſericórdiæ ſuæ, ℟. Et veritátis ſuæ dómui Iſraël. *Pſ.* 97.

Ad Benedictus.

Ant. 3. a. Beáta quæ credidiſti; quóniam perficiéntur ea quæ dicta ſunt tibi à Dómino. *Luc.* 1.

Oratio.

Concéde nos fámulos tuos, quæſumus, Dómine Deus, perpétuâ mentis & córporis ſanitáte gaudére; & glorióſâ beátæ Maríæ ſemper Vírginis interceſſióne, à præſenti liberári triſtítia, & æternâ pérfrui lætítia; Per Dóminum.

AD HORAS,

Doxologia.

Qui natus es de Vírgine,
Jeſu, tibi ſit glória,
Cum Patre, cumque Spíritu,
In ſempiterna ſécula.
Amen.

Pſalmi de Sabbato.

AD PRIMAM.

Ant. 2. Fílius Dei factus eſt ei ex ſémine David ſecundùm carnem. *Rom.* 1.

In ℟. *br.* ℣. Qui natus es de María vírgine. *Matth.* 1.

AD TERTIAM.

Ant. 4. a. De María natus eſt Jeſus, qui vocátur Chriſtus. *Matth.* 1.

Capitulum. *Iſaïæ* 7.

Dabit Dóminus ipſe vobis ſignum: Ecce Virgo concípiet, & páriet fílium; & vocábitur nomen ejus, Emmánuel.

℟. *br.* Deus in médio

jus ; * Non commovébitur. Deus. ℣. Adjuvábit eam * mane dilúculo : * Non commovébitur. Glória Patri. Deus. *Pſ.* 45.

℣. Elégit eam Dóminus ℟. In habitatiónem ſibi. *Pſ.* 131.

AD SEXTAM.

Ant. 7. d. Péperit fílium máſculum, qui rectúrus erat omnes gentes. *Apoc.* 12.

CAPITULUM. *Mich.* 5.

EGrediétur qui ſit dominátor in Iſraël, & greſſus ejus ab inítio, à diébus æternitátis.

℟. *br.* Dominábitur * A mari uſque ad mare. Dominábitur. ℣. Et à flúmine * uſque ad términos orbis terrárum. * A mari. Glória. Dominábitur.

℣. Adorábunt eum omnes reges terræ ; ℟. Omnes gentes ſérvient ei. *Pſ.* 71.

AD NONAM.

Ant. 1. g. Manifeſtum eſt quòd ex Juda ortus ſit Dóminus noſter. *Hebr.* 7.

CAPITULUM. *Galat.* 4.

UBi venit plenitúdo témporis, miſit Deus Fílium ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege ; ut eos qui ſub lege erant redímeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus.

℟. *br.* Miſericórdia & véritas * Obviavérunt ſibi. Miſericórdia. ℣. Juſtítia & pax * oſculátæ ſunt, * Obviavérunt ſibi. Glória. Miſericórdia.

℣. Véritas de terra orta eſt, ℟. Et juſtítia de cœlo proſpexit. *Pſ.* 84.

LECTIONES ſequentes dicuntur ſingulis menſibus in Officio beatæ Mariæ in Sabbato.

MENSE JANUARIO.

Ex libro Epiſtolárum ſancti Cyrilli Alexandríni.

Conc. Eph. part. 1. *cap.* 9.
Lectio iij.

QUòd Verbum caro factum perhibétur, id álìud nihil eſt, quàm quòd, perindè ac nos, carni & ſánguini communicávit, noſtróque córpore ſibi adjuncto, ex muliere prodíerit, deitáte ínterìm, aut ex Patre nativitáte non abjectâ : manſit enim in ipſa quoque carnis aſſumptióne quod priùs erat. Hoc exactióris fídei doctrína ubíquè prædicat : hoc ſanctos Patres ſanxiſſe, eâque de causâ ſacram Vírginem Deíparam appelláre minimè dubitaſſe conſtat ; non quòd Verbi natúra, ipſiuſve divínitas, ortûs ſui princípium ex ſancta Vírgine ſúmpſerit ; ſed quòd ſacrum illud corpus ánimâ intelligente perfectum, ex ea tráxerit ; cui & Dei Verbum ſecundùm hypóſtaſim unítum, ſecundùm carnem natum dícitur.

MENSE FEBRUARIO.
Sermo ſancti Gregórii Nyſſéni.
Orat. in Nativ. Chriſti.
Lectio iij.

AUdi pudícam Vírginis vocem. Angelus partum núntiat : at illa virginitáti inhæret, & integritátem angélicæ demonſtratióni anteponendam júdicat : nec Angelo fidem non habet, nec à propóſito recédit ſuo. Interdixi, inquit, mihi conſuetúdine viri. Quómodò iſtud erit mihi, quóniam virum non cognoſco ? Hæc Maríæ vox demonſtrátio eſt eórum quæ in occulta hiſtória referuntur. Si enim nuptiárum causâ ducta fuiſſet à Joſeph, quómodò paritúram Angelo prænuntianti ſe rem novam & aliénam audíre præ ſe tuliſſet, cùm ipſa quoque ſeſe obſtrinxiſſet naturæ lege ut aliquandò mater eſſe ? Verùm quia carnem Deo conſecrátam, tanquàm ſanctum áliquod oblátum munus, oportébat intactam integramque præſtáre ; idcircò, Licèt, inquit, Angelus ſis, licèt è cœlo vénias, licèt id quod oſténditur, natúram ſúperet humánam ; tamen me virum cognóſcere nefas eſt : quómodò ſine viro mater ero ? Joſeph enim ſponſum novi, ſed virum non cognoſco.

MENSE MARTIO.
Ex libro ſancti Irenæi Epiſcopi & Mártyris, adversùs hæreſes.
Lib. 5. cap. 19. Lectio iij.

IN ſua própria veniente Dómino ; & ſuâ própriâ eum bajulante conditióne, quæ bajulátur ab ipſo ; & recapitulatiónem ejus quæ in ligno fuit inobediéntiæ, per eam quæ in ligno eſt, obediéntiam faciente ; & ſeductióne illâ ſolútâ quâ ſeducta eſt malè illa quæ jam viro deſtináta erat virgo Eva : per veritátem evangelizáta eſt benè ab Angelo jam ſub viro Virgo María. Quemádmodùm enim illa per angélicum ſermónem ſeducta eſt, ut effúgeret Deum, prævaricáta verbum ejus ; ita & hæc per angélicum ſermónem evangelizáta eſt, ut portáret Deum, obédiens ejus verbo. Et ſicut illa ſeducta eſt, ut effúgeret Deum ; ſic hæc ſuáſa eſt obedíre Deo, uti vírginis Evæ virgo María fieret advocáta. Et quemádmodùm aſtrictum eſt morte genus humánum per vírginem, ſolvátur per vírginem ; æquâ lance diſpóſita virginális inobédientia per virginálem obediéntiam.

OFFICIUM PARVUM
BEATÆ MARIÆ.

[*Dicitur in Choro ſecundùm conſuetudinem locorum & Eccleſiarum, & ut præſcribitur parte 3. Rubricarum generalium.*]

Singulæ Horæ hujus Officii dicuntur hoc modo: Officium Nocturnum, Laudes & Veſperæ dicuntur intrà Suffragia. Prima poſt Primam diei, antè Officium Capituli: Tertia poſt Benedicámus, *Tertiæ; & ſic de ceteris Horis.*

AD OFFICIUM NOCT.

Invit. Jeſum de María natum, * Veníte, adorémus. *Matth.* 1.

Pſ. 94. Veníte. 2.

HYMNUS.

O Quàm gloríficâ luce coruſcas,
Stirpis Davídicæ régia proles;
Sublímis réſidens, Virgo María,
Supra Cœlígenas ætheris omnes!
Tu cum virgíneo mater honóre
Cœlórum Dómino péctoris aulam
Sacris viſcéribus caſta dediſti:
Humános Deus hinc índuit artus.
Quem cunctus vénerans orbis adórat,
Cui nunc ritè genu fléctitur omne;
A quo, te précibus ſubveniente,
Æterni pétimus gáudia regni.
Divínæ Sóboli qui dare matrem
In terris vóluit, glória Patri:
Cujus Virgo parens, glória Nato:
Quo fœcunda, tibi glória, Flamen. Amen.

Ant. ſola Ave.

PSALMUS 44.

Chriſtus, Rex; Regina, Virgo Mater.

ERuctávit cor meum verbum bonum: * dico ego ópera mea Reg.

Lingua mea * cálamus ſcribæ velóciter ſcribentis.

Speciósus formâ præ fíliis hóminum, diffúſa eſt grátia in lábiis tuis; * proptéreà benedixit te Deus in æternum.

Accíngere gládio tuo ſuper femur tuum, * Potentíſſime,

Spécie tuâ & pulchritúdine tuâ intende, * próſperè procéde,

Et regna propter veritátem, & manſuetúdinem, & juſtítiam; * & dedúcet te mirabíliter déxtera tua.

Sagittæ tuæ acútæ, pópuli ſub te cadent, * in corda inimicórum regis.

Sedes tua, Deus, in ſéculum ſéculi: * virga directiónis, virga regni tui.

Dilexiſti juſtítiam, & odiſti iniquitátem; * proptéreà unxit te, Deus, Deus tuus, óleo lætítiæ præ consórtibus tuis.

Myrrha, & gutta, & cáſia à veſtimentis tuis, à dómibus ebúrneis; *ex quibus delectavérunt te fíliæ regum in honóre tuo.

Aſtitit regína à dextris tuis in veſtítu deauráto, * circúmdata varietáte.

Diviſio Pſalmi 44.

AUdi, fília, & vide, & inclína aurem tuam; * & oblivíſcere pópulum tuum, & domum patris tui:

Et concupiſcet rex decórem tuum, * quóniam ipſe eſt Dóminus Deus tuus, & adorábunt eum.

Et fíliæ Tyri in munéribus: * vultum tuum deprecabuntur omnes dívites plebis.

Omnis glória ejus fíliæ regis ab intùs, * in fimbriis aureis circumamicta varietátibus.

Adducentur regi vírgines poſt eam: * próximæ ejus afferentur tibi.

Afferentur in lætítia & exultatióne; * adducentur in templum regis.

Pro pátribus tuis nati ſunt tibi fílii: * conſtítues eos príncipes ſuper omnem terram,

Mémores erunt nóminis tui * in omni generatióne & generatiónem.

Proptéreà pópuli confitebuntur tibi in æternum, * & in ſéculum ſéculi.

PSALMUS 45.

Vivum Dei tabernaculum non commovebitur.

DEus noſter refúgium & virtus; * adjutor in tribulatiónibus quæ invenérunt nos nimis.

Proptéreà non timébimus, dum turbábitur terra, *& transferentur montes in cor maris.

Sonuérunt & turbátæ ſunt aquæ eórum: * conturbáti ſunt montes in fortitúdine ejus.

Flúminis ímpetus lætíficat civitátem Dei: * ſanctificávit tabernáculum ſuum Altíſſimus.

Deus in médio ejus, non commovébitur: * adjuvábit eam Deus manè diluculo.

Conturbátæ ſunt gentes, & inclinátæ ſunt regna; *

ſedit vocem ſuam, mota eſt terra.

Dóminus virtútum nobiſcum, * ſuſceptor noſter Deus Jacob.

Veníte, & vidéte ópera Dómini, quæ póſuit prodígia ſuper terram, * áuferens bella uſque ad finem terræ.

Arcum cónteret, & confringet arma, * & ſcuta combúret igni.

Vacáte, & vidéte quóniam ego ſum Deus: * exaltábor in géntibus, & exaltábor in terra.

Dóminus virtútum nobiſcum, * ſuſceptor noſter Deus Jacob.

Ant. Ave, grátiâ plena, Dóminus tecum, benedicta tu in muliéribus. *Luc.* 1.

℣. Sanctificávit tabernáculum ſuum Altíſſimus: ℟. Deus in médio ejus. *Pſ.* 45.

Pater noſter, &c.

Abſolutio & Benedictiones de B. M. poſt Pſalterium.

Lectio j. Iſaiæ 7.

ADjécit Dóminus loqui ad Achaz, dicens: Pete tibi ſignum à Dómino Deo tuo in profundum inferni, ſive in excelſum ſuprà. Et dixit Achaz; Non petam, & non tentábo Dóminum. Et dixit: Audíte ergo, domus David: Numquid parum vobis eſt moleſtos eſſe homínibus; quia moleſti eſtis & Deo meo? Propter hoc dabit Dóminus ipſe vobis ſignum: Ecce Virgo concípiet, & páriet fílium; & vocábitur nomen ejus Emmánuel. Tu autem.

℟. Benedícam. lxxxix.

Lectio ij. Galat. 4.

QUanto témpore hæres párvulus eſt, nihil differt à ſervo, cùm ſit dóminus ómnium; ſed ſub tutóribus & actóribus eſt, uſque ad præfinítum tempus à patre: ita & nos, cùm eſſémus párvuli, ſub elementis mundi erámus ſervientes. At ubi venit plenitúdo témporis, miſit Deus Fílium ſuum, factum ex mulíere, factum ſub lege; ut eos qui ſub lege erant redímeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus. Tu autem.

℟. Quod in ea. lxxxix.

Lectio iij. Apoc. 11. & 12.

APertum eſt templum Dei in cœlo, & viſa eſt arca teſtamenti ejus in templo ejus: & facta ſunt fúlgura, & voces, & terræ motus, & grando magna. Et ſignum magnum appáruit in cœlo: Múlier amicta ſole, & luna ſub pédibus ejus, & in cápite ejus coróna ſtellárum duódecim. Tu autem.

℟. Deus ex fémine. lxxxix.

Non dicitur Te Deum.

℣. *Sacerd.* Confiteantur tibi pópuli, Deus: ℟. Terra dedit fructum ſuum. *Pſ.* 66.

Si Laudes non ſequantur, dicitur hìc Oratio, Concéde. *ut infrà ad Sextam.* xcvij.

AD LAUDES.

℣. Deus, † in adjutórium, &c.

Pſalm. Deus miſereátur. 108. Dóminus regnávit; decórem. 11. Jubiláte Deo, omnis terra; ſervíte, 11.

CANTICUM. *Zach.* 2.

De adventu Chriſti Prophetia.

LAuda & lætáre, fília Sion; * quia ecce ego venio, & habitábo in médio tuî, ait Dóminus.

Et applicabuntur gentes multæ ad Dóminum in die illa, * & erunt mihi in pópulum, & habitábo in medio tuî.

Et ſcies quia Dóminus exercítuum * miſit me ad te.

Et poſſidébit Dóminus Judam partem ſuam in terra ſanctificáta; * & éliget adhuc Jerúſalem.

Síleat omnis caro à fácie Dómini, * quia conſurrexit de habitáculo ſancto ſuo.

Pſalm. Laudáte Dóminum, omnes gentes. 149. *ſub ſola Ant.* Benedicta tu inter mulíeres, & benedictus fructus ventris tui. *Luc.* 1.

CAPITULUM. *Jerem.* 31.

CReávit Dóminus novum ſuper terram: Fémina circúmdabit virum.

HYMNUS.

NUnc auróra, novæ
 núntia lucis,
Triſtes orbe procul diſſipat umbras
O quàm lucídior, nocte ſepultis
Portans ipſa diem, Virgo, refulges!
O quæ nunc hábitas lúcida regna,
Mittas indè tuæ múnera lucis:
Te ſi terra dedit munus Olympo,
Quæ non dona memor reddet Olympus?
Inter perpétuos Núminis hauſtus,
O Regína, tibi ſánguine junctum
Ne dediſce genus: noſtra fuiſti,
Summi facta Parens, Virgo, Tonantis.
Divínæ ſóboli qui dare matrem
In terris vóluit, glória Patri:
Cujus Virgo parens, glória, Nato:
Quo fœcunda, tibi glória, Flamen.
Amen.

℣. Recordátus eſt Dóminus miſericórdiæ ſuæ;
℟. Et veritátis ſuæ dómui Iſraël. *Pſ.* 97.

Ad Benedictus.

Ant. Beáta quæ credidiſti; quóniam perficientur ea quæ dicta ſunt tibi à Dómino. *Luc.* 1.

Oratio

Oratio.

:ꝰus, qui de beátæ Maríæ vírginis útero Vertuum, Angelo nune, carnem ſuſcípere ſti: præſta ſupplícibus ut qui verè eam genim Deî crédimus, ejus te interceſſiónibus adnur; Per eumdem Dóm noſtrum.

Suffragium de omni- Sanctis.

D PRIMAM.

HYMNUS.

Emento, de Deo Deus,
Quòd matre natus Vírgine,
rî miſertus, pérditi
di redemptor véneris.
nos, Dei Virgo parens,
a benigno réſpice:
ábilem tuâ prece
eſſe nobis Fílium.
ii natus es de Vírgine,
, tibi ſit glória
Patre, cumque Spíritu,
mpiterna ſécula.
Amen.

: Dómine Dóminus er. 46. Fundamenta. Cantáte.... quia mia. 50. *ſub Ant.* Fílius factus eſt ei ex fémine id ſecundùm carnem. t. 1.

CAPITULUM. *Iſaiæ* 11.

Grediétur virga de radíce Jeſſe, & flos de :e ejus aſcendet, & requieſcet ſuper eum Spíritus mini.

℟. *br.* Semen ejus * In ætérnum manébit. Semen. ℣. Et thronus ejus ſicut ſol * in conſpectu meo, * In. Glória Patri. Semen.

℣. Ponam in ſéculum ſéculi ſemen ejus, ℟. Et thronum ejus ſicut dies cœli. *Pſ.* 88.

Oratio.

PRótege, Dómine, fámulos tuos ſubsídiis pacis; & beátæ Maríæ ſemper vírginis patrocíniis confidentes, à cunctis hóſtibus & perículis redde ſecúros; Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Hymnus, Memento, de Deo Deus. *ut ſuprà.*

Pſ. Crédidi propter. 114. Ad te levávi. 95. Niſi quia. 54. *ſub Ant.* De María natus eſt Jeſus, qui vocátur Chriſtus. *Matth.* 1.

CAPITULUM. *Iſaiæ* 7.

DAbit Dóminus ipſe vobis ſignum: Ecce Virgo concípiet, & páriet fílium; & vocábitur nomen ejus Emmánuel.

℟. *br.* Deus in médio ejus; * Non commovébitur. Deus. ℣. Adjuvábit eam * mane dilúculo: * Non commovébitur. Glória Patri. Deus. *Pſ.* 45.

℣. Elégit eam Dóminus ℟. In habitatiónem ſibi. *Pſ.* 131.

Oratio.

DEus, qui ſalútis ætérnæ, beátæ Maríæ virginitáte fœcundâ, humáno

géneri præmia præſtitiſti: tríbue, quæſumus, ut ipſam pro nobis intercédere ſentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ ſuſcípere Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum; Qui tecum.

AD SEXTAM.

Hymnus, Memento, xcvij.

Pſ. Qui confídunt. 96. In convertendo. 55. Beáti omnes. 157. *ſub. Ant.* Péperit fílium máſculum, qui rectúrus erat omnes gentes. *Apoc.* 12.

CAPITULUM. *Mich.* 5.

EGrediétur qui ſit dominátor in Iſraël: & egreſſus ejus ab inítio, à diébus æternitátis.

℟. *br.* Dominábitur * A mari uſque ad mare. Dominábitur. ℣. Et à flúmine * uſque ad términos orbis terrárum, * A mari. Glória. Dominábitur.

℣. Adorábunt eum omnes reges terræ; ℟. Omnes gentes ſervient ei. *Pſ.* 71.

Oratio.

COncéde, miſéricors Deus, fragilitáti noſtræ præſídium; ut qui ſanctæ Dei Genitrícis memóriam ágimus, interceſſiónis ejus auxílio, à noſtris iniquitátibus reſurgámus; Per eúmdem Dóminum.

AD NONAM.

Hymnus, Memento. xcvij.

Pſ. Memento. 157. *Diviſio hujus Pſ.* Juravit. 158. Ecce quàm bonum. 75. *ſub Ant.* Manifeſtum eſt quòd ex Juda ortus ſit Dóminus noſter. *Hebr.* 7.

CAPITULUM. *Galat.* 4.

UBi venit plenitúdo témporis, miſit Deus Fílium ſuum, factum ex mulíere, factum ſub lege; ut eos qui ſub lege erant redímeret, ut adoptiónem filiórum reciperémus.

℟. *br.* Miſericórdia & véritas * Obviavérunt ſibi. Miſericórdia. ℣. Juſtítia & pax * oſculátæ ſunt, * Obviavérunt ſibi. Glória Patri. Miſericórdia.

℣. Véritas de terra orta eſt, ℟. Et juſtítia de cœlo proſpéxit. *Pſ.* 84.

Oratio.

FAmulórum tuórum, quæſumus, Dómine, delictis ignoſce; ut qui tibi placére de áctibus noſtris non valémus, Genitrícis Fílii tui Dómini noſtri interceſſióne ſalvémur; Per eúmdem Dóminum.

AD VESPERAS.

PSALMUS 109.

DIxit Dóminus Dómino meo: * Sede à dextris meis;

Donec ponam inimícos tuos, * ſcabellum pedum tuórum.

Virgam virtútis tuæ emittet Dóminus ex Sion: * domináre in médio inimicórum tuórum.

:um princípium in die
:is tuæ in ſplendóri-
ınctórum : * ex útero
luciferum génui te.
ávit Dóminus, & non
tébit eum : * Tu es
dos in æternum ſe-
m órdinem Melchí-
h.
minus à dextris tuis :
ıfrégit in die iræ ſuæ
.
licábit in natiónibus ;
:bit ruínas : * con-
ıbit cápita in terra
órum.
:orrente in via bibet : *
:éreà exaltábit caput.
S A L M U S 112.
ıudáte, púeri, Dó-
ninum, * Laudáte no-
Dómini.
nomen Dómini be-
tum, * ex hoc nunc,
que in ſéculum.
ſolis ortu uſque ad
ſum, * laudábile no-
Dómini.
ccelſus ſuper omnes
es Dóminus, * & ſuper
s glória ejus.
ıis ſicut Dóminus Deus
:r, qui in altis hábi-
* & humília réſpicit
elo & in terra ?
ıſcitans à terra ínό-
: & de ſtércore éri-
páuperem ;
t cólloce eum cum
cípibus, * cum prin-
bus pópuli ſui.
ui habitáre facit ſtéri-
in domo : * matrem
rum lætantem.

P S A L M U S 121.

LÆtátus ſum in his quæ dicta ſunt mihi : *In domum Dómini ibimus.

Stantes erant pedes noſtri * in átriis tuis, Jerúſalem.

Jerúſalem quæ ædificátur ut cívitas, * cujus participátio ejus in idipſum.

Illùc enim aſcendérunt tribus, tribus Dómini ; * teſtimónium Iſraël, ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illic ſedérunt ſedes in judício, * ſedes ſuper domum David.

Rogáte que ad pacem ſunt Jerúſalem, * & abundántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua, * & abundántia in túrribus tuis.

Propter fratres meos & próximos meos, * loquébar pacem de te.

Propter domum Dómini Dei noſtri, * quæſívi bona tibi.

P S A L M U S 126.

NIſi Dóminus ædificáverit domum, * in vanum laboravérunt qui ædíficant eam.

Niſi Dóminus cuſtodíerit civitátem, * fruſtrà vígilat qui cuſtódit eam.

Vanum eſt vobis ante lucem ſúrgere : * ſúrgite, poſtquam ſedéritis, qui manducátis panem dolóris.

Cùm déderit dilectis ſuis

ſomnum : * ecce hæréditas Dómini, fílii, merces, fructus ventris.

Sicut ſagittæ in manu potentis, * ita fílii excuſſórum.

Beátus vir qui implévit deſidérium ſuum ex ipſis; * non confundétur, cùm loquétur inimícis ſuis in porta.

PSALMUS 147.

LAuda, Jeruſalem, Dóminum : * lauda Deum tuum, Sion;

Quóniam confortávit ſeras portárum tuárum, * benedixit fíliis tuis in te;

Qui póſuit fines tuos pacem, * & ádipe fruménti ſátiat te.

Qui emittit elóquium ſuum terræ, * velóciter currit ſermo ejus;

Qui dat nivem ſicut lanam, * nébulam ſicut cínerem ſpargit.

Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas : * ante fáciem frígoris ejus quis ſuſtinébit?

Emittet verbum ſuum, & liquefáciet ea : * flabit ſpíritus ejus, & fluent aquæ.

Qui annúntiat verbum ſuum Jacob, * juſtítias & judícia ſua Iſraël;

Non fecit táliter omni natióni, * & judícia ſua non manifeſtávit eis.

Ant. In me ancillâ ſuâ adimplévit Dóminus miſericórdiam ſuam quam promíſit dómui Iſraël. *Judith* 13.

CAPITULUM. *Eccli.* 24.

QUi creávit me, requiévit in tabernáculo meo; & dixit mihi : In Jacob inhábita, & in Iſraël hæreditáre, & in electis meis mitte radíces. Et ſic in Sion firmáta ſum.

Hymnus, Ave, maris ſtella. lxxxvij.

℣. Anima mea exultábit in Dómino : ℟. Et delectábitur ſuper ſalutári ſuo. *Pſ.* 34.

Ad Magníficat.

Ant. Beátam me dicent omnes generatiónes; quia fecit mihi magna qui potens eſt, & ſanctum nomen ejus. *Luc.* 1.

Oratio.

COrdibus noſtris, quæſumus, Dómine, grátiam tuam benignus infunde; & intercedente ſanctíſſimâ Dei genitríce Maríâ, córpora noſtra caſtitáte, & mentes noſtras humilitáte & caritáte ſanctífica; Per eumdem.

Fit Suffragium de omnibus Sanctis.

AD COMPLETORIUM.

℣. Converte nos. ℣. Deus, † in adjutórium.

Pſ. Sæpè expugnavérunt. 135. De profundis. 96. Dómine non eſt exaltátum. 97. *ſub Ant.* In omni gente quæ audíerit nomen tuum, magnificábitur ſuper te Deus Iſraël. *Judith* 13.

HYMNUS.

VIrgo Dei génitrix, quem totus non capit orbis,
In tua ſe clauſit víſcera, factus homo.
Hinc méritò dicent te ſécula cuncta beátam:
Hinc pópuli matrem te dominamque colunt.
Súſcipe; quos pia plebs tibi péndere certat, honóres:
Annue, ſollícitâ quam prece poſcit, opem.
Cujus Virgo parens, laus ſit tibi ſumma, Redemptor:
Compar ſit Patri, Spirituſque decus.
Amen.

CAPITULUM. *Judith* 13.

NOmen tuum Dóminus ita magnificávit, ut non recédat laus tua de ore hóminum, qui mémores fúerint virtútis Dómini in æternum.

℟. *br.* Vultum tuum * Deprecabuntur. Vultum. ℣. Omnes dívites * plebis, * Deprecabuntur. Glória Patri. Vultum.

℣. Mémores erunt nóminis tui ℟. In omni generatióne & generatiónem. *Pſ.* 44.

Ad Nunc dimittis.

Ant. Memoráre diérum humilitátis tuæ; & ínvoca Dóminum, & lóquere Regi pro nobis, & líbera nos de morte. *Eſther* 15.

Oratio.

BEátæ & glorióſæ ſemperque virginis Maríæ, quæſumus, Dómine, intercéſſio glorióſa nos prótegat, & ad vitam perdúcat æternam: Per Dóminum.

PROSA DE BEATA ad devotiónem.

INvioláta, íntegra & caſta es, María:
Quæ es effecta fúlgida cœli porta.
O mater alma Chriſti caríſſima,
Súſcipe pia laudum præcónia.
Noſtra ut pura péctora ſint & córpora,
Te nunc flágitant devóta corda & ora.
Tua per precáta dulcíſona,
Nobis concédas véniam per ſécula.
O benigna! O benigna! O benigna
Quæ ſola invioláta permanſiſti.

℣. Véritas de terra orta eſt, ℟. Et juſtítia de cœlo proſpexit. *Pſ.* 84.

Oratio.

FAmulórum tuórum, quæſumus, Dómine, delictis ignoſce; ut qui tibi placére de áctibus noſtris non valémus, Genitrícis Fílii tui Dómini noſtri interceſſióne ſalvémur; Per eumdem Chriſtum.

PSALMI PŒNITENTIALES.

Dicuntur ſecundùm conſuetudinem locorum & Eccleſiarum, & ut præſcribitur Parte 3. Rubricarum generalium.

PSALMUS 6.

Pœnitentis gemitus & fiducia.

DOmine, ne in furóre tuo árguas me, * neque in ira tua corrípias me.

Miſerére meî, Dómine, quóniam infirmus ſum: * ſana me, Dómine, quóniam conturbáta ſunt oſſa mea.

Et ánima mea turbáta eſt valde: * ſed tu, Dómine, úſquequò?

Convértere, Dómine, & éripe ánimam meam: * ſalvum me fac propter miſericórdiam tuam;

Quóniam non eſt in morte, qui memor ſit tuî: * in inferno autem quis confitébitur tibi?

Laborávi in gémitu meo, lavábo per ſíngulas noctes lectum meum: * lácrymis meis ſtratum meum rigábo.

Turbátus eſt à furóre óculus meus: * inveterávi inter omnes inimícos meos.

Diſcédite à me, omnes qui operámini iniquitátem; * quóniam exaudívit Dóminus vocem fletûs mei.

Exaudívit Dóminus deprecatiónem meam: * Dóminus oratiónem meam ſuſcépit.

Erubeſcant & conturbentur vehementer omnes inimíci mei: * convertantur & erubeſcant valdè velóciter.

PSALMUS 31.

Miſericordia Dei peccatorem per gratiam ſuam juſtificantis commendatur.

BEáti quorum remiſſæ ſunt iniquitátes, * & quorum tecta ſunt peccáta.

Beátus vir cui non imputávit Dóminus peccátum, * nec eſt in ſpíritu ejus dolus.

Quóniam tácui, inveteravérunt oſſa mea, * dùm clamárem totâ die.

Quóniam die ac nocte graváta eſt ſuper me manus tua: * converſus ſum in ærumna mea, dùm confígitur ſpina.

Delictum meum cógnitum tibi feci, * & injuſtítiam meam non abſcondi.

Dixi: Confitébor adverſùm me injuſtítiam meam Dómino; * & tu remiſiſti impietátem peccáti mei.

Pro hac orábit ad te omnis ſanctus * in témpore opportúno.

rúmtamen in dilúvio
'um multárum, * ad
ıon approximábunt.
es refúgium meum à
latióne quæ circúm-
me : * exultátio mea,
me à circumdántibus

elleƈtum tibi dabo,
ſtruam te in via hac
;radiéris : * firmábo
te óculos meos.
líte fieri ſicut equus
ılus, * quibus non
telleƈtus.
:amo & fræno maxil-
ɔrum conſtringe, *
ɔn appróximant ad te.
lta flagella peccató-
' ſperantem autem in
no miſericórdia cir-
abit.
támini in Dómino,
:ultáte, juſti ; * &
ımini, omnes reƈti
.
S A L M U S 37.
la hujus vitæ juſti-
: ad obtinendam pec-
ım veniam.
ɔmine, ne in furóre
uo árguas me, * ne-
ı ira tua corrípias me ;
óniam ſagittæ tuæ in-
unt mihi, * & con-
ƈti ſuper me manum

ı eſt sánitas in carne
fácie iræ tuæ : * non
κ óſſibus meis à fácie
tórum meórum.
niam iniquitátes meæ
;reſſæ ſunt caput
ı : * & ſicut onus gra-

ve graváмеæ ſunt ſuper me.
Putruérunt & corruptæ ſunt cicatríces meæ, * à fácie inſipiéntiæ meæ.
Miſer factus ſum & curvátus ſum, uſque in finem : * totâ die contriſtátus ingrediébar.
Quóniam lumbi mei impléti ſunt illuſiónibus ; * & non eſt sánitas in carne mea.
Afflictus ſum & humiliátus ſum nimis : * rugiébam à gémitu cordis mei.
Dómine, ante te omne deſidérium meum ; * & gémitus meus à te non eſt abſcónditus.
Cor meum conturbátum eſt, derelíquit me virtus mea ; * & lumen oculórum meórum, & ipſum non eſt mecum.
Amíci mei, & próximi mei * adversùm me appropinquavérunt & ſtetérunt.
Et qui juxtà me erant, de longè ſtetérunt ; * & vim faciébant qui quærébant ánimam meam.
Et qui inquirébant mala mihi, locúti ſunt vanitátes, * & dolos totâ die meditábantur.
Ego autem tanquàm ſurdus non audiébam, * & ſicut mutus non apériens os ſuum.
Et factus ſum ſicut homo non áudiens, * & non habens in ore ſuo redargutiónes.
Quóniam in te, Dómi-

ne, ſperávi: * tu exáudies me, Dómine Deus meus.

Quia dixi: Nequandò ſupergáudeant mihi inimíci mei; * &, dùm commoventur pedes mei, ſuper me magna locúti ſunt.

Quóniam ego in flagella parátus ſum; * & dolor meus in conſpectu meo ſemper.

Quóniam iniquitátem meam annuntiábo; * & cogitábo pro peccáto meo.

Inimíci autem mei vivunt, & confirmáti ſunt ſuper me; * & multiplicáti ſunt qui odérunt me iníquè.

Qui retríbuunt mala pro bonis, detrahébant mihi; * quóniam ſequébar bonitátem.

Ne derelinquas me, Dómine; Deus meus, ne diſcéſſeris à me: * intende in adjutórium meum, Dómine Deus ſalútis meæ.

PSALMUS 50.

Cor mundum à Deo poſtulandum: Eccleſiæ bona deſideranda.

MIſerére meî, Deus, * ſecundùm magnam miſericórdiam tuam.

Et ſecundùm multitúdinem miſeratiónum tuárum * dele iniquitátem meam.

Ampliùs lava me ab iniquitáte mea, * & à peccáto meo munda me;

Quóniam iniquitátem meam ego cognoſco, * & peccátum meum contra me eſt ſemper.

Tibi ſoli peccávi, & malum coram te feci; * ut juſtificéris in ſermónibus tuis, & vincas cum judicáris.

Ecce enim in iniquitátibus conceptus ſum, * & in peccátis concépit me mater mea.

Ecce enim veritátem dilexiſti: * incerta & occulta ſapiéntiæ tuæ manifeſtaſti mihi.

Aſperges me hyſſópo, & mundábor: * lavábis me, & ſuper nivem dealbábor.

Audítui meo dabis gáudium & lætítiam; * & exultábunt oſſa humiliáta.

Averte fáciem tuam à peccátis meis, * & omnes iniquitátes meas dele.

Cor mundum crea in me, Deus; * & ſpíritum rectum ínnova in viſcéribus meis.

Ne projícias me à fácie tua; * & Spíritum ſanctum tuum ne áuferas à me.

Redde mihi lætítiam ſalútaris tui; * & ſpíritu principáli confirma me.

Docébo iníquos vias tuas; * & ímpii ad te convertentur.

Líbera me de ſanguínibus, Deus, Deus ſalútis meæ; * & exultábit lingua mea juſtítiam tuam.

Dómine, lábia mea aperies; * & os meum annuntiábit laudem tuam.

Quóniam ſi voluiſſes ſacrifícium, dediſſem útiquè;

cauſtis non delectá-

ificium Deo: ſpíritus
bulátus : * cor con-
& humiliátum ,
non deſpícies.
ignè fac, Dómine,
na voluntáte tua
* ut ædificentur muri
lem.
ic acceptábis ſacrifi-
juſtítiæ, oblatiónes
ocauſta ; * tunc im-
t ſuper altáre tuum
s.

ALMUS 101.

uitentis inter mundi adverſa ſpes in Dei , per quod omnia ſunt.

)mine, exaudi ora-
iónem meam ; * &
r meus ad te vé-

n avertas fáciem tuam
: * in quacumque
ibulor, inclína ad me
n tuam.
quacumque die invo-
o te , * velóciter
i me ;
ia defecérunt ſicut fu-
lies mei, * & oſſa
ſicut crémium arué-

cuſſus ſum ut fœnum,
it cor meum ; * quia
is ſum comédere pa-
meum.
voce gémitûs mei *
ſit os meum carni

nilis factus ſum peli-
: ſolitúdinis : * factus

ſum ſicut nycticorax in domicílio.

Vigilávi, * & factus ſum ſicut paſſer ſolitárius in tecto.

Totâ die exprobrábant mihi inimíci mei ; * & qui laudábant me, adverſùm me jurábant.

Quia cínerem tanquàm panem manducábam, * & potum meum cum flètu miſcébam.

A fácie iræ & indignatiónis tuæ ; * quia élevans alliſiſti me.

Dies mei ſicut umbra declinavérunt ; * & ego ſicut fœnum árui.

Tu autem Dómine, in æternum pérmanes ; * & memoriále tuum in generatiónem & generatiónem.

Tu exurgens miſeréberis Sion, * quia tempus miſerendi ejus, quia venit tempus ;

Quóniam placuérunt ſervis tuis lápides ejus, * & terræ ejus miſerebuntur.

Et timébunt gentes nomen tuum, Dómine, * & omnes reges terræ glóriam tuam ;

Quia ædificávit Dóminus Sion, * & vidébitur in glória ſua.

Reſpexit in oratiónem humílium, * & non ſprevit precem eórum.

Scribantur hæc in generatióne áltera : * & pópulus qui creábitur, laudábit Dóminum.

Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo : * Dóminus de cœlo in terram aſpexit ;

Ut audíret gémitus compeditórum , * ut ſólveret fílios interemptórum ;

Ut annúntient in Sion nomen Dómini , * & laudem ejus in Jerúſalem ,

In conveniendo pópulos in unum , & reges , * ut ſérviant Dómino.

Reſpondit ei in via virtútis ſuæ : * Paucitátem diérum meórum núntia mihi.

Ne révoces me in dimídio diérum meórum : * in generatiónem & generatiónem anni tui.

Inítio , tu , Dómine , terram fundaſti : * & ópera mánuum tuárum ſunt cœli.

Ipſi perîbunt ; * tu autem pérmanes :

Et omnes ſicut veſtimentum veteraſcent ; * & ſicut opertórium mutábis eos , & mutabuntur.

Tu autem idem ipſe es , * & anni tui non deficient.

Fílii ſervórum tuórum habitábunt ; * & ſemen eórum in ſéculum dirigétur.

P S A L M U S 129.

Pœnitentis ſpes in Redemptore Chriſto.

DE profundis clamávi ad te , Dómine : * Dómine , exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes * in vocem deprecatiónis meæ.

Si iniquitátes obſervá veris , Dómine ; * Dómine , quis ſubſtinébit ?

Quia apud te propitiátio eſt , * & propter legem tuam ſuſtínui te , Dómine.

Suſtínuit ánima mea in verbo ejus : * ſperávit ánima mea in Dómino.

A cuſtódia matutína uſque ad noctem * ſperet Iſraël in Dómino ;

Quia apud Dóminum miſericórdia , * & copióſa apud eum redémptio.

Et ipſe rédimet Iſraël * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

P S A L M U S 142.

Pœnitentis nihil de ſe , omnia de Deo miſericorde , præſumentis inſtantia & fiducia.

DOmine , exaudi oratiónem meam : * áuribus pércipe obſecratiónem meam in veritáte tua ; exaudi me in tua juſtítia.

Et non intres in judícium cum ſervo tuo ; * quia non juſtificábitur in conſpectu tuo omnis vivens.

Quia perſecútus eſt inimícus ánimam meam : * humiliávit in terra vitam meam.

Collocávit me in obſcúris ſicut mórtuos ſéculi ; * & anxiátus eſt ſuper me ſpíritus meus : in me turbátum eſt cor meum.

Memor fui diérum antiquórum : meditátus ſum in ómnibus opéribus tuis ; * in factis mánuum tuárum meditábar.

Expandi manus meas ad te : * ánima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velóciter exaudi me, Dómine, * defécit ſpíritus meus.

Non avertas fáciem tuam à me ; * & ſímilis ero deſcendéntibus in lacum.

Audítam fac mihi manè miſericórdiam tuam ; * quia in te ſperávi.

Notam fac mihi viam in quâ ámbulem ; * quia ad te levávi ánimam meam.

Eripe me de inimícis meis, Dómine ; ad te confúgi : * doce me fácere voluntátem tuam, quia Deus meus es tu.

Spíritus tuus bonus dedúcet me in terram rectam : * propter nomen tuum, Dómine, vivificábis me in æquitáte tua.

Edúces de tribulatióne ánimam meam ; * & in miſericórdia tua diſperdes inimícos meos.

Et perdes omnes qui tríbulant ánimam meam, * quóniam ego ſervus tuus ſum.

Ant. Dómine, memor eſto mei, & ne vindíctam ſumas de peccátis meis, neque reminiſcáris delícta mea, vel parentum meórum. *Tob.* 3.

LITANIÆ.

Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.
Chriſte, audi nos. Chriſte, exaudi nos.
Pater de cœlis, Deus, miſerére nobis.
Fili, redemptor mundi, Deus, miſerére nobis.
Spíritus ſancte, Deus, miſerére nobis.
Sancta Trínitas, unus Deus, miſerére nobis.
Sancta María, Ora pro nobis.
Sancta Dei Génitrix, ora.
Sancta Virgo vírginum, ora.
Sancte Míchaël, ora.
Sancte Gábriël, ora.
Sancte Ráphaël, ora.
Omnes ſancti Angeli & Archángeli, oráte pro nobis.
Omnes ſancti beatórum Spirítuum órdines, oráte.
Sancte Joannes Baptiſta, ora pro nobis.
Sancte Joſeph, ora.
Omnes ſancti Patriarchæ & Prophétæ, oráte.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Jacóbe, [*Zeb.*] ora.
Sancte Joannes, ora.
Sancte Thoma, ora.
Sancte Jacóbe, ora.
Sancte Philippe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.
Sancte Matthæe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thaddæe, ora.
Sancte Matthía, ora.
Sancte Bárnaba, ora.
Sancte Marce, ora.

Sancte Luca, ora.
Omnes ſancti Apóſtoli & Evangeliſtæ, oráte.
Omnes ſancti Diſcípuli Dómini, oráte.
Omnes ſancti Innocentes, oráte pro nobis.
Sancte Stéphane, ora pro nobis.
Sancte Clémens, ora pro nobis.
Sancte Fabiáne, ora pro nobis.
Sancte Cypriáne, ora pro nobis.
Sancte Vincenti, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Sebaſtiáne, ora.
Sancte Pothíne cum ſóciis tuis, ora.
Sancte Irenæe cum ſociis tuis, ora pro nobis.
Sancte Dionyſi cum ſóciis tuis, ora pro nobis.
Sancte Maurici cum ſóciis tuis, ora pro nobis.
Sancti Joannes & Paule, oráte pro nobis.
Sancti Coſma & Damiáne, oráte pro nobis.
Sancti Gerváſi & Protáſi, oráte pro nobis.
Sancti Juſte & Paſtor, oráte pro nobis.
Omnes ſancti Mártyres, oráte pro nobis.
Sancte Sylveſter, ora pro nobis.
Sancte Leo, ora pro nobis.
Sancte Gregóri, ora pro nobis.
Sancte Ambróſi, ora.
Sancte Auguſtíne, ora.
Sancte Hierónyme, ora.
Sancte Athanáſi, ora.
Sancte Basíli, ora.
Sancte Gregóri Nazianzéne, ora pro nobis
Sancte Joannes Chryſóſtome, ora pro nobis.
Sancte Hilári, ora.
Sancte Cæsári, ora.
Sancte Nicoláe, ora pro nobis.
Sancte Martíne, ora pro nobis.
Sancte Remígi, ora pro nobis.
Sancte Lupe (*Sen.*) ora pro nobis.
Sancte Paule (*Narb.*) ora pro nobis.
Sancte Rúſtice, ora pro nobis.
Sancte Theodarde, ora pro nobis.
Sancte Cárole, ora.
Sancte Franciſce Saléſi, ora pro nobis.
Sancte Bernarde, ora pro nobis.
Sancte Thoma Aquínas, ora pro nobis.
Omnes ſancti Pontífices & Confeſſóres, oráte pro nobis.
Omnes ſancti Doctóres, oráte pro nobis.
Sancte Antóni, ora pro nobis.
Sancte Benedicte, ora pro nobis.
Sancte Guillelme, ora pro nobis.
Sancte Domínice, ora.
Sancte Franciſce, ora.
Sancte Ludovíce, ora.

: Roche, ora.
s ſancti Sacerdótes &
ítæ, oráte.
s ſancti Mónachi &
mítæ, oráte.
ı Anna, ora.
ı María Magdaléne,
pro nobis.
ı Thecla, ora.
e Perpétua & Felíci-
oráte pro nobis.
ı Agatha, ora.
ı Lúcia, ora.
ı Agnes, ora.
: Cæcília, ora.
ı Catharína, ora.
ı Anaſtáſia, ora.
ı Genovéfa, ora.
ı Scholáſtica, ora.
ı Theréſia, ora.
ı Clotildis, ora.
ı Radegundis, ora.
: Bathildis, ora.
ı María Ægyptia, ora.
s ſanctæ Vírgines &
uæ, oráte.
s Sancti & Sanctæ
, intercédite pro no-

:ius eſto, Parce no-
, Dómine.
:ius eſto, Exaudi nos,
nine.
ıni malo, Líbera nos,
nine.
nni peccáto, líbera
, Dómine.
ı tua, líbera.
itánea & improvíſa
te, líbera.
ídiis diáboli, líbera.
ımundis cogitatióni-
, líbera nos, Dómine,
ritu fornicatiónis,

líbera nos, Dómine.
Ab ira, & ódio, & omni
mala voluntáte, líbera.
A fúlgure & tempeſtáte,
líbera nos, Dómine.
A morte perpétua, líbera.
Per myſtérium ſanctæ In-
carnatiónis tuæ, líbera.
Per Adventum tuum, líbera.
Per Nativitátem tuam, lí-
bera nos, Dómine.
Per Baptiſmum & ſanctum
Jejúnium tuum, líbera.
Per Crucem & Paſſiónem
tuam, líbera.
Per Mortem & Sepultúram
tuam, líbera.
Per ſanctam Reſurrectió-
nem tuam, líbera.
Per admirábilem Aſcenſió-
nem tuam, líbera.
Per adventū Spíritûs ſancti
paracléti, líbera.
In die judícii, líbera.
Peccatóres, Te rogámus,
audi nos.
Ut ad veram pœniténtiam
nos perdúcere dignéris,
te rogámus, audi nos.
Ut remiſſiónem peccatórum
noſtrórum nobis dones,
te rogámus, audi nos.
Ut compunctiónem cordis,
fontemque lacrymárum
nobis dones, te.
Ut fidem, ſpem & caritá-
tem nobis dones, te.
Ut Eccléſiam tuam ſanctam
régere & conſerváre dig-
néris, te.
Ut Domnum Apoſtólicum,
& omnes gradus Eccle-
ſiæ in ſancta religióne
conſerváre dignéris, te.

Ut Antíſtitem noſtrum, & omnes congregatiónes illi commiſſas, in tuo ſancto obſéquio conſerváre dignéris, te.
Ut Regem noſtrum cuſtodíre dignéris, te.
Ut inimícos ſanctæ Eccléſiæ humiliáre dignéris, te.
Ut Régibus & Princípibus Chriſtiánis pacem & veram concórdiam donáre dignéris, te.
Ut cuncto pópulo Chriſtiáno pacem & unitátem largíri dignéris, te.
Ut noſmetipſos in tuo ſancto ſervítio confortáre & conſerváre dignéris, te.
Ut mentes noſtras ad cœléſtia deſidéria érigas, te.
Ut ómnibus benefactóribus noſtris ſempiterna bona retríbuas, te.
Ut ánimas noſtras, fratrum, propinquórum, & benefactórum noſtrórum, ab æterna damnatióne, erípias, te.
Ut fructus terræ dare & conſerváre dignéris, te.
Ut ómnibus fidélibus defunctis réquiem æternam donáre dignéris, te.
Ut nos exaudíre dignéris, te rogámus, audi nos.
Fili Dei, te rogámus, audi nos.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Parce nobis, Dómine.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Exaudi nos, Dómine.
Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi, Miſerére nobis.

Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Pater. *ſecretò uſque ad*
℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Dómine, non ſecundùm peccáta noſtra fácias nobis: ℟. Neque ſecundùm iniquitátes noſtras retríbuas nobis. *Pſ.* 102.

℣. Eſto nobis, Dómine, turris fortitúdinis, ℟. A fácie inimíci. *Pſ.* 60.

℣. Orémus pro ſummo Pontífice *N.* ℟. Det illi Dóminus aſſiſtrícem ſapiéntiam, ut diſpónat pópulum Dei juſtè. *Sap.* 9.

℣. Pro Paſtóre noſtro *N.* ℟. Dóminus conſervet eum, & vivíficet eum. *Pſ.* 40.

℣. Pro Rege noſtro *N.* ℟. Dómine, ſalvum fac Regem; & exaudi nos in die quâ invocavérimus te. *Pſ.* 19.

℣. Pro benefactóribus noſtris. ℟. Deus omnem grátiam abundáre fáciat in illis, & áugeat incrementa frugum juſtítiæ illórum. 2. *Cor.* 9.

℣. Pro cunctis fidélibus defunctis. ℟. Edúcat eos Dóminus in lucem, & vídeant juſtítiâ ejus. *Mich.* 7.

℣. Pro infirmis, afflictis, captívis, & peregrínis. ℟. Líbera eos, Deus, ex óm-

tribus tribulatiónibus ſuis. Pſ. 24.

℣. Pro frátribus noſtris abſéntibus. ℟. Bénefac, Dómine, bonis & rectis corde. Pſ. 124.

℣. Memor eſto congregatiónis tuæ, ℟. Quam poſſediſti ab inítio. Pſ. 73.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. Pſ. 101.

℣. Dóminus vobiſcū, &c.

Orémus.

DEus, qui próprium eſt miſeréri ſemper, & párcere: ſúſcipe deprecatiónem noſtram; ut nos, & omnes fámulos tuos quos delictórum caténa conſtringit, miſerátio tuæ pietátis clementer abſolvat.

EXaudi, quæſumus, Dómine, ſúpplicum preces, & confiténtium tibi parce peccátis; ut páriter nobis indulgéntiam tríbuas benígnus & pacem.

INeffábilem nobis, Dómine, miſericórdiam tuam clementer oſtende; ut ſimul nos & à peccátis ómnibus éxuas, & à pœnis quas pro his merémur, erípias.

DEus, qui culpas delinquéntium diſtrictè feriendo pércutis, fletus quoque lugéntium non recúſas: quæſumus, ut qui pondus tuæ animadverſiónis cognóvimus, pietátis tuæ grátiam ſentiámus.

DEus, ómnium fidélium paſtor & rector, fámulum tuum N. quem paſtórem Eccléſiæ tuæ præeſſe voluiſti, propítius réſpice; da ei, quæſumus, verbo & exemplo, quibus præeſt proficere, ut ad vitam unà cum grege ſibi crédito, pervéniat ſempitérnam.

OMnípotens, ſempitérne Deus, miſerére fámulo tuo Pontífici noſtro N. & dírige eum ſecundùm tuam cleméntiam in viam ſalútis ætérnæ; ut, te donante, tibi plácita cúpiat, & totâ virtúte perfíciat.

QUæſumus, omnípotens Deus, ut fámulus tuus Rex noſter N. qui tuâ miſeratióne ſuſcépit regni gubernácula, virtútum étiam ómnium percípiat increménta; quibus decenter ornátus, vitiórum monſtra devitáre, hoſtes ſuperáre, & ad te, qui via, véritas, & vita es, gratióſus váleat pervenire.

DEus, à quo ſancta deſidéria, recta conſília, & juſta ſunt ópera: da ſervis tuis illam, quam mundus dare non poteſt, pacem; ut & corda noſtra mandátis tuis dédita, &, hóſtium ſublátâ formídine, témpora ſint tuâ protectióne tranquílla.

URe igne ſancti Spíritûs renes noſtros, & cor noſtrum, Dómine; ut tibi

caſto córpore ſerviámus, & mundo corde placeámus.

ACtiónes noſtras, quæſumus, Dómine, aſpirando præveni, & adjuvando proſéquere, ut cuncta noſtra orátio & operátio à te ſemper incípiat, & per te ſemper finiátur.

FIdélium, Deus, ómnium cónditor & redemptor, animábus famulórum famularumque tuárum remiſſiónem cunctórum tríbue peccatórum; ut indulgéntiam quam ſemper optavérunt, piis ſupplicatiónibus conſequantur.

OMnípotens, ſempitérne Deus, qui vivórum domináris ſimul & mortuórum, omniúmque miseréris, quos tuos fide & ópere futúros eſſe prænóſcis: te ſúpplices exorámus, ut pro quibus effúndere preces decrévimus, quoſque vel præſens ſéculum adhuc in carne rétinet, vel futúrum jam exútos córpore ſuſcépit, intercedéntibus ómnibus Sanctis tuis, pietátis tuæ cleméntiâ, ómnium delictórum ſuórum véniam conſequantur; Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

ORDO
COMMENDATIONIS ANIMÆ ANTE DECESSUM.

Primùm dicuntur Litaniæ breves in hunc modum.

KYrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.
Sancta María, Ora pro eo (*vel* ea.)
Omnes ſancti Angeli, oráte.
Sancte Abel, ora.
Omnis chorus Juſtórum, ora.
Sancte Abraham, ora.
Sancte Joannes Bapt. ora.
Sancte Joſeph, ora.
Omnes ſancti Patriarchæ & Prophétæ, oráte.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andréa, ora.
Sancte Joannes, ora.
Omnes ſancti Apóſtoli & Evangeliſtæ, oráte.
Omnes ſancti Diſcípuli Dómini, oráte.
Omnes ſancti Innocentes, oráte pro eo (*vel* ea.)
Sancte Stéphane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Sebaſtiáne, ora.
Omnes ſancti Mártyres, oráte pro eo (*vel* ea.)
Sancte Sylveſter, ora.

e Auguſtíne, ora.
e Benedícte, ora.
e Franciſce, ora.
es ſancti Confeſſóres,
te pro eo (*vel* ea.)
a María Magdaléne,
pro eo (*vel* ea.)
a Thecla, ora.
a Lúcia, ora.
es ſanctæ Vírgines,
te pro eo (*vel* ea.)
es Sancti & Sanctæ
i, intercédite pro eo
l ea.)
tius eſto, Parce ei,
mine.
tius eſto, Adjuva eum,
l eam,) Dómine.
tius eſto, Líbera eum,
l eam,) Dómine.
a tua, líbera.
la morte, líbera.
eſtáte diáboli, líbera.
nis inferni, líbera.
nativitátem tuam, lí-
a eum, (*vel* eam,)
mine.
Crucem & Paſſiónem
m, líbera.
Mortem & Sepultúram
m, líbera.
loriósam Reſurrectió-
n tuam, líbera.
dmirábilem Aſcenſió-
n tuam, líbera.
rátiam Spíritûs ſancti
acléti, líbera.
judícii, líbera.
tóres, te rogámus,
i nos.
parcas, te rogámus.
, eléiſon. Chriſte,
ſon. Kyrie, eléiſon.
ndè, cum in agone ſui exitûs anxiatur anima, dicitur:

PRoficíſcere, ánima chriſtiána, de hoc mundo, In nómine Dei Patris omnipoténtis, qui te creávit: In nómine Jeſu Chriſti Fílii Dei vivi, qui pro te paſſus eſt: In nómine Spíritûs ſancti, qui in te effúſus eſt. Egredienti de córpore áditus tibi páteat ad Sion montem, civitátem Dei viventis, Jerúſalem cœleſtem, & multórum Angelórum frequéntiam, & Eccléſiam primitivórum qui conſcripti ſunt in cœlis. Exurgat Deus,. & diſſipentur omnes poteſtátes tenebrárum; fúgiant cuncta ſpirituália nequítiæ in cœléſtibus, & ovem pretióſo Chriſti ſánguine redemptam violáre non áudeant. Líberet te à cruciátu Chriſtus, qui pro te crucifixus eſt. Líberet te ab ætérna morte Chriſtus, qui pro te mori dignátus eſt. Ovem ſuam te bonus paſtor agnoſcat, atque in electórum ſuórum grege conſtítuat. Redemptórem tuum fácie ad fáciem vídeas; & præſens ſemper aſſiſtens maniſeſtíſſimam beátis óculis aſpícias veritátem in ſécula ſeculórũ. ℟. Amen.

COmmendámus tibi, Dómine, ánimam * fámuli tui [*vel* fámulæ tuæ]; precamurque te, Dómine Jeſu Chriſte, Salvátor mundi, ut propter

quam ad terram miſericórditer deſcendiſti, eam in pace ſuſcípias, & in ſinu Abrahæ per manus ſanctórum Angelórum collocáre dignéris. Agnoſce, Dómine Jeſu, creatúram tuam, per te renátam ex aqua & Spíritu ſancto, conſecrátam ſigno crucis tuæ, nutrítam córpore & sánguine tuo, & in Eccléſiæ tuæ ſinu verbo veritátis inſtructam. Ne péreat prétium quod pro ejus ætérna redemptióne perſolviſti. Delícta juventútis ejus & ignorántias clementer indulge. Ne memíneris iniquitátum ejus antiquárum, quas ſuſcitávit furor mali deſidérii: ſed memento miſeratiónum tuárum, & glóriæ nóminis tui. Licèt enim peccáverit, tamen in te ſperávit & crédidit, teque Deum & Salvatórem ſuum unà cum Patre & Spíritu ſancto fidéliter adorávit. ℟. Amen.

Pſ. Dómine, quid multiplicáti ſunt. 4.

Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Pater. ℣. Et ne nos, &c.
℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Salvum me fac, Deus; ℟. Quóniam intravérunt aquæ uſque ad ánimam meam. *Pſ.* 68.

℣. In multitúdine miſericórdiæ tuæ exaudi me, ℟. In veritáte ſalútis tuæ. *Pſ.* 68.

℣. Eripe me de luto, ut non infígar: ℟. Líbera me ab iis qui odérunt me, & de profundis aquárum. *Pſ.* 68.

℣. Non me demergat tempeſtas aquæ, neque abſórbeat me profundum: ℟. Neque úrgeat ſuper me púteus os ſuum. *Pſ.* 68.

℣. Exurge in adjutórium mihi: ℟. Dic ánimæ meæ, Salus tua ego ſum. *Pſ.* 34.

℣. Fac mecum ſignum in bonum, ut vídeant qui odérunt me, & confundantur; ℟. Quóniam tu, Dómine, adjuviſti me, & conſolátus es me. *Pſ.* 85.

Orémus.

Unigénite & dilecte Fili Dei vivi, qui pro redemptióne mundi voluiſti in præſépio naſci, à Judæis reprobári; à Juda proditóre óſculo tradi, vínculis alligári, ſicut agnus ad víctimam duci, flagellis & cólaphis cædi, ſputis fœdári, ſpinis coronári, cruci affígi, cum ſcelerátis deputári, & inter acerbíſſimos dolóres expiráre: quæſumus ut per has ſanctíſſimas pœnas tuas, & per crucem ac mortem tuam, liberáre dignéris * fámulum tuum *N.* [*vel* fámulam tuam *N.*] à pœnis inferni, & perdúcere quò perduxiſti latrónem tecum crucifixũ; Qui cum Patre & Spíritu ſancto vivis & regnas Deus. ℟. Amen.

Poſteà legitur de Paſſione Domini noſtri Jeſu Chriſti. (Ex Matth. Marc. Luc.)

ASſúmit Jeſus Petrum, & Jacóbum, & Joannem ſecum; & cœpit pavére & tædére, contriſtári & mœſtus eſſe. Tunc ait illis; Triſtis eſt ánima mea uſque ad mortem; ſuſtinéte hîc, & vigiláte mecum. Et progreſſus puſillùm, póſitis génibus, orábat dicens: Pater, ſi vis, transfer cálicem iſtum à me: verúmtamen non mea voluntas, ſed tua fiat. Appáruit autem illi Angelus de cœlo, confortans eum. Et procídit ſuper terram in fáciem ſuam, orans; & factus in agónia, prolíxiùs orábat, ut, ſi fíeri poſſet, transíret ab eo hora. Et dixit: Abba, Pater, ſi poſsíbile eſt, tránſeat à me calix iſte: ómnia tibi poſſibília ſunt; transfer cálicem hunc à me: ſed non quod ego volo, ſed quod tu. Et factus eſt ſudor ejus, ſicut guttæ ſánguinis decurrentis in terram.

Pſ. Deus, in adjutórium meum. 113.

℣. Exaudi, Deus, oratiónem meam, & ne deſpexeris deprecatiónem meam: ℟. Intende mihi, & exaudi me. *Pſ.* 54.

℣. Cor meum conturbátum eſt in me: ℟. Et formído mortis cécidit ſuper me. *Pſ.* 54.

℣. Timor & tremor venérunt ſuper me: ℟. Et contexérunt me ténebræ. *Pſ.* 54.

℣. Ego autem in te ſperávi, Dómine; ℟. Dixi: Deus meus es tu; in mánibus tuis ſortes meæ. *Pſ.* 30.

℣. Illúmina óculos meos, ne unquàm obdórmiam in morte; ℟. Nequandò dicat inimícus meus: præválui adversùs eum. *Pſ.* 12.

℣. Cuſtódi ánimam meam, & érue me: ℟. Non erubeſcam; quóniam ſperávi in te. *Pſ.* 24.

Orémus.

DOmine Jeſu Chriſte, clementiam tuam humíliter implorámus, per illam ánimæ tuæ triſtítiam uſque ad mortem, & per ágoniam quam, inſtante paſſióne, pertuliſti, quandò factus eſt ſudor tuus ſicut guttæ ſánguinis decurrentis in terram: ſuccurre * fámulo tuo, [*vel* fámulæ tuæ] in agóne mortis * conſtitúto [*vel* conſtitútæ]: tuére * eum [*vel* eam] in hàc hora contrà diabólicos incurſus: líbera * eum [*vel* eam] à mortis imminentis terróribus; & de peccatórum ſuórum conſciéntia formidantem, fac * eum [*vel* eam] de miſericórdiæ tuæ immenſa largitáte * ſecúrum [*vel* ſecúram]: Qui vivis & regnas Deus. ℟. Amen.

Pſ. Voce meâ ad Dóminum. 76.

℣. Vide, Dómine, humilitátem meam & labórem meum : ℟. Et dimitte univerſa delícta mea. *Pſ.* 24.

℣. Dómine Deus miſerátor & miſéricors, pátiens, & multæ miſericórdiæ, & verax ; ℟. Réſpice in me, & miſerére meî. *Pſ.* 85.

℣. Ne derelinquas me, Dómine ; ℟. Deus meus, ne diſcéſſeris à me. *Pſ.* 37.

℣. Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ ? ℟. Et volábo & requieſcam. *Pſ.* 54.

℣. Moriátur ánima mea morte juſtórum : ℟. Et fiant noviſſima mea horum ſimília. *Num.* 23.

Orémus.

DOmine Jeſu Chriſte, qui per os Prophétæ dixiſti : In caritáte perpétua dilexi te ; ídeò attráxi te, míſerans : te ſúpplices deprecámur per iſtam caritátem quâ dilexiſti nos, ut omnes amaritúdines paſſiónum tuárum quas pro nobis peccatóribus ſuſtinuiſti in cruce, offerre & oſténdere dignéris Deo Patri pro ánima * fámuli tui [*vel fámulæ tuæ*] in hac hora éxitûs ejus ; quátenùs cum ipſa miſericórdiùs agátur, quàm ejus peccáta meruérunt : Qui cum eódem Deo Patre & Spíritu ſancto vivis & regnas Deus. ℟. Amen.

Finitis Pſalmis & Orationibus, (vel etiam antequàm finiantur,) ſi inſtet momentum exitûs animæ de corpore, legitur ſuper moribundum quod ſequitur de Paſſione Domini noſtri Jeſu Chriſti. (Ex Matth. Luc. Joann.)

TEnebræ factæ ſunt in univerſam terram uſque in horam nonam, & obſcurátus eſt ſol. Et circà horam nonam clamávit Jeſus voce magnâ, dicens : Eli, Eli, lamma, ſabactháni ? hoc eſt : Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me ? Póſteà, ſciens Jeſus quia ómnia conſummáta ſunt, ut conſummarétur Scriptúra, dixit : Sítio. Vas ergò erat póſitum acéto plenum. Et contínuò currens unus ex eis, accep[t]am ſpóngiam implévit acéto, & impóſuit arúndini ; & dabat ei bíbere. Cùm ergò accepiſſet Jeſus acétum, dixit : Conſummátum eſt. Et íterùm clamans voce magnâ, ait : Pater, in manus tuas commendo ſpíritum meum. Et hæc dicens, inclináto cápite, trádidit ſpíritum.

Orémus.

MEmor eſto, piíſſimè Dómine Jeſu, illíus horæ in qua de cruce pendens, clamaſti voce magnâ : Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me ? & íterùm : Pater, in manus tuas commendo ſpíritum meum ; & hæc dicens expiraſti. Per iſtam ergò pretioſiſſimam mortẽ quæ

vita noſtrâ fuit , obſecrámus cleméntiam tuam, ut non derelinquas in hac hora * fámulum tuum [*vel* fámulam tuam] cujus præter te nullus eſt auxiliátor álius ; ſed ſuſcípere dignéris ſpíritum ejus, & introdúcere in regnum tuum, ubi te cum Deo Patre & Spíritu ſancto perpétuâ caritáte díligat, & cum ſanctis & electis in æternum cantet miſericórdias tuas.

℟. Amen.

[*Finitâ præcedenti Oratione, & egresâ animâ, ſtatim dicitur* ℟. In te, Dómine, ſperávi. *cum Verſibus & Oratione infrà.*]

Si autem adhuc anxiatur anima, recitantur ſequentes Pſalmi, vel eorum pars, prout neceſſe erit.

Pſ. 21. Deus, Deus meus, réſpice in me. 133.

Pſ. 34. Júdica, Dómine, nocentes me. 67.

Pſ. 53. Deus, in nómine tuo. 124.

Pſ. 56. Miſerére mei, Deus..... quóniam in te confídit. 145.

Pſ. 70. In te, Dómine, ſperávi. 124.

Pſ. 85. Inclína, Dómine, aurem tuam. 160.

Pſ. 87. Dómine Deus ſalútis. 150.

Pſ. 90. Qui hábitat in adjutório. 33.

Pſ. 138. Dómine, probaſti me. 135.

Egreſſâ autem animâ, dicitur ℟. In te, Dómine ; ſperávi ; non confundar in æternum : accélera ut éruas me : in manus tuas commendo ſpíritum meum : * Redemiſti me, Dómine Deus veritátis : illuſtra fáciem tuam ſuper * ſervum tuum [*vel* ancillam tuam] ; * ſalvum [*vel* ſalvam] me fac in miſericórdia tua. ℣. Dómine Jeſu, ſúſcipe ſpíritum meum : * Redemiſti me. *Pſ.* 30. *Act.* 7.

Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Secretò, Pater. *Altâ voce*, ℣. Et ne nos, &c. ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Non intres in judícium cum * ſervo tuo [*vel* ancilla tua,] Dómine ; ℟. Quia non juſtificábitur in conſpectu tuo omnis vivens. *Pſ.* 142.

℣. Ne tradas béſtiis ánimas confiténtes tibi : ℟. Et ánimas páuperum tuórum ne obliviſcáris in finem. *Pſ.* 73.

℣. Dómine, exaudi, &c.

℣. Dóminus vobiſcu, &c.

Orémus.

Tibi, Dómine, commendámus ánimam * fámuli tui [*vel* fámulæ tuæ] *N.* ut * defunctus [*vel* defuncta] ſéculo, tibi vivat : & quæ per fragilitátem humánæ converſatiónis peccáta commíſit, tu véniâ miſericordiſſimæ pietátis abſterge ; Per Chriſtum Dóminum noſtrum.

℟. Amen.

OFFICIUM DEFUNCTORUM.

Qualibet Hora ſequentis Officii inchoatur abſolutè.

AD VESPERAS.

In Pſalm. Diléxi. 53. *Ant.* 3. b. O Dómine, líbera ánimam meam.

In hoc Officio, in fine omnium Pſalmorum & Canticorum tantum, dicitur:

Réquiem ætérnam dona eis, Dómine; * & lux perpétua lúceat eis.

In Pſ. Ad Dóminum. 74. *Ant.* 2. e. Heu mihi, quia incolátus meus prolongátus eſt!

In Pſ. Levávi óculos. 54. *Ant.* 8. d. Auxílium meum à Dómino, qui fecit cœlum & terram.

In Pſ. De profundis. 96. *Ant.* 4. g. Si iniquitátes obſerváveris, Dómine; Dómine, quis ſuſtinébit?

In Pſ. Confitébor tibi, Dómine.... quóniam audiſti. 115. *Ant.* 6. Opera mánuum tuárum, Dómine, ne deſpícias.

Continuò dicitur:

Ad Magníficat.

Ant. 1. g. Omne quod dat mihi Pater, ad me véniet; & eum qui venit ad me, non ejíciam foràs. *Joan.* 6.

Secretò. Pater. *Clarâ voce*, ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. In memória ætérna erunt juſti; ℟. Ab auditióne mala non timébunt. *Pſ.* 111.

℣. A porta ínferi ℟. Erue, Dómine, ánimas eórum. *Pſ.* 88.

℣. Credo vidére bona Dómini ℟. In terra vivéntium. *Pſ.* 26.

Dicitur Pſalmus. Lauda, ánima mea, Dóminum, 127. *in cujus fine non additur*, Réquiem ætérnam, *ſed continuò dicitur:*

℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101.

℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

In depoſitione Defuncti,

Oratio.

INclina, Dómine, aurem tuam ad preces noſtras, quibus miſericórdiam tuam ſúpplices deprecámur; ut ánimam famuli tui *N.* quam de hoc ſéculo migráre juſſiſti, in pacis ac lucis regióne conſtítuas,

ctórum tuórum júbeas onſortem : Per.

Diacono, poſt litte- N. additur Diáconi.

epoſitione Defunctæ,

Oratio.

Quæſumus, Dómine, pro tua pietáte miſe- ánimæ fámulæ tuæ *N.* contágiis mortalitátis m, in æternæ ſalva- s partem reſtítue: Per inum.

poſitione Sacerdotis,

Oratio.

Eus, qui inter Apoſ- tólicos Sacerdótes fá- m tuum *N.* ſacerdo- eciſti dignitáte vigére: a, ut eórum quoque ſtuo aggregétur con- o: Per.

Pro Epiſcopo, loco ſa- otáli. dicitur pontifi-)

Anniverſariis dicuntur t ſequentes Orationes.

Eus, indulgentiárum, Dómine, da ánimæ * ili tui *N.* [ſacerdótis, ontíficis] [*vel* fámulæ *N.*] cujus [*vel* animá- famulórum tuórum *N.* . quorum] [*vel* famu- m tuárum *N.* & *N.* um] anniverſárium de- tiónis diem commemo- us, refrigérii ſedem, tis beatitúdinem, & inis claritátem.

Pro Benefactoribus.

Eus, véniæ largítor, & humánæ ſalútis amá- quæſumus cleméntiam tuam, ut noſtræ congrega- tiónis fratres, propinquos, & benefactóres, qui ex hoc ſéculo tranſiérunt, beá- tâ Maríâ ſemper vírgine in- tercedente cum ómnibus Sanctis tuis, ad perpétuæ beatitúdinis conſórtiu per- veníre concédas.

Pro omnibus Defunctis.

FIdélium, Deus, óm- nium cónditor & re- demptor, animábus famu- lórum famularumque tuá- rum remiſſiónem cunctó- rum tríbue peccatórum; ut indulgéntiam quam ſemper optavérunt, piis ſupplica- tiónibus conſequantur: Qui vivis & regnas in ſécula ſe- culórum. ℟. Amen.

Si aliud Officium non ſe- quatur, dicitur :

Requieſcant in pace.

℟. Amen.

[*Privatim pro patre & matre,*

Oratio.

DEus, qui nos patrem & matrem honoráre præcepiſti: miſerére cle- menter animábus patris mei ac matris meæ, eo- rumque peccáta dimitte; meque eos in æternæ clari- tátis gáudio fac vidére; Per Dóminum noſtrum.]

AD VIGILIAS.

Invit. Deum, cui omnes vivunt, * Veníte, adoré- mus. *Luc.* 20.

Pſalmus. Veníte. *in cu- jus fine, loco* Glória Patri. *dicitur :* Réquiem æternam

dona eis, Dómine; & lux perpétua lúceat eis.

[*Invitat. & Pſalmus*, Veníte. *dicuntur tantùm in Commemoratione omnium Fidel. Def. in depoſitione corporis, & in Anniverſariis ſolemniter celebratis.*]

Vigiliæ in depoſitione corporis, & in omnibus Anniverſariis dicuntur cum unico Nocturno ſic: die Dominicâ primum; Feriâ II. & V. dicitur etiam primum; Feriâ III. & VI. ſecundum; Feriâ IV. & Sabbato, tertium.

Cæterùm Vigiliæ dicuntur cùm unico, vel cùm tribus Nocturnis ſecundùm uſum locorum.

Si Vigiliæ celebrentur manè, dicitur Nocturnum diei: ſi verò celebrentur veſpere, dicitur Nocturnum diei ſequentis.

IN I. NOCTURNO.

In Pſ. Verba mea. 58. *Ant.* 7. b. Dómine, deduc me in juſtítia tua: propter inimícos meos dírige in conſpectu tuo viam meam.

In Pſ. Dómine, ne in furóre.... Miſerére. 56. *Ant.* 8. b. Salvum me fac propter miſericórdiam tuam; quóniam non eſt in morte, qui memor ſit tui.

In Pſ. Uſquequò Dómine. 77. *Ant.* 1. e. Illúmina óculos meos, ne unquàm obdórmiam in morte.

℣. Ne tradas béſtiis ánimas confitentes tibi; ℞. Et ánimas páuperum tuórum ne obliviſcáris in finem. *Pſ.* 73.

Secretò, Pater. *Clarâ voce*, ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℞. Sed líbera nos à malo.

Lectiones leguntur ſine Abſolutione, ſine Benedictionibus & ſine Titulo.

Lectio j. Job. 7.

PArce mihi, nihil enim ſunt dies mei. Quid eſt homo, quia magníficas eum? aut quid appónis erga eum cor tuum? Víſitas eum dilúculo, & ſubitò probas illum. Uſquequò non parcis mihi, nec dimittis me ut glútiam ſalívam meam? Peccávi: quid fáciam tibi, ô cuſtos hóminum? Quare poſuiſti me contrárium tibi, & factus ſum mihimetipſi gravis? Cur non tollis peccátum meum? & quare non aufers iniquitátem meam? Ecce nunc in púlvere dórmiam; & ſi manè me quæſieris, non ſubſiſtam.

In fine Lectionum nihil additur.

℞. Defecérunt ſicut fumus dies mei, & oſſa mea ſicut crémium aruérunt: * Dies mei ſicut umbra declinavérunt. ℣. Quæ eſt vita noſtra? Vapor eſt ad módicum parens. * Dies. *Pſ.* 101. *Jac.* 4.

Lectio ij. Job. 10.

TÆdet ánimam meam vitæ meæ: dimittam adverſùm

[U]verſùm me elóquium [m]eum, loquar in amari[tu]dine ánimæ meæ. Dicam [D]eo: Noli me condemn[á]re; índica mihi cur me [it]a júdices. Numquid bo[n]um tibi vidétur, ſi calum[n]iéris me, & ópprimas me [o]pus mánuum tuárum, & [c]onſílium impiórum ádju[v]es? Numquid óculi cár[n]ei tibi ſunt? aut ſicut vi[d]et homo, & tu vidébis? [N]umquid ſicut dies hómi[n]is dies tui, & anni tui [ſ]icut humána ſunt témpo[r]a; ut quæras iniquitátem [m]eam, & peccátum meum [ſ]crutéris? Et ſcias quia [n]ihil ímpium fécerim, cùm [ſ]it nemo qui de manu tua [p]oſſit erúere. Manus tuæ [f]ecérunt me, & plaſmavérunt me totum in circúitu; & ſic repentè præcípitas me? Memento, quæſo, quòd ſicut lutum féceris me, & in púlverem redúces me. Nonnè ſicut lac mulſiſti me, & ſicut cáſeum me coagulaſti? Pelle & cárnibus veſtiſti me; óſſibus & nervis compegiſti me. Vitam & miſericórdiam tribuiſti mihi, & viſitátio tua cuſtodívit ſpíritum meum.

℟. Peccávi valdè; ſed * Precor, Dómine, ut tránsferas iniquitátem ſervi tui, quia ſtultè egi nimìs. ℣. Deus, propítius eſto mihi peccatóri. * Precor, Dómine. 2. *Reg.* 24. *Luc.* 18.

Lectio iij. Job 10.

Quarè de vulva eduxiſti me? qui útinàm conſumptus eſſem, ne óculus me vidéret. Fuiſſem quaſi non eſſem, de útero tranſlátus ad túmulum. Numquid non paúcitas diérum meórum finiétur brevi? Dimitte ergò me, ut plangam páululùm dolórem meum, ántequàm vadam, & non revertar, ad terram tenebróſam & opertam mortis calígine, terram miſériæ & tenebrárum, ubì umbra mortis, & nullus ordo, ſed ſempitérnus horror inhábitat.

℟. Ad Dóminum aſpíciam; expectábo Deum ſalvatórem meum; conſurgam, cùm ſédero in ténebris: * iram Dómini portábo, quóniam peccávi ei. ℣. Flagellat Dóminus omnem fílium quem récipit: * Iram. *Mich.* 7. *Hebr.* 13.

IN II. NOCTURNO.

In Pſ. Dóminus regit me. 111. *Ant.* 6. In médio umbræ mortis non timébo mala; quóniam tu mecum es, Dómine.

In Pſ. Ad te, Dómine, levávi. 48. *Ant.* 4. g. Delicta juventútis meæ & ignorántias meas ne memíneris, Dómine.

In Diviſionem ejuſd. Pſ. Quis eſt homo. 48. *Ant.* 2. e. Cuſtódi ánimam meam, & érue me; non erubeſcam, quóniam ſperávi in te.

℣. Amove à me plagas tuas, Dómine; ℟. A fortitúdine manûs tuæ ego deféci. *Pſ.* 38.

Lectio iv. Job 13.

QUantas hábeo iniquitátes & peccáta, ſcélera mea & delicta oſtende mihi. Cur fáciem tuam abſcondis, & arbitráris me inimícum tuum? Contrà fólium quod vento rápitur, oſtendis poténtiam tuam, & ſtípulam ſiccam perſéqueris. Scribis enim contrà me amaritúdines, & conſúmere me vis peccátis adoleſcéntiæ meæ. Poſuiſti in nervo pedem meum, & obſérvaſti omnes ſémitas meas, & veſtígia pedum meórum conſideraſti; qui quaſi putrédo conſumendus ſum, & quaſi veſtimentum quod coméditur à tínea.

℟. Ecce ánimam meam porto in mánibus meis: * Etiamſi occíderit me, in ipſo ſperábo, & ipſe erit Salvátor meus. ℣. Sive vívimus, ſive mórimur, Dómini ſumus: * Etiamſi. *Job* 13. *Rom.* 14.

Lectio v. Job 14.

HOmo natus de mulíere, brevi vivens témpore, replétur multis miſériis. Qui quaſi flos egréditur & contéritur, & fugit velut umbra, & nunquàm in eódem ſtatu pérmanet. Et dignum ducis ſuper hujuſcémodi aperíre óculos tuos, & addúcere eum t judícium? Quis p cere mundum de n conceptum ſémine nè tu qui ſolus es dies hóminis ſunt rus ménſium ejus eſt; conſtituiſti ejus, qui præteríri terunt. Recéde p ab eo, ut quieſcat optáta véniat ſicut nárii dies ejus.

℟. Hi qui cum dormitiónem acce óptimam habent re grátiam. * Sancta ſalúbris eſt cogitá defunctis exoráre, u cátis ſolvantur. ℣. ſuperædíficat ſuper mentum, & opus e ſerit, detrimentum tur; ipſe autem ſalv ſic tamen quaſi per * Sancta ergò. 2. *M* 1. *Cor.* 3.

Lectio vj. Jol

QUis mihi hoc t ut in inferno gas me, & abſcond donec pertránſeat tuus, & conſtítua tempus in quo rec meî? Putaſne mórtu mo rursùm vivat? (diébus, quibus nun lito, expecto donec immutátio mea. Vo me, & ego reſpond bi: óperi mánuum tu pórriges déxteram. T dèm greſſus meos di

ti : ſed parce peccátis
;is.

℟. Dómine omnípotens,
;us Iſraël, * Audi nunc
ationem mortuórum Iſ-
ël : noli meminiſſe ini-
itátum patrum noſtró-
m ; ſed memento manûs
e & nóminis tui. ℣. Oc-
ùs es, Dómine, & rede-
ſti nos Deo in ſánguine
o : * Audi nunc. *Baruch*
Apoc. 5.

N III. NOCTURNO.

In Pſ. Dóminus illumi-
tio. 109. *Ant.* 5. e. Unam
tii à Dómino, hanc re-
íram, ut inhábitem in
mo Dómini.

In Diviſionem ejuſd. Pſ.
Exaudi, Dómine. 110.
nt. 1. g. Credo vidére
na Dómini in terra vi-
ntium.

In Pſ. Quemádmodum
ſíderat. *cum ſua diviſione*
. *Ant.* 3. c. Sitívit áni-
a mea ad Deum fortem,
vum : quandò véniam &
parébo ante fáciem Dei !
℣. Quarè triſtis es, áni-
a mea ? & quarè contur-
s me ? ℟. Spera in Deo,
ióniam adhuc confitébor
i. *Pſ.* 42.

Lectio vij. Job 16. & 17.

BReves anni tránſeunt;
& ſémitam per quam
non revertar, ám-
ılo. Spíritus meus atte-
ábitur ; dies mei brevia-
ıntur, & ſolum mihi ſú-
reſt ſepulcrum. Non pec-
vi, & in amaritudínibus
morátur óculus meus. Lí-
bera me, Dómine, & pone
me juxtà te ; & cujuſvis
manus pugnet contrà me.

℟. Scio quòd Redemptor
meus vivit, & in novíſ-
ſimo die de terra ſurrectú-
rus ſum, * Et in carne
mea vidébo Deum meum.
℣. Oportet corruptíbile
hoc indúere incorruptió-
nem, & mortále hoc indúe-
re immortalitátem ; * Et
in carne. *Job* 19. 1. *Cor.*
15.

Lectio viij. Job 17.

DIes mei tranſiérunt ;
cogitatiónes meæ diſ-
ſipátæ ſunt, torquentes cor
meum. Noctem vertérunt
in diem, & rursùm poſt
ténebras ſpero lucem. Si
ſuſtinúero, infernus domus
mea eſt ; & in ténebris
ſtravi léctulum meum. Pu-
trédini dixi : Pater meus
es ; Mater mea & ſoror
mea, vérmibus. Ubi eſt
ergò nunc præſtolátio mea?
& patiéntiam meam quis
conſíderat ?

℟. Qui dórmiunt in ter-
ræ púlvere, * Evigilábunt ;
álii in vitam æternam ; &
álii in oppróbrium, ut ví-
deant ſemper. ℣. Omnes
quidèm reſurgémus ; ſed
non omnes immutábimur :
* Evigilábunt. *Dan.* 12. 1.
Cor. 15.

Lectio ix. Job 19.

PElli meæ, conſumptis
cárnibus, adhæſit os
meum ; & derelicta ſunt

tantúmmodò lábia circa dentes meos. Miserémini meî, miserémini meî, ſaltèm vos amíci mei; quia manus Dómini tétigit me. Quarè perſequímini me ſicut Deus, & cárnibus meis ſaturámini? Quis mihi tríbuat ut ſcribantur ſermónes mei? Quis mihi det ut exarentur in libro ſtylo férreo & plumbi láminâ, vel celte ſculpantur in sílice? Scio enim quòd Redemptor meus vivit, & in noviſſimo die de terra ſurrectúrus ſum: & rursùm circúmdabor pelle meâ, & in carne mea vidébo Deum meum; quem viſúrus ſum ego ipſe, & óculi mei conſpectúri ſunt, & nón álius. Repóſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.

℟. Líbera me, Dómine, ab iis qui odérunt me: non abſórbeat me profundum, neque úrgeat ſuper me púteus os ſuum: * Exaudi me, quóniam † Benigna eſt miſericórdia tua: § Intende ánimæ meæ, & líbera eam. ℣. Dómine Deus, rex ſeculórum, ſolus pius es: * Exaudi me, quóniam benigna eſt miſericórdia tua: intende ánimæ meæ, & líbera eam. ℣. Miſerére meî, Dómine fili David: Dómine, ádjuva me: † Benigna eſt miſericórdia tua: intende ánimæ meæ, & libera eam. ℣. Propóſuit te Deus propitiatiónem per fidem propter remiſſiónem delictórum: § Intende ánimæ meæ, & líbera eam. *Repetitur* ℟. Líbera. *uſque ad* ℣. Dómine. *Pſ.* 68. *Apoc.* 15. *Matth.* 15. *Rom.* 3.

[*Quando Vigiliæ celebrantur manè, prætermiſſis quæ ſequuntur, continuò inchoantur Laudes.*

℣. Réquiem æternam dona eis, Dómine; ℟. Et lux perpétua lúceat eis.

℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam; ℟. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101.

℣. Dóminus vobiſcum. ℟. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus.

ABſolve, quæſumus, Dómine, ánimam * fámuli tui *N.* [Sacerdótis *vel* Pontíficis] [*vel* fámulæ tuæ *N.*] [*vel* ánimas * famulórum tuórum *N.* & *N.* [*vel* famulárum tuárum *N.* & *N.*] [& ánimas ómnium fidélium defunctórum, ab omni vínculo delictórum, ut in reſurrectiónis glória; inter ſanctos & electos tuos reſuſcitáti reſpírent; Per eum qui ventúrus eſt judicáre vivos & mórtuos, & ſéculum per ignem.

℟. Amen.

℣. Requieſcant in pace.

℟. Amen.]

AD LAUDES.

In Pſalm. Miſerére. 159.

Ant. 1. *g.* Secundùm multitúdinem miſeratiónū tuá-

tum dele iniquitátem meã.

In Pſ. Te decet. 86. *Ant.* 3. b. Exaudi, Deus, oratiónem meam: ad te omnis caro véniet.

In Pſ. Dómine, exaudi oratiónem meam; aúribus. 151. *Ant.* 5. e. Propter nomen tuum, Dómine, vivificábis me.

Ant. 2. e. Miſerére.

CANTICUM. *Baruch* 3.

Miſericordia Dei in anguſtiis animæ humiliter obſecranda.

DOmine omnípotens, Deus Iſraël, * ánima in angúſtiis, & ſpíritus ánxius clamat ad te:

Audi, Dómine, & miſerére, quia Deus es miſéricors; * & miſerére noſtrî, quia peccávimus ante te.

Quia tu ſedes in ſempitérnum; * & nos períbimus in ævum?

Dómine omnípotens, Deus Iſraël, * audi nunc oratiónem mortuórum Iſraël,

Et filiórum ipsórum qui peccavérunt ante te, & non audiérunt vocem Dómini Dei ſui: * & agglutináta ſunt nobis mala.

Noli meminiſſe iniquitátum patrum noſtrórum; * ſed memento manûs tuæ, & nóminis tui in témpore iſto:

Quia tu es Dóminus Deus noſter; * & laudábimus te, Dómine.

Ant. Miſerére noſtrî, Dómine; quia peccávimus ante te.

In Pſ. Laudáte Dóminum in ſanctis. 66. *Ant.* 7. b. Omnis ſpíritus laudet Dóminum.

Ad Benedictus.

Ant. 1. a. Ego ſum reſurréctio & vita: qui credit in me, etiamſi mórtuus fúerit, vivet; & omnis qui vivit & credit in me, non moriétur in æternum. *Joan.* 11.

Pater. *& cetera ut ſuprà in Veſperis, excepto quòd loco Pſalmi* Lauda. *dicitur Pſ.* De profundis. 96.

COMMENDATIONES.

Pro pluribus dicuntur in plurali.

℟. DOmine Deus, audi nunc oratiónem mortuórum Iſraël, qui peccavérunt ante te. Noli meminiſſe iniquitátum patrũ noſtrórum, ſed * Memento manûs tuæ & nóminis tui.

℣. Occíſus es, Dómine, & redemiſti nos Deo in ſánguine tuo: * Memento. *Baruch.* 3. *Apoc.* 5.

Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Secretò, Pater. *Clarâ voce*, Et ne nos indúcas, &c.

TIbi, Domine, commendámus ánimam * fámuli tui *N.* ut defunctus [*vel* fámulæ tuæ *N.* ut defuncta] ſéculo, tibi vivat: & quæ per fragilitátem mundánæ conver-

ſatiónis peccáta commíſit, tu véniâ miſericordíſſimæ pietátis abſterge; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Orémus.

MIſericórdiam tuam, Dómine ſancte, Pater omnípotens, ætérnæ Deus, pietátis affectu rogáre pro áliis cógimur, qui pro noſtris rogáre peccátis nequáquàm ſuffícimus; tamen de tua confiſi gratúita pietáte & inólita benignitáte, cleméntiam tuam depóſcimus, ut ánimam * fámuli tui [*vel* fámulæ tuæ] ad te revertentem cum pietáte ſuſcípias: adſit ei Angelus teſtamenti tui Míchaël, & per manus ſanctórum Angelórum tuórum inter ſanctos & electos tuos in fínibus Abrahæ, Iſaac & Jacob Patriarchárum tuórum eam collocáre dignéris: quátenùs liberáta de princípibus tenebrárum & de locis pœnárum, nullis jam primævæ nativitátis, vel ignorántiæ, aut própriæ iniquitátis ſeu fragilitátis confundátur erróribus; ſed agnoſcátur à Sanctis tuis & beatitúdinis réquie perfruátur: atque cùm magni judícii dies advénerit, inter ſanctos & electos tuos * reſuſcitátus [*vel* reſuſcitáta] glóriâ manifeſtæ contemplatiónis tuæ perpétuò ſatiétur; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

In Pſ. In éxitu. 30. *in cujus fine dicitur* Réquiem. *Ant.* 7. b. Qui timent Dóminum, ſperavérunt in Dómino; adjútor eórum & protector eórum eſt. *Pſ.* 113.

Orémus.

OMnípotens, ſempitérne Deus, qui humáno córpori ánimam ad ſimilitúdinem tuam inſpiráre dignátus es: dùm, te jubente, pulvis in púlverem revértitur; tu imáginem tuam cum ſanctis & electis tuis æternis ſédibus præcípias ſociári; eamque ad te revertentem de Ægypti pártibus blandè leniterque ſuſcípias, & Angelos tuos ſanctos ei óbviàm mittas, viamque illi juſtítiæ demonſtra, & portas glóriæ tuæ áperi. Repelle, quæſumus, Dómine, ab ea omnes príncipes tenebrárum, & agnoſce depóſitum fidéle quod tuum eſt. Súſcipe, Dómine, creatúram tuam, non à diis aliénis creátam, ſed à te ſolo Deo vivo & vero; quia non eſt álius Deus præter te, Dómine, & non eſt ſecundùm ópera tua. Lætífica, clementíſſime Pater, ánimam ejus, & clarífica eam in multitúdine miſericórdiæ tuæ. Ne memíneris, quæſumus, iniquitátum ejus antiquárum quas ſuſcitávit furor

mali deſidérii : licèt enim peccáverit, tamen te non negávit ; ſed ſigno fídei inſigníta, te qui ómnia, & eam inter ómnia feciſti, fidéliter adorávit ; qui vivis & regnas Deus.

℞. Amen.

In Pſalm. Dilexi. 53. Crédidi. 114. Laudáte Dóminum, omnes gentes. 149. Confitémini. 15. *&* Beáti immaculáti. 16. *integrè*, *Ant. ſola*, 4. g. Circumdedérunt me dolóres mortis, & perícula inferni invenérunt me. O Dómine, líbera ánimam meam. *Pſ.* 114.

Orémus.

DIri vúlneris novitáte perculſi, & quodámmodò córdibus ſauciáti ; miſericórdiam tuam, mundi Redemtor, flebílibus vócibus implorámus ; ut * cari noſtri *N.* [*vel* caræ noſtræ *N.*] ánimam ad tuam cleméntiam, qui fons pietátis es, revertentem blandè leniterque ſuſcípias; & quas ex carnáli commoratióne contráxit máculas, tu Deus, inólita bonitáte clementer déleas, *Chorus*, Amen : Piè indúlgeas, *Chorus*, Amen : Obliviónì in perpétuum tradas, *Chorus*, Amen : Atque hanc laudem tibi cum céteris redditúram, & ad corpus próprium quandóquè reverſúram, Sanctórum tuórum cœtibus aggregári præcípias ; Qui cum Deo Patre & Spíritu ſancto vivis & regnas Deus, per ómnia ſécula ſeculórum.

℞. Amen.

Pater, &c. ℣. Et ne nos, &c. ℞. Sed líbera nos à malo.

℣. Réquiem ætérnam dona ei, Dómine ; ℞. Et lux perpétua lúceat ei.

℣. Anima ejus in bonis demorétur, ℞. Et ſemen ejus hæréditet terram. *Pſ.* 24.

℣. Non intres in judícium cum * ſervo tuo, [*vel* ancilla tua,] Dómine ; ℞. Quia non juſtificábitur in conſpectu tuo omnis vivens. *Pſ.* 142.

℣. A porta ínferi. ℞. Erue, Dómine, ánimam ejus. *Pſ.* 88.

℣. Dómine, exaudi oratiónem meam ; ℞. Et clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101.

℣. Dóminus vobiſcum. ℞. Et cum ſpíritu tuo.

Orémus

PArtem beátæ reſurrectiónis obtíneat, quæſumus, Dómine, ánima * fámuli tui [*vel* fámulæ tuæ] *N.* vitamque ætérnam habére mereátur in cœlis, per te, Jeſu Chriſte, Salvátor mundi.

DEus, cui ſoli cómpetit medicínam præſtáre poſt mortem : præſta, quæſumus, ut ánima * fá-

muli tui [*vel* fámulæ tuæ] *N.* terrénis exúta contágiis, in tuæ redemptiónis parte numerétur; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Requieſcat in pace. ℟. Amen.

BENEDICTIONES MENSÆ, ET GRATIARUM ACTIONES.

BENEDICTIO MENSÆ ANTE PRANDIUM.

Benedícite. ℟. Dóminus.

Oculi ómnium in te ſperant, Dómine; & tu das illis eſcam in témpore opportúno: áperis tu manum tuam, & imples omne ánimal benedictióne. *Pſ.* 144.

Glória Patri, & Fílio, & Spirítui ſancto: Sicut erat in princípio, &c.

Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Secretò, Pater. *uſque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

Orémus.

Benedic, Dómine, dona ✝ tua, quæ de tua largitáte ſumus ſumptúri; Per Chriſtum Dóminum noſtrum. ℟. Amen.

Si fiat Lectio, Lector dicit: Jube, domne, benedícere.

Bened. Menſæ cœleſtis partícipes fáciat nos Rex æternæ glóriæ. ℟. Amen.

In fine Lectionis dicitur: Tu autem, Dómine, miserére noſtri. ℟. Deo grátias.

GRATIARUM ACTIO POST PRANDIUM.

Beátus qui manducábit panem in regno Dei. *Luc.* 14.

Glória Patri, &c.

Qui benedixit menſam, dicit:

Agimus tibi grátias, omnípotens Deus, pro univerſis benefíciis tuis; Qui vivis & regnas in ſécula ſeculórum. ℟. Amen.

Deindè procedendo ad Eccleſiam, dicitur Pſ. Miſerére. 159. *Si verò non procedatur, dicitur Pſ.* Laudáte Dóminum, omnes gentes. 149. *Qui Pſalmus ſemper dicitur, quandò abſolvitur Gratiarum actio in loco refectionis.*

In fine Pſalmi dicitur Glória Patri.

Deindè Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Pater. *ſecretò uſque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Diſperſit, dedit paupéribus; ℟. Juſtítia ejus manet in ſéculum ſéculi. *Pſ.* 111.

℣. Benedícam Dóminum in omni témpore; ℟. Semper laus ejus in ore meo. *Pſ.* 33.

℣. In Dómino laudábitur ánima mea: ℟. Audiant manſuéti, & læteatur. *Pſ.* 33.

℣. Magnificáte Dóminum mecum; ℟. Et exaltémus nomen ejus in idipſum. *Pſ.* 33.

℣. Sit nomen Dómini benedictum, ℟. Ex hoc nunc, & uſque in ſéculum. *Pſ.* 112.

Retribúere dignáre, Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus, propter nomen ſanctum tuum, vitam æternam.

℟. Amen.

℣. Benedicámus Dómino.

℟. Deo grátias.

Demiſſiori voce, Fidélium ánimæ per miſericórdiam Dei requieſcant in pace.

℟. Amen.

BENEDICTIO MENSÆ ANTE CŒNAM

Benedícite. ℟. Dóminus.

Omnia à te expectant ut des illis eſcam in tèmpore: dante te illis cólligent; aperiente te manum tuam, ómnia implebuntur bonitáte. *Pſ.* 103.

Glória Patri, &c.

Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon. *Secretò*, Pater. *Clarâ voce*, Et ne nos, &c.

Orémus.

Benedic, Dómine, dona † tua, quæ de tua largitáte ſumus ſumptúri; Per.

Ad Lect. Bened. Ad cœnam perpétuæ vitæ perdúcat nos Rex æternæ glóriæ.

℟. Amen.

GRATIARUM ACTIO POST CŒNAM.

Beáti qui vocáti ſunt ad cœnam nuptiárum Agni. *Apoc.* 19.

Glória Patri, &c.

Qui benedixit menſam, dicit:

Benedictus Deus in donis ſuis, & ſanctus in ómnibus opéribus ſuis; Qui vivit & regnat in ſécula ſeculórum.

℟. Amen.

Pſalm. & reliqua, ut ſuprà.

¶ In Jejuniis, *ad refectionem ſit Benedictio menſæ & gratiarum actio, ut notatum eſt pro Cœna.*

AD UTRAMQUE refectionem.

A NATALI DOMINI, ad Vigiliam Epiphaniæ.

BENEDICTIO.

Benedícite. ℟. Dóminus.

Verbum caro factum eſt, allelúia, & habitávit in nobis, allelúia. *Joan.* 1.

Glória Patri, &c.

Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon. *Et reliqua, ut ſuprà.*

GRATIARUM ACTIO.

NOtum fecit Dóminus, allelúia, ſalutáre ſuum, allelúia. *Pſ.* 97.

Glória Patri. *Et reliqua, ut ſuprà, excepto quòd loco Pſalmi* Miſerére. *dicitur Pſalmus*, Cantáte. . . . . quia mirabília fecit. 50.

IN EPIPH. DOMINI, ET PER OCTAVAM.

BENEDICTIO.

BEnedícite. ℟. Dóminus.

Omnes de Saba vénient, allelúia, aurum & thus deferentes, allelúia. *Iſ.* 60.

Glória Patri. Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon. *Et reliqua, ut ſuprà.*

GRATIARUM ACTIO.

REges Tharſis & inſulæ múnera ófferent, allelúia; reges Arabum & Saba dona addúcent, allelúia. *Pſ.* 71.

Glória Patri. *Et reliqua, ut ſuprà, excepto quòd loco Pſ.* Miſerére. *dicitur Pſ.* Deus, judícium. *cum ſua diviſione.* 59.

ITINERARIUM.

Viator, in ipſo itineris ingreſſu, ſi ſolus fuerit, dicat quæ ſequuntur, in ſingulari; ſi cum ſociis, in plurali, ut ſequitur.

In Cantic. Benedictus. 14.

Ant. 5. C. In viam pacis & proſperitátis dírigat nos omnípotens & miséricors Dóminus: & Angelus Ráphaël comitétur nobiſcum in via, ut cum pace, ſalúte & gáudio revertámur ad própria.

PRECES.

KYrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Secretò, Pater. *uſque ad* ℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem; ℟. Sed líbera nos à malo.

℣. Salvos fac ſervos tuos, ℟. Deus meus, ſperantes in te. *Pſ.* 85.

℣. Mitte nobis, Dómine, auxílium de ſancto; ℟. Et de Sion tuére nos. *Pſ.* 19.

℣. Eſto nobis, Dómine, turris fortitúdinis, ℟. A fácie inimíci. *Pſ.* 60.

℣. Nihil profíciat inimícus in nobis, ℟. Et Filius iniquitátis non appónat nocére nobis. *Pſ.* 88.

℣. Benedictus Dóminus die quotídiè: ℟. Próſperum iter fáciat nobis Deus ſalutárium noſtrórum. *Pſ.* 67.

℣. Vias tuas, Dómine, demonſtra nobis, ℟. Et ſémitas tuas édoce nos. *Pſ.* 24.

℣. Utinàm dirigántur viæ noſtræ, ℟. Ad cuſtodiendas juſtificatiónes tuas! *Pſ.* 118.

℣. Erunt prava in di-
ta, ℟. Et áſpera in vias
nas. *Iſ.* 40.
℣. Angelis ſuis Deus
ndávit de te, ℟. Ut
tódiant te in ómnibus
s tuis. *Pſ.* 90.
℣. Dómine, exaudi, &c.

Orémus.

D Eus, qui fílios Iſraël per maris médium ſic- veſtígio ire feciſti, qui- e Magis iter ad te, ſtellâ ce, pandiſti: tríbue no- , quæſumus, iter próſ- rum tempuſque tranquil- n; ut, Angelo tuo ſancto mite, ad eum quò pérgi- is locum, ac demùm ad ernæ ſalútis portum, per- níre felíciter valeámus.

D Eus, qui Abraham púerum tuum de Ur aldæórum eductum, per nes ſuæ peregrinatiónis is illæſum cuſtodiſti; quæ- nus, ut nos fámulos tuos ſtodíre dignéris: eſto no- , Dómine, in procinctu frágium, in via ſolá- tium, in æſtu umbráculum, in plúvia & frígore tegumentum, in laſſitúdine vehículum, in adverſitáte præſídium, in lúbrico báculus, in naufrágio portus; ut, te duce, quò téndimus, próſperè perveniámus; & demùm incólumes ad própria redeámus.

A Deſto, quæſumus, Dómine, ſupplicatiónibus noſtris: & viam famulórum tuórum in ſalútis tuæ proſperitáte diſpóne; ut inter omnes viæ & vitæ hujus varietátes, tuo ſemper protegámur auxílio.

P Ræſta, quæſumus, omnípotens Deus, ut família tua per viam ſalútis incédat; & beáti Joannis præcurſóris hortamenta ſectando, ad eum quem prædíxit ſecúra pervéniat, Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum Fílium tuum.

℟. Amen.

℣. Procedámus cum pace in nómine Dómini.

℟. Amen.

PRÆPARATIO AD MISSAM, AD LIBITUM SACERDOTIS.

Pſalmi, Quàm dilecta. 110. Benedixiſti. 63. Inclína, Dómine. *cum ſua diviſione*, 160. Crédidi. 114. De profundis clamávi. 96.

Ant. Dómine, memor eſto meî; & ne vindictam ſumas de peccátis meis, neque reminiſcáris delicta mea. *Tob.* 3.

PRECES.

Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Pater noſter, &c.

Ego dixi: Dómine, miſerére meî: ſana ánimam meã, quia peccávi tibi. *Pſ.* 40.

Convértere, Dómine; úſquequò? & deprecábilis eſto ſuper ſervos tuos. *Pſ.* 89.

Fiat miſericórdia tua, Dómine, ſuper nos, quemádmodùm ſperávimus in te. *Pſ.* 32.

Sacerdótes tui induantur juſtítiam, & ſancti tui exultent. *Pſ.* 131.

Ab occultis meis munda me, Dómine; & ab aliénis parce ſervo tuo. *Pſ.* 18.

Dómine, exaudi orationem meam: & clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101.

Orémus.

Aures tuæ pietátis, mitíſſime Deus, inclína précibus noſtris, & grátiâ ſancti Spíritûs illúmina cor noſtrum; ut tuis myſtériis dignè miniſtráre, teque æternâ caritáte dilígere mereámur.

Deus, cui omne cor patet, & omnis voluntas lóquitur, & quem nullum latet ſecrétum: purífica per infuſiónem ſancti Spíritûs cogitatiónes cordis noſtri, ut te perfectè dilígere, & dignè laudare mereámur.

Ure igne ſancti Spíritûs renes noſtros & cor noſtrum, Dómine; ut tibi caſto córpore ſerviámus, & mundo corde placeámus.

Mentes noſtras, quæſumus, Dómine, Paraclétus qui à te procédit illúminet, & indúcat in omnem, ſicut tuus promíſit Fílius, veritátem.

Adſit nobis, quæſumus, Dómine, virtus Spíritûs ſancti; quæ & corda noſtra clementer expurget, & ab ómnibus tueátur adverſis.

Deus, qui corda fidélium ſancti Spíritûs illuſtratióne docuiſti: da nobis in eódem Spíritu recta ſápere, & de ejus ſem-

per conſolatióne gaudére.

Conſciéntias noſtras, quæſumus, Dómine, viſitando puríſica; ut véniens Dóminus noſter Jeſus Chriſtus Fílius tuus, parátam ſibi in nobis invéniat manſiónem; Qui tecum vivit & regnat Deus. Amen.

GRATIARUM ACTIO. POST MISSAM.

Pſalmi, Dóminus regit me. 111. Benedícam Dóminum. *cum ſua diviſione*, 112. Bénedic, ánima mea, Dómino; & ómnia. *cum ſua diviſione*, 92.

Ant. O quàm ſuávis eſt, Dómine, Spíritus tuus! qui ut dulcédinem tuam in fílios demonſtráres, pane ſuavíſſimo de cœlo præſtito, eſurientes reples bonis, dimittens inánes. *Sap.* 12. &. 16 *Luc.* 1.

PRECES.

Kyrie, eléiſon. Chriſte, eléiſon. Kyrie, eléiſon.

Pater noſter, &c.

Memóriam fecit mirabílium ſuórum miſéricors & miſerátor Dóminus: eſcam dedit timéntibus ſe. *Pſ.* 110.

Quid eſt homo, quòd memor es ejus? aut fílius hóminis, quóniam víſitas eum? *Pſ.* 8.

Sicut ádipe & pinguédine repleátur ánima mea; & lábiis exultatiónis laudábit os meum. *Pſ.* 62.

Non nobis Dómine, non nobis; ſed nómini tuo da glóriam. *Pſ.* 113.

Nunc dimittis ſervum tuum, Dómine, ſecundùm verbum tuum, in pace; quia vidérunt óculi mei ſalutáre tuum. *Luc.* 2.

Dómine, exaudi oratiónem meam; & clamor meus ad te véniat. *Pſ.* 101.

Orémus.

Viſita, quæſumus, Dómine, famíliam tuam: & corda ſacris dicáta myſtériis pervígili tuére pietáte; ut remédia ſalútis ætérnæ, quæ te miſerante percípiunt, te protegente cuſtódiant.

Quæſumus, Dómine Deus noſter, ut quos divínâ tríbuis participatióne gaudére, humánis non ſinas ſubjacére perículis.

Cognóſcimus, Dómine, tuæ circà nos cleméntiæ largitátem: & ideò fiduciáliùs implorámus, ut quos páſcere non déſinis imméritos, & dignè tibi

ſervíre perfícias, & donis uberióribus proſequáris.

MAjeſtátem tuam, Dómine, ſupplíciter exorámus, ne períre patiáris quibus tanta remédia providiſti; ſed cum divíni frequentatióne myſtérii creſcat noſtræ ſalútis effectus.

ACtiónes noſtras, quæſumus, Dómine, aſpirando præveni, & adjuvando proſéquere; ut cuncta noſtra orátio & operátio à te ſemper incipiat, & per te ſemper finiátur.

ADjuvet nos grátia tua, omnípotens Deus; ut qui offícium ſacerdotále ſuſcépimus, dignè ac devótè tibi in omni puritáte & conſciéntia bona famulári valeámus: & ſi non póſſumus in tanta innocéntia vitæ converſári ut debémus, concéde nobis tamen dignè flere mala quæ géſſimus, & in ſpíritu humilitátis, ac bonæ voluntátis propóſito tibi fervéntiùs de cétero deſervire; Per Chriſtum Dóminum noſtrum.
Amen.

CANONES.
PARTIS HIEMALIS.

De Adventûs Tempore. De reverentia ſacris Scripturis debita, & de ſacrorum Canonum auctoritate atque obſervantia.

DOMINICA PRIMA ADVENTUS.

Ex Synodo Trecenſi * & **Lítterâ ſancti Cároli de Adventûs témpore.
* *Anno* 1459.
** *An.* 1573.

† IN Adventu Dómini eſt multùm commendábile jejúnium illis quibus Dóminus déderit voluntátem páriter & faculátem, & máximè Clćricis ..... Jejúnium toto Adventu à multis olim fidélibus obſervátum; útpotè quibus totum hoc tempus ſit inſtar Natalitiórum Dómini vigíliæ; quod lóngius vidéri non debet, conſiderátâ Feſti illíus excelléntiâ. Tu autem, &c.

FERIA SECUNDA.

Ex Concílio Toletáno quarto.
Ann. 633. *Cap.* 25.

SCiant Sacerdótes Scriptúras ſanctas, & Cánones meditentur; ut omne opus eórum in prædicatióne divína & doctrína conſiſtat: atque ædíficent cunctos, tàm fídei ſciéntiâ, quàm óperum diſciplínâ.

FERIA TERTIA.

Ex Epíſtola Leónis Papæ quarti, ad Epíſcopos Británniæ.
Script. poſt ann. 847. *tom.* 8. *Conc.*

NOn cónvenit áliquem judicáre, & ſanctórum Conciliórum Cánones relínquere, vel Decretálium régulas quæ habentur apud nos ſimul cum illis in Cánone; quia qui illórum ſanctórum Patrum Statúta quæ apud nos Cánones prætitulantur, non recéperit, ipſe ſe convincit nec Cathólicam & Apoſtólicam fidem, nec ſancta Chriſti Evangélia quátuor utíliter & efficáciter, & ad effectum ſuum retinére vel crédere.

FERIA QUARTA.

Ex Concílio Nicæno ſecundo.
Ann. 787. *C.* 1.

CAnones ampléctimur non ſolùm qui ab almis Apóſtolis & univerſálibus Synodis, ſed qui étiam in áliis Concíliis quæ locáliter per Províncias & regiónes ſunt collecta, in expoſitiónem hujúſmodi De-

cretórum promulgáti ſunt, & qui à ſanctis Pátribus noſtris proláti fuiſſe probantur. Ab uno enim omnes eodemque Spíritu illumináti, quæ erant utília definiérunt.

FERIA QUINTA.

Ex Concílio Meldenſi.

Anno 845. *C.* 34.

CAnonum ſtatúta ab ómnibus cuſtodiantur; & nemo in actiónibus vel judíciis Eccleſiáſticis ſuo ſenſu, ſed eórum auctoritáte ducátur.

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Tridentíno.

Ann. 1563. *Seſſ.* 25. *de Ref.* *C.* 18.

SCiant univerſi ſacratíſſimos Cánones exactè ab ómnibus & quoad fieri póterit indiſtinctè obſervandos. Quòd ſi urgens júſtaque rátio, & major quandóquè utílitas poſtuláverit, cum alíquibus diſpenſandum eſſe; id, causâ cógnitâ, ac ſummâ maturitáte, atque gratìs à quibuſcumque, ad quos diſpenſátio pertinébit, erit præſtandum: aliterque facta diſpenſátio, ſurreptítia cenſeátur.

SABBATO.

Ex Epíſtola Innocéntii Papæ primi, ad Macédones Epíſcopos.

Scripta anno 416. *n.* 3.

QUod pro remédio ac neceſſitáte temporis ſtatútum eſt, conſtat prímitùs non fuiſſe, ac fuiſſe régulas véteres quas ab Apóſtolis, aut Apoſtólicis viris tráditas Eccléſia Romána cuſtódit, cuſtodiendaſque mandat his qui audíre eam conſuevérunt. Ergò quod pro remédio neceſſitas réperit, ceſſante neceſſitáte, debet útiquè ceſſáre; quia álius eſt ordo legítimus, ália uſurpátio quam ad præſens tantùm fieri tempus impellit.

De tyrocinio Clericali, Tonſura & minoribus Ordinibus.

DOMINICA II. ADVENTUS.

Ex Concílio Sardicenſi.

Ann. 347. *Can.* 13.

COnvéniens non eſt, nec rátio, vel diſciplína pátitur, ut témerè ordinétur, aut Epíſcopus, aut Préſbyter, aut Diáconus; máximè cùm & magiſter Géntium beátus Apóſtolus, ne hoc fieret, denuntiaſſe & prohibuiſſe videátur; ſed hi quorum per longum tempus examináta ſit vita, & mérita fúerint comprobáta.

FERIA SECUNDA.

Ex Concílio Tridentíno.

Ann. 1563. *Seſſ.* 23. *de Reform.* *C.* 4.

PRimâ tonſurâ non initientur qui Sacramentum Confirmatiónis non ſuſcéperint, & fídei rudi-

edocti non fúerint, légere & ſcríbere it, & de quibus pro- conjectúra non ſit it Deo fidélem cul- æſtent, hoc vitæ ge- gisse.

IA TERTIA.

ncílio Tridentíno. . 1563. *Seſſ.* 23. *Reform. C.* 11.

nóres Ordines iis ui ſaltèm intélligunt n Latínam, per um interſtítia, niſi Epíſcopo expedíre idébitur, conferan- ut eò accurátiùs m ſit hujus diſciplí- idus poſſint edocéri, noquóque múnere præſcriptum Epíſ- exerceant, idque i aſcripti erunt Ec- niſi fortè ex cauſa m abſint.

IA QUARTA.

ncílio Tridentíno. 1563. *Seſſ.* 23. *Reform. C.* 11.

le gradu in gradum dant Clérici minó- in eis cum ætáte vi- itum & doctrína ma- eſcat: quod & bo- morum exemplum, duum in Eccléſia rium, atque major eſbyteros & ſupe- Ordines reveréntia, brior quàm ánteà s Chriſti Commú- ximè comprobá-

FERIA QUINTA.

Ex Statútis Synodálibus Nicolái Pavillon, Epíſ- copi Electenſis.

Anno 1674. *Tit.* 1. §. 1.

DEclarámus néminem ad ſacros Ordines pro- movendum fore, quin duos ſaltèm annos in Seminário noſtro tranſégerit, im- buendus doctríná, quæ, ut ait ſanctus Paulus, ſe- cundùm pietátem eſt, & erudiendus diſciplinâ eá- rum rerum quæ ad Cléri- cos áttinent. Nullus autem Subdiaconátum ſuſcípiet, niſi vel benefícium, vel patrimónii títulum habúe- rit, undè réditus centum librárum ánnuus provéniat. Quin & ánteà quàm áli- quis ad tres Ordines ſacros promoveátur, fient pro- clamatiónes, ad inſtar de- nunciatiónum, tribus dié- bus Domínicis, in Paró- chia illíus qui fúerit pro- movendus.

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Tridentíno. *Anno* 1563. *Seſſ.* 23. *de Reform. C.* 13.

SUbdiáconi & Diáconi ordinentur habentes bo- num teſtimónium, & in mi- ninóribus Ordínibus jam probáti, ac lítteris & iis quæ ad Ordinem exercendum pértinent, inſtructi. Qui ſperent, Deo auctóre, ſe continére poſſe, Eccléſiis quibus aſcribentur, inſér- viant; ſciantque máximè

decére, ſi ſaltèm diébus Domínicis & ſolémnibus, cùm altári miniſtráverint, ſacram Communiónem percéperint.

SABBATO.

Ex Concílio Tridentíno.

Anno 1563. *Seſſ.* 23. *de Reform. C.* 14.

QUi ad Preſbyterátûs Ordinem aſſumuntur, bonum hábeant teſtimónium. Non modò in Diaconátu ad minus annum íntegrum, niſi ob Eccléſiæ utilitátem ac neceſſitátem áliud Epíſcopo viderétur, miniſtráverint, ſed étiam ad pópulum docendum ea quæ ſcire ómnibus neceſſárium eſt ad ſalútem, ac ad miniſtranda Sacramenta, diligenti exámine præcedente, idónei comprobentur; atque ita pietate ac caſtis móribus conſpícui, ut præclárum bonórum óperum exemplum & vitæ mónita ab eis poſſint expectári.

De Jejuniis quatuor Temporum, & de Ordinationibus.

DOMINICA III. ADVENTUS.

Ex Concílio Mediolanenſi ſecundo.

An. 1569. *Tit.* 1. *Decr.* 22.

DOmínico illo die qui quátuor ſtatúta Jejúnii Témpora, quibus Ordinis Sacramentum miniſtrátur, próximè antecédit, Párochi non ſolùm ſolemne illud jejúnium hujus rei causâ inſtitútum denúntient; verùm étiam in ſua unuſquiſque eórum Parochiáli Eccléſia ſupplicatiónes piè ac religiósè hábeant: ut, Dei ope implorátâ, tùm Epíſcopus in eórum delectu quibus Ordines cónferet, Spíritûs ſancti lúmine illuſtrétur; tùm illi quibus conferentur, in vitæ ſanctitáte, doctrínâ, religioſiſque virtútibus profíciant. Tu autem, &c.

FERIA SECUNDA.

Ex Concílio Tridentíno.

An. 1563. *Seſſ.* 23. *de Ref.*

SCiant Epíſcopi, non ſíngulos in ætáte conſtitútos, debére ad Ordines aſſúmi, ſed dignos duntáxat, & quorum probáta vita ſenectus ſit.

FERIA TERTIA.

Ex Concílio Mediolanenſi quarto, ſub ſancto Cárolo.

Anno 1576. *Part.* 2. *Tit.* 7.

IMpedimento irretítus ne ad ſacram Ordinatiónem contrà ſacrórum Cánonum & Conciliórum præſcriptum accédat. Impedimento irretíti hi ſunt; minóres natu, Sacramento Chríſmatis non confirmáti, rudes & ignári, criminóſi, ſolémniter pœnitentes, neóphyti, ebrietáti & gulæ déditi, impudíci, lapſi

poſt Ordinem ſuſceptum, perjúri, uſurárii manifeſti, infámes, ratiocíniis obligáti, ſervi, córpore vitiáti, inſígniter defórmes, illégitimè nati, peregríni & ignóti, bígami, irregulares, ſuſpenſi, interdícti, excommunicáti, morbo cadúco laborantes, energúmeni, non examináti, & non probáti. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Deo grátias.

FERIA QUARTA.

Ex Concílio Mediolanenſi quarto.

Ann. 1576. *Part.* 1. *Cap.* 5. *de Sacris iv. Temp.*

SAcra quátuor jejuniórum Témpora ſicut olim ſolemni celebritáte & religióſo ſupplicatiónum officio colebantur; ita ad illórum cultum, paſtorâli curâ erudítis fidélium méntibus, in uſum antíquæ pietátis revocanda ſunt. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Deo grátias.

FERIA QUINTA.

Ex Concílio Colonienſi.

Ann. 1536. *Part.* 1. *Cap.* 21.

QUo affectu ac propóſito accédant Ordinandi, videndum accuratéque inveſtigandum eſt, nùm vidélicèt Dei causâ tantùm, an pótiùs ſuæ commoditátis grátiâ ad Ordines capeſſendos aſpírent, quærentes quæ ſua ſunt, non quæ Jeſu Chriſti. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Deo grátias.

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Remenſi.

Anno 1564. *Stat.* 8.

SAtius eſt promovendos ad ſacros Ordines & Eccléſiæ gubernatiónem, diù multùmque ánteà probáre & exploráre, quàm de témerè admiſſis póſteà pudére & pœnitére. Quapropter, ſanctárum Synodórum veſtígiis inhærendo, conabuntur Epíſcopi ſuos Cléricos gradátim, omni adhíbitâ cautióne, ordináre. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Deo grátias.

SABBATO.

Ex Epíſtola ſancti Leónis, Papæ, ad Dióſcorum Epíſcopum Alexandrínum.

Anno 445. *C.* 1.

QUod à Pátribus noſtris propenſióre curâ nóvimus eſſe ſervátum, à vobis hoc vólumus cuſtodíri; ut non paſſim diébus ómnibus Sacerdotális, vel Levítica Ordinátio celebrétur; ſed poſt diem Sábbati, ejus noctis quæ in prima Sábbati luceſcit, exórdia deligántur in quibus his qui conſecrandi ſunt, jejúniis, & à jejunántibus ſacra benedíctio conferátur. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Deo grátias.

De Functionibus & officiis ſex Ordinum inferiorum.

DOMINICA IV. ADVENTUS.

Ex Concílio Tridentíno.

Anno 1563. *Seſſ.* 23. *de Ord.* 1. *Cap.* 2.

NOn ſolùm de Sacerdótibus, ſed & de Diáconis ſacræ lítteræ apertam mentiónem fáciunt; & quæ máximè in illórum Ordinatióne attendenda ſunt, graviſſimis verbis docent: & ab ipſo Ecclésiæ inítio ſequéntium Ordinum nómina, atque uniuſcujuſque eórum própria ministéria, Subdiáconi ſcílicèt, Acólythi, Exorciſtæ, Lectóris & Oſtiárii in uſu fuiſſe cognoſcuntur, quamvis non pari gradu. Nam Subdiaconátus ad majóres Ordines à Pátribus & à ſacris Concíliis refertur, in quibus & de áliis inferióribus frequentíſſimè légimus.

FERIA SECUNDA.

Ex Concílio Aquiſgranenſi.

Anno 816. *L.* 1. *C.* 7.

DIaconórum Ordo à tribu Levi accépit exórdium, in Evangélio autem primórdia eórum & in Actibus Apoſtolórum leguntur. Ex hinc jam decrevérunt Apóſtoli Apoſtolorumque ſucceſſóres per omnes Ecclésias Diáconos ordinandos eſſe, qui ſublimióri gradu céteris circà aram Chriſti quaſi columnæ aſſíſterent.

FERIA TERTIA.

Ex Concílio Aquiſgranenſi.

Anno 816. *L.* 1. *C.* 6.

SUbdiáconi in Eſdra inveniuntur, appellanturque ibi Nathinæi, id eſt, in humilitáte Dómino ſervientes: iſti oblatiónes in templo Dómini ſuſcípiunt à pópulis: iſti obédiunt offíciis Levitárum: iſti quoque vaſa córporis & ſánguinis Chriſti Diacónibus ad altária Dómini offérunt. De quibus quidèm plácuit Pátribus, ut quia ſacra myſtéria contrectant, caſti & continentes ſint ab uxóribus.

FERIA QUARTA.

Ex Concílio Mediolanenſi quinto, ſub ſancto Cárolo.

Anno 1579. *Part.* 3. *Cap.* 3.

QUi ſubdiaconátûs Ordini aſcriptus eſt, cùm ſtatìm lege aſtrictus ſit Canonicárum horárum offícium recitandi; nemo ad eum Ordinem capeſſendum recipiátur, qui horárii illíus Offícii cujus lege devinctus tenétur, rectè ac ritè recitandi perítus non ſit.

FERIA QUINTA.

Ex Concílio Mediolanenſi quinto, ſub ſancto Cárolo.

Ann. 1576. *Part.* 3. *Cap.* 3.

UNuſquiſque eórum qui ſacris Ordínibus initiabuntur, diligenter admoneátur, quàm ſanctum munus ſuſceptúrus eſt.

Verùm ejus ſermónis vis in Subdiáconis potiſſimùm monendis verſétur, quò rectiùs, dùm íntegrum eſt, deliberáre poſſint, an caſtitátem quæ perpétua illi Ordini eſt annéxa, profitéri velint; ne in eo Eccléſiáſtico ſpiritualíque múnere ſuſcipiendo quidquam agnatórum vel hujúſmodi aliénâ voluntáte, ſed ſuâ ſpontáneâ deliberatióne agant; hæc verò in ſacri ejuſdem Ordinis ſuſceptióne vitæ hujus cómmodum aut áliud quidquam ejúſmodi, ſed Dei honórem ſibi propóſitum hábeant. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Deo grátias.

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Tridentíno.
Anno 1562. *Seſſ.* 22. *de Reform. Cap.* 4.

QUi cujuſcumque Ordinis offícia ac quælibet Benefícia in Eccléſiis óbtinent, aut impóſterùm obtinébunt, quibus vária ónera ſunt annéxa, vidélicèt ut álii Miſſas, álii Evangélium, álii Epíſtolam dicant ſeu cantent: quocumque ii privilégio, exemptióne, prærogatívâ, géneris nobilitáte ſint inſigníti, teneantur juſto impedimento ceſſante, infra annum Ordines ſuſcípere requisítos. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Deo grátias.

DIE XXIV DECEMBRIS.
IN VIGILIA
NATALIS DOMINI.

Ex Concíliis * Bituricenſi & ** Narbonenſi.
An. * 1584. *C.* 1. & ** 1609. *C.* 39. *Aderat Polverellus Epiſc. Elect.*

† SErvétur Vigília Nativitátis Dómini, ad imitandum pietátem Paſtórum, qui Chriſto Dómino eâ nocte adoratiónis munus impendérunt. . . . . Non fiant in Eccléſiis áliqua indecéntia, uti repræſentátio Prophetárum aut Paſtórum in nocte Natális Dómini, & cantus prædictiónum Sibyllárum. Satis enim eſt firmátum quod credendum; nec tálibus repræſentatiónibus índigent imperíti. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Deo grátias.

DIE XXV. DECEMBRIS.
IN NATALI DOMINI.

Ex Concílio Toletáno décimo quarto.
Anno 684. *Cap.* 10.

SI quis Jeſu Chriſto Dei Fílio, ex útero Mariæ Vírginis nato, áliquid aut Divinitátis imminúit, aut de ſuſcepta humanitáte ſubdúcit, exceptâ ſolâ lege peccáti, & non eum verum Deum, Hóminemque perfectum in una Perſóna ſubſiſtentem ſinceríſſimè credit; anáthema ſit. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî. ℟. Deo grátias.

DIE XXVI. DECEMBRIS.
In Feſto
SANCTI STEPHANI.
Ex Epíſtola ſancti Cœleſtíni Papæ primi ad Clerum populumque Conſtantinopolitánum.
Lect. in Conc. Eph. 1. an. 431.

PAtiéntiæ vobis atque conſtántiæ forma, Stéphanus primus Chriſti teſtis exiſtat. Plebs in hunc prædicantem ſtríduit perfidórum: nec tamen idóneus Chriſti comes tácuit, quod vidébat.

DIE XXVII. DECEMBRIS.
In Feſto
S. JOANNIS EVANG.
Ex Epíſtola ſancti Cœleſtíni Papæ primi ad Concílium Epheſínum.
Lecta in Conc. Epheſ. Actione II. Ann. 431.

VOs hortor, fratres beatíſſimi, reſpiciátur illa ſola diléctio, in qua útiquè ſecundùm vocem Joannis Apóſtoli, cujus relíquias præſentes venerámini, manére debémus.

De ſolemni Preſbyterorum officio, & partibus muneris eorum ordinarii, ac operis.

DIE XXVIII. DECEMB.
Ex Decrétis Præſulum Eccléſiæ Gallicánæ Melodúni congregatórum.
An. 1579. Tit. de Sacr. Ordin.

DUóbus conſtat totum Preſbyterórum miniſtérium, quorum álterum eſt ut in commiſſum ſibi pópulum Deum réddere propítium nitantur piis précibus ac ſacris ſacrifíciis; álterum, ut ſint religiónis magiſtri, meditantes in lege Dómini die ac nocte.

DIE XXIX. DECEMBRIS.
Ex Concílio Cloveshovienſi ſecundo.
Anno 747. Can. 8.

PReſbyteri ſciant ſe neceſſáriò pro Dei intúitu debére à ſeculáribus negótiis cauſiſque, in quantum præváleant, vacáre, altáris offícium diviníque cultûs obſéquium ſummâ intentióne perſólvere; Oratórii domum & cuncta ad cultum ipsíus pertinéntia ſub ſua cura conſerváre; Lectióni, Oratióni, Miſſárum celebratióni, Pſalmiſque canendis invigiláre.

DIE XXX. DECEMBRIS.
Ex Concílio Pariſienſi ſexto.
Ann. 829. Lib. 1. Cap. 4.

QUandò vita Sacerdótum cum doctrína non concordat, & auditóribus infirmis ſcándalum, & animárum provenire perículum non eſt dúbium. Proindè ſummóperè cavendum Sacerdótibus, ne offendículum fiant his quibus præſunt: tunc enim offendículum

illis, quandò quod
is prædicant, móribus
ıgnant. Tu autem,
ıine, &c.

E XXXI DECEMBRIS.

;apítulis*Herardi, Tu-
nenſis Epíſcopi, atque
.** Concílio Pariſienſi.
.858.***An.* 1429. *C.* 22.

Reſbyteri, ſicut órdine
ſanctióres, ita verbo,
ſſu & actu ſint reveren-
:s; quia celſitúdo grá-
n graviórem peccáti
t cúmulum.... Quantò
leſiáſtici viri perfectió-
tatûs & majóris digni-
s honóre illuſtrantur,
:ò majórem Dómino te-
tur exhibére reverén-
n, & ab ómnibus illíci-
liligéntiùs abſtinére. Tu
em, Dómine, &c.

'IE I. JANUARII.

In Feſto
RCUMCISIONIS
DOMINI.

Concílio Lugdunenſi
ſecundo œcuménico.
nno 1274. *Conſtit.* 25.

Uod generáliter ſcrí-
bitur ut in nómine
ıı omne genu flectátur,
guli ſinguláriter in ſeip-
implentes, præcípuè
n aguntur Miſſárum ſa-
myſtéria, glorióſum
ıd nomen quandocum-
è recólitur, flectant gé-
a cordis ſui, quod vel
›itis inclinatióne teſten-
:. Tu autem, Dómine,
ſerére noſtrî.

℞. Deo grátias.

DIE II. JANUARII.

Ex Capituláribus Theodul-
phi, Aurelianenſis Epíſ-
copi.

Anno 797. *C.* 2.

OPortet (Sacerdótes) & aſſiduitátem habére legendi, & inſtántiam orandi; quia vita viri juſti lectióne inſtrúitur & ornátur, & aſſiduitáte lectiónis munítur homo à peccáto, juxtà illum qui dicébat: In corde meo abſcondi elóquia tua, ut non peccem tibi. Hæc ſunt enim arma, lectio vidélicèt & orátio, quibus diábolus expugnátur: hæc ſunt inſtrumenta quibus æterna beatitúdo acquíritur, vítia comprimuntur, virtútes nutriuntur.

DIE III. JANUARII.

Ex Capituláribus Theodul-
phi, Aurelianenſis Epíſ-
copi.

Anno 797. *C.* 3.

SI quandò à lectióne ceſſátur, debet operátio ſúbſequi; quia otióſitas inimíca eſt ánimæ: & antíquus hoſtis, quem à lectióne ſive ab oratióne vacantem invénerit, fácilè ad vítia rapit. Per uſum namque lectiónis diſcétis quáliter & vos vivátis, & álios doceátis. Per uſum oratiónis, & vobis & his quibus in caritáte conjuncti eſtis, prodeſſe valébitis. Per operatiónem & córporis maceratiónem, & vítiis alimenta negábitis, & veſ-

tris neceſſitátibus ſubveniétis, & habébitis quò neceſſitátem patiéntibus porrigátis.

DIE IV. JANUARII.

Ex ſancto Ambróſio.

L. 3. de Offic. C. 20

TEmpora quibus ab Eccléſia vacas, (ô Sacerdos,) lectióni impendas. Cur non Chriſtum revíſas, Chriſtum alloquáris, Chriſtum áudias? Illum allóquimur, cùm orámus; illum audímus, cùm divína légimus orácula. Quid nobis cum aliénis dómibus? Illi pótiùs ad nos convéniant, qui nos requírunt. Quid nobis cum fábulis? Miniſtérium altáribus Chriſti, non obſéquium homínibus deferéndum recépimus. Húmiles decet eſſe, mites, manſuétos, graves, patientes. Modum nos tenére in ómnibus, vel tácitus vultus, vel ſermo annúntiet.

DIE V. JANUARII.

IN VIGILIA EPIPHAN.

Ex Concílio Aurelianenſi quarto.

Anno 541. *C.* 1.

†PLácuit Deo propítio, ut ſanctum Paſcha, ab ómnibus Sacerdótibus uno témpore celebrétur: quæ feſtívitas annis ſíngulis Epiphaniórum die in Eccléſia pópulis denuntiétur.

DIE VI. JANUARII.

IN EPIPHANIA DOMINI.

Ex Concílio Epheſíno.

Anno 431. *Part.* 2.

QUóniam Chriſtus Rex & Deus eſt, & mortem ob paſſiónis diſpenſatiónem guſtávit, múnera myſteriórum ſunt indícia. Offerunt Magi aurum, recognoſcentes ipſum eſſe Regem: ófferunt thus, norunt enim ſe Deo offerre; ófferunt myrrham propter mortem in myſtério Paſſiónis.

De hierarchicis Preſbyterorum functionibus Epiſcoporum auctoritati ſpecialiter ſubordinatis.

DIE VII. JANUARII.

Ex Concílio Tridentíno.

Anno 1563. *Cap.* 4. *de Ord.*

QUóniam in Sacramento Ordinis ſicut & in Baptiſmo & Confirmatióne caracter imprímitur, qui nec deléri nec auferri poteſt; méritò ſancta Synodus damnat eórum ſenténtiam, qui ǻſſerunt novi Teſtamenti Sacerdótes temporáriam tantúmmodò poteſtátem habére; & ſemèl ritè ordinátos, iterùm láicos fieri poſſe, ſi verbi Dei miniſtérium non exérceant. Tu autem, Dómine, miſerére noſtri.

℟. Deo grátias.

DIE

DIE VIII. JANUARII.

Ex Concílio Hiſpalenſi ſecundo.

Anno 619. Can. 7.

Præerat ſanctus Iſidorus Hiſpal.

PRæcipiente Dómino, ſolus Móyſes in tabernáculo Dei eréxit altáre, ſolus ipſe unxit; útiquè quia ſummus Sacerdos Dei erat, ſicut ſcriptum eſt: Móyſes & Aáron in Sacerdótibus ejus. Ideóque id quod tantùm fácere princípibus Sacerdótum juſſum eſt, quorum typum Móyſes & Aáron tenuérunt, Preſbyteri qui filiórum Aáron geſtant figúram, arrípere non præſúmant.

DIE IX. JANUARII.

Ex Concílio Tridentíno.

Ann. 1563. Seſſ. 23.

Cap. 4. de Ord.

SAcroſancta Synodus declárat, præter céteros Eccleſiáſticos gradus, Epíſcopos qui in Apoſtolórum locum ſucceſſérunt, ad hierárchicum órdinem præcípuè pertinére, & pósitos, ſicut Apóſtolus ait, à Spíritu ſancto régere Eccléſiam Dei; eoſque Preſbyteris ſuperióres eſſe, ac Sacramentum Confirmatiónis conferre, miniſtros Eccléſiæ ordináre, atque ália pléraque perágere ipſos poſſe, quarum functiónum poteſtátem réliqui inferióris órdinis nullam habent. Tu autem, &c.

DIE X. JANUARII.

Ex Diálogo ſancti Hierónymi, Preſbyteri advérsùs Luciferiános.

Script. ann. 384.

ECcléſiæ ſalus in ſummi Sacerdótis dignitáte pendet: cui ſi non exſors quædam & ab homínibus éminens detur poteſtas, tot in Eccléſiis efficientur ſchíſmata quot Sacerdótes. Indè venit ut ſine chríſmate Epíſcopi, neque Préſbyter, neque Diáconus jus hábeant baptizandi; quod frequenter, ſi tamen necéſſitas cogit, ſcimus étiam licére láicis. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Deo grátias.

DIE XI. JANUARII.

Ex Concílio Tridentíno.

Ann. 1563. Seſſ. 23. de Reform. Cap. 15.

QUamvis Preſbyteri in ſua ordinatióne à peccátis abſolvendi poteſtátem accípiant; decernit tamen ſancta Synodus nullum étiam regulárem poſſe confeſſiónes ſeculárium, étiam Sacerdótum, audíre, nec ad id idóneum reputári, niſi aut parochiále Benefícium, aut ab Epíſcopis per exámen, ſi illis vidébitur eſſe neceſſárium, aut áliàs idóneus judicétur, & approbatiónem quæ gratis detur, obtíneat, privilégiis & conſuetúdine quâcumque, étiam immemorábili, non

obſtántibus. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrì.

℟. Deo grátias.

DIE XII JANUARII.

Ex Concílio Burdigalenſi.

Ann. 1582. Tit. 20.

NOs Evangélicæ & Apoſtólicæ régulæ innitentes, ſtatúimus atque præcípimus ne quis, ſive ſit ſeculáris, ſive reguláris, públicè ad pópulum verba fácere de Religióne áudeat, niſi ab Epíſcopo facultátem & mandátum id ſpeciátim munus obeundi habúerit. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrì.

℟. Deo grátias.

DIE XIII. JANUARII.

OCTAVA EPIPHANIÆ, ET BAPTISMUS CHRISTI.

Ex Concílio Tridentíno.

Ann. 1547. Seſſ. 7.

Can. 1. 7. & 12.

† SI quis díxerit Baptiſmum Joannis eamdem vim habuiſſe cum Baptiſmo Chriſti; baptizátos per Baptiſmum ipſum, ſolíus tantùm fidei debitóres, non autem univerſæ legis Chriſti ſervandæ; & néminem eſſe baptizandum, niſi eâ ætáte quâ Chriſtus baptizátus eſt, vel in ipſo mortis artículo, anáthema ſit.

De virtutibus Clero neceſſariis, ac primùm de obedientia erga ſuperiores præſcripta, & unitate in miniſterio ſervanda & inſinuanda.

DOMINICA PRIMA

poſt Epiphaniam, quæ eſt intrà Octavam.

¶ *Ab hac die Canones præcedentes qui nondùm lecti ſunt, deſeruntur, (excepto Canone diei Octavæ Epiphaniæ, qui nunquàm omittitur,) & ſumuntur ſequentes.]*

Ex Concíliis Toletáno quarto & undécimo.

An. 633. & 675. Can. 27. & 10.

QUandò Preſbyteri vel Diácones per Paróchias conſtituuntur, oportet eos primùm profeſſiónem Epíſcopo ſuo fácere, ut caſtè & purè vivant ſub Dei amóre...... ut unuſquiſque fidem Cathólicam ſincérâ cordis devotióne cuſtódiens, in nullis opéribus ſuis canónicis régulis contradícat; débitum per ómnia honóren atque obſéquii reveréntia præeminenti ſibi dependa

FERIA SECUNDA

Ex Epíſtola ſancti Hier nymi ad Nepotiánum

Script. ann. 394 num.

ESto ſubjectus Pont tuo, & quaſi áni parentem ſúſcipe. Am filiórum, timére ſervó eſt. Epíſcopi Sacer ſe eſſe nóverint, non minos. Honórent Cl quaſi Cléricos; ut

tis à Clèricis quaſi Epíſcòpis honor deferátur. Quod Aáron & fílios ejus, hoc eſſe Epíſcopum & Presbyteros novérimus. Unus Dóminus, unum templum, unum ſit étiam miniſtérium. Tu autem, Dómine, &c.

FERIA TERTIA.
Ex Concílio Calcedonenſi.
Ann. 451. *Can.* 8.

QUi præficiuntur Paróchiis, vel qui ordinantur in Monaſtériis & Baſílicis Mártyrum, ſub Epiſcopórum qui in unaquáque civitáte ſunt, ſecundùm ſanctórum Patrum traditiónes, poteſtáte permáneant, nec per contumáciam ab Epíſcopo ſuo diſsíliant; qui verò audent evértere ejuſmodi formam quocumque modo, nec próprio ſubjiciuntur Epíſcopo, Cánonum correptiónibus ſubjáceant. Tu autem, &c.

FERIA QUARTA.
Ex Concílio Carthaginenſi ſexto.
Anno 419. *C.* 10.

SI quis Presbyter à Præpóſito ſuo correptus, & ſuperbiâ (quod abſit) inflátus ſecernendum ſe ab Epíſcopi ſui communióne dúxerit, ac ſeparátim cum alíquibus ſchiſma fáciens, ſacrifícium Deo obtúlerit; anáthema habeátur, & locum amittat. Tu autem, Dómine, &c.

FERIA QUINTA.
Ex Concílio Carthaginenſi ſexto.
Temp. Cœleſtini Papæ, anno 419. *C.* 31.

QUicumque Clérici vel Diáconi pro neceſſitátibus Eccleſiárum non obtemperáverint Epíſcopis ſuis voléntibus eos ad honórem ampliórem in Eccléſia ſua promovére, nec illi miniſtrent in gradu ſuo undè recédere noluérunt.

FERIA SEXTA.
Ex Concílio Carthaginenſi quarto.
Ann. 398. *Can.* 59.

DIſcordantes Cléricos Epíſcopus, vel ratióne, vel poteſtáte ad concórdiam trahat; inobedientes Synodus per audiéntiam damnet.

SABBATO.
Ex Canónibus Apoſtolórũ.
Can. 38.

PReſbyteri & Diáconi ſine voluntáte Epíſcopi nihil fáciant. Is étenim eſt cujus fídei pópulus Dómini créditus eſt, & à quo pro animábus rátio exigétur.

DOMINICA II.
poſt Epiphaniam.
Ex Concílio Pariſienſi.
Ann. 1212. *Part.* 2. *Can.* 12.

SUmmóperè cavendum eſt ſúbditis ne inobediéntiæ vítium incurrant: ſed Prælátis ſuis, in his quæ ſecundùm Deum ſunt, humíliter obédiant & devótè.

FERIA SECUNDA.
Ex Concílio Lugdunenſi ſecundo.
Ann. 567. *Can.* 1.

UNitátem Sacerdótum, quam & Dóminus díligit, & Scriptúra commendat, & concórdia caritátis expóſcit, cónvenit ab ómnibus cuſtodíri; ita ut in omni tractátu & definitióne, uno ſpíritu, unâ ſenténtiâ, Sacerdótum conſtántia perſevéret.

FERIA TERTIA.
Ex libro ſéptimo ſancti Optáti, Epíſcopi, de ſchiſmate Donatiſtárum.
Script. circa ann. 370. *n.* 3.

CHriſtus omnes diſcípulos ſuos vóluit in uno eſſe. Dùm nollet ſe negári, promíſit ſe apud Patrem negatúrum eſſe qui ſe negáret; & tamen bono unitátis beátus Petrus cui ſatis erat, ſi poſt quod negáverat ſaltèm véniam conſequerétur, claves regni cœlórum communicandas céteris ſolus accépit. Bono unitátis ſepelienda eſſe peccáta multa hinc intélligi datur.

FERIA QUARTA.
Ex Concílio Arelatenſi ſexto.
Ann. 813. *C.* 12.

DEfiníre nos oportet de pacis bono atque concórdia, ut ab ómnibus omninò indiſrupta teneátur inter Epíſcopos, inter Cléricos & Mónachos, & omnem pópulum Chriſtiánum, ut beátus Apóſtolus dócuit; dicens: Sectámini caritátem & ſanctimóniam ſine qua nemo vidébit Deum.

FERIA QUINTA.
Ex Concílio Arelatenſi ſexto.
Ann. 813. *C.* 12.

QUidquid illud eſt, quod nos ad veræ pacis ſtúdium & caritátis perfectiónem próvocat; totis víribus noſtris ſectandum eſt: quidquid nos ab illa disjungit, ut venénum mortíferum à nobis cavendum eſt.

FERIA SEXTA.
Ex Concílio Cloveshovienſi ſecundo.
Ann. 747. *Can.* 2.

SIt concórdia in ómnibus viris Eccleſiáſticæ Religiónis, in ſermóne, in ópere, in judício ſine cujuſquam adulatióne perſónæ, útpotè, uníus Dómini miniſtri, uniuſque miniſtérii conſervi. Licèt ſédibus ſint divíſi per diverſa loca, tamen méntibus conjuncti in uno ſpíritu, Deo in fide & ſpe & caritáte deſérviant, orantes diligénter pro ínvicèm, ut ſui certáminis curſum fidéliter unuſquíſque conſummáre poſſit.

SABBATO.
Ex Statútis Provinciálibus ſancti Edmundi, Cantuarienſis Epíſcopi.
Ann, 1236. *Cap.* 5.

MAgna nobis (ô Sacerdótes) injuncta eſt neceſſitas pacis obſervandæ, cùm

Deus ipſe pacis ſit auctor & amátor, qui non ſolùm cœléſtia, ſed étiam terréſtria venit ad ínvicèm pacificáre. Pacem, quantùm in vobis eſt, cum ómnibus habentes, Parochiános veſtros moneátis, ut in unitáte fídei & pacis vínculo unum corpus ſint in Chrſto: inimicítias, ſi exortæ fúerint in Paróchia veſtra, diligenter ſedantes, amicítias copulantes, diſcordantes à diſcórdia revocantes; quantùm in vobis eſt non permittentes quòd ſol óccidat ſuper iracúndiam Parochianórum veſtrórum. Tu autem, &c.

De ſpiritu paupertatis & modeſtiâ Eccleſiaſticâ in poſſeſſione, uſu, vel acquiſitione rerum temporalium.

DOMINICA III. *poſt Epiphaniam.*

Ex Concílio Mediolanenſi quarto.

Ann. 1576. *Part.* 3. *Monit.*

PAupertátem diléxit & dócuit Cœleſtis Magiſter Chriſtus, qui naſcens in præſépio pónitur, & nudus in Cruce móritur. Scitóte paupertáti ſócias adjungi ſobrietátem, abſtinéntiam & réliquas virtútes quibus prælucére oportet Miniſtros Dei.

FERIA SECUNDA.

Ex libro ſecundo ſancti Iſidóri, Hiſpalenſis Epíſcopi, de Offíciis Eccleſiáſticis.

Circa annum 630. *Cap.* 1.

CLéricos vocári aiunt Doctóres noſtri, eò quòd in ſortem hæreditátis Dómini dentur, vel pro eò quòd ipſe Dóminus ſors illórum eſt. Undè oportet ut qui Deum hæreditáte póſſident abſque ullo impedimento ſéculi, Deo ſervíre ſtúdeant, & páuperes ſpíritu eſſe contendant; ut cóngruè illud Pſalmiſtæ dícere poſſint: Dóminus pars hæreditátis meæ.

FERIA TERTIA.

Ex ſancto Iſidóro Hiſpalenſi.

L. 2. *de Off. Eccleſiaſt. C.* 4.

ESt in Cléricis tonſúra ſignum quoddam quod in córpore figurátur, ſed in ánimo ágitur; ſcílicet, ut hoc ſigno vítia in religióne reſecentur, & crimínibus carnis noſtræ quaſi crínibus exuámur.

FERIA QUARTA.

Ex libro ſancti Ambróſii de Offíciis Miniſtrórum.

Lib. 1. *Cap.* 36.

COnſídera quemádmodùm eos qui ad offícia Eccléſiæ accédunt, deſpiciéntiam rerum humanárum habére dóceat Apóſtolus: tibi contemptum divitiárum ſuádet, nihil permittens niſi quod te exérceat ad pietátem. Exérceat ergò te pietas ad juſtítiam, continéntiam, manſuetúdinem. Non te

ſimplices negótiis ſeculáribus, quóniam Deo mílitas.

FERIA QUINTA.

Ex Sermóne ſancti Auguſtíni de Paſtóribus Eccléſiæ.

Extat in Concilio Aquiſg. Ann. 816. Lib. 1. Cap. 12.

APóſtolus dicit ſic Dóminum diſpoſuiſſe, ut qui Evangélium annúntiant, de Evangélio vivant: non tanquàm venále ſit Evangélium, ut iſtud ſit prétium ejus, quod ſumunt qui annúntiant, undè vivant. Si enim ſic vendunt, magnam rem vili vendunt. Accípiant ſuſtentatiónem neceſſitátis à pópulo, mercédem diſpenſatiónis à Dómino.

FERIA SEXTA.

Ex libro Juliáni Pomérii de vita contemplatíva.

Script. circa ann. 491. Cap. 10.

SI Apóſtolus qui nihil habébat, nóluit de Evangélio, ubi laborábat, ſed ſuis mánibus vívere, ne mercédem amítteret; quid nos qui & própria nólumus, amóre poſſidendi, non vivendi neceſſitáte, relínquere, & accípere ínſuper vólumus, non undè vivámus, ſed undè cenſum noſtrum damnabílibus incrementis augeámus? Tu autem, Dómine, &c.

SABBATO.

Ex Concílio Mediolanenſi quarto.

Ann. 1576. Part. 3.

EXemplo ſanctórum vos, paupertáte, ſobrietáte, ac parcimóniâ ita ágite; ut non modò à ſupervacaneárum rerum úſibus abſtínentes, ſed veſtro étiam defráudantes victu, Eccléſias veſtras & altária exornétis, aliénis item neceſſitátibus ſubveniátis & paupéribus opitulémini.

DOMINICA IV.

poſt Epiphaniam.

Ex Concílio Aquiſgranenſi.

Ann. 816. Cap. 20

SAcerdótis prædicátio opéribus confirmanda eſt, ita ut quos docet verbo, ínſtruat exemplo. Vera enim illa doctrína, quam vivendi ſéquitur forma.

FERIA SECUNDA.

Ex Concílio Valentíno.

Ann. 855. C. 15.

SAcerdos maturitáte morum, & repudiatióne ómnium levitátum ac vanitátum, ómnibus ſibi adhæréntibus, ſeque intuéntibus formam diſciplínæ & verecúndiæ, ac modéſtiæ infundat.

FERIA TERTIA.

Ex Concílio Tridentíno.

An. 1562. Seſſ. 22. de Ref. C. 1.

SIc decet omnínò Cléricos in ſortem Dómini vocátos, vitam moreſque ſuos omnes compónere, ut hábitu, geſtu, inceſſu, ſermóne, aliiſque ómni-

bus rebus nihil niſi grave, moderátum, ac religióne plenum præ ſe ferant.

FERIA QUARTA.

Ex Statútis Synodálibus Nicolái Pavillon, Epíſcopi Electenſis.

Anno 1674. Tit. 1. §. 4.

PRæcípimus ut Clérici ſint ſemper tonſi, & raſi parte cápitis ſuprémâ, in modum corónæ, cujúſlibet Ordinis grádui cóngruæ. Iídem non procédant in públicum, niſi déferant veſtem talárem, quæ ex panno valdè mediócri confecta eſſe debet, eamque à fronte mínimè apertam, & zonâ ſupra renes circumpóſitâ cinctam.

FERIA QUINTA.

Ex Concílio Pariſienſi.

An. 1528. C. 23. In Decr. mor.

OMnes Clérici, máximè in ſacris conſtitúti, cùm in loco Sanctórum ſint, ópera Sanctórum exérceant: ínſuper profeſſiónem ſuam probent; hábitu ſcílicèt, ut per decéntiam hábitûs extrínſeci intrínſecam morum honeſtátem oſtendant.

FERIA SEXTA.

Ex ſancto Bernardo.

Apol. ad Guillelm. Abb. C. 9. ſcript. verſ. an. 1125.

MOllia indumenta ánimi mollítiem índicant. Non tantò curarétur córporis cultus, niſi priùs neglecta fuiſſet mens inculta virtútibus.

SABBATO.

Ex Concílio Burdigalenſi, *Ann. 1583. Tit. 21. de vit. & morib. Cleric.*

IN omni veſtítu & hábitu Clericáli, nec affectáta & immoderáta cultûs & elegántiæ diligéntia, nec ſordes & nimis abjecta incúria appáreant.

DOMINICA V. *poſt Epiphaniam.*

Ex Concílio Pariſienſi ſexto.

Ann. 829. Lib. 1. C. 29.

SUnt multa divínæ legis præcepta & ſanctórum Patrum dicta; quæ Sacerdótes Dómini à terrénis & ſeculáribus negótiis expedíri, cœleſtíque milítiæ líberè ſánciunt ſervíre. Quíſquis ígitur Preſbyterórum ſe ab his cohibére detrectáverit, dignum eſt ut ab Epíſcopo ſuo rígidâ corripiátur invectióne.

FERIA SECUNDA.

Ex Concíliis * Carthaginenſi tértio & ** Cabilonenſi ſecundo.

* *Ann.* 388. *Cap.* 15.
** *Ann.* 813. *C.* 5.

PLácuit ut Epíſcopi & Preſbyteri, & Diáconi vel Clérici non ſint conductóres & procuratóres, neque ullo turpi vel inhoneſto negótio victum quærant. . . . . A túrpibus lucris & uſúris non ſolùm abſtíneant, verùm étiam plebes ſibi ſúbditas abſtinére móneant.

FERIA TERTIA.

Ex ſancto Bernardo.

In Prolog. vit. S. Malach.

QUem das mihi contentum neceſſáriis, contemptórem ſuperfluórum? Lex eſt tamen præfíxa ab Apóſtolis Apoſtolórum ſucceſſóribus. Victum & veſtítum habentes, ínquiunt, his contenti ſumus. Ubi forma hæc? in libris cérnimus eam, ſed non in viris. Tu autem, Dómine, miſerére noſtri.

℟. Deo grátias.

FERIA QUARTA.

Ex Commentário ſancti Hierónymi in Epíſtolam ad Titum.

Script. ann. 387.

QUæritur inter diſpenſatóres, ut fidélis quis inveniátur. Turpis quoque lucri appetítus ab eo qui Epíſcopus (ſive Preſbyter) futúrus eſt, debet eſſe aliénus. Sunt enim multi docentes quæ non oportet, turpis lucri grátiâ; qui totas domos ſubvertunt, & putant quæſtum eſſe pietátem. Mélior eſt autem, juxtà Salomónem, módica accéptio cum juſtítia, quàm multa genímina cum iniquitáte; & magis eligendum in paupertáte nomen bonum, quàm in divítiis nomen péſſimum. Turpis lucri appetítio eſt pluſquàm de præſéntibus cogitáre. Tu autem, &c.

FERIA QUINTA.

Ex Statútis Synodálibus Nicolái Pavillon, Epíſcopi Electenſis.

Anno 1674. *Tit.* 1. §. 6. *n.* 5.

MAndátum apoſtólicum inſtaurantes, interdícimus Preſbyteris, aliiſque Cléricis, ne ipſi ſe ímplicent negótiis ſeculáribus, ſive mercimóniis óperam dando, ſive rem doméſticam sórdidè adminiſtrando; neve contractus, negotiatiónes, commércia, Eccleſiáſticæ profeſſiónis indigna, cùm ipſi per ſe, tùm per interpóſitas perſónas, ullo modo íneant.

FERIA SEXTA.

Ex libro Juliáni Pomérii de vita contemplatíva.

Script. circa ann. 492.

Lib. 2. *C.* 13.

EIs qui mílitant Deo fugiendæ ſunt ex toto corde divítiæ, quas qui habére volunt, ſine labóre non quærunt, ſine difficultáte non invéniunt, ſine cura non ſervant, ſine anxia delectatióne non póſſident, ſine dolóre non perdunt.

SABBATO.

Ex Synodo Ebroicenſi.

Ann. 1576.

IN primis cáveant omnes Eccleſiáſtici ab illis vítiis propter quæ irritátur Deus, & nomen ejus blaſphemátur inter gentes, atque Eccléſia Dei afflígitur. Sint mo-

res eórum ſine avarítia ; pro quocumque offício contenti his quæ ſibi vel jus ipſum, vel laudábilis conſuetúdo conſtítuit : ac ne quidèm avídiùs ſive inhumániùs quod ſibi debétur éxigant, atque in ómnibus pauperiórum ratiónem hábeant.

De caſtitate, verecundia, & temperantia Clericali.

DOMINICA VI.
poſt Epiphaniam.
Ex Concílio Toletáno quarto.

Ann. 633. *C.* 21.

INoffenſos & immaculátos decet Dei Sacerdótes exíſtere, nec ullo eos fornicatiónis contágio póllui : ſed caſtè viventes, mundos ſemetipſos celebrandis exhíbeant Sacramentis.

FERIA SECUNDA.
Ex Concílio Turonenſi primo.

Ann. 451. *Can.* 1.

SI univerſis, fidélibus, ſecundùm Apoſtólicam doctrínam, cáſtitas cuſtodienda indícitur ; ut qui habent uxóres, ita ſint quaſi non habentes : quantò magis Sacerdótes Dei ac Levítæ, divíno mancipári altári, cuſtodíre debent, ut non ſolùm cordis, verùm étiam córporis puritátem ſervantes, pro plebe ſupplicatúri, ad divínum introíre mereantur audítum.

FERIA TERTIA.
Ex Concílio Toletáno quarto.

Ann. 633. *C.* 21.

ABſtineámus nos ab omni ópere malo, & ab omni inquinamento carnis líberi maneámus ; ut mundi córpore, purgáti mente, poſsímus ad ſacrifícium Chriſti digni accédere, & Deum pro delíctis ómnibus deprecári. Tu autem, Dómine, &c.

FERIA QUARTA.
Ex Concílio Toletáno quarto.

Ann. 633. *Cap.* 22.

QUamvis conſciéntiam nos habére puram apud Deum opórteat, tamen apud hómines famam óptimam cuſtodíre cónvenit ; ut, juxtà præceptum Apoſtólicum non tantùm coram Deo, ſed étiam coram homínibus vitæ ſanctæ teſtimónium habeámus.

FERIA QUINTA.
Ex Concílio Nicæno primo œcuménico.

Ann. 325. *Can.* 3.

INterdíxit per ómnia magna Synodus, non Epíſcopo, non Preſbytero, non Diácono, nec alícui omnínò qui in Clero eſt, licére ſubintroductam habére mulíerem : niſi fortè aut matrem, aut ſorórem, aut ámitam, vel eas tantùm perſónas quæ omnem ſuſpiciónem effúgiunt,

FERIA SEXTA.

Ex Epíſtola ſa . Hieronymi Preſb. ..i, ad Nepotiánum.

Script. ad ann. 394.

HOſpitíolum tuum, aut rarò, aut nunquàm mulíerum pedes terant. Omnes puellas & vírgines Chriſti, aut æquáliter ignóra, aut æquáliter dílige. Ne ſub eódem tecto mánſeris: nec in prætérita caſtitáte confídas. Nec Samſóne fórtior, nec Davíde ſánctior, nec Salomóne potes eſſe ſapiéntior.

SABBATO.

Ex Epíſtola ſancti Hierónymi Preſbyteri, ad Nepotiánum.

Script. ad ann. 394.

SOlus cum ſola, ſecretò & abſque árbitro, vel teſte, non ſédeas. Cavéto omnes ſuſpiciónes, & quidquid probabíliter fingi poteſt, ne fingátur, antè devíta.

DOMINICA

SEPTUAGESIMÆ.

Ex Concílio Mediolanenſi tértiò.

Ann. 1573. *Tit.* 1.

† STúdeat Epíſcopus, ut, quo témpore in Septuagéſimæ, Sexagéſimæ, & Quinquagéſimæ, hebdómadis Eccléſia mater pópulum Dei ínſtruit ac præparat ad ſanctè recolendum Chriſti Dómini paſſiónem & crucem, fidéles ſpectácula, ludos ſcénicos, & ália tunc præſertìm morum corruptélis introducta, tanquàm à ſanctíſſimis Eccléſiæ inſtitútis abhorréntia, omnínò fugientes, ad pietátis chriſtiánæ ſtúdia, & ad oratiónem attentióres ſint, propóſitâ omni chriſtianárum actiónum exercitatióne.

FERIA SECUNDA.

Ex Concílio Cameracenſi.

Ann. 1565. *Canone* 50. *quem ſanctus Carolus an.* 1576. *ſuis Decretis aſcivit.*

NE paſtóres & Clérici libros apud ſe téneant aut legant, ex quibus corrúmpi Relígio, boníque mores, ac ſtúdium boni óperis, timorque & amor Dómini languére poſſit: ut ſunt libri qui laſcíva, ſcurrília, vana & impúra cóntinent. Inſtruant autem bibliothécas ſuas bonórum & piórum auctórum libris; ex quibus doctrínam háuriant, quam ſalúbriter ſuis populáribus poſſint effúndere.

FERIA TERTIA.

Ex Concílio Pariſienſi ſexto.

Ann. 829. *Lib.* I. *Can.* 38.

CUm ab ómnibus Chriſtiánis, juxtà Apóſtoli documentum, ſtultilóquium & ſcurrílitas ſit cavenda; multò magis à Sacerdótibus Dómini, qui áliis exemplum & condiméntum ſalútis eſſe debent, cavéri oportet. Hæc quippè à ſanctis viris péni-

tùs ſunt propellenda, quibus magis cónvenit lugére, quàm ad ſcurrilitátes & ſtultilóquia, & céteras vanitátes quæ ánimum chriſtiánum à rigóre ſuæ rectitúdinis emollíre ſolent, in cachinnos ora diſſólvere. Tu autem, Dómine, &c.

FERIA QUARTA.

Ex ſancto Bernardo.

Lib. 2. *de Conſid. Cap.* 13.

INter ſeculáres nugæ, ſunt in ore Sacerdótis blaſphémiæ. Conſecraſti os tuum Evangélio: tálibus jam aperíre illícitum, aſſuéſcere ſacrilégium eſt. Lábia Sacerdótis cuſtódiunt ſciéntiam; & legem requírent de ore ejus, non nugas profectò vel fabulas. Verbum ſcúrrile, quod facéti urbaníve nómine colórant, non ſúfficit peregrinári ab ore; procul & ab aure relegandum. Tu autem, Dómine, &c.

FERIA QUINTA.

Ex Libro ſecundo ſancti Iſidóri, Hiſpalenſis Epiſcopi, de Officiis Eccleſiáſticis.

Cap. 2. *de Regulis Clericorum. Ann.* 630.

Extat in Concilio Moguntino, ann. 813. *C.* 10.

CLéricis lege Patrum cavétur ut à vulgári vita ſeclúſi, à mundi voluptátibus ſeſe abſtíneant, nec ſpectáculis nec pompis interſint, ſeculária negótia fúgiant, non vagis óculis, non infræni linguâ, aut petulanti tumidóque geſtu incédant; ſed pudórem ac verecúndiam mentis símplici hábitu inceſſúque oſtendant.

FERIA SEXTA.

Ex Concílio Turonenſi tértio.

Ann. 813. *Can.* 7. & 8.

AB ómnibus quæcumque ad áurium & ad oculórum pértinent illécebras, undè vigor ánimi emollíri poſſe credátur, Dei ſacerdótes abſtinére debent; quia per áurium oculorumque illécebras vitiórum turba íngredi ſolet. Sacerdótibus non éxpedit ſeculáribus & turpibus quibúſlibet intereſſe jocis: venatiónes quoque ferárum vel ávium míniméè ſectentur.

SABBATO.

Ex Concílio Londinenſi.

Ann. 1268. *Can.* 4.

QUóniam in armis virtútum conſiſtit ſecúritas innocéntiæ chriſtiánæ, docet Apóſtolus ut induámur armatúram Dei, & gládio ſpíritûs accingámur; eò quòd non ſit nobis colluctátio adversùs carnem & ſánguinem; ſed adversùs príncipes tenebrárum, qui non armis ferreis, ſed oratiónibus, & lácrymis, & virtútum opéribus expugnantur. Cléricis ígitur qui ad præcláram Chriſti

hæreditátem aſſumpti ſunt, uſus armórum ſit omnínò prohíbitus.

DOMINICA

Sexageſimæ.

Ex Capituláribus Theodulphi, Aurelianenſis Epíſcopi.

Cap. 36.

HEbdómadâ ante inítium Quadragéſimæ, Confeſſiónes Sacerdótibus dandæ ſunt, pœniténtia accipienda, diſcordantes reconciliandi, & ómnia júrgia ſedanda: & dimíttere debent débita ínvicèm de córdibus ſuis, ut libériùs dicant: Dímitte nobis débita noſtra, ſicut & nos dimíttimus debitóribus noſtris; & ſic ingredientes in beátæ Quadragéſimæ tempus, mundis & purificátis méntibus ad ſanctum Paſcha accédant, & per pœniténtiam ſe rénovent, quæ eſt ſecundus baptiſmus.

FERIA SECUNDA.

Ex Concílio Turonenſi primo.

Ann. 461. *Can.* 1.

CUm Láico abſtinéntia imperétur, ut poſſit, oratióni vacans, & Deum déprecans, exaudíri: quantò magìs Sacerdótibus vel Levítis, qui omni momento paráti eſſe Deo debent in omni mundítia & puritáte ſecúri; ne aut ſacrifícium offerre aut baptizáre, ſi id témporis necéſſitas popóſcerit, cogantur?

FERIA TERTIA.

Ex Concílio Aquileienſi.

Ann. 1596. *Tit.* 11.

COnvívia, & nímiam Laicórum familiaritátem multárum offenſiónum & ſcandalórum oríginem, debent Clérici in quocumque gradu conſtitúti declináre ac fúgere. Meminiſſe verò debent non aliundè Clericális órdinis dignitátem gráviùs fuiſſe offenſam, quàm à nímia Laicórum familiaritáte.

FERIA QUARTA.

Ex Concílio Pariſienſi.

Ann. 1429. *Cap.* 20.

CUm morum grávitas & vitæ honeſtas in Eccleſiáſticis viris præcípuè débeant relucére, Epíſcopi & álii ad quos ſpectat inferiórum mores reformáre, diligenter ſervent & curent à ſuis ſúbditis obſervári quæ in ſanctórum Patrum Decrétis & canónicis inſtitutiónibus de vita & honeſtáte Clericórum fuérunt laudabíliter inſtitúta: máximè autem provídeant circà Cléricos qui tabernas, quod non cónvenit, adíre & frequentáre non verentur.

EERIA QUINTA.

Ex Concílio Narbonenſi.

Ann. 1609. *C.* 41. *Aderat Polverellus Epiſc. Elect.*

CLéricos choréas quâcumque ex causâ dúcere, aut illis intereſſe prohibémus: larvas non

geſtent, aut larvátos ſequantur; Comœdias, & quæ ab hiſtriónibus exhibentur, non agant; ad hiſtriónes non accédant; non ludant àleis, téſſeris, chartis, aut álio ludo prohíbito vel indecóro; tabernas non ingrediantur, niſi iter agentes.

FERIA SEXTA.

Ex Synodo Ebroicenſi.

Ann. 1576.

SEculáribus homínibus nec Joannis Baptiſtæ auſtéritas, nec Chriſti in victu populáritas probári pótuit. Proindè ſátius eſt Eccleſiáſticos viros fúgere promíſcua contubérnia ſeculárium, ac pótiùs hoſpitalitátem inter ſe exercére.

SABBATO.

Ex Concílio Tridentíno

Anno 1562. *Seſſ.* 22.

de Reform. C. 1.

QUæ áliàs à ſummis Pontifícibus & à ſacris Concíliis de Clericórum vita, honeſtáte, cultu, doctrináque retinenda, ac ſimul de luxu, comeſſatiónibus, choréis, áleis, lúſibus, ac quibuſcumque crimínibus, necnon ſeculáribus negótiis fugiendis copiósè ac ſalúbriter ſancíta fuérunt, éadem in póſterum iiſdem pœnis vel majóribus arbítrio Ordinárii imponendis obſerventur; nec appellátio executiónem hanc quæ ad morum correctiónem pértinet, ſuſpendat.

De præparatione ad Quadrageſimalem Pœnitentiam.

DOMINICA

QUINQUAGESIMÆ.

Ex Concílio Mediolanenſi quinto, ſub ſanctoCárolo.

An. 1579. *Part.* 1. *Tit.* 7.

✝ PArochus die Domínico qui Fériam aſperſiónis Cínerum próximè præcédit, pópulum ſalutáres utilitátes dóceat quas in eórum benedictióne multis oratiónibus Eccléſia petit. Hæ quidèm præter céteras ſunt, ut fidéles qui ſacro cínere aſperguntur, ad íntimam cordis humilitátem adjuventur; ut in eos benedíctio cœleſtis deſcendat, quâ adjúti verè intiméque toto ánimo peccáta dóleant, hoc mente reputantes ad hóminis peccátum terram maledictam fuiſſe, noſque omnes in cínerem ac terram reditúros.

FERIA SECUNDA.

Ex venerábili Guillelmo Arverno, Pariſienſi Epíſcopo.

Ann. 1230. *Sermon.* 1. *Domin. Quinquag. n.* 1.

SIcut ille qui ingreſſúrus eſt Religiónem, prætentat áliqua quæ ſunt Religiónis, & eis ante ingreſſum aſſueſcit; ſic ante Quadragéſimam áliquid pœniténtiæ inchoandum eſſet. Contrárium verò hó-

mines fáciunt, qui in delíciis hoc témpore excédunt, quaſi néſciant quòd quantò magìs tálibus aſſuevérunt, tantò difficíliùs eis carébunt. Hoc (ígitur) témpore multùm conandum eſt ad ſobrietátem.

FERIA TERTIA.

Ex Líttera ſancti Cároli de témpore Septuagéſimæ.

Ann. 1574.

Quantò magìs mundus ſuis ómnibus diſſolutiónibus, profánis lúſibus, dæmoniſque opéribus inſaníre vidébitur; tantò magìs ex caritátis débito cæcitáti eórum (qui ad convívia, feſta, aliaque vétita oblectamenta læti & álacres currunt,) debétis unà cum Eccléſia condolére, & ardentióribus oratiónibus Dóminum deprecári, nolit ad tot ingráti noſtri erga ipſum ánimi vítia reſpícere; ſed pro immenſa ſua miſericórdia his dignétur, útpotè frátribus noſtris, licèt obcæcátis, compunctiónis ſpíritum, nobiſque emendatiónem impertíri.

CANONES PROPRII PRO QUIBUSDAM FESTIS.

DIE VIII. DECEMBRIS.

IN FESTO CONCEPTIONIS B. M. V.

Ex Concílio Tridentíno.

Ann. 1546. *Seſſ.* 5. *Decr. de peccato originali.*

Declárat ſancta Synodus, non eſſe ſuæ intentiónis comprehéndere in decréto ubi de peccáto originali ágitur, beátam & immaculátam Vírginem Maríam Dei genitrícem; ſed obſervandas eſſe Conſtitutiónes Sixti Papæ quarti, ſub pœnis in eis Conſtitutiónibus contentis, quas ínnovat.

DIE II. FEBRUARII.

IN PRÆSENTATIONE DOMINI ET PURIFICATIONE B. MARIÆ VIRGINIS.

Ex Concílio Mediolanenſi quinto, ſub ſancto Cárolo.

Ann. 1579. *Part.* 1. *Tit.* 7.

Die ſacro (Præſentatiónis Dómini, & Purificatiónis beátæ Maríæ uſus rituſque benedictiónis candelárum cereórumve cùm plenus myſteriórum eſt, tùm ſalutárium utilitátum; cùm illíus benedictiónis precátio ad mul-

ta referátur, tùm ad hæc imprímis ut mentes & corda fidélium igne & ſplendóre ſancti Spíritûs accendantur illuſtrenturque; ac depulſis vitiórum ténebris, vídeant quæ ſint Deo grata & ſalúti utília; ut ignis caritátis cum lúmine fidei in ánimis accendátur, quo ad lumen æternum vitæ cœleſtis perducámur: hæc à Chriſto Dómino, qui eſt Deus verus & ſplendor lucis æternæ, ſibi concédi precantur fidéles.

IN PRÆCIPUA SOLEMNITATE SS. PATRONORUM,

Ubi deeſt proprius Canon.

Ex Concílio Mediolanenſi tértio, ſub ſancto Cárolo. *Ann.* 1573. *Tit.* 1.

QUò religióſiùs íncolæ, uniuſcujuſque Paróchiæ feſtum diem colant illíus Sancti Sanctæve cujus patrocínio Parochiális Ecclésia dicáta eſt, cohortatiónibus agat Párochus, ut ánimo pie répetant religióſas ejus ſanctárum virtútum exercitatiónes; quarum méritis in cœlum ille vocátus, cùm ſempiternâ glóriâ perfruátur, pro caritáte quâ abundat, eórum quorum ſalútis patrocínium ſuſcépit, preces Deo offert. Die Sancti qui Paróchiæ patrónus eſt & cuſtos, quò ad illíus imitatiónem magis fidéles inflammentur, id Párochus præſtet, cùm frequéntior in Ecclésia pópulus adeſt, ut ipſe aut álius in ſuggeſtu res ejus ſanctè admirabiliterque geſtas, morum diſcíplinam, pietátis ſtúdia ac virtútes pronúntiet. Tu autem, &c.

IN DEDICATIONE ET ANNIVERS. DEDICATIONIS ECCLESIÆ.

Ex Concílio Pariſienſi ſexto. *Anno* 826. *Lib.* 1. *Cap.* 11.

QUia Pontífices Baſílicas Deo dédicant, ut omnes qui illùc deprecatúri véniunt, de quacumque tribulatióne ad eum clamáverint, conſolatiónis ejus benefícia conſequantur; oportet ut, remóto negligéntiæ torpóre, hujúſmodi loca ad Deum exorandum, ſibíque propítium faciendum, frequenter ac devótè ádeant Chriſtiáni; dignoſque ſe aſpéctibus Angelórum, quorum conventus mínimè ibi adeſſe dubitantur, exhíbeant.

O C T A V A
DEDIC. ET ANNIVERS.
DEDIC. ECCLESIÆ.

Ex Concílio Colonienſi primo.
Ann. 1536. *Part.* 9. *C.* 13.

SIgnat Templi Dedicátio tàm fidélis ánimæ, quàm Ecclésiæ cum Chriſto deſponſatiónem. Ipſa enim Ecclésia Cathólica, ex multis vivis lapídibus adunáta, verum Dei Templum eſt. Quòd ſi Dei Templum ſumus, altáre intùs habémus. In hoc altári fit ſacrifícium laudis. Hinc preces ad cœlum aſcendunt: ad cor enim réſpicit Deus. Quamóbrem, niſi ómnia quæ in hujuſcémodi conſecratióne extériùs aguntur, in nobis ſpirituáliter impleantur, parùm hinc fructûs nobis accésserit. Tu autem, Dómine, &c.

IN FESTIS B. MARIÆ VIRGINIS,

Quæ non habent in Breviario Canonem proprium.

Ex Concílio Conſtantinopolitáno ſecundo, œcuménico.
Ann. 553. *Coll.* 8. *Can.* 6.

SI quis ſanctam glorióſam ſemperque Vírginem Maríam, non própriè & verè Dei genitrícem confitétur; eò quòd ipſe qui ante ſécula ex Patre natus eſt Deus Verbum, in últimis diébus ex ipſa incarnátus & natus eſt: talis anáthema ſit.

IN FESTIS SANCTORUM RITU SOLEMNI CELEBRATIS,

Quæ non habent in Breviario Canonem proprium.

Ex Concílio Tridentíno.
Ann. 1563. *Seſſ.* 25.
De Invocatione Sanctorum.

OMnes docendi munus ſuſtinentes, fidéles diligenter inſtruant, illos, qui negant, Sanctos, ætérna felicitáte in cœlo fruentes, invocandos eſſe; aut qui ásserunt, vel illos pro homínibus non oráre; vel eórum, ut pro nobis étiam ſíngulis orent, invocatiónem eſſe idololátriam; vel pugnáre cum verbo Dei, adverſaríque honóri uníus mediatóris Dei & hóminum Jeſu Chriſti; ímpiè ſentíre. Tu autem, &c.

LECTIONES E NOVO TESTAMENTO

ANTE COMPLETORIUM DICENDÆ.

PARS HIEMALIS.

SABBATO.
Ante Dominicam I. Adv.
Incipit Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Romános.
Cap. 1.

PAulus ſervus Jeſu Chriſti, vocátus Apóſtolus, ſegregátus in Evangélium Dei : . . ómnibus qui ſunt Romæ, dilectis Dei, vocátis ſanctis. Grátia vobis, & pax à Deo Patre noſtro, & Dómino Jeſu Chriſto. Primùm quidèm grátias ago Deo meo per Jeſum Chriſtum pro ómnibus vobis : quia fides veſtra annuntiátur in univerſo mundo. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℞. Deo grátias.

DOMINICA PRIMA ADVENTUS.
De Epíſtola ad Romános.
Cap. 1.

TEſtis enim mihi eſt Deus, cui ſérvio in ſpíritu meo in Evangélio Fílii ejus, quòd ſine intermiſſióne memóriam veſtrî fácio, ſemper in orationibus meis : óbſecrans, ſi quómodò tandèm aliquandò próſperum iter hábeam in voluntáte Dei veniendi ad vos. Deſídero enim vidére vos : ut áliquid impértiar vobis grátiæ ſpirituális ad confirmandos vos : id eſt, ſimul conſolári in vobis per eam, quæ ínvicèm eſt, fidem veſtram, atque meam.

FERIA SECUNDA.
De Epíſtola ad Romános.
Cap. 1.

NOlo autem vos ignoráre, fratres, quia ſæpè propóſui veníre ad vos, (& prohíbitus ſum uſque adhuc,) ut áliquem fructum hábeam & in vobis, ſicut & in céteris géntibus. Græcis ac Bárbaris, ſapiéntibus & inſipiéntibus débitor ſum : ita (quod in me) promptum eſt & vobis, qui Romæ eſtis evangeliſáre.

FERIA TERTIA.
De Epíſtola ad Romános.
Cap. 1.

NOn enim erubeſco Evangélium. Virtus enim Dei eſt in ſalútem omni credenti Judæo pri-

mum, & Græco. Juſtítia enim Dei in eo revelátur ex fide in fidem: ſicut ſcriptum eſt: Juſtus autem ex fide vivit. Revelátur enim ira Dei de cœlo ſuper omnem impietátem, & injuſtítiam hóminum eórum, qui veritátem Dei in injuſtítia détinent: quia quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis, Deus enim illis manifeſtávit.

FERIA QUARTA.

De Epíſtola ad Romános.

Cap. 1.

INviſibília enim ipsíus, à creatúra mundi, per ea quæ facta ſunt, intellecta, conſpiciuntur: ſempiterna quoque ejus virtus, & divínitas: ita ut ſint inexcuſábiles. Quia cùm cognoviſſent Deum, non ſicut Deum glorificavérunt, aut grátias egérunt: ſed evanuérunt in cogitatiónibus ſuis, & obſcurátum eſt insípiens cor eórum: dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Tu autem, &c.

FERIA QUINTA.

De Epíſtola ad Romános.

Cap. 1.

ET mutavérunt glóriam incorruptíbilis Dei in ſimilitúdinem imáginis corruptíbilis hóminis, & vólucrum, & quadrúpedum, & ſerpéntium. Propter quod trádidit illos Deus in deſidéria cordis eórum, in immundítiam: ut contuméliis afficiant córpora ſua in ſemetipſis: qui commutavérunt veritátem Dei in mendácium: & coluérunt, & ſerviérunt creaturæ pótiùs quàm Creatóri, qui eſt benedictus in ſæcula: Amen.

FERIA SEXTA.

De Epíſtola ad Romános.

Cap. 2.

PRopter quod inexcuſábilis es, ô homo omnis, qui júdicas. In quo enim júdicas álterum, teipſum condemnas: eadem enim agis quæ júdicas. Scimus enim quóniam judícium Dei eſt ſecundùm veritátem in eos qui tália agunt. Exíſtimas autem hoc, ô homo, qui júdicas eos, qui tália agunt, & facis ea, quia tu effúgies judícium Dei? Tu autem, Dómine, miſerére noſtri.

℟. Deo grátias.

SABBATO.

De Epíſtola ad Romános.

Cap. 2.

AN divítias bonitátis ejus, & patiéntiæ, & longanimitátis contemnis? Ignóras quóniam benígnitas Dei ad pœniténtiam te addúcit? Secundùm autem durítiam tuam, & impœnitens cor, theſaurízas tibi iram in die iræ, & revelatiónis juſti judícii Dei, qui reddet unicuíque ſecundùm ópera ejus. Tu autem, Dómine, miſerére noſtri.

℟. Deo grátias.

DOMINICA II. ADVENTUS.
De Epíſtola ad Romános.
Cap. 2.

TRibulátio, & angúſtia in omnem ánimam hóminis operantis malum, Judæi primùm & Græci: glória autem, & honor, & pax omni operanti bonum, Judæo primùm, & Græco. Non enim eſt acceptio perſonárum apud Deum. Quicumque enim ſine lege peccavérunt, ſine lege períbunt: & quicumque in lege peccavérunt, per legem judicabuntur: non énim auditóres legis juſti ſunt apud Deum, ſed factóres legis juſtificabuntur.

FERIA SECUNDA.
De Epíſtola ad Romános.
Cap. 2.

QUi álium doces, teipſum non doces: qui prædicas non furandum, furáris: qui dicis non mœchandum, mœcháris: qui abomináris idóla, ſacrilégium facis: qui in lege gloriáris, per prævaricatiónem legis Deum inhonóras. Nomen enim Dei per vos blaſphemátur inter Gentes, ſicut ſcriptum eſt.

FERIA TERTIA.
De Epíſtola ad Romános.
Cap. 5.

JUſtificáti ex fide, pacem habeámus ad Deum per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum: per quem & habémus acceſſum per fidem in grátiam iſtam, in qua ſtamus, & gloriámur in ſpe glóriæ filiórum Dei. Non ſolùm autem, ſed & gloriámur in tribulatiónibus: ſciéntes quod tribulátio patiéntiam operátur: patiéntia autem probatiónem, probátio verò ſpem, ſpes autem non confundit.

FERIA QUARTA.
De Epíſtola ad Romános.
Cap. 5.

COmmendat caritátem ſuam Deus in nobis: quóniam cùm adhuc peccatóres eſſémus, ſecundùm tempus Chriſtus pro nobis mórtuus eſt: multò ígitur magis nunc juſtificáti in ſánguine ipsíus, ſalvi érimus ab ira per ipſum. Si enim cùm inimíci eſſémus, reconciliáti ſumus Deo per mortem Fílii ejus: multò magis reconciliáti, ſalvi érimus in vita ipsíus.

FERIA QUINTA.
De Epíſtola ad Romános.
Cap. 5.

PEr unum hóminem peccátum in hunc mundum intrávit, & per peccátum mors, & ita in omnes hómines mors pertranſívit, in quo omnes peccavérunt. . . . Sed non ſicut delíctum, ita & donum. Si enim uníus delícto multi mórtui ſunt: multò magis grátia Dei & donum in grátia uníus hóminis Jeſu Chriſti in plu-

res abundávit. Tu autem, Dómine, &c.

FERIA SEXTA.

De Epíſtola ad Románoſ.

Cap. 6.

NOn regnet peccátum in veſtro mortáli córpore, ut obediátis concupiſcéntiis ejus. Sed neque exhibeátis membra veſtra arma iniquitátis peccáto: ſed exhibéte vos Deo, tanquàm ex mórtuis viventes: & membra veſtra arma juſtítiæ Deo.

SABBATO.

De Epíſtola ad Románoſ.

Cap. 6.

HUmánum dico, propter infirmitátem carnis veſtræ: ſicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſervíre immundítiæ, & iniquitáti ad iniquitátem, ita nunc exhibéte membra veſtra ſervíre juſtítiæ in ſanctificatiónem. Cùm enim ſervi eſſétis peccáti, líberi fuiſtis juſtítiæ. Quem ergò fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubéſcitis? Nam finis illórum mors eſt.

DOMINICA III. ADVENTUS.

De Epíſtola ad Románoſ.

Cap. 6.

NUnc verò liberáti à peccáto, ſervi autem facti Deo, habétis fructum veſtrum in ſanctificatiónem, finem verò vitam æternam. Stipéndia enim peccáti mors. Grátia autem Dei, vita æterna, in Chriſto Jeſu Dómino noſtro.

FERIA SECUNDA.

De Epíſtola ad Románoſ.

Cap. 7.

COndelector legi Dei ſecundùm interiórem hóminem: vídeo autem áliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccáti, quæ eſt in membris meis. Infélix ego homo, quis me liberábit de córpore mortis hujus? Grátia Dei per Jeſum Chriſtum Dóminum noſtrum.

FERIA TERTIA.

De Epíſtola ad Románoſ.

Cap. 8.

QUi ſecundùm carnem ſunt, quæ carnis ſunt, ſápiunt; qui verò ſecundùm ſpíritum ſunt, quæ ſunt ſpíritûs ſéntiunt. Nam prudéntia carnis, mors eſt: prudéntia autem ſpíritûs, vita & pax. . . . . Qui autem in carne ſunt, Deo placére non poſſunt. Vos autem in carne non eſtis, ſed in ſpíritu: ſi tamen Spíritus Dei hábitat in vobis. Si quis autem Spíritum Chriſti non habet, hic non eſt ejus.

FERIA QUARTA.

De Epíſtola ad Románoſ.

Cap. 8.

FRatres: debitóres ſumus non carni, ut ſecundùm carnem vivámus. Si enim ſecundùm carnem vixéritis, moriémini: ſi au-

tem ſpíritu facta carnis mortificavéritis, vivétis. Quicumque enim Spíritu Dei aguntur, ii ſunt fílii Dei. Non enim accepiſtis ſpíritum ſervitútis íterùm in timóre, ſed accepiſtis ſpíritum adoptiónis filiórum, in quo clamámus: Abba (Pater.)

FERIA QUINTA.

De Epíſtola ad Románes.

Cap. 8.

IPſe Spíritus teſtimónium reddit ſpíritui noſtro quòd ſumus fílii Dei. Si autem fílii, & hærédes: hærédes quidèm Dei, cohærédes autem Chriſti: Si tamen compátimur, ut & conglorificémur. Exíſtimo enim quòd non ſunt condignæ paſſiónes hujus témporis ad futúram glóriam, quæ revelábitur in nobis. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrì.

℟. Deo grátias.

FERIA SEXTA.

De Epíſtola ad Románes.

Cap. 8.

SCimus quòd omnis creatúra ingemiſcit, & párturit uſque adhuc. Non ſolùm autem illa, ſed & nos ipſi primítias Spiritûs habentes, & ipſi intrà nos gémimus adoptiónem filiórum Dei expectantes, redemptiónem córporis noſtri. Spe enim ſalvi facti ſumus. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrì.

℟. Deo grátias.

SABBATO.

De Epíſtola ad Románes.

Cap. 8.

SCimus quóniam diligéntibus Deum ómnia cooperantur in bonum, iis, qui ſecundùm propóſitum vocáti ſunt ſancti. Nam quos præſcívit, & prædeſtinávit conformes fíeri imáginis Fílii ſui, ut ſit ipſe primogénitus in multis frátribus. Quos autem prædeſtinávit, hos & vocávit: & quos vocávit, hos & juſtificávit: quos autem juſtificávit, illos & glorificávit.

DOMINICA IV. ADVENTUS.

De Epíſtola ad Románes.

Cap. 8.

SI Deus pro nobis, quis contrà nos? Qui étiam próprio Fílio ſuo non pepercit, ſed pro nobis ómnibus trádidit illum; quómodò non étiam cum illo ómnia nobis donávit? Quis accuſábit adversùs electos Dei? Deus qui juſtíficat, qui eſt qui condemnet?

FERIA SECUNDA.

De Epíſtola ad Románes.

Cap. 8.

QUis ergò nos ſeparábit à caritáte Chriſti? tribulátio? an angúſtia? an fames? an núditas? an perículum? an perſecútio? an gládius?... Sed in his ómnibus ſuperámus propter eum, qui diléxit nos.

FERIA TERTIA.

De Epíſtola ad Romános.

Cap. 8.

CErtus ſum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principátus, neque virtútes, neque inſtántia, neque futura, neque fortitúdo, neque altitúdo, neque profundum, neque creatúra ália póterit nos ſeparáre à caritáte Dei, quæ eſt in Chriſto Jeſu Dómino noſtro. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Deo grátias.

FERIA QUARTA.

De Epíſtola ad Romános.

Cap. 12.

OBſecro vos, fratres, per miſericórdiam Dei, ut exhibeátis córpora veſtra hóſtiam viventem, ſanctam, Deo placentem, rationábile obſéquium veſtrum. Et nolíte conformári huic ſéculo, ſed reformámini in novitáte ſenſûs veſtri: ut probétis quæ ſit voluntas Dei bona, & benéplacens, & perfecta. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Deo grátias.

FERIA QUINTA.

De Epíſtola ad Romános.

Cap. 12.

DIco enim per grátiam quæ data eſt mihi, ómnibus qui ſunt inter vos: Non plùs ſápere quàm oportet ſápere, ſed ſápere ad ſobrietátem; & unicuíque ſicut Deus diviſit menſúram fídei. Sicut enim in uno córpore multa membra habémus, ómnia autem membra non eúmdem actum habent: ita multi unum corpus ſumus in Chriſto, ſínguli autem alter altérius membra.

FERIA SEXTA.

De Epíſtola ad Romános.

Cap. 12.

DIléctio ſine ſimulatióne. Odientes malum, adhærentes bono: caritáte fraternitátis invicèm diligentes: honóre ínvicèm præveniente: ſollicitúdine non pigri: ſpíritu ferventes: Dómino ſervientes: ſpe gaudentes: in tribulatióne patientes: oratióni inſtantes: neceſſitátibus ſanctórum communicantes: hoſpitalitátem ſectantes. Tu autem, Dómine, &c.

DIE XXIV. DECEMBRIS.

IN VIGILIA NATALIS DOMINI.

De libro Apocalypſis beáti Joannis, Apóſtoli.

Cap. 22.

† QUi juſtus eſt, juſtificétur adhuc: & ſanctus, ſanctificétur adhuc. Ecce vénio citò..... Ego ſum radix & genus David, ſtella ſpléndida, & matutína. Et Spíritus, & ſponſa dicunt: Veni..... Etiam vénio citò: Amen. Veni, Dómine Jeſu. Tu autem, Dómine, &c.

DIE XXV. DECEMBRIS.
IN NATALI DOMINI.
De Epíſtola beáti Pauli Apóſtoli ad Philippenſes.
Cap. 2.

✝ HOc ſentíte in vobis, quod & in Chriſto Jeſu: qui cùm in forma Dei eſſet, non rapínam arbitrátus eſt eſſe ſe æquálem Deo: ſed ſemetipſum exinanívit formam ſervi accípiens, in ſimilitúdinem hóminum factus, & hábitu inventus ut homo.

DIE XXVI. DECEMBRIS.
De Epíſtola ad Romános.
Cap. 12.

BEnedícite perſequéntibus vos: benedícite, & nolíte maledícere. Gaudére cum gaudéntibus, flere cum fléntibus: idipſum invicèm ſentientes: non alta ſapientes, ſed humílibus conſentientes: nolíte eſſe prudentes apud voſmetipſos: nulli malum pro malo reddentes: providentes bona non tantùm coram Deo, ſed étiam coram ómnibus homínibus.

DIE XXVII. DECEMBRIS.
De Epíſtola ad Romános.
Cap. 12.

SI fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum ómnibus homínibus pacem habentes: Non voſmetipſos defendentes, caríſſimi, ſed date locum iræ. Scriptum eſt enim: Mihi vindicta; ego retríbuam, dicit Dóminus. Sed ſi eſuríerit inimícus tuus, ciba illum: ſi ſitit, potum da illi: hoc enim fáciens, carbónes ignis cóngeres ſuper caput ejus. Noli vinci à malo, ſed vínce in bono malum.

DIE XXVIII. DECEMBRIS.
De Epíſtola ad Romános.
Cap. 13.

OMnis ánima poteſtátibus ſublimióribus ſubdita ſit: Non eſt enim poteſtas niſi à Deo: quæ autem ſunt, à Deo ordinátæ ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtáti, Dei ordinatióni reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnatiónem acquírunt: nam príncipes non ſunt timóri boni óperis, ſed mali.

DIE XXIX. DECEMBRIS.
De Epíſtola ad Romános.
Cap. 13.

VIs autem non timére poteſtátem? Bonum fac: & habébis laudem ex illa. Dei enim miniſter eſt tibi in bonum. Si autem malum féceris, time: non enim ſine cauſa gládium portat. Dei enim miniſter eſt: vindex in iram ei, qui malum agit. Ideò neceſſitáte ſúbditi eſtóte non ſolùm propter iram, ſed étiam propter conſciéntiam.

DIE XXX. DECEMBRIS.
De Epíſtola ad Romános.
Cap. 13.

IDeò enim & tribúta præſtátis: miniſtri enim Dei ſunt, in hoc ipſum ſervientes. Réddite ergò

ómnibus débita : cui tribútum, tribútum : cui vectígal, vectígal : cui timórem, timórem : cui honórem, honórem. Némini quidquam debeátis, niſi ut ínvicèm diligátis. Tu autem, Dómine, &c.

DIE XXXI. DECEMBRIS.
De Epíſtola ad Romános.
Cap. 13.

QUi díligit próximum, legem implévit. Nam : Non adulterábis : Non occídes : Non furáberis : Non falſum teſtimónium dices : Non concupíſces : & ſi quod eſt áliud mandátum in lege, in hoc verbo inſtaurátur : Díliges próximum tuum ſicut teipſum. Diléctio próximi malum non operátur. Plenitúdo ergò legis eſt diléctio. Tu autem, Dómine, &c.

DIE I. JANUARII.
IN CIRCUMCISIONE DOMINI.
De Epíſtola ad Romános.
Cap. 13.

ABjiciámus ópera tenebrárum, & induámur arma lucis. Sicut in die honeſtè ambulémus : non in comeſſatiónibus, & ebrietátibus : non in cubílibus, & impudicítiis : non in contentióne, & æmulatióne : ſed induímini Dóminum Jeſum Chriſtum, & carnis curam ne fecéritis in deſidériis. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrì.
℟. Deo grátias.

DIE II. JANUARII.
De Epíſtola ad Romános.
Cap. 14.

NEmo noſtrûm ſibi vivit, & nemo ſibi móritur. Sive enim vívimus, Dómino vívimus : ſive mórimur, Dómino mórimur. Sive ergò vívimus, ſive mórimur, Dómini ſumus. In hoc enim Chriſtus mórtuus eſt, & reſurréxit, ut & mortuórum & vivórum dominétur.

DIE III. JANUARII.
De Epíſtola ad Romános.
Cap. 15.

DEbémus nos firmióres imbecillitátes infirmórum ſuſtinére, & non nobis placére. Unuſquiſque veſtrûm próximo ſuo pláceat in bonum, ad ædificatiónem. Etenim Chriſtus non ſibi plácuit, ſed ſicut ſcriptum eſt : Impropéria improperántium tibi cecidérunt ſuper me.

DIE IV. JANUARII.
De Epíſtola ad Romános.
Cap. 15.

QUæcumque ſcripta ſunt, ad noſtram doctrínam ſcripta ſunt : ut per patiéntiam, & conſolatiónem Scripturárum, ſpem habeámus. Deus autem patiéntiæ & ſolátii, det vobis idipſum ſápere in altérutrum ſecundùm Jeſum Chriſtum : ut unánimes, uno ore honorificétis Deum, & Patrem Dómini noſtri Jeſu Chriſti.

DIE V. JANUARII.
De Epíſtola ad Romános. *Cap.* 15.

SCriptum eſt : . . . Laudáte omnes gentes Dóminum : & magnificáte eum omnes pópuli. Et rursùs Iſaías ait : Erit radix Jeſſe, & qui exurget régere gentes, in eum Gentes ſperábunt. Deus autem ſpei répleat vos omni gáudio, & pace in credendo: ut abundétis in ſpe, & virtúte Spíritûs ſancti.

DIE VI. JANUARII.
IN EPIPH. DOMINI.
De Epíſtola ad Romános. *Cap.* 15.

AUdáciùs ſcripſi vobis, fratres, ex parte, tanquàm in memóriam vos redúcens: propter grátiam, quæ data eſt mihi à Deo, ut ſim miniſter Chriſti Jeſu in géntibus : ſanctíficans Evangélium Dei, ut fiat oblátio Géntium accepta, & ſanctificáta in Spíritu ſancto.

DIE VII. JANUARII.
De Epíſtola ad Romános. *Cap.* 15.

PRobavérunt Macedónia & Achája, collatiónem áliquam fácere in páuperes ſanctórum, qui ſunt in Jerúſalem. Plácuit enim eis : & debitóres ſunt eórum. Nam ſi ſpirituálium eórum partícipes facti ſunt Gentíles : debent & in carnálibus miniſtráre illis.

DIE VIII. JANUARII.
De Epíſtola ad Romános. *Cap.* 15.

OBſecro vos, fratres, per Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum ; & per caritátem ſancti Spíritûs, ut adjuvétis me in oratiónibus veſtris pro me ad Deum, ut líberer ab infidélibus, qui ſunt in Judæa, & obſéquii mei oblátio accepta fiat in Jerúſalem ſanctis, ut véniam ad vos in gáudio per voluntátem Dei, & refrígerer vobiſcum.

DIE IX. JANUARII.
De Epíſtola ad Romános. *Cap.* 16.

SAlutáte. . . . adjutóres meos in Chriſto Jeſu ; qui pro ánima mea ſuas cervíces ſuppoſuérunt : quibus non ſolus ego grátias ago, ſed & cunctæ Eccléſiæ Géntium. . . Salutáte ínvicèm in óſculo ſancto. Salútant vos omnes Eccléſiæ Chriſti.

DIE X. JANUARII.
De Epíſtola ad Romános. *Cap.* 16.

ROgo vos, fratres, ut obſervétis eos, qui diſſenſiónes, & offendícula præter doctrínam, quam vos didiciſtis, fáciunt, & declináte ab illis. Hujuſcémodi enim Chriſto Dómino non férviunt, ſed ſuo ventri : & per dulces ſermónes ſedúcunt corda innocéntium.

DIE XI. JANUARII.
De Epíſtola ad Romános.
Cap. 16.

VEſtra obediéntia in omnem locum divulgáta eſt. Gáudeo ígitur in vobis. Sed volo vos ſapientes eſſe in bono, & símplices in malo. Deus autem pacis cónterat Sátanam ſub pédibus veſtris velóciter. Grátia Dómini noſtri Jeſu Chriſti vobiſcum. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℞. Deo grátias.

DIE XII. JANUARII.
De Epíſtola ad Romános.
Cap. 16.

EI autem, qui potens eſt vos confirmáre juxtà Evangélium meum, & prædicatiónem Jeſu Chriſti, ſecundùm revelatiónem myſtérii tempóribus æternis táciti (quod nunc patefactum eſt per Scriptúras Prophetárum ſecundùm præceptum æterni Dei, ad obeditiónem fídei) in cunctis Géntibus cógniti, ſoli ſapienti Deo, per Jeſum Chriſtum, cui honor, & glória in ſécula ſeculórum: Amen. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℞. Deo grátias.

DOMINICA PRIMA
poſt Epiphaniam, quæ eſt intrà Octavam.

[*Ab hac die Lectiones præcedentes quæ nondùm lectæ ſunt, deferuntur, & ſumuntur ſequentes.*]

Incipit Epíſtola prima beáti Pauli Apóſtoli ad Corínthios.
Cap. 1.

PAulus vocátus Apóſtolus Jeſu Chriſti per voluntátem Dei, & Sósthenes frater, Eccléſiæ Dei, quæ eſt Corinthi: ... Grátia vobis & pax à Deo Patre noſtro, & Dómino Jeſu Chriſto. Grátias ago Deo meo ſemper pro vobis in grátia Dei, quæ data eſt vobis in Chriſto Jeſu: quòd in ómnibus dívites facti eſtis in illo, ... ita ut nihil vobis deſit in ulla grátia, expectántibus revelatiónem Dómini noſtri Jeſu Chriſti.

FERIA SECUNDA.
De Epíſtola prima ad Corínthios.
Cap. 1.

FIdélis Deus, per quem vocáti eſtis in ſocietátem Fílii ejus Jeſu Chriſti Dómini noſtri. Obſecro autem vos, fratres, per nomen Dómini noſtri Jeſu Chriſti: ut idipſum dicátis omnes, & non ſint in vobis ſchíſmata: ſitis autem perfecti in eódem ſenſu, & & in eádem ſententia.

FERIA TERTIA.
De Epíſtola prima ad Corínthios.
Cap. 1.

SIgnificátum eſt enim mihi de vobis, fratres mei, ab iis qui ſunt Chloës, quia contentiónes ſunt in

ter vos. Hoc autem dico, quod unuſquiſque veſtrûm dicit : Ego quidèm ſum Pauli : ego autem Apollo : ego verò Cephæ : ego autem Chriſti. Diviſus eſt Chriſtus ? Numquid Paulus crucifixus eſt pro vobis ? aut in nómine Pauli baptizáti eſtis ?

FERIA QUARTA.

De Epíſtola prima ad Corínthios.

Cap. 1.

NOn miſit me Chriſtus baptizáre, ſed evangelizáre : non in ſapiéntia verbi, ut non evacuétur crux Chriſti. Verbum enim crucis, pereúntibus quidèm ſtultítia eſt : iis autem, qui ſalvi fiunt, id eſt nobis, Dei virtus eſt. Scriptum eſt enim : Perdam ſapiéntiam ſapiéntium, & prudéntiam prudéntium reprobábo.

FERIA QUINTA.

De Epíſtola prima ad Corínthios.

Cap. 1.

NOs prædicámus Chriſtum crucifíxum : Judæis quidèm ſcándalum, Géntibus autem ſtultítiam; ipſis autem vocátis Judæis, atque Græcis Chriſtum Dei virtútem, & Dei ſapiéntiam : quia quod ſtultum eſt Dei, ſapiéntius eſt homínibus : & quod infirmum eſt Dei, fórtius eſt homínibus. Tu autem, Dómine, &c.

FERIA SEXTA.

De Epíſtola prima ad Corínthios.

Cap. 1.

VIdéte enim vocatiónem veſtram, fratres, quia non multi ſapientes ſecundùm carnem, non multi potentes, non multi nóbiles : ſed quæ ſtulta ſunt mundi elégit Deus, ut confundat ſapientes : & infirma mundi elégit Deus, ut confundat fórtia : & ignobília mundi, & contemptibília elégit Deus, & ea quæ non ſunt, ut ea quæ ſunt deſtrúeret : ut non gloriétur omnis caro in conſpectu ejus.

SABBATO.

De Epíſtola prima ad Corínthios.

Cap. 2.

ET ego, cùm veniſſem ad vos, fratres, veni non in ſublimitáte ſermónis, aut ſapiéntiæ, annúntians vobis teſtimónium Chriſti. Non enim judicávi me ſcire áliquid inter vos, niſi Jeſum Chriſtum, & hunc crucifíxum. Tu autem, &c.

DOMINICA II.

poſt Epiphaniam.

De Epíſtola prima ad Corínthios.

Cap. 2.

SApiéntiam lóquimur inter perfectos : ſapiéntiam verò non hujus ſéculi ; . . . ſed lóquimur Dei ſapiéntiam in myſtério, quæ abſ-

cóndita eſt, quam prædeſtinávit Deus ante ſécula in glóriam noſtram, quam nemo príncipum hujus ſéculi cognóvit: ſi enim cognoviſſent, nunquàm Dóminum glóriæ crucifixiſſent.

FERIA SECUNDA.

De Epíſtola prima ad Corínthios.

Cap. 2.

NOs non ſpíritum hujus mundi accépimus, ſed Spíritum qui ex Deo eſt, ut ſciámus quæ à Deo donáta ſunt nobis: quæ & lóquimur non in doctis humánæ ſapiéntiæ verbis, ſed in doctrína Spíritûs, ſpirituálibus ſpirituália comparantes.

FERIA TERTIA.

De Epíſtola prima ad Corínthios.

Cap. 2.

ANimális autem homo non pércipit ea, quæ ſunt Spíritûs Dei: ſtultítia enim eſt illi, & non poteſt intellígere: quia ſpirituáliter examinátur. Spirituális autem júdicat ómnia: & ipſe à némine judicátur. Quis enim cognóvit ſenſum Dómini, qui ínſtruat eum? Nos autem ſenſum Chriſti habémus.

FERIA QUARTA.

De Epíſtola prima ad Corínthios.

Cap. 3.

ET ego, fratres, non pótui vobis loqui quaſi ſpirituálibus, ſed quaſi carnálibus. Tanquàm párvulis in Chriſto, lac vobis potum dedi, non eſcam: nondùm enim poterátis: ſed nec nunc quidèm poteſtis: adhuc enim carnáles eſtis. Cùm enim ſit inter vos zelus, & conténtio: nonnè carnáles eſtis, & ſecundùm hóminem ambulátis?

FERIA QUINTA.

De Epíſtola prima ad Corínthios.

Cap. 3.

CUm enim quis dicat: Ego quidèm ſum Pauli: Alius autem: Ego Apollo: nonnè hómines eſtis? Quid ígitur eſt Apollo? quid verò Paulus? Miniſtri ejus, cui credidiſtis, & unicuíque ſicut Dóminus dedit. Ego plantávi, Apollo rigávit: ſed Deus incrementum dedit.

FERIA SEXTA.

De Epíſtola prima ad Corínthios.

Cap. 3.

ITaque neque qui plantat eſt áliquid, neque qui rigat: ſed, qui incrementum dat Deus. Qui autem plantat, & qui rigat unum ſunt. Unuſquiſque autem própriam mercédem accípiet ſecundùm ſuum labórem. Dei enim ſumus adjutóres: Dei agricultúra eſtis, Dei ædificátio eſtis. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Deo grátias.

SABBATO.

De Epíſtola prima ad Corínthios.

Cap. 3.

NEſcítis quia templum Dei eſtis, & Spíritus Dei hábitat in vobis? Si quis autem templum Dei violáverit, diſperdet illum Deus. Templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos. Nemo ſe sedúcat: ſi quis vidétur inter vos ſápiens eſſe in hoc ſéculo, ſtultus fiat ut ſit ſápiens. Sapiéntia enim hujus mundi, ſtultítia eſt apud Deum. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Deo grátias.

DOMINICA III. *poſt Epiphaniam.*

De Epíſtola prima ad Corínthios.

Cap. 4.

HÆc autem, fratres, transfigurávi in me & Apollo, propter vos: ut in nobis diſcátis, ne ſuprà quàm ſcriptum eſt, unus adversùs álterum inflétur pro álio. Quis enim te diſcernit? Quid autem habes quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriáris quaſi non accéperis? Jam ſaturáti eſtis, jam dívites facti eſtis: ſine nobis regnátis: & útinam regnétis, ut & nos vobiſcum regnémus. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Deo grátias.

FERIA SECUNDA.

De Epíſtola prima ad Corínthios.

Cap. 4.

PUto enim quod Deus nos Apóſtolos noviſſimos oſtendit, tanquàm morti deſtinátos: quia ſpectáculum facti ſumus mundo, & Angelis, & homínibus. Nos ſtulti propter Chriſtum, vos autem prudentes in Chriſto: nos infirmi, vos autem fortes: vos nóbiles, nos autem ignóbiles.

FERIA TERTIA.

De Epíſtola prima ad Corínthios.

Cap. 5.

OMnínò audítur inter vos fornicátio, & talis fornicátio, qualis nec inter gentes, ita ut uxórem patris ſui áliquis hábeat. Et vos infláti eſtis: & non magìs luctum habuiſtis, ut tollátur de médio veſtrûm qui hoc opus fecit. Ego quidèm abſens córpore, præſens autem ſpíritu, jam judicávi. . . . trádere hujúſmodi Sátanæ in intéritum carnis, ut ſpíritus ſalvus ſit in die Dómini noſtri Jeſu Chriſti.

FERIA QUARTA.

De Epíſtola prima ad Corínthios.

Cap. 5.

NOn eſt bona gloriátio veſtra. Neſcítis quia módicum fermentum totam maſſam corrumpit? . . .

Scripſi vobis. . . ſi is, qui frater nominátur, eſt fornicátor, aut avárus, aut idólis ſérviens, aut maledicus, aut ebrióſus, aut rapax: cum ejúſmodi nec cibum ſúmere. . . Auferte malum ex vobiſmetipſis.

FERIA QUINTA.

De Epíſtola prima ad Corínthios.

Cap. 6.

Audet áliquis veſtrûm habens negótium adversùs álterum, judicári apud iníquos, & non apud ſanctos? . . . Ad verecúndiam veſtram dico. Sic non eſt inter vos ſápiens quiſquam, qui poſſit judicáre inter fratrem ſuum? . . . . Jam quidèm omnínò delictum eſt in vobis, quòd judícia habétis inter vos. Quarè non magìs injúriam accípitis? Quarè non magìs fraudem patímini? Sed vos injúriam fácitis, & fraudátis: & hoc frátribus.

FERIA SEXTA.

De Epíſtola prima ad Corínthios.

Cap. 6.

An neſcítis quia iníqui regnum Dei non poſſidébunt? Nolíte erráre: Neque fornicárii, neque idólis ſervientes, neque adúlteri, neque molles, neque maſculórum concubitóres, neque fures, neque avári, neque ebrióſi, neque malédici, neque rapáces, regnum Dei poſſidébunt. Et hæc quidam fuiſtis: ſed ablúti eſtis, ſed ſanctificáti eſtis, ſed juſtificáti eſtis, in nómine Dómini noſtri Jeſu Chriſti, & in Spíritu Dei noſtri.

SABBATO.

De Epíſtola prima ad Corínthios.

Cap. 6.

Neſcítis quóniam córpora veſtra membra ſunt Chriſti? Tollens ergò membra Chriſti, fáciam membra meretrícis? Abſit. An neſcítis quóniam qui adhæret meretríci, unum corpus effícitur? . . . Qui autem adhæret Dómino, unus ſpíritus eſt. Fúgite fornicatiónem. Omne peccátum, quodcumque fécerit homo, extra corpus eſt; qui autem fornicátur, in corpus ſuum peccat. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Deo grátias.

DOMINICA IV. *poſt Epiphaniam.*

De Epíſtola prima ad Corínthios.

Cap. 6.

An neſcítis quóniam membra veſtra, templum ſunt Spíritûs ſancti, qui in vobis eſt, quem habétis à Deo, & non eſtis veſtri? Empti enim eſtis prétio magno. Glorificáte, & portáte Deum in córpore veſtro. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Deo grátias.

FERIA SECUNDA.
De Epíſtola prima ad Corínthios.
Cap. 7.

UNuſquiſque próprium donum habet ex Deo: álius quidem ſic, álius verò ſic. Dico autem non nuptis, & víduis: bonum eſt illis ſi ſic permáneant, ſicut & ego. Quòd ſi non ſe cóntinent, nubant. Mélius eſt enim núbere, quàm uri.

FERIA TERTIA.
De Epíſtola prima ad Corínthios.
Cap. 7.

HOc ítaque dico, fratres: Tempus breve eſt: réliquum eſt, ut & qui habent uxóres, tanquàm non habentes ſint: & qui flent, tanquàm non flentes: & qui gaudent, tanquàm non gaudentes: & qui emunt, tanquàm non poſſidentes: & qui utuntur hoc mundo, tanquàm non utantur: præterit enim figúra hujus mundi.

FERIA QUARTA.
De Epíſtola prima ad Corínthios.
Cap. 7.

VOlo autem vos ſine ſolicitúdine eſſe. Qui ſine uxóre eſt, ſolícitus eſt quæ Dómini ſunt, quómodò pláceat Deo. Qui autem cum uxóre eſt, ſolícitus eſt quæ ſunt mundi, quómodò pláceat uxóri, & diviſus eſt. Et múlier innupta, & virgo, cógitat quæ Dómini ſunt, ut ſit ſancta córpore, & ſpíritu. Quæ autem nupta eſt, cógitat quæ ſunt mundi, quómodò pláceat viro.

FERIA QUINTA.
De Epíſtola prima ad Corínthios.
Cap. 9.

NOn ſum liber? Non ſum Apóſtolus? Nonnè Chriſtum Jeſum Dóminum noſtrum vidi? Nonnè opus meum vos eſtis in Dómino? Etſi áliis non ſum Apóſtolus, ſed tamen vobis ſum: nam ſignáculum Apoſtolátûs mei vos eſtis in Dómino... Quis mílitat ſuis ſtipéndiis unquàm? Quis plantat víneam, & de fructu ejus non edit? Quis páſcit gregem, & de lacte gregis non mandúcat?

FERIA SEXTA.
De Epíſtola prima ad Corínthios.
Cap. 9.

NEſcítis quóniam qui in ſacrário operantur, quæ de ſacrário ſunt, edunt: & qui altári deſérviunt, cum altári partícipant? Ita & Dóminus ordinávit iis, qui Evangélium annúntiant, de Evangélio vívere. Ego autem nullo horum uſus ſum. Non autem ſcripſi hæc ut ita fiant in me: bonum eſt enim mihi magis mori, quàm ut glóriam meam quis evácuet.

SABBATO.

De Epíſtola prima ad Coríntios.

Cap. 9.

NAm ſi evangelizávero, non eſt mihi glória: necéſſitas enim mihi incumbit: væ enim mihi eſt, ſi non evangelizávero. Si enim volens hoc ago, mercédem hábeo: ſi autem invítus, diſpenſátio mihi crédita eſt. Quæ eſt ergò merces mea? Ut Evangélium prædicans, ſine ſumptu ponam Evangélium, ut non abútar poteſtáte meâ in Evangélio.

DOMINICA V.

poſt Epiphaniam.

De Epíſtola prima ad Coríntios.

Cap. 9.

CUm liber eſſem ex ómnibus, ómnium me ſervum feci, ut plures lucrifácerem. Et factus ſum Judæis tanquàm Judæus, ut Judæos lucrárer.... Factus ſum infirmis infirmus, ut infirmos lucrifácerem. Omnibus ómnia factus ſum, ut omnes fácerem ſalvos. Omnia autem fácio propter Evangélium; ut párticeps ejus effíciar.

FERIA SECUNDA.

De Epíſtola prima ad Coríntios.

Cap. 9.

OMnis, qui in agóne contendit, ab ómnibus ſe ábſtinet, & illi quidèm ut corruptíbilem corónam accípiant: nos autem incorruptam. Ego ígitur ſic curro, non quaſi in incertum: ſic pugno, non quaſi áerem vérberans: ſed caſtígo corpus meum, & in ſervitútem rédigo: ne fortè cùm áliis prædicáverim, ipſe réprobus effíciar.

FERIA TERTIA.

De Epíſtola prima ad Coríntios.

Cap. 10.

NOlo enim vos ignoráre, fratres, quóniam patres noſtri omnes ſub nube fuérunt, & omnes mare tranſiérunt, . . . & omnes eandem eſcam ſpiritálem manducavérunt, & omnes eundem potum ſpiritálem bibérunt; . . . ſed non in plúribus eórum beneplácitum eſt Deo: nam proſtráti ſunt in deſerto.

FERIA QUARTA.

De Epíſtola prima ad Coríntios.

Cap. 10.

HÆc autem ómnia in figúra contingébant illis: ſcripta ſunt autem ad correptiónem noſtram; in quos fines ſeculórum devenérunt. Itaque qui ſe exíſtimat ſtare, vídeat ne cadat. Tentátio vos non apprehendat niſi humána: fidélis autem Deus eſt, qui non patiétur vos tentári ſupra id, quod poteſtis, ſed fáciet étiam cum tentatióne proventum, ut poſsítis ſuſtinére.

FERIA QUINTA.

De Epíſtola prima ad Corínthios.

Cap. 12.

DE ſpirituálibus autem, nolo vos ignoráre, fratres. Scitis quóniam cùm Gentes eſſétis, ad ſimulácra muta proùt ducebámini euntes. Ideò notum vobis fácio, quòd nemo in Spíritu Dei loquens, dicit anáthema Jeſu. Et nemo poteſt dícere, Dóminus Jeſus, niſi in Spíritu ſancto. Tu autem, &c.

FERIA SEXTA.

De Epíſtola prima ad Corínthios.

Cap. 12.

DIviſiónes verò gratiárum ſunt, idem autem Spíritus: & diviſiónes miniſtratiónum ſunt, idem autem Dóminus: & diviſiónes operatiónum ſunt, idem verò Deus, qui operátur ómnia in ómnibus. Unicuíque autem datur maniſeſtátio Spíritûs ad utilitátem.

SABBATO.

De Epíſtola prima ad Corínthios.

Cap. 12.

SIcut enim corpus unum eſt, & membra habet multa, ómnia autem membra córporis cùm ſint multa, unum tamen corpus ſunt: ita & Chriſtus. Etenim in uno Spíritu omnes nos in unum corpus baptizáti ſumus; . . . & omnes in uno Spíritu potáti ſumus. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Deo grátias.

DOMINICA VI.

poſt Epiphaniam.

De Epíſtola prima ad Corínthios.

Cap. 12.

NAm & corpus non eſt unum membrum, ſed multa. . . Quòd ſi eſſent ómnia unum membrum, ubi corpus? Nunc autem multa quidèm membra, unum autem corpus. Non poteſt autem óculus dícere mánui: Operâ tuâ non indígeo: aut íterùm caput pédibus: Non eſtis mihi neceſſárii. Sed multò magis quæ videntur membra córporis infirmióra eſſe, neceſſarióra ſunt. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Deo grátias.

FERIA SECUNDA.

De Epíſtola prima ad Corínthios.

Cap. 12.

DEus temperávit corpus, . . . ut non ſit ſchiſma in córpore, ſed idipſum pro ínvicèm ſollícita ſint membra. Et ſi quid pátitur unum membrum, compatiuntur ómnia membra: ſive gloriátur unum membrum, congaudent ómnia membra. Vos autem eſtis corpus Chriſti, & membra de membro. Tu autem, Dómine, &c

FERIA TERTIA.

De Epíſtola prima ad Corínthios.

Cap. 13.

SI linguis hóminum loquar, & Angelórum, caritátem autem non hábeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tínniens. Et ſi habúero prophétiam, & nóverim myſtéria ómnia, & omnem ſciéntiam: & ſi habúero omnem fidem, ita ut montes tránsferam, caritátem autem non habúero, nihil ſum. Et ſi diſtribúero in cibos páuperum omnes facultátes meas, & ſi tradídero corpus meum ita ut árdeam, caritátem autem non habúero, nihil mihi prodeſt. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Deo grátias.

FERIA QUARTA.

De Epíſtola prima ad Corínthios.

Cap. 13.

CAritas pátiens eſt, benigna eſt: Cáritas non æmulátur, non agit pérperàm, non inflátur, non eſt ambitióſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritátur, non cógitat malum, non gaudet ſuper iniquitáte, congaudet autem veritáti: ómnia ſuffert, ómnia credit, ómnia ſperat, ómnia ſúſtinet. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Deo grátias.

FERIA QUINTA.

De Epíſtola prima ad Corínthios.

Cap. 13.

CAritas nunquàm éxcidit: ſive prophétiæ evacuabuntur, ſive linguæ ceſſábunt, ſive ſciéntia deſtruétur. Ex parte enim cognóſcimus, & ex parte prophetámus. Cùm autem vénerit quod perfectum eſt, evacuábitur quod ex parte eſt.

FERIA SEXTA.

De Epíſtola prima ad Corínthios.

Cap. 13.

CUm eſſem párvulus, loquébar ut párvulus, ſapiébam ut párvulus, cogitábam ut párvulus. Quandò autem factus ſum vir, evacuávi quæ erant párvuli. Vidémus nunc per ſpéculum in ænígmate: tunc autem fácie ad fáciem. Nunc cognoſco ex parte: tunc autem cognoſcam ſicut & cógnitus ſum. Nunc autem manent, fides, ſpes, cáritas; tria hæc, major autem horum eſt cáritas.

SABBATO.

De Epíſtola prima ad Corínthios.

Cap. 16.

VIgiláte, ſtate in *fide*, viriliter ágite, & confortámini. Omnia veſtra in caritáte fiant. . . . Si quis non amat Dóminum noſtrum Jeſum Chriſtum, ſit

anáthema, Maran Atha. Grátia Dómini noſtri Jeſu Chriſti vobiſcum. Cáritas mea cum ómnibus vobis in Chriſto Jeſu; Amen.

DOMINICA SEPTUAGESIMÆ.

Incipit Epíſtola ſecunda beáti Pauli Apóſtoli ad Corínthios.

Cap. 1.

PAulus Apóſtolus Jeſu Chriſti.... Eccléſiæ Dei, quæ eſt Corinthi... Grátia vobis, & pax à Deo Patre noſtro, & Dómino Jeſu Chriſto. Benedictus Deus & Pater Dómini noſtri Jeſu Chriſti, Pater miſericordiárum, & Deus totíus conſolatiónis, qui conſolátur nos in omni tribulatióne noſtra: ut poſſímus & ipſi conſolári eos, qui in omni preſſúra ſunt, per exhortatiónem, quâ exhortámur & ipſi à Deo.

FERIA SECUNDA.

De Epíſtola ſecunda ad Coríathios.

Cap. 1.

NOn enim vólumus ignoráre vos, fratres, de tribulatióne noſtra, quæ facta eſt in Aſia, quóniam ſupra modum graváti ſumus ſupra virtútem, ita ut tædéret nos étiam vívere. Sed ipſi in nobiſmetipſis reſponſum mortis habúimus, ut non ſimus fidentes in nobis, ſed in Deo, qui ſúſcitat mórtuos: qui de tantis perículis nos erípuit, & éruit: in quem ſperámus quóniam & adhuc erípiet. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Deo grátias.

FERIA TERTIA.

De Epíſtola ſecunda ad Coríathios.

Cap. 1.

GLória noſtra hæc eſt, teſtimónium conſciéntiæ noſtræ, quòd in ſimplicitáte cordis & ſinceritáte Dei: & non in ſapiéntia carnáli, ſed in grátia Dei converſáti ſumus in hoc mundo: abundántiùs autem ad vos... Spero autem quòd uſque in finem cognoſcétis,... quòd glória veſtra ſumus, ſicut & vos noſtra, in die Dómini noſtri Jeſu Chriſti. Tu autem, Dómine, &c.

FERIA QUARTA.

De Epíſtola ſecunda ad Coríathios.

Cap. 2.

STátui hoc ipſum apud me, ne íterùm in triſtítia venírem ad vos. Si enim ego contriſto vos: & quis eſt, qui me lætíficet, niſi qui contriſtátur ex me? Et hoc ipſum ſcripſi vobis, ut non cùm vénero, triſtítiam ſuper triſtítiam hábeam, de quibus oportúerat me gaudére: confidens in ómnibus vobis, quia meum gáudium, ómnium veſtrûm eſt. Tu autem, Dómine, miſerére noſtrî.

℟. Deo grátias.

FERIA QUINTA.
De Epíſtola ſecunda ad Coríntios.
Cap. 2.

EX multa tribulatióne, & angúſtia cordis ſcripſi vobis per multas lácrymas: non ut contriſtémini: ſed ut ſciátis, quam caritátem hábeam abundántiùs in vobis. Si quis autem contriſtávit, non me contriſtávit: ſed ex parte, ut non ónerem omnes vos.

FERIA SEXTA.
De Epíſtola ſecunda ad Coríntios.
Cap. 2.

SUfficit illi, qui ejúſmodi eſt, objurgátio hæc, quæ fit à plúribus: ita ut econtrárió magis donétis, & conſolémini, ne fortè abundantióri triſtítiâ abſorbeátur qui ejúſmodi eſt. Propter quod óbſecro vos, ut confirmétis in illum caritátem.

SABBATO.
De Epíſtola ſecunda ad Coríntios.
Cap. 2.

IDeò enim & ſcripſi, ut cognoſcam experiméntum veſtrum, an in ómnibus obedientes ſitis. Cui autem áliquid donaſtis, & ego: nam & ego quod donávi, ſi quid donávi, propter vos in perſóna Chriſti, ut non circumveniámur à ſátana: non enim ignorámus cogitatiónes ejus. Tu autem, Domine, &c.

DOMINICA SEXAGESIMÆ.
De Epíſtola ſecunda ad Coríntios.
Cap. 2.

DEo autem grátias, qui ſemper triumphat nos in Chriſto Jeſu, & odórem notítiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco: quia Chriſti bonus odor ſumus Deo in iis qui ſalvi fiunt, & in iis qui péreunt: áliis quidèm odor mortis in mortem: áliis autem odor vitæ in vitam.

FERIA SECUNDA.
De Epíſtola ſecunda ad Coríntios.
Cap. 2. & 3.

NOn ſumus ſicut plúrimi, adulterantes verbum Dei, ſed ex ſinceritáte, ſed ſicut ex Deo, coram Deo, in Chriſto lóquimur. Incípimus íterùm noſmetipſos commendáre? aut numquid egémus (ſicut quidam) commendatítiis epíſtolis ad vos, aut ex vobis?

FERIA TERTIA.
De Epíſtola ſecunda ad Coríntios.
Cap. 3.

EPíſtola noſtra vos eſtis, ſcripta in córdibus noſtris, quæ ſcitur, & légitur ab ómnibus homínibus: manifeſtáti quòd epíſtola eſtis Chriſti, miniſtráta à nobis, & ſcripta non atramento, ſed Spíritu Dei vivi: non in tá

lapídeis, ſed in tá-
cordis carnálibus.

ERIA QUARTA.

Epíſtola ſecunda ad
Corínthios.

Cap. 3.

lúciam autem talem
abémus per Chriſtum
:um : non quòd ſuffi-
:s ſimus cogitáre áli-
à nobis, quaſi ex no-
ſed ſufficiéntia noſ-
x Deo eſt : qui & idó-
nos fecit miniſtros
teſtamenti : non lít-
ſed Spíritu : líttera
occídit, Spíritus au-
'ivíficat.

ERIA QUINTA.

:píſtola ſecunda ad
Corínthios.

Cap. 4.

On noſmetipſos præ-
dicámus, ſed Jeſum
tum Dóminum noſ-
: nos autem ſervos
s per Jeſum : quó-
Deus, qui dixit de
ris lucem ſplendéſ-
ipſe illúxit in cór-
noſtris ad illumina-
n ſciéntiæ claritátis
in fácie Chriſti Jeſu.

RIA SEXTA.

:píſtola ſecunda ad
Corínthios.

Cap. 4.

ıbémus autem the-
aurum iſtum in vaſis
ıus : ut ſublímitas ſit
is Dei, & non ex
. In ómnibus tribula-
n pátimur, ſed non
tiámur : aporiámur,
ſed non deſtitúimur : per-
ſecutiónem pátimur, ſed
non derelínquimur : dejí-
cimur, ſed non perímus :
ſemper mortificatiónem Je-
ſu in córpore noſtro cir-
cumferentes, ut & vita
Jeſu manifeſtétur in cor-
póribus noſtris.

SABBATO.

De Epíſtola ſecunda ad
Corínthios.

Cap. 4.

PRopter quod non de-
fícimus : ſed licèt is,
qui foris eſt, noſter homo
corrumpátur : tamen is qui
intùs eſt, renovátur de die
in diem. Id enim, quod in
præſenti eſt momentáneum
& leve tribulatiónis noſ-
træ, ſupra modum in
ſublimitáte æternum gló-
riæ pondus operátur in no-
bis, non contemplántibus
nobis quæ videntur, ſed
quæ non videntur. Quæ
enim videntur temporália
ſunt : quæ autem non vi-
dentur, æterna ſunt.

DOMINICA
QUINQUAGESIMÆ.

De Epíſtola ſecunda ad
Corínthios.

Cap. 5.

SCimus quóniam ſi ter-
reſtris domus noſtra
hujus habitatiónis diſſolvá-
tur, quòd ædificatiónem
ex Deo habémus, domum
non manufactam, æternam
in cœlis. Nam & in hoc in-
gemíſcimus, habitatiónem
noſtram, quæ de cœlo eſt

ſuperíndui cupientes: ſi tamen veſtíti, non nudi inveniámur.

FERIA SECUNDA.

De Epíſtola ſecunda ad Coríntios.

Cap. 5.

NAm & qui ſumus in hoc tabernáculo, ingemíſcimus graváti: eò quòd nólumus expoliári, ſed ſuperveſtíri, ut abſorbeátur quod mortále eſt, à vita. . . . Audientes ígitur ſemper, ſcientes quóniam dùm ſumus in córpore, peregrinámur à Dómino, . . . bonam voluntátem habémus magìs peregrinári à córpore, & præſentes eſſe ad Dóminum.

FERIA TERTIA.

De Epíſtola ſecunda ad Coríntios.

Cap. 5.

ET ídeò conténdimus, ſive abſentes, ſive præſentes, placére illi. Omnes enim nos manifeſtári oportet ante tribúnal Chriſti, ut réferat unuſquiſque própria córporis, proùt geſſit, ſive bonum, ſive malum. Tu autem, &c.

INDEX PSALMORUM.

Pſalmi. *Paginæ.*
119 AD Dóminum, cùm tribulárer. 74
27 Ad te, Dómine, clamábo. 7
24 Ad te, Dómine, levávi. 48
122 Ad te levávi óculos meos. 95
28 Afferte Dómino, fílii Dei. 151
77 Atténdite, pópule meus. 81
48 Audíte hæc, omnes gentes. 141
118 BEáti immaculáti in via. 16
127 Beáti omnes qui timent Dóminum. 157
31 Beáti quorum remiſſæ ſunt. 77
40 Beátus qui intélligit. 140
1 Beátus vir qui non ábiit. 3
111 Beátus vir qui timet Dóminum. 29
33 Benedícam Dóminum in omni témpore. 112
103 Bénedic, ánima mea, Dómino: Dómine Deus. 35
102 Bénedic, ánima mea, Dómino; & ómnia. 92
143 Benedictus Dóminus Deus meus. 158
84 Benedixiſti, Dómine, terram tuam. 63
91 Bonum eſt confitéri Dómino. 41
95 CAntáte Dómino cánticum novum: cantáte. 49
149 Cantáte Dño cánticum novum: laus ejus. 153
97 Cantáte Dómino cánticum novum; quia. 50
18 Cœli enarrant glóriam Dei. 58
74 Confitébimur tibi, Deus. 143
110 Confitébor tibi, Dómine.... in concílio. 29
9 Confitébor tibi, Dómine.... narrábo. 79
137 Confitébor tibi, Dómine.... quóniam audiſti. 115
104 Confitémini Dómino, & invocáte. 37
135 Confitémini Dómino, quóniam.... Confitémini. 42
106 Confitémini Dómino, quóniam.... Dicant qui. 61
117 Confitémini Dómino, quóniam.... Dicat nunc. 15
105 Confitémini Dómino, quóniam...Quis loquétur. 39
15 Conſerva me, Dómine, quóniam ſperávi in te. 98
115 Crédidi, propter quod locútus ſum. 114
4 Cùm invocárem, exaudívit me Deus. 32
129 DE profundis clamávi ad te, Dómine. 96
43 Deus, áuribus noſtris audívimus. 128
49 Deus deórum Dóminus locútus eſt. 69
62 Deus, Deus meus, ad te de luce vígilo. 11

Pſalmi.		*Paginæ.*
21	Deus, Deus meus, réſpice in me.	133
69	Deus, in adjutórium meum intende.	113
53	Deus, in nómine tuo ſalvum me fac.	124
71	Deus, judícium tuum regi da.	59
108	Deus, laudem meam ne tacúeris.	72
66	Deus miſereátu noſtri.	108
45*	Deus noſter refúgium & virtus.	153
82	Deus, quis símilis erit tibi?	144
59	Deus, repuliſti nos.	155
81	Deus ſtetit in ſynagóga deórum.	94
78	Deus, venérunt gentes in hæreditátem tuam.	78
93	Deus ultiónum Dóminus.	94
114	Diléxi, quóniam exáudiet Dóminus.	53
17	Díligam te, Dómine, fortitúdo mea.	5
38	Dixi: Cuſtódiam vias meas.	117
109	Dixit Dóminus Dómino meo.	28
35	Dixit injuſtus ut delinquat.	85
52	Dixit insípiens.... in iniquitátibus.	51
13	Dixit insípiens.... in ſtúdiis ſuis.	98
140	Dómne, clamávi ad te.	75
7	Dómine Deus meus, in te ſperávi.	57
87	Dómine Deus ſalútis meæ.	150
8	Dómine Dóminus noſter.	46
142	Dómine, exaudi oratiónem meam; áuribus.	151
101	Dómine, exaudi oratiónem meam; & clamor.	132
20	Dómine, in virtúte tua lætábitur rex.	92
6	Dómine, ne in furóre tuo.... Miſerére.	56
37	Dómine, ne in furóre tuo.... Quóniam.	138
130	Dómine, non eſt exaltátum cor meum.	97
138	Dómine, probaſti me.	135
3	Dómine, quid multiplicáti ſunt.	4
14	Dómine, quis habitábit in tabernáculo tuo.	58
89	Dómine, refúgium factus es nobis.	109
23	Dómini eſt terra, & plenitúdo ejus.	63
26	Dóminus illuminátio mea.	109
22	Dóminus regit me.	111
92	Dóminus regnávit; decórem indútus eſt.	11
96	Dóminus regnávit; exultet terra.	64
98	Dóminus regnávit; iraſcantur pópuli.	51
133	ECce nunc benedícite Dóminum.	33
132	Ecce quàm bonum.	75
58	Eripe me de inimícis meis.	120
139	Eripe me Dómine ab hómine malo.	136
44	Eructávit cor meum verbum bonum.	152
144	Exaltábo te, Deus meus rex.	115

Pſalmi.		*Paginæ.*
29	Exaltábo te, Dómine, quóniam.	8
19	Exáudiat te Dóminus in die tribulatiónis.	99
60	Exaudi, Deus, deprecatiónem meam.	121
63	Exaudi, Deus, oratiónem meam, cùm déprecor.	142
54	Exaudi, Deus, oratiónem meam, & ne.	119
16	Exaudi, Dómine, juſtítiam meam.	145
39	Expectans expectávi Dóminum.	150
80	Exultáte Deo adjutóri noſtro.	105
32	Exultáte, juſti, in Dómino.	100
67	Exurgat Deus, & diſſipentur.	101
86	FUndamenta ejus in móntibus ſanctis.	154
85	INclína, Dómine, aurem tuam.	160
125	In convertendo Dóminus.	55
10	In Dómino confído.	97
113	In éxitu Iſraël de Ægypto.	30
70	In te, Dómine, ſperávi.... & éripe me.	124
30	In te, Dómine, ſperávi... in juſtítia.	89
65	JUbiláte Deo, omnis terra; pſalmum.	8
99	Jubiláte Deo, omnis terra; ſervíte.	11
34	Júdica, Dómine, nocentes me.	67
42	Júdica me, Deus, & diſcerne.	91
25	Júdica me, Dómine, quóniam.	68
121	LÆtátus ſum in his.	74
145	Lauda, ánima mea, Dóminum.	127
147	Lauda, Jerúſalem, Dóminum.	107
148	Laudáte Dóminum, de cœlis.	13
150	Laudáte Dóminum in ſanctis ejus.	66
116	Laudáte Dóminum, omnes gentes.	149
146	Laudáte Dóminum, quóniam bonus.	88
134	Laudáte nomen Dómini.	45
112	Laudáte, púeri, Dóminum.	30
120	Levávi óculos meos in montes.	54
47	MAgnus Dóminus, & laudábilis.	154
131	Memento, Dómine, David.	157
56	Miſerére meî, Deus, miſerére meî.	145
55	Miſerére meî, Deus, quóniam.	139
50	Miſerére meî, Deus, ſecundùm.	159
100	Miſericórdiam & judícium.	60
88	Miſericórdias Dómini in æternum.	102
126	NIſi Dóminus ædificáverit domum.	96
123	Niſi quia Dóminus erat in nobis.	54
36	Noli æmulári in malignántibus.	70
61	Nonnè Deo ſubjecta erit.	142
75	Notus in Judæa Deus.	143

Pſalmi. *Paginæ.*

46 O Mnes gentes, pláudite mánibus, 50

107 P Arátum cor meum, Deus. 105
72 Q Uàm bonus Iſraël Deus. 52
83 Quàm dilecta tabernácula tua. 110
2 Quarè fremuérunt gentes. 3
41 Quemádmodùm desíderat cervus. 90
124 Qui confídunt in Dómino. 96
51 Quid gloriáris in malítia. 118
90 Qui hábitat in adjutório Altíſſimi. 33
79 Qui regis Iſraël, intende. 113
128 S Æpè expugnavérunt me. 135
68 Salvum me fac, Deus. 122
11 Salvum me fac, Dómine. 117
57 Si verè útiquè juſtítiam. 131
136 Super flúmina Babylónis. 55

64 T E decet hymnus, Deus, in Sion. 86
94 V Eníte, exultémus Dómino. 2
5 Verba mea áuribus pércipe, Dómine. 85
76 Voce meâ ad Dóminum.... voce meâ ad Deum. 47
141 Voce meâ ad Dóminum.... voce meâ ad Dñum. 76
12 U Squequò, Dómine. 77
73 Ut quid, Deus, repuliſti in finem? 156

Index Canticorum Pſalterii.

A Udíte, cœli, quæ loquor. 146
Benedícite, ómnia ópera. 12
Benedictus Dóminus. 14
Benedictus es, Dómine. 107
Cantémus Dómino. 43
Collaudáte cánticum. 44
Confitébor tibi. 87
Dómine, audívi. 125
Ego dixi: In dimídio. 64
Exultávit cor meum. 106
Incípite Dómino in tympanis. 149
Magníficat ánima mea. 32
Magnus es, Dómine. 87
Miſerére noſtrî, Deus. 65
Nunc dimittis. 34
Urbs fortitúdinis noſtræ. 127

FINIS.

TABULA MODORUM CANTUS, nec non Intonationes, Mediationes, & Terminationes Pſalmorum & Canticorum, ſecundùm omnes cujuſque Modi differentias.

IN hocce Breviario quiſque modus pſallendi, quem vulgò ſed impropriè Tonum vocant, ſuo numero notatur ad Antiphonas, variæ etiam uniuſcujuſque modi terminationes propriis litteris deſignantur; ſiquidem variatio terminationum in cantu Gregoriano fit juxtà initium cantûs Antiphonæ, quod huic terminationi reſpondet, ſicut vice verſâ initium cantûs Antiphonæ reſpondere debet terminationi pſalmodicæ ſecundùm varietates in ſyſtemate S. Gregorii Papæ admiſſas.

Itaque terminationes aliæ ſunt completæ, incompletæ aliæ. Terminationes completæ, majuſculis; incompletæ verò minuſculis litteris deſignantur. Terminatio completa illa eſt, quæ in ſingulis Pſalmi verſibus deſinit in legitimam toni ſui finalem; id eſt, cujus ultimus ſonus idem eſt ac ultimus ſonus Antiphonæ quæ præceſſit; verbi gratiâ, in primo & ſecundo modo terminatio in re *vel in* la; *in tertio modo terminatio in* mi, *& ſic de ceteris. Terminatio vero incompleta ſeu ſuſpenſa eſt illa quæ non in Pſalmi verſibus, ſed in ſola Antiphona perfectè terminatur; id eſt, cujus ultimus ſonus alius eſt ac ultimus ſonus Antiphonæ ejuſdem modi; exempli gratiâ, in primo modo cujus Antiphonæ terminantur in chorda* re, *terminationes verò in* la, *in* ſol, *in* fa, *&c.*

Intonatio adhibetur tantùm ad primum verſum Pſalmi; reliqui verſus à dominante reſumuntur. In Canticis Evangelicis in Duplicibus & ſuprà, ac in omnibus Dominicis, ſinguli verſus inchoantur ut primus; niſi cantentur cum vulgò Faux-bourdon; *tunc enim reſumuntur à dominante ut in Pſalmis. Cum autem in primo verſu cantici* Magnificat, *intonatio & mediatio ut plurimùm compleri non poſſit propter ejus brevitatem, in ceteris ejus verſibus recurrendum eſt ad intonationem & mediationem Pſalmorum.*

Mediatio fit in omnibus verſibus eodem modo quo in primo, niſi ſit dictio monoſyllaba vel hebræa non declinata.

Terminatio in omnibus verſibus ſemper eadem eſt ac in primo verſu. Omnis autem terminatio, quæ, ut ſuprà dictum eſt, denotatur per litteras alphabeticas, ideò ſic deſignatur, quia hæ litteræ notis cantûs reſpondent; ita ut more veterum a *deſignet chordam* la; b *chordam* ſi; c *chordam* ut; d *chordam* re; e *chordam* mi; f *chordam* fa; g *chordam* ſol.

I. Modus *cujus Antiphonæ deſinunt in chorda* D, *aliter dicta chorda* re.




Sequens deſinit pariter in D. *ſed cum ultimam ſyllabam reddat caudatam, ſitque de primo, notatur per* J. *caudatum.*






I. *Modus in* A. *id eſt in* la.



II. *Modus in* D. *id eſt in* re.



III. MODUS in E. aliter in mi.



IV. MODUS in E. aliter in mi.





IV. Modus in A. aliter in la. prævio b molli.



V. Modus in C. aliter in ut.




V. Modus in F. aliter in fa.



V. Modus in a. id eſt in la.




VI. Modus in F. *aliter in* fa.



VI. Modus in C. *aliter in* ut, *prævio* b. *molli.*



VII. Modus in G. *vel* G. *aliter in* sol.



Intonationes 4.




Intonationes 5.



Intonationes 7.





8. b. 


e u o u a e.

Variæ Intonationes, Mediationes, & Terminationes Pſalmorum & Canticorum in octo Modis.

INTONATIONES 1. & 6.



 *Dictiones dactilicæ.* 

Lau da te … Cre di di.


Dictiones dactilicæ cum monoſyllaba. 

Di ligam te.

INTONATIONES 2. & 8.



 *Dictiones dactilicæ.* 

Be a tus. vir. … Be ne dic.


Dictiones dactilicæ cum monoſyllaba. 

E ri pe me.

INTONATIONES 3.


 *Dictiones dactilicæ.* 

Læ ta tus ſum. … Cre di di.

Dictiones dactilicæ cum monoſyllaba. 


Ju di ca me.

In 4. modo.




Mag ni fi cat. Et e re xit.

In 5. modo.




Nunc di mit tis. Qui a vi de runt.

7. *modo.*



1. Mag ni fi cat. Et ex ul ta vit.

MEDIATIONES 1. modi in D. & b. modi.




Lo cu tus ſum. * Spe ra vi in te.




Deus Iſ ra el.

MEDIATIONES 1. modi in A.

Pro mediatione 1. modi in A. nec non 3. & 7. modi numquàm attollitur ultima dictionis ſyllaba, nec ulla brevis, ideoque præcedens, ut indicabunt exempla hìc & alibi ſuo loco poſita.




Ar gen tum & aurum. * Patri, & Fi li o, *




Do mi ne non nobis. * Sterilem in domo. *

Mediatio communis.




in Ephrata, * fi li æ Ju dæ.


Dictiones Hebrææ indeclinatæ, & monoſyllabæ attolluntur in fine mediationis, ut infrà.



Do mu i Iſ ra ël, * Do mi nus ex Si on; *




Do mi ne David; * Do mi ni ſu per vos: *




mag na qui potens eſt: * tu o ar gu as me. *

M E D I A T I O N E S 2. *modi.*

In mediationibus 2. 4. 5. & 8. *modi quæ elevant penultimam : ſi occurrat dictio hebræa indeclinata, aut monoſyllaba, tunc elevatio fit in ultima ſyllaba tantùm.*




ta ber na cu lum Si lo, * Joſeph, * Iſ ra ël; *




David, * tri bu lant me: * in me eſt; * il lic es, *

Mediatio communis.




in Ephra ta: * tu i Æ gip te; *




fi li æ Ju dæ, *

MEDIATIONES 3. modi.


Numquàm attollitur ultimà dictionis ſyllaba, nec ulla brevis, ſed præcedens, ut ſequitur.




decorem induɛtus eſt; * tu o ar gu as me, *



cœ lum tu il lic es; * ſu perſpe ra vi, *




Quod pa raſ ti, * Al tiſ ſi mi vo ca be ris: *




De us Iſ ra ël. *

MEDIATIONES 4. modi.


Dictiones hebrææ & monoſyllaba attolluntur, ut ſequitur.



Do mine, David; * De us Iſ ra ël: * ex Si on, *




tri bu lant me: * tu il lic es, *



i ta ut non ſunt, *

Mediatio communis.




in E phra ta, * Fi li æ Ju dæ. *


Mediationes 5 & 8 modi ſunt ut in 2 modo.

Mediationes 7 modi.

Numquàm attollitur ultima dictionis ſyllaba, nec ulla brevis, ſed præcedens, ut in 1. tono in A. & in 3.




be ne pla ci ta fac Do mi ne,* i ta*




ut non ſint:* Do mi nus ex Si on:

Mediatio communis.




in te ſpe ra vi,* in Ephra ta:*


Terminationes 1. modi in D.




lu ci fe rum ge nu i te. di li gen-



ti bus te. frumenti ſa ti at te.




ha bi ta ti o eſt in te. I ni quo



o ri pe me. nomen . De i Ja cob.




TERMINATIONES 1. *modi in* A.



TERMINATIONES 2. *modi.*





TERMINATIONES 3. modi.




TERMINATIONES 4. *modi in* E. & *in* A.




TERMINATIONES 5 *modo in* C. *in* F. & *in* a.






In terminationibus 5. modi in, F, & in, a; non attollitur Syllaba brevis, nec ultima dictionis.



TERMINATIONES 6. modi.




TERMINATIONES 7. modi.

Non attolitur ſyllaba brevis, nec uliima dictionis.






TERMINATIONES 8. *modi.*




Modus cantandi Abſolutiones, Benedictiones, & Lectiones ad Officium Nocturnum.

Celebr.




Pa ter noſ ter. ℣. Et ne nos..., tenta




ti o nem ℟. Sed... à ma lo.

Abſolut.




Ad a pe ri at... præceptis ſuis.




Lector : Ju be , Dom ne be ne di ce re.

Benedict.




De us... Spiritus ſa pi en ti æ.




℟. Amen. *Lectio.* Primo tempore...lux or ta eſt eis.

Punctum quod præc. dic. monoſyll. vel hebraic. non decl.



co ram te. lo cu tum eſt.




in di e Madian. Melchiſedech. uſquequo.


Punctum Admirationis, & exclamationis.



quis nos vi de bit? lau do




vos? pul chra in de li ci is!




Tu au tem... mi ſe re re noſtri.

Lectiones Iſaïæ & Jeremiæ Tempore Adventûs & Paſſionis, necnon Lectiones in ultimo triduo majoris Hebdomadæ, ac in Officio Defunctorum terminantur ſine reſponſione, ut ſequitur.

Iſaïæ,




¶ Hæc di cit Do mi nus De us:




Convertimini ad me, & ſalvi e ri tis.

Jeremiæ,



¶ Je ru ſa lem, Je ru ſa lem



convertere ad Dominum Deum tu um


In Triduo.




vo bis tra det me. perfectum




ef ſi cit. cùm ve ne ro, diſ po nam.



In Offic. Defunctorum.



Oratio, Reſpice.



NEUMATA (ſeu Jubili) quorum tabulam hìc, ut quibuſdam aliis utilioribus daretur locus, ponere non licuit, ex antiquis Eccleſiarum Libris colligitur inſtituta eſſe ut cantentur in ſine Antiphonarum; ideò ad calcem Antiphonarii vel Pſalterii apponetur; ibique quandò & quomodò cantari debeant, ſimul cum aliis ad Pſalmodiam attinentibus, fuſè explicabitur, Deo juvante, interim,

Benè cantate ei in jubilatione.

S. AUG. Enarr. in Pſ. 32.